diciũ prefato do.Carolo de pictauia, vt apparet ex predictis. Et

facit,q in acceptatatione facta de homagio Stelle per regẽ,rex
reseruauit ius tertij.Pro quo facit qd no.in.c.si quis.de feu.da.
in vi.le.commis.ver.no.ꝙ sicut ꝛc. ¶ Preterea non obstat dicto
dño impetrãti.l.oẽs.ꝛ.l.bene a zenone.C.de quadr.prescr.Tum
q ille procedũt qñ princeps credẽs rẽ esse suã bona fide,alienat.
vt sentit Bar.in.d.l.fi.C.si cõtra ius.Panor.in.d.c.quãuis.ver.
primus casus.de re iudi.Io.de pla.in.l.j.C.de ven.re.fisca.com.
cum priua.lib.x.ꝛ sentit Ang.are.in.§.j.instit.de vsuca. In casu
vero presenti sciebat dictus serenissi.d.Ludouic.prefatũ.d.Ca
rolũ de pictauia nõ volentẽ,sed inuitũ,ꝛ ꝑ metũ , siue impressio-
65 neʒ res pdictas permutasse.†Cũ ꝛ q leges ille ita demũ proce-
dunt,si princeps alienet rẽ aliquã tãquam suã simpliciter:secus
vero si eã alienet tanq̃ suã ex aliqua cã,vt voluit Cy.in add.quẽ
ibi sequnẗ Bal.ꝛ Sal.in.l.j.C.de here.vel actio.vend.Cuʒ igiẗ
res predictas infeudauerit ipse.d.Delphinus tanq̃ acquisitas
per mediũ trãsmutationis siue trãsportus,de quo.s.non obstãt
dicte leges.¶ Etiã nec obstat ipsi do.impetrãti quedã pretensa
sentẽtia dudũ lata,vt ex aduerso pretẽdiẗ,per hãc insignẽ curiã:
per q̃ dr̃ fuisse ordinatũ ꝛ cognitũ,prefatũ.d.Caro.de pictauia
nõ esse reintegrandũ in possessione castri,ville,ꝛ aliorũ pdictorũ.
Tũ q dicta pretẽsa sentẽtia fuit ipso iure nulla, vtpote cõtinẽs
iuris errorẽ manifestũ,in ea parte,in qua diciẗ creditorẽ nõ pos-
sidere rem sibi pignori datã,cuius cõtrariũ probatur in.l.qui pi
gnoris.ꝛ qd ibi per gl.ꝛ doc.ff.de acquir.poss.no.gl.ꝛ doc.in.l.cũ
notissimi.C.de prescri.xxx.vel.xl.anno.Oẽs ordinarij. in.l.sciẽ-
dum.§.creditor.ff.qui satisd.cog.ꝛ Alex.de imo.in.d.l.j.§.seruũ
66 corporal.ff.de acquir.pos.†Vbi etiã dr̃ in terminis,ꝙ creditori
turbato in possessione pignoris,daẗ interdictũ vti possidetis: si
ergo spoliẗ,sibi cõceditur remediũ reintegrãde possessionis. c.
cõsultationis,cum ibi no per gl.ꝛ doc.de offi.deleg. vbi colligiẗ,
duo esse necessaria ad hoc iudiciũ:scʒ ꝙ ille, qui se pretẽdit spo
liatũ possederit, ꝛ ꝙ spoliatus extiterit:que duo cõcurrũt si pi
gnus auferaẗ creditori.Et q in casu nostro possessio fuerat in-
teruersa ex cã,vt dictũ ẽ, i medio tpe superueniẽte. Presupposito
igitur,citra preiudiciũ veritatis,ꝙ prefatus do. Caro.res pre-
dictas iure pignoris tenuisset,cuius tñ cõtrariũ apparet ex ꝓ-
cessu,ꝛ supra fuit ostensum:dicta tñ sentẽtia de iure nõ valuisset
rõne expressi erroris.Cuʒ etiã q illa lata fuit ex abrupto,ꝛ pre-
fato do.Carolo in suis iurib⁹ inaudito,vt apparet ex actis cau-
se illis.Dictũ etiã eminẽs cõsiliuʒ fundauit ex oblatione, q̃ pre-
tendebaẗ per debitorẽ facta:que,ẽt si de ea appareret, nõ fuit vt
decuit ꝛ debuit facta:ꝛ sic ex falsa cã relatione habita ad acta,ꝛ sic
nulliter.Bal.in.l.j.C.de erro.calcu.ꝛ Bart.in.l.si is ad quẽ.ff.de
acquir.here.Et q intelligit dictũ parlamentũ do.Car.tpe deie-
ctionis nõ possedisse,qd est manifeste erroneũ, q possessionẽ in-
teruerterat ex nouo titulo ꝛ noua cã.preallleg.l.cũ nemo.Tũ etsi
aliqua fuisset,prout nõ est:q tñ per acta cause huius apparet de
illius iniqtate,siue iniustitia,illa esset rescindẽda.ar.not.ꝑ Inn.
ꝛ doc.in.c.cũ dilecta.de rescr.c.cũ bertholdus.de re iudi.ꝛ ꝑ doc.
in.c.cũ cõtingat.de off.deleg.Tũ ꝛ q.ꝑ tunc intẽtabat iudiciuʒ
reintegrande possessionis:hic aũt intentaẗ actio qd met.caus.q̃
certũ est dari creditori.d.l.si pignori actio.hec aũt differt a iudi
cio restitutorio in ꝑcessu pdicto intẽtato.Quo fit vt ꝑsupposito,
citra ꝑiudiciũ veritatis,ꝙ dicta pretẽsa sentẽtia valuisset,nõ tñ
obstaret exceptio rei iudicate,q nũc agiẗ alia actiõe,ꝛ ex alia cã.
67 †Ad hoc eñ vt obstet exceptio rei iudicate,oportet ꝙ tria copu
latiue cõcurrãt,scʒ identitas rei,ꝛ ꝙ sit cõditio personarũ,ꝛ ea-
dem cã petẽdi.l.cũ queriẗ.cũ.l.seq.ꝛ princ.seq.ff.de except.rei iu
dicate.Et nõ sufficit ꝙ sit eadẽ cã petẽdi mediata vel remota, sʒ
opʒ qd sit eadẽ cã immediata ꝛ ꝑxima.l.ꝛ an eadẽ. §. q cũ parte.
ꝛ ibi hoc no.gl.fm primã solutionẽ.ff.de except.rei indi.licet eñ
ibi succubuerit legatarius in primo iudicio , qui totũ vsumfru-
ctum tanq̃ sibi legatũ petierat: nõ tñ postea in secũdo iudicio
prohibeẗ petere partẽ,tanq̃ que sibi in legato accreuerit:licet
vtrobiq; sit eadẽ cã mediata,nõ obstat exceptio rei iudicate. Et
ita ibi tenet Rapha.ꝛ est ipsa veritas.fm Ange.are. in.§.itẽ si in
iudicio.ver.addas tñ ꝙ hoc intentatũ est verũ ꝛc.inst.de except.
Dicendũ est ergo idẽ esse in casu nostro,q dato ꝙ tam in primo
iudicio,q̃ in hoc secũdo petita esset restitutio eiusdẽ rei,vel pos-
sessionis illius:non fuit tñ petita ex eadẽ causa immediata , siue
ꝑxima. Ibi eñ petebaẗ restitutio possessionis tanq̃ perdite per
viʒ ablatiuã:hic aũt petiẗ restitutio rei pdite ꝑ vim cõpulsiuã,ꝛ
68 sic nõ obstat. †Preterea in dicto primo iudicio petita est restitu
tio possessionis:hic aũt petiẗ restitutio rei,siue ꝓprietatis , q̃ vt
certum est differunt.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acquirẽ.poss.
¶ Etiã nõ obstat intẽtioni do.ĩpetrãtis,qd parte prefatorũ do.
procuratoris,ꝛ de Cursolio oppositũ extitit,scʒ transactionẽ in
actis cause huius sepius mẽtionatã,ꝛ factã in loco Grane,fuisse
meticulosaʒ,ꝛ per impressionẽ siue metũ celebratã. Tũ q de hoc
69 nõ cõstat,†testes eñ qui de pretẽso metu,siue violẽtia deponere
nituntur,

nituñ,deponūt de auditu dici ab alio,qui ꝓpterea nō probañ.c.
p̄terea.⁊.c.tā lr̄is.de testi. Testes eñ debēt deponere de his, que
ꝓprio sensu pceperūt.l.testiū.⁊ qd̄ ibi ꝑ gl.⁊ doc.C.de testi.c.licet
ex quadā.eo.ti.⁊.c.testes.iij.q.v.Nō obstat.l.si arbiter.ff.de ꝓba.q̄r
illa loquiñ in casu speciali ſm cōem opin.put ibi refert Flor.Nō
est ergo trahēda ad alios casus,⁊ ibi trahi posset. Testes tñ pre-
dicti nō deponūt,put oportet ad hoc,vt testes deponētes de au-
ditu probēt,vt apparet manifeste ex his q̄ no. Inn.in.c.veniēs.
⁊.c.quid per nouale.de verb.sign.gl.⁊ doc.in.c.j.de prescr.in.vj.⁊
Archi.xxij.q.v.hoc vr̄. nam nō deposuerunt de facto q̄ excedat
tēpus centū annorū:q̄r trāsactio p̄dicta facta fuit a centū annis
70 citra,quinimo a nonaginta:⁊ sic nō probant: †q̄r istud nō est tē-
pus antiquū in hac materia,ſm cōem opin.vt no. Alex.de imol.
in.l.cū aliquis.C.de in.delibe.vbi refert multos idē tenuisse:⁊ si-
gnanter Inn.in.d.c.veniēs.⁊ ita videtur sentire Host. Jo.and.
⁊ Panor.in.d.c.licet ex quadā.de testi. quatenus etiā aliqui ex
testibus antedictis videātur deposuisse de fama; illi nō probāt,
q̄r nullā causam sue sciētie reddūt, quā tñ reddere debuissent, ēt
nō interrogati,vt voluit Bar.in.l.de minore.§.plurimū,alias ē.
§.tormēta.ff.de questio.⁊ Panor.in.c.cū causam. vers.quero,d̄r
hic testē ⁊c.ibi,ego dico q̄ Inn.⁊c.de testi.⁊ sentit Bal. in.l. pro-
71 prietatis.C.de probat. †Est tamen fama necessaria, cū alijs ad-
miniculis,ad hoc vt testimoniū de auditu dici probet.vt videñ
sentire Jo.and.Hosti.⁊ Panor.in.d.c.licet ex quadam.pro quo
allegant.d.c.preterea.de testi.⁊.c.cū causam.de proba.Alex. cōs.
lxxij.in.j.volu.⁊ consi.xciiij.q̄r debēt deponere q̄ a maiori parte
72 populi dici audiuerunt.†Alij dicūt,qd̄ est notoriū:⁊ tamen non
deponunt de causa notorij:de qua etiā non interrogati debēt de-
ponere.vt no.Panor.in.c.consuluit.le.j.de appel.⁊. c.cū causā.
post Inno.de testi.pro quo allegat glo.ij.q.j.c.manifestum. Ipsi
autē testes nō sunt contestes quoad ea,que se audiuisse deponūt:
titubant etiā, ⁊ alternatiue deponūt.prout clare apparet ex de-
positionibus eorūdem: que ex predictis ⁊ alijs multis apparēt
defectuose. Tum etiā non obstat dicta exceptio,q̄r supposito,ci-
tra preiudiciū veritatis,q̄ de illa,siue preasserta violentia con-
stitisset ⁊ cō[s]taret,prout nō constat, illa fuit purgata per actum
postea gestū per dictū magnificū do. Ludou. comitē in ecclesia
fratrū minorū loci Christearnaudi,in qua,vt apparet, ipse Co-
mes in p̄ntia magnatū ⁊ aliorū suorū vassallorū,⁊ etiā plurium
vniuersitatū,siue hominū eorundē Comitatuū Valeñ.⁊ Dieñ.⁊
tam in absentia dicti do.s.Valerij,q̄ do. Joānis Valentini epi,
qui pretēduntur violētiā,siue metū, de quo pars opponit, intu-
lisse:post narrationē trāsactionis antedicte reqsiuit dictos eius
vassallos ⁊ alios,quatenus homagiū ⁊ fidelitatis sacramentū fa-
cerēt ipsi dño sancti Valerij:⁊ nō solū semel,sed pluries, vt con-
stat per instrumētum in hac causa productum, insertū. fol.683.
73 †Fuit igiñ metus,si quis interuenisset,sufficiēter purgatus taz
ex assistētia tantorū virorū,q̄ etiā rōne loci liberi.l.ij.⁊ qd̄ ibi ꝑ
doct.C.de his que vi.⁊ per Inno.Ant.de but.⁊ alios in.c. super
hoc.de renunt.⁊ Alex.de imol.consilio mihi.xl[v]ij.exordiēte, In
nomine gloriosissimi in causa producti ⁊c.in.iiij.vol.⁊ in.l.tran[s]-
actionē.Cū eñ prefatus do. Ludo.fuerit in loco ꝓxime mētio-
nato potētior prefatis dñis. s.Valerij,⁊ Valeñ.epo,qui etiā tūc
aberāt:palam infertur q̄ ꝑ predicta fuit dictus pretēsus metus
purgatus:signāter cū idē do.Comes non se obligasset,nec alias
adstrinxisset iuramēto,verbo,vel alias ad faciendū prestari ho-
magiū,vel fidelitatis sacramentū,de quo supra.Tum etiam non
obstat,q̄r vt apparet ex tenore gn̄alis trāsportus dictorū Comi-
tatuū Valentiñ.⁊ Diēsis,de dicto p̄tēso metu,siue violētia trā[s]-
actum fuit:⁊ sic nō est vlterius de ea opponendum.arg.l.penult.
in fi.C.de transact.⁊.l.j.⁊ quod ibi per glo.⁊ docto.de erro.calcu.
¶ Illud autē vr̄ esse superuacaneū ⁊ inutile,de quo idē do. Cur-
solij sepius opposuit, scꝫ q̄ nō potuerit nec possit prefatus dñs
impetrās deducere substitutiones,sentētiā,⁊ trāsactionē in hac
causa mētionatas:cū illis,vt pretēdit, vel renuntiatū,vel dero-
gatū extiterit per generalē trāsportū. Quoniā respōdeo,⁊ dico,
q̄ nō propterea impediñ idē dñs impetrans quominus de eisdē
articulet,vt ostēdat. q̄,quale,⁊ quantū ius cōpetierit eius p̄de-
cessoribus in Comitatib⁹ antedictis,qd̄ fieri potest,edocēdo de
substitutionib⁹,sentētia, ⁊ trāsactione hm̄ōi:etiā si illis deroga-
tum extiterit,quēadmodū dicimus q̄ per instrumentū cācella-
tum probatur obligationē siue debitū precessisse.l.qui tabulas. ⁊
qd̄ ibi per Bar.Alex.de imo.⁊ doc.l.fullo.§.qui tabulas. ⁊ quod
ibi per Bart.ff.de fur.no.Bal.C.de fi.instru.super rubr.vers.in-
xta hoc quero ⁊c.⁊ Alex.de imo.in.l.acta.in fin.ff.de re iudicata.

Etiam nec obstat qd̄ opponit

dictus dñs Cursolij de receptione recōpense, ⁊ q̄ illā tenuerint
74 prefati do.Carolus,⁊ impetrās.†Quibus rn̄deo,q̄ per receptionē
recōpense hm̄ōi nō fuit dictus trāsportus approbatus,nec pur-
gatus metus.l.si vi.⁊.l.si per vim.C.q̄ met.cau. qd̄ etiam voluit
Inno.in.c.super hoc.super verbo,reposcētibus.versi. sed dices
nōne eo ipso q̄ spōte ⁊c. Ibi,imo plus est:q̄r qui metu vendit ⁊c.
de renunt.vbi etiā voluit idē Jo.and.in nouel. super verbo, sup
spoliatione.vers.sed obijciñ ꝓpter spōtaneā ⁊c. ibi, imo qd̄ plus
est qui per metū vēdit ⁊c.Et idē voluit ibi Ant.de but.vers. Itē
nō est ita ꝓxima causa ⁊ vicina renūtiatio ⁊c.Bar. Pau.de ca.⁊
Alex.de imo.in.d.l.si per vim.Bart.in.l.pen.ff.de condi.ob tur.
cau.Ang.in.l.cū te.C.q̄ met.cau.⁊ Sali.in.d.l.si vi.eo.tit.Et in-
telligunt doct.prefati,signāter Bar.Ange.Sali.Pau.de cast.⁊
Alex.de imo.hoc ꝓcedere, etiā si receptio recōpēse esset facta ex
interuallo post transportū,q̄r subesse poterat,prout ⁊ subest,alia
cōiectura quā approbādi transportū. Datur eñ in ista materia
talis regula.in.d.l.cū te.⁊ in.c.j.eo.tit.⁊ ꝓbatur in.d.l.si per vim.
75 †q̄ vbicūq̄ pōt subesse alia cā q̄ approbatio contractus ꝑ metū
facti,ibi nunquā p̄sumitur approbatio, etiā si nō duret eadē co-
gendi potestas.Cū ergo hic subesset alia cā,q̄r scꝫ prefatus do.
Carolus recepit,⁊ recepisse cēsendus est dictā recōpensā,vt sic
sibi esset magis cautū ⁊ minus ꝑderet:ergo ⁊c.Et per hoc ꝑꝫ,q̄
eidē do.impetrāti nō obstiterit,neq̄ obstet quidā pretēsus ꝓces-
sus factus vel inchoatus,vt ex aduerso pretēdiñ,in curia Buxi-
per ⁊ inter ipsum do.impetrantē,⁊ vassallos baronie Chalanco-
nis,de ⁊ sup p̄statione homagiorū,⁊ parte ipsius do. Cursolij in
hac cā ꝓductus:q̄r nō est cēsendus idē do. impetrās petijsse ho-
magia sibi p̄stari ꝑ vassallos baronie animo ⁊ intentione appro-
bādi dictū transportū:sed vt esset eidē do.impetrāti magis cau-
tum,⁊ minus ꝑderet.Cū eñ ꝓpter dictū meticulosū trāsportū
⁊ dictus do.Caro.pater,⁊ ipse do.impetrans caruisset ⁊ careret
castro Stelle,⁊ alijs predictis:magis cautū, ⁊ minus dānū erat
eidē do.impetrāti si teneret ⁊ possideret Baroniā Chalāconis,
⁊ sibi homagia prestareñ ꝑ vassallos, q̄ si nihil horū possideret
vel haberet.Et sic ꝓpter hoc,⁊ nō ꝓpter trāsport⁹ approbatio-
nē,cēsendus est idē do.impetrās petijsse sibi prestari homagia.

Porro nec dici pōt dictus me-

tus fuisse purgatus ꝑ quādā assertā ratificationē dicti trāspor-
tus,q̄ fecisse pretendiñ dictus do.Caro.Anno dñi.M.cccclxiij.
⁊ die.xiiij.mēsis Decēb. Tum q̄r de ratificatione hm̄ōi nō appa-
ret sufficiēter. Illud eñ pretēsum instrumētū eiusdē asserte rati-
ficationis parte dicti.d.Cursolij in hac cā productū,⁊ vt asseriñ
receptū per quendā magr̄m Andreā bocheti, fidē nō facit pro-
76 p̄ter multos illius defect⁹. †Et primo quidē, q̄r nō reperiñ sub-
scriptū per eūdem magr̄m Andreā,qd̄ tñ subscribi debuisset,vt
sic ex subscriptione hm̄ōi appareret quis ipsum receperit. l.ij. ⁊
qd̄ ibi Bald.⁊ Jo.de pla.C.de conuenie.fis.debito.lib.x.auth. de
tabelli.in princ.auth.de instru.caute.⁊ fin.§.sed instru. ⁊ quod ibi
glo.colla.vi.c.inter dilectos. §.instrumentū quoq̄. de fide instr.
no.glo.⁊ doc.in.l.generali.C.de tabula. lib.x.Spec.tit.de instru.
edi.§.instrumentū.vers.itē q̄ nō est a tabellione ⁊c.⁊ vers. Ita q̄
non est signatū ⁊c.Bal.⁊ Fran.de aret.in.l.ad testiū.§.si quid.ff.
de testa.⁊ Jo.de pla.in.l.nulli.C.de numera. lib.xij. Et nimirū si
77 opus sit subscriptione notarij, †q̄r de substātia instrumēti est,q̄
in eo ponañ nomē tabellionis,vt no. Spec.⁊ Jo.and.ti.de instr.
edi.§.breuiter.vers.j.⁊ glo.in auth.de instru.caute.⁊ fin.§.sed ⁊ si
instru.Et quāuis p̄dicta videātur ꝓcedere, ⁊ locū habere in pu-
blicis instrumētis:idem tñ est, ⁊ esse dꝫ in rogationib⁹ seu notis
78 ⁊ ꝓtocollis, †q̄r rogatio ⁊ ꝓtocollū dꝫ habere oīa que habere dꝫ
instrumētū,vt voluit Jo.and.in addi.Spec.tit.de instru. edi.§.
vidēdū restat.ver.⁊ no.q̄ tabellio ⁊c.in addi.exordiēte,Ubi hoc
no.Accursius ⁊c.⁊ dicit Ang.in.l.lucius.in prin.ff.de testa.mili.
⁊ ꝑ illū text.q̄ nō est standū imbreuiatura notarij, si nō est in pu-
blica forma. Et hec videñ maxime debere ꝓcedere in hoc casu,
in quo nō reperiñ alia scriptura, p̄ter illā pretēsam notā extēsam,
a qua honorabilis vir magr̄ Natalis matheronis cōmissari⁹ ex-
traxisse d̄r dictū pretēsum instrumētū in hac cā ꝓductū.Etiā nec
ꝓbat dictū pretēsum instrumētū ꝑ eo,q̄r nec in dicta pretēsa nota
79 extēsa,nec in eo posita est indictio,†que tñ de iure poni debebat.
d.c.inter dilectos.§.sed cōtra.de fi.instr.⁊ auth.vt preponañ no-
men imperatoris.colla.vi.de quo ꝑ Ang.cons.ccvij.exordiēte, Re-
periñ q̄dā imbreuiatura ⁊c.nisi aliter se hēret cōsuetudo, de q̄ tñ
nō apparet,⁊ q̄ nō p̄sumiñ cū sit facti.l.in bello.§.facte.ff.de capt.
¶ Adijcio,q̄ ēt supposito,citra p̄iudiciū veritatis,q̄ dicta p̄tē-
sa ratificatio fuisset sufficiēter ꝓbata ꝑ dictū p̄tēsum instr̄m,illa tñ
nō obesset:cū,vt apparet ex datis dictorū trāsport⁹ Stelle,⁊ ra-
tificationis illi⁹, ratificatio hm̄ōi facta fuerit post trāsportū in-
fra septē dies,anno vꝫ do.M.cccclxiij.⁊ die.xiiij.mēsis Decēb.
Trāsportus factus fuisse d̄r eodē anno,⁊ die. vij. p̄dicti mensis.
Et ita hm̄ōi pretēsa ratificatio,si ⁊ quatenus de illa sufficienter
appareat.facta est supstite,⁊ adhuc viuēte dicto serenissimo do.
Lud.q notorie ab humanis decessit anno do.M.cccclxxiij.vel

tirca. Durabat igit tpe facte ratificatiōis cā metus, ergo ⁊ metus ipse. p id qđ voluit Inn. in. c. j. super verbo, ratā. de his que vi metusve cau. ⁊c. Et idē voluit ibi Host. vers. Caue tamen tibi q2 huic mulieri ⁊c. vbi sentiūt metū imminere non solum tēpore quo gladij sunt presentes, sed etiā toto tēpore quo vixit ille qui potestatē habet metuz inferēdi sup metū passum. ar. c. literas. §. fi. de restit. spolia. ⁊ l. si per impressionē. C. q met. cau. Et idē post eos voluerūt cano. in. d. c. j. idē etiā voluit Inn. in. c. cām matrimonij. de off. deleg. Bar. Alex. de imo. ⁊ doct. in. d. l. cū te. Bar. in l. si ob turpē. ff. de cōdi. ob tur. cau. Bal. ⁊ Ang. in. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. here. vbi ēt Alex. de imo. ver. extra gl. Ang. hic ponit vnū quod est valde not. ⁊c. Bal. in. l. j. ad fin. C. de condi. ob tur. cau. ⁊ in suo consi. schismatis, qđ posuit in rubr. C. si quis alitesta. prohib. Facit qđ voluit Jo. cald. cons. j. ad fi. tit. q me. cau.

80 † vbi loquēs de muliere, que p metū professa est, dicit q licet illa per multos annos remāserit in monasterio, ipsa tū non ꝓpterea videtur ratificasse professionē, si durabat cā metus. Cuius enim causa cōseruatiua durat, semp effectus durare intelligit. §. tria. vers. affinitates, iij. q. vij. qđ etiā dicit idē Cald. satis probari. d. c. j. qđ met. cau. allegat etiā no. per Inn. in. c. ij. de regula. ⁊c. Nūquā enim vt dicit Bal. in. d. cōs. seu tract. schismatis. sub spiritu timoris purgat metus, nisi manifesta sint signa consensus, ⁊ sint cōgrue cause cōsentiēdi, cū metus semp ceruicib⁹ inhereat, ⁊ tādiu presumit durare rō metuēdi, quādiu durat instātia vera vel verisimilis inferētis metū. ar. l. mora. ff. de vsu. Nō obstat si forte exceptio opponat q, vt legit in dicto pretēso instrumēto ratificationis, idē quondā. d. Carolus gratis ⁊ ex eius certa scientia ⁊ volūtate spōtanea ratificauit ⁊c. Quoniam rñdeo, q propterea dici non dz metū cessasse: cū, vt predixi, adhuc subsisteret vera cā metus, q2 eodē timore, quo inductus est idē. d. Carolus ad ratificandū dictū trāsportū, cēseri dz fuisse inductus ad sic affirmādum, hoc est dicēdum, q gratis ⁊ ex eius certa sciētia ⁊ volūtate spōtanea hoc faciebat. l. doli. §. diuersum. ⁊ qđ ibi glo. ff. de noua. Et ideo p hoc nō probat actus spōtaneꝰ factus, vt declarat Jo. de imo. reprehēdens dicta Ant. de but. vel illa limitās in. c. sollicite. de resti spol. Et colligit clare ex dictis But. Bal. ⁊ aliorū. in d. l. cū te. C. qđ met. cau. ⁊ scribentiū. in. d. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. hered.

81 † vbi dicūt q qñ quis cōfitet in tormētis vel paulo post, q2 durat eadē cā timoris, notarius nō potest apponere illa verba: cōfessus est spōte ⁊c. Et hoc etiā dicit Bar. in. l. j. §. si quis vltro ver, vel dic ⁊c. ff. de questio. quinimo dicit Bal. in. d. l. cū te. q nō videt qūo confessio repetita post torturā possit dici spōtanea, cum adhuc duret eadē ptās cogēdi: ⁊ idē dicit in. l. si quis in hoc gen⁹. C. de episc. ⁊ cle. vbi dicit q post torturā vel metū illatū est fere impossibile ꝓbare spontaneā cōfessionē. Et vt dicit Bal. cons. ccxxiij. exordiēte, Punctus infrascripti cōsilij apparet ⁊c. in prima parte. post Cyn. in. l. nouissime. §. fi. ff. q fal. tuto. auto. ⁊ Inno. in. c. bone. le. ij. de elect. Compulsus dicit, qui vehementer timet ne cōpellatur, ⁊ iustus timor impressionis sufficit, quāuis impressio sequuta nō extiterit. Ex premissis igit apparet dictuz metum non fuisse purgatū per dictā pretensam ratificationem.

Etiā nec suffragatur intētioni dicti. d. Cursolij, ad impugnationē trāsactionis oliz celebrate ⁊ inite p ⁊ inter spectabilē virū. d. Ludouicū de pictauia tūc Comitē Valētinē, ⁊ Dyen. ex vna parte ⁊ magnificū virū. d. Ludouicū de pictauia. d. s. Valerij, quidā ꝓcessus olim Anno vcz, incarnationis dñice. M. cccc. xvi. ⁊ die. xxi. mēsis Januarij: incoatus ad instantiā p̄fati. d. Comitis. ⁊ die. xxiij. eorūdē anni, ⁊ mēsis finitus ⁊ terminat⁹: de ⁊ sup pretēsa absolutione iuramēti, q sibi impēdi postulauit, ⁊, vt ex aduerso pretēdit, sibi cōcedi obtinuit idē. d. Comes. Tū q2 nō apparet q bone memorie reuerēdissim⁹ d. Jordan⁹ Albanēsis eps esset talis, qualē se asseruit: hoc ē, sedis apo. penitētiari⁹, vel illi⁹ penitētiarie curā gerēs. Tū ⁊ q2 ēt nō apparet q venerabilis vir, d. Joānes melhoreau p tūc ēet vicarius Vinari. Et ita nō apparet q ipse tāquā assertus vicari⁹ potuerit ꝓcedere ad dictā ptensaz dispēsationē iuramēti. Tū ⁊ q2 hmōi ptensa dispēsatio seu absolutio, ēt si pmissa cessassent, cōcedi nō potuit absente ⁊ nō vocato dicto. d. Ludo. auo p̄nō huius. d. impetrātis, de cui⁹ p̄iudicio agebat: ⁊ q ꝓpterea vocādus erat. c. j. de cau. pos. ⁊ ꝓprie. c. iter quatuor. de mai. ⁊ obe. l. de vno

82 quoq. ff. de re iudi. ⁊ l. nā ita diu⁹. ff. de adop. † p quo facit, q2 in dispēsatione seu absolutiōe a iuramēto requirit cause cognitio, vt no. Inn. in. c. ad aures. qđ met. cau. Spec. tit. de iudi. deleg. §. nunc ostēdendū. ver. xxiij. cū duob⁹ se. Fed. de se. cons. ccc. exordiente, Factū tale est: debitor pmisit ⁊c. ⁊ Bal. in. l. fi. ver. cōsulūt tū doc. ⁊c. C. de nō nume. pecu. vbi ēt refert. h. Thomā. Requirebat ergo citatio dicti. d. Ludou. l. in cause. §. cā cogn. ff. de mino. l. si deserta. C. si ꝓpter publ. pēsita. ⁊ l. fi. C. si per vim vel alio mo. Quod etiā voluit Panoz. in. c. j. de iureiur. Ant. de but. ⁊ Jo. de imo. in. c. debitores. eo. tit. Et ita etiā cōsuluit Pet. de anch. cōsi. ccxix. exordiēte, Predictis subtiliter, ⁊ plenē deductis ⁊c. in quo inter cetera dicit, q vinculū iuramēti multipliciter reperit cōtractū et qñq invalidū cōfirmare, similiter ⁊ iurantē arctare ad ipsius obseruantiā. c. cū cōtingat. c. debitores. de iureiur. c. lz. eo. ti. in. vi. auth. sacra. pub. C. si aduers. vend. ⁊ l. si quis maior. C. de transa. Sed nulli dubiū est q per ipsius iuramenti dispēsationē seu relaxationē vires Ↄctus debilitant, ⁊ psona ab agēdo ꝓpter viz iuramēti ꝓhibita ad agendū admittit: ⁊ debitū, absolutione obtēta, interim lite pēdente soluere nō cōpellit, in quib⁹ vertitur preiudiciū creditoris, cuius interest Ↄctū suas vires habere, ac sumptib⁹ ⁊ litib⁹ nō vexari. In p̄iudiciū aūt alicuius ex partib⁹ nō pōt iudex aliquid attētare sine cause cognitione, que tūc adhiberi dz, cū parte p̄nte, vel absente p cōtumaciā actus geritur. d. l. in cause. §. cā cognita. ⁊ alijs iurib⁹ superius allega. Et idē ēt voluit Pet. de anch. cōs. ccclxxxiij. exordiēte, Retēto ordine dubiorum reassumam ⁊c. Joan. de imo. in cle. dispēdiosam. de iudi. Alex. de imo. cons. ccxxiiij. exordiēte, Visa facti narratione mihi exhibita. in. ij. volu. ⁊ Bar. Cepol. in suis caute. charta mihi. lxi. exordiēte, Ad duplicē finē peti pōt ⁊c. loquēs tū in Ↄctu qui pretendebat eē vsurarius, vr aliter loqui ⁊ dicere, q ad duplicē finē peti pōt relaxari iuramentū super Ↄctu vsurario interpositū: ad vnū vcz, vt p hoc ipsa obligatio, q̄ cōtracta videbat, tollatur ex toto: quo casu, ƀm eū, habet locū partis vocatio, solennis examinatio, ⁊ cōpulsio creditoris ad relaxādū iuramētū, cū de veritate cōstiterit. Ad ƀm vero effectū seu finē peti pōt, ƀm eū, non ad tollendū p hoc debitū vsurariū, sed habilitandū personā, vt non obstāte iuramēto possit petēs relaxationē detegere fraudē cōtractus: ⁊ hoc casu nō requirit, ƀm eū, ordo predictus, q2 vt ptendit, de grādi p̄iudicio creditoris seu partis nō agit: tū id qđ primo dixi vr verius, ⁊ tenet magis cōiter. Et q etiaz vbi petit iuramētū relaxari ad fines habilitādi personā, debeat pars vocari, de cuius p̄iudicio agit, voluit expresse Jo. de imo. in. d. c. debitores. dicēs ēt simplicē habilitationē personē iurātis, vt non incurrat periuriū, fieri oportere precedente citatione partis: q2 si pars citet, poterit esse q ostendet calūniā petētis talē habilitationē. ar. l. ij. C. ad. l. corn. de fal. ⁊ ita dt ꝓbari p no. p Fed. de sen. in. d. cons. Et idē ēt voluit Alex. de imo. in. d. consi. ccxxiiij. in. ij. vol. Bar. cepol. in. d. §. in multis. ⁊ Pet. de anc. in duob⁹ cōsilijs superius allega. Et ita precedēte solēni ⁊ grādi discussione fuit obseruatū per hāc insignē curiā, in decisione cause oliz mote sup baronia Bochagij, ⁊ de Breugo. per ⁊ inter do. Castrinoui de Galore, ⁊ magnificū do. Hūbertū de baternay do. Bochagij. Et vt dicit Pet. de anc. in dictis cōsilijs, huic opinioni nō obstat qđ pretēdit, in habilitatione psonē agi de modico p̄iudicio, ex quo nō perit ius partis absentis in cā principali: q2 rñdet, q, vt etiā predixi, multiplex dānū incurrit pars absēs ꝓpter talē pretēsam dispēsationē, seu relaxationē iuramēti, sez ꝓpter moras iudicij: ⁊ dilatā solutionē, q̄ ꝓpter vinculū iuramēti fieri debuisset in termino p̄fixo creditori: qui recipiēdo tardius id qđ sibi debetur, minus vr recipere. c. j. de plus peti. Preterea non est iudici permissuz q ēt in modico partē offendat p suā sententiā, ⁊ si hoc fecerit, illa retractat ꝓpter minimā lesionē. l. ⁊ in maiorib⁹. C. de appel. ⁊. c. de appellationib⁹. eo. ti. ⁊ hoc maxime ꝓcedit, ⁊ procedere dz de iure canonico, q2 quelibet etiā minima iniquitas exulare debet a canonib⁹. §. criminis. xxv. di. ¶ Adijcio predictis, q etiā supposito, citra p̄iudiciū veritatis, q dictū Oldr. de quo s. procederet de iure, sez q parte nō vocata posset absolutio aut relaxatio iuramēti impēdi ad finē habilitādi personā: ipse tamē fatetur qđ hoc fieri nō pōt ad finē tollēdi obligationē contractā: sed, vt dicit, opus est partis vocatione, ⁊ solenni examinatione. Licet igit illa pretēsa absolutio, q̄ impēsa asserit dicto quōdam do. Comiti, valuisset quoad finē habilitandi eius personam, ⁊ ad hoc, vt nō obstātibus iuramētis posset experiri p detectione illius pretēse violētie, de qua in dicto pretenso ꝓcessu: illud tū certissimū est, q nō valuit quoad recisionē trāsactionis, de qua ibi: ⁊ in hoc nullus discrepat. Nec dicat aliquis q quoad hūc finē valuerūt, aut valeāt depositiones quorūdam pretensorū testiū p parte ipsius do. Comitis in illo ꝓcessu ꝓductorū. Tū q2 illi fuerūt ꝓducti, si ⁊ quaten⁹ de ꝓductione appareat, absente ⁊ nō vocato dicto. d. magnifico de pictauia, qđ fieri

83 non potuit. l. si qñ. C. de testi. ⁊. c. ij. eo. tit. † Tū ⁊ q2 attestationes sumpte in iudicio summario, fidē nō faciūt in plenario iudicio: maxime si in eo agat ad aliū finē. c. veniēs. le. ij. de testi. ⁊ qđ ibi p doc. ⁊ qđ no. gl. Inn. ⁊ doct. in. c. cū dilectus. de ordi. cogn. gl. in. l. ij. C. eo. tit. Bar. in. l. ij. §. j. vers. sed vr ⁊c. ff. vi bon. rapt. Alex. de imo. in. l. apud iuli anuz. §. vtrū. ff. ad trebel. ⁊ plenius. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. in secūda addi. ver. similiter dico ⁊c. ff. de re iudi. Et p̄supposito, citra preiudiciū veritatis, q dictū Jac. but. in. l. ab hostib⁹. §. sed qđ simpliciter. ff. ex qui. cau. maio. vbi limitauit

tauit

cauit dictũ ꝑdictũ, vt vcꝫ nõ ꝓcedat eo casu ꝙ in iudicio summario essent facte plene ꝓbationes, esset verũ: cui tñ multi cõtradicunt: illud adhuc nõ obesset: qꝛ dici nõ põt, ꝙ in dicto pretenso ꝓcessu fuerint facte plene ꝓbationes super inibi deductis. Et quidẽ nõ quoad ordinẽ iudiciorũ qꝛ lite nõ cõtestata, ⁊ vt ꝑdixi parte nõ vocata: ſꝫ qꝛ ẽt ex tenore dicti ꝑtensi ꝓcessus apparet fidẽ nõ esse adhibẽdã illis ꝑtẽsis testibꝰ. Taceo ꝙ hic ẽt nõ apparet acta illius ꝑtẽsi ꝓcessus fuisse recepta ꝑ notariũ publicum: insuper nec ꝙ penitentiarius habeat iurisdictionẽ contentiosam.

Insuper etiã non obstant dicto do. impetrãti, nec suffragant̃ ꝑfato do. Cursolij duo ꝑtensa publica instr̃a duarũ assertarũ Iuestiturarũ olim factarũ, vnĩꝰ vcꝫ Anno dñi. M.cccclxxxi. ⁊ die. xxvij. mẽsis Aprilis, ⁊ alterius Anno dñi. Mcccclxxxiiij. ⁊ die. xviij. mẽsis Maij parte dicti do. Cursolij in hac cã ꝓducta, ⁊ ĩserta in ꝓcessu recursus. fo. 471. ⁊ fo. 474. Cũ qꝛ non sufficiẽter apparuit ꝙ ille, vel illi castellani, qui inuestituras hmõi fecisse ꝑtendunt̃, essent castellani dicti do. impetrãtis: vel alias haberent in mãdatis, vt illas facerent ꝑ ⁊ noĩe ipsius. Cũ ⁊ qꝛ in inuestituris hmõi poterat subesse aliã cã, ꝙ̃ approbatio dicti meticulosi trãsportus Stelle, illa vcꝫ, vt minus ꝑderet, vt dictũ est superius cũ fieret sermo de recõpensa ꝑ dictũ quondã do. Carolũ de Pictauia recepta, et tam ꝑ ipsũ ꝙ̃ dictũ do. impetrantẽ postea possessa. Non ergo cẽsendus est idẽ do. impetrãs ꝑ dictas ꝑtensas inuestituras approbasse dictũ transportũ Stelle. d. l. ij. C. qđ met. cau. ⁊ in. c. j. eo. tit. ⁊ ꝓbat̃ in. l. iiij. ⁊ qđ ibi Bar. C. qđ me. cã. Et idẽ dõm est ad id qđ parte dicti do. de Cursolio reperit̃ obiectũ, scꝫ de homagio, qđ de baronia Chalãconis fecisse ꝑtendit̃ serenissimo. do. nr̃o Francorũ regi dictus do. impetrãs Anno dñi. M.cccclxxxiiij. ⁊ die. xvj. mẽsis Maij. Et eodem mõ põt r̃ñderi, ꝙ non obstiterit, neqꝫ obstat id qđ opponit̃ de mr̃imonio post dictũ meticulosum trãsportũ ꝯtcto per ⁊ inter ipm do. de Pictauia impetrãtẽ, ⁊ dñam Mariã de Francia: qꝛ cũ potuerit subesse, put ⁊ re vera subfuit alia cã, ꝓpter quã ꝯtcũ est mr̃imoniũ hmõi, ꝙ̃ approbatio dicti transportus, nõ debuit, nec dꝫ ꝑsumi ꝙ ꝑ dictũ matr̃imoniũ idẽ do. impetrãs dictũ trãsportũ approbauerit, ꝑ regulã ꝑdictã, ꝙ fundat̃ super mẽte iuris. Quia vcꝫ nemo presumitur in dubio velle suũ iactare, vbi alia coniectura haberi potest. l. si cũ aurum. ff. de solut. ⁊ l. cum de indebito. in prin. cum suis simili. ff. de proba.

Preterea nec obstat ipsi do. impetrãti quidã ꝑtensus ꝓcessus olim factꝰ ꝑtextu, ⁊ ad cãm castri, ⁊ castellanie Ruppisfortis, ꝑ ⁊ ĩter egregiũ virũ do. aduocatũ, seu ꝓcuratorẽ fiscalẽ Delphinatus ex vna parte, ⁊ dictum do. Carolũ de Pictauia pr̃em huius dñi impetrãtis ex alia. Cũ qꝛ ꝓcessus hmõi nõ fuit ex integro, ſꝫ ꝑ holos ⁊ particulas ꝓductꝰ. Cũ ⁊ qꝛ, aut verũ est ꝙ tpe inchoationis ꝓcessus cause huiꝰ, q inchoatꝰ ꝑtendit̃ Anno dñi. M.ccccxxxvij. ⁊ die ꝑma mẽsis Februarij, vel circa, ⁊ sic post lapsos nouẽ annos a tpe primi ⁊ gñalis trãsportus dictorũ Comitatuũ, q factꝰ est Anno dñi. Mccccxxvj. ⁊ die. xxiiij. mẽsis. Julij, fuerãt parte recolende memorie serenissimi do. Caroli septimi adimpleta oĩa conuẽta ⁊ ꝓmissa per eũ tpe dicti trãsportus, ⁊ in eo: aut si nõ omnia fuerãt adimpleta, ergo fuerat facta assieta de Stella, quã facere ꝓmiserat ꝑ patẽtes lr̃as datas ad partẽ. Et hoc facit ꝓ ipso dño impetrante, ⁊ ꝯ dictũ do. Cursolij. Si vero illa adimpleta nõ extiterãt, non vr̃ ꝙ ipse quondã serenissi. do. Carolus cũ effectu agere potuerit, aut saltẽ quẽadmoduꝫ volebat ipse cõuentiones ⁊ pacta sibi obseruari: ita ⁊ ipse tenebat̃ illas obseruare ꝑfato do. Caro. l. cũ ꝓponas. la. ij. ⁊ qđ ibi docto. C. de pac. ⁊ c. ꝯuenit. le. ij. de iureiur. Pactũ eñ, vt dicit Bal. in. d. l. cũ ꝓponas, vr̃ appositũ ꝓ eo q ipsum seruat, ⁊ non pro eo qui ꝯuenit pacto. d. l. cũ ꝓponas. ⁊ l. ꝗro. §. inter locatorem. ff. loca. ⁊ qđ not. in. l. q fidẽ. ff. de trãsact. ⁊ in. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ l. cũ pr̃. §. libertus. ff. de lega. ij. Et vt dicit Oldr. cõsi. mihi. cxcj. exord. Tota pñs q̃stio dimissis superuacuis, ⁊c. neuter petere põt ea lege se vindicari: quã ambo cõtẽpserunt. l. viro atqꝫ vxore. ff. solu. mat. ⁊ l. qdam titiũ. ff. si qs omis. cau. test.

Etiã nec predictis obstat qđ parte dicti do. Cursolij oppositũ reperit̃ in. xij. articulo libelli recursalis, scꝫ ꝙ dictꝰ quondã do. Carolꝰ do. scti Valerij, fuerit cõtumax aut rebellis in nõ expediẽdo iuxta iussum ⁊ mãdatũ huius insignis parlamẽti oppidũ seu castrũ Dalmasceni: ⁊ ꝙ ꝓpterea videat̃ venisse contra conuenta ⁊ pacta, de qbus in gñali trãsportu dictorũ Comitatuũ Valentinen̄. ⁊ Dien̄. Cũ qꝛ si bene ⁊ accurate inspiciant pacta ⁊ cõuenta hmõi, non apparebit ꝙ in vim illorũ, aut illorũ alicuiꝰ teneret̃, ⁊ deberet dictus dño scti Valerij castrũ ꝑdictũ tradere vel expedire serenissi. do. nr̃o tunc Delphino: qꝛ cũ in trãsactione dudũ celebrata ⁊ inita ꝑ ⁊ inter dictũ quondã do. Ludo. Comitẽ, ⁊ ꝑfatum do. Ludo. auũ pr̃num dñi impetrãtis ꝯuentũ ⁊ trãsactũ extitisset, ꝙ castrũ hmõi cũ suis iuribus ⁊ ꝑtinẽtijs ꝑueniret post ipsius dñi Comitis mortẽ ⁊ decessuꝫ, ⁊ sub cõditionibus, de qbus ibi, ad nobilẽ Lãcelotũ de Pictauia ipsiꝰ dñi Comitis filiũ naturalẽ. Insuꝑ ⁊ cũ in dicto ꝑtẽso testõ eiusdẽ dñi Comitis, idẽ Comes castrũ hmõi cũ suis ꝑtiẽtijs ⁊ iuribꝰ legasset reliquisset eidẽ Lanceloto, nullũ ius habere videbat̃ in hoc castro ipse do. Carolꝰ in vim transactionis predicte, aut testoꝝ suorũ ꝑdecessorũ. Sꝫ qcqd in eo habebat, hoc habebat ⁊ habuerat in vim donationis sibi facte post transportũ ꝑ ipm Lãcelotũ. Et ꝙ̃uis in dicto trãsportu fuerĩt cessa ⁊ remissa oĩa iura ꝙ tunc habebat, vel habere posset dictꝰ quondã do. Ludo. ⁊ familia de Pictauia in dictis Comitatibus ⁊ castris illius, ⁊c. In hac tñ cessione nõ venerũt iura, in qbus nullũ ius tũc competebat re aut spe ex cã preexistẽti, ſꝫ postea cõpetere ceperunt ex cã de futuro. s. ex cã dicte donatiõis. ar. l. q cũ tutoribꝰ. ⁊ qđ ibi Bar. ⁊ doc. ff. de trãsac. cui dicto nõ obst. ꝙ ĩ trãsportu ⁊ cessione hmõi dictũ extiterit, ipm do. Ludo. cedere et remittere oĩa iura, ꝙ tunc habebat vel habere posset, ⁊c. Qm̃ r̃ñdeo, ꝙ lꝫ vbũ, põt, positũ in trãsportu trãsactionis hmõi, trahi potuisset ẽt ad futura. l. si ita qs. ff. de leg. ij. hoc tñ intelligendũ est de illis futuris, ad ꝙ tpe factorũ cessionis ⁊ trãsportꝰ ius cedẽdi cõpetebat re vl' spe ex cã ꝑcedẽti, vt voluit Bar. ⁊ post eũ Alex. de Imol. in. l. qđ seruꝰ. ff. de ꝯdi. ob cau. Idẽ voluit Bar. in. l. q Rome. §. duo fr̃es. in. vj. q. ff. de vb. obl. vbi ẽt idẽ voluit Frãc. de Are. col. xviij. v. Adde ẽt dictis Bar. in. vj. q. ⁊c. ⁊ Alex. de Imo. col. li. v. itẽ ĩnꝙ̃tũ Bart. hic in. vj. q. ⁊c. ⁊ Bal. in. l. spe. ad fi. C. de dona. Pro quo facit, qꝛ remittere iura ꝙ qs hꝫ, vel habere põt, ⁊ remittere iura ꝙ qs hꝫ, vel habere sperat, ad paria iudicant̃, vt dicit Bar. in. vj. q. vbi ẽt idẽ vr̃ sentire Frã. de are. ⁊ Alex. de Imo. in locis ꝑalleg. Certũ est aũt ꝙ cũ quis remittit iura ꝙ hꝫ vel hr̃e sperat, intelligit̃ remissio facta de iuribꝰ ꝙ hꝫ vel hr̃e sperat ex cã ꝑexistẽti, nõ ex cã de futuro. d. l. qđ seruus. ⁊ qđ ibi Bar. ff. de adul. ⁊ d. l. q cũ tutoribꝰ. qđ etiã voluit Bar. in. l. post emãcipationẽ. ff. de lib. leg. Ergo ꝑ cessionẽ vel trãsportũ, quos fecit. d. do. Ludouicꝰ quõdã de iuribꝰ ꝙ habebat vel hr̃e posset, cẽseri dꝫ idẽ do. Ludo. cessisse iura ꝙ habebat vel hr̃e posset ex cã ꝑexistẽti, nõ ea ꝙ hr̃e posset ex cã de futuro. Nõ ergo in trãsportu ⁊ cessione ꝑdictis venerunt iura ꝑ eũ postea acqsita a dicto Lãceloto. Et ita nõ tenebat̃ dictꝰ. d. Carolꝰ in vim ꝯuẽtoꝝ ⁊ pactoꝝ, de qbꝰ supra, tradere aut restituere dictũ castrũ. Et ita ex ꝑtẽsa dilatiõe restõnis dici nõ põt ꝯuenisse ꝯuẽtionibꝰ ⁊ pactis. Cũ ⁊ qꝛ supposito, citra ꝑiudiciũ veritatis, ꝙ ipe illđ restituere debuisset fortasse ĩ viꝫ sententie ꝯ eũ ꝓmulgate nõ ꝓpterea tñ poterat dici cõtumax, aut rebellis, cũ hoc fecerit ex ꝑmissiõe, imo veriꝰ ex iussibꝰ ⁊ mãdatis sibi factis ꝑ. d. d. Ludo. tũc Delphinũ, cui parere debuit.

Insuper nec etiã refragatur eidẽ do. ĩpetrãti id de quo ꝑte eiusdẽ do. Cursolij oppositũ reperit̃ i. xxi. articulo dicti ꝑtẽsi libelli recursalis. s. ꝙ ꝑtẽsus ꝯtctus, initꝰ ⁊ celebratꝰ sup recuꝑatiõe Stelle, fuerit pñtatꝰ ⁊ interinatꝰ seu ĩsinuatꝰ ĩ hac ĩsigni curia ꝑte. d. do. Caroli: qꝛ esto qđ fortasse scriptũ repiat̃ apud acta hũc ꝯtcũ fuisse pñtatuꝫ, aut interinari postulatũ, ex hoc tñ nõ ꝯcludẽter ꝓbat pñtationẽ seu postulationẽ hmõi fuisse factã ꝑ ipm do. Carolũ: cũ, vt notoriũ est, huic ĩsigni curie scribi solitũ sit, fuit expositũ, exhibitũ, vel petitũ tale qd, ꝑte talis: pone Titij: etiã si Titiꝰ ꝑsonaliter nõ exposuerit, exhibuerit, aut petierit. Verba ergo de scripta in ꝑtẽsa interinatiõe dicti asserti ꝯtcꝰ nõ inferũt ꝯcludẽter, nec ꝓbãt ꝙ ꝯtcꝰ hmõi pñtatꝰ extiterit ꝑ ipm do. Carolũ: nec ẽt ꝓbãt mãdatũ pñtãtis, cũ ꝑ ꝓba hmõi non appeat qs ille extiterit, ⁊ de cuiꝰ mãdato nõ ꝑsumit̃, ẽt post annos plurimos, vt supiꝰ dictũ est in alio articulo ꝓ quo cõductꝰ est Bal. in. l. ij. C. si ex fal. instru. ⁊ in. l. j. C. de re. alie. non alien. Alex. de Imo. in. l. q in aliena. in prin. in. v. col. ff. de acq. here. ⁊ in. l. sciẽdũ. col. vj. ff. de ver. ob. ¶ Adijcio qđ eidẽ do. ĩpetrãti non refragat̃ dicta ꝑtẽsa exhibitio, seu ĩterinatiõis postulatio, nec ꝑ eã cẽseri deberet metꝰ, de quo. s. fuisse purgatꝰ, ẽt si ꝓbatũ extitisset ꝙ pñtatio seu postulatio hmõi fctã extitisset ꝑ ipm do. Carolũ. Cũ qꝛ viuẽte serenis. d. Ludouico, ⁊ sic durãte cã metus. Cũ ⁊ qꝛ poterat ⁊ ꝑt assumi alia ꝯiectura. s. vt minꝰ ꝑderet idẽ do. Caro. ⁊ vt ĩ aliquo sibi ꝯsuleret ꝑꝑ ablationẽ castri Stelle, ⁊ alioꝝ ꝑdictoꝝ. Non est ergo ꝑsumẽda approbatio ꝯtctus: qꝛ vt supiꝰ dictũ est post doc. in. l. ij. C. qđ met. cã. ⁊ in. c. j. eo. ti. ⁊ ꝓbat̃ in. l. iiij. ⁊ qđ ibi Bar. C. eo. tit. vbicũqꝫ põt subesse

alia cā ꝙ approbatio ɔctus facti p metū, ibi nunq̄ ꝓsumit approbatio, et si nō duret eadē ptās cogēdi. Et fundat hoc dictū super mente iuris, q nemo ꝓsumit in dubio velle iactare suuz vbi alia coniectura haberi potest. l. si cum aurum. ff. de solu. ⁊ l. cu. ii de indebito. in princ. ff. de proba.

Et eodē modo videtur posse rn̄deri ad id, de quo parte eiusdē dn̄i Cursolij opponit in articulis exordiētib⁹, addēdo, ⁊c. insertis in ꝓcessu recurs⁹. fo. 89. scz, ꝙ post accessum dicti serenissimi do. Ludo. ad Flandriā, ⁊ reductionē patrie Delphi. ad man⁹ serenissimi dn̄i Caro. frācorū regis, ⁊ ipsa in ipsi⁹ manib⁹ existēte, bone memorie. R. in xp̄o pr̄ do. Ludo. Valētinē. ep̄s, ⁊ p̄tēsus patruus dicti dn̄i impetrātis, hēbat autoritatē i p̄ria maximā, tā apud ip̄m do. Carolū regē, ꝙ in administratiōe iustitie, ⁊ in comitijs, q̄ stat⁹ vocāt. Quoq̄ tp̄e absente ipsi⁹ dn̄i Ludo. idē do. i petrās tenuit ⁊ possedit recōpensam, seu res ⁊ alia p̄dicta p Stella ꝓmutatas ⁊ ꝙ eo tp̄e do. Cursolij nullā hēbat autoritatē in p̄ria Delph. Qr vez adhuc durabat cā met⁹. Quis em̄ idē do. Ludo. abesset ⁊ p̄ria ad man⁹ regias reducta extitisset, nō erat tñ ea priuat⁹ nec talis q ad p̄riam vt dn̄s illi⁹ reuerti nō speraret, ⁊ posset: ⁊ aliqn̄ eidē do. Carolo in regno successurus, q̄ oīa cōtigerūt. Merito adhuc poterat timeri, ⁊ timebat. Ex hoc ergo ꝙ idē do. i petrās q̄rimoniā nō fecerit ɔ do. Cursolij, cēseri nō dz approbasse ɔctū: eo ꝓsertim q ipso tp̄e absens erat ipse dn̄s Cursolij, ⁊ residēs cū dc̄to dn̄o Ludo. q ꝓpea vel difficillime, vel nullo mō euocari poterat, ⁊ saltē nō sine grādi irritatione ipsius dn̄i Ludo. Etiā nec, vt iā sepi⁹ dictū est, ꝓsumi dz idē dn̄s i petrās voluisse approbare ɔctū. q durāte dicto tp̄e tenuit ⁊ possedit dictā recōpēsam: nā hic poterāt subesse ⁊ suberat alia cā, ꝙ approbatio ɔctus. Et eodē mō rn̄deri pōt ad id qd̄ p̄te eiusdē dn̄i Cursolij opponit in. xij. articulorū exordiētiū. Nō pcedūt, ⁊c. insertorū. fo. recursus. 98. de m̄rimonio p ip̄m do. i petrātē postq̄ dictus serenissi. do. Ludo. puenit ad sceptrū ɔctū dn̄a Maria de Frācia filia eiusdē dn̄i Ludo. ⁊ ad id de quo opponit in. x. articulo schedule exordiētis. Deducta in qbusdā, ⁊c. inserte fo. recursus. 115. s. ꝙ tā cōtēplatione dicti m̄rimonij, ꝙ al's fuit idē i petrās certo tp̄e gubernator ducat⁹ Aquitanie, q cū in his subesse possit, ⁊ reuera subsit alia cā ꝙ approbatio dicti ɔctus, nō fuit nec est approbatio hmōi ꝓsumēda. p p̄dicta. Etiā eodē modo rn̄det ad id de quo opponit in. d. schedula exordiente. Deducta, ⁊c. inserta fo. recursus. 115. s. ꝙ post dictū p̄tēsum trāsportū factū sup reparatione Stelle, d. do. Carolus de Pictauia suum ɔdidit testm̄, ⁊ ꝙ in eo legauerit, aut al's reliq̄rit magnifico ⁊ potēti viro do. Guli. de Pictauia ei⁹ filio baroniā Cleriaci, ⁊ ꝙ idē do. G. baroniā hmōi possederit ⁊ possideat. ¶ Porro et nec obst. intētioni p̄fati do. i petrātis id, de quo opponit in articulis exordiētib⁹. Nō pcedūt, ⁊ insertis fo. recursus. 98. ⁊ in articulis, deducta, ⁊c. insertis fo. recursus. 115. s. de p̄tēsis oppressionib⁹, vexationibus, ⁊ molestijs q̄s olim Anno dn̄i. M. cccc. xxvj. ac et ante ⁊ post, vsq̄ ad annum tricesimum, ⁊ vltra intulisse dicunt Anglici ⁊ Burgūdi dicto quondam dn̄o Carolo tunc Regi ⁊ Delphino. Qm̄ rn̄deo, ꝙ non sic eū in illis tēporibus, aut eorū aliquibus oppresserunt: quin potius multoties fuerunt ꝓfligati, cesi, ⁊ a ciuitatibus ⁊ locis expulsi ⁊ turpiter fugati, put pleni⁹ percipi pōt ex historie lectione, cuius in locis opportunis facta est ꝓductio, ⁊ cui predecessores nostri crediderūt. Illi ergo est credendū. per id quod not. Bart. in. l. j. colū. iij. versi. Pro cuius declaratione, ibi quedā sunt scripture enūtiatiue. ff. si cer. peta. Et quod voluit glo. in. c. inter dilectos. super verbo magis. ⁊ qd̄ ibi docto. ff. de fi. instru. ⁊ quod voluit glo. in. c. per venerabilē, super verbo, transtulit. de electione: et non solū hoc auditū est, ista fuisse credita a predecessoribus, sed etiaz audita sunt per viuētes ab his, ⁊ quidē plurimis, qui profligationibus, stragi ⁊ expulsionibus interfuerūt. Et maxime debuit ⁊ debet dicte historie credi, cum etiā dictus do. Cursolij partē illius ⁊ ex eodē lib. sumptam in hac causa ꝓduxerit. Preterea quicquid in regno cōtigerit, hoc tamen certū est ꝙ Anglici, vel Burgūdi, nihil occupauerūt in patria Delphinatus, s nec in locis regni dicte patrie circūuicinis. Et sic nihil fuit occupatū per Anglicos. aut Burgūdos in locis in quib⁹ iuxta cōuentiones dicti trāsportus generalis fiēda erat assieta seu assignatio infra nouem annos a tp̄e transportus. Potuisset igit assignatio seu assieta hmōi fieri durāte dicto termino, non obstātibus pretēsis oppressionibus ⁊ molestijs. Et maxime q dictus serenissim⁹ do. Carolus ꝓbatur fuisse ⁊ multis hebdomadis māsisse Vienne Anno dn̄i. M. cccc. xxxiiij. ⁊ sic infra terminū: ⁊ sic nec ex parte rei assignande, que supererat in facultate ipsius do. Caroli, nec ex parte persone eiusdē d. Caroli occurrit difficultas, qua prohibitus aut impeditus extiterit, quominus faceret predictam assietā. Non ergo ad excusatiōnē eiusdē do. Caroli, nec consequēter causam ab eo habentiū profuerāt, aut prosunt dicte pretense oppressiones, q dici non potest ꝙ hic occurrerit difficultas, ea videlicet que a mora, vel pena excusat. pro quo allegasse sufficiat ea que habētur in. l. continuus. §. illud. ⁊ qd̄ ibi Bar. Jo. de imo. ⁊ apertius Fran. de are. ff. de verb. oblig. Addo, ꝙ non solum infra predictos nouem annos, qui lapsi extiterunt ab Anno domini. M. cccc. xxvj. ⁊ die. xxiiij. mensis Julij, vsq̄ ad annuz domini. M. cccc. xxxv. ⁊ die. xxiij. aut. iiij. mensis Julij: sed etiam ab hoc anno. xxxv. vsque annum. liiij. cessatum fuit in facienda assieta, seu assignatione aliorum bonorum pro Stella, ⁊ alijs bonis superius memoratis.

¶ Ad tertium quesitum respondeo, ⁊ dico ꝙ presupponēdo, prout in eo, ꝙ castrum, villa, ⁊ alia predicta tempore permutationis siue transportus, de quo supra, tenerētur iure pignoris: illa nō potuerunt transferri vel alienari in aliū, inuito dicto quondā do. Carolo, obstāte promissione facta per dictum quondā serenissimū do. Carolū tempore dicti generalis trāsportus dictorū Comitatuū, de qua cōstat per literas patētes in hac causa ꝓductas. fol. 123. cuius illā assigno rationē, q pactū de re nō alienanda, vel in aliū trāsportanda, factū illi, qui habet ius in ipsa re, impedit dn̄ij translationē. l. si creditor. §. fi. ff. de distrac. pign. prout est ibi, nullā venditionē. ⁊ l. fi. C. de in. emp̄o. no. Bar. in. l. nemo. ff. de pac. Bar. ⁊ doct. in. l. ea lege. C. de cond. ob cau. ⁊ in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Alex. de imo. ⁊ Franc. de aret. in. l. qui absenti. §. j. ff. de acquir. poss. ⁊ Panor. in. c. cū nō liceat. col. mihi. iiij. de presc. Nec oportet ꝙ ius hmōi sit ius dn̄ij, sed sufficit ꝙ sit ius sp̄alis hypothece, vt voluerūt doc. vbi. s. Alex. in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. obl. ad qd̄ bene facit. d. l. si creditor. §. qd̄ aūt iulianus. vt no. Bald. in. d. §. fi. in antiquis reportatis. Et sequitur Alex. de imo. in. d. l. qui absenti. §. j. co. mihi. ij. Cū ergo, vt apparet per literas ante dictas, p̄fatus serenis. d. Carolus promiserit, ⁊ bona fide conuenerit auo paterno dicti do. impetrātis, ꝙ eo casu, quo ex tunc in antea ipse disponeret facere, ⁊ de facto faceret aliquē transportū de Comitatibus superius mētionatis, ⁊ cuicunq̄ persone, cū fieri cōtingeret, ipse reseruaret ⁊ expresse exciperet oēs ⁊ singulas res per eū sibi traditas, ⁊ quas postea ⁊ ante transportū fiendū sibi tradidisset: quodq̄ in trāsportu hmōi res predictas, aut aliquā earundē nullatenus cōprehenderet, ⁊ sic ꝓmiserit ipsas res in aliū nō trāsferre, vel alienare: palā infertur prefatum do. Ludouicū Delphinū inuito dicto. d. Carolo. d. s. Valerij nō potuisse res predictas in alterū trāsferre. Cōuenit em̄ rex ita facere obligando bona sua, qd̄ et importat futura. l. fi. C. que res pig. ob. pos. Jmo et se submisit omnib⁹ curijs. Quibus non obstat si dicat ꝙ promissio hmōi facta est soluz eo casu quo fieret trāsportus de Comitatibus, ⁊ sic a cōtrario sensu videtur eidē do. Carolo permissuz, vt res p̄dictas vel aliquas ex eisdē posset in aliū alienare vel transferre, dn̄ tñ nō fieret trāsportus de Comitatibus hmōi. l. inter socerū. §. cū inter. ff. de pac. dota. Qm̄ rn̄deo ꝙ lz argumentū a cōtrario sensu procedat et in cōtractib⁹. d. §. cum inter. ⁊ no. Bal. in. l. conuenticulā. C. de episc. ⁊ cle. illud tñ verū est qn̄ in casu contrario est rō cōtraria: sed vbi in casu cōtrario est eadē vel maior rō, tunc sumit argumentū a simili, vel ab equipollētibus, nō a contrario. l. si extraneus. ff. de cōd. ob cau. no. Bald. in. l. apud antiquos. C. de fur. ⁊ post eū Alex. de imo. in. l. si cum dotē. in prin. col. mihi. xiij. ver. ⁊ faciunt hec ad questionē ⁊c. ibi, sed adhuc cōtra hunc intellectū ⁊c. ff. solu. matr. ⁊ in. d. l. si extraneus. in princ. Cū igitur in casu presenti esset vtrobiq̄ eadē ratio, scz fauor ipsius. d. s. Valerij, cui per alienationē siue transportū allatum fuisset preiudicium, vr̄ ꝙ vtroq̄ casu debuerit impediri alienatio ville, castri, ⁊ aliorum predictorū. Non enim est verisimile ꝙ prefatus do. s. Valerij, cui facta est ꝓmissio siue pactū, de quo in dictis literis, voluerit permittere ꝙ sereniss. do. Carolus paciscēs vel promittēs posset terras tunc vel postea traditas, aut aliquā earūdē alienare, vel in aliū transferre, vbi hec faceret sine trāsportu Comitatuū predictorū. Nec obstat ꝙ sibi Rex reseruauerit feudū ⁊ superioritatē, q stipulans non alienari non querebat nisi de vtili dn̄io qd̄ erat tantū apud se. l. j. ff. si ager vect. vel emph. pe.

Ad quartum quesitum respondeo, ꝙ si premissa cessarent, que tamē militāt, adhuc tñ teneret Rex: cū conuentio siue promissio, de qua in ipso q̄sito, fuerit ⁊ sit legitima. l. i. ⁊ quod ibi per Bal. ⁊ l. legitima. ff. de pac. ⁊ cū cēseat ps dicti gn̄alis trāsportus. l. fundi partē. ff. de cōtrah. empt. illa obligauit non solum prefatū sereniss. quondā do. Carolū promittentē. l. cesar. ff. de publica. no. doc. in. l. digna vox. C. de legi. Bal. in. l. princeps. ff. eo. tit. ⁊ in. l. qui se p̄ris. circa fi. C. vnd. lib. ⁊ can. in. c. j. de pba.

sed etiam

sed etiā obligauit eius successores, ꝛ sic serenissimum do. Regē Delphinū modernū. vt no. in. d. c. j. de ꝓba. per Bal. ꝛ alios. in. c. j. de natu. feu. ꝛ ꝑeundē Bal. in. l. j. ff. de constitu. princi. ꝛ ꝑ doct. in. d. l. digna vox. de quo per Inn. ꝛ docto. in. c. nouit. de iudi. Et hoc maxime dꝫ ꝓcedere in hoc casu, in quo p̄fatus quondaꝫ dñs Carolus ꝓmittēs lucratus fuit, ꝛ habuit a p̄fato dño sancti Ualerij secū contrahēte ꝑ dictū transportū generalē: qḋ habet ꝑpetuam cōmensurationē cū ꝓmisso, vt elegāter voluit Bal. d. l. qui se p̄tis. ver. ꝛ scias. ꝛ Jo. de ana. in. c. fi. ver. quid aūt in cōtractu ꝓncipis ꝛc. ne pla. vi. suas. Nisi eñ seruaref hmōi ꝓmissio fieret iniuria dicto dño sancti Ualerij heredi p̄fati quondā do. Caroli cōtrahentis, q̄ maxime a principe debet esse remota. ar. l. ex fact. ff. de vulg. ꝛ pup. l. j. §. ꝓmittif. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. ꝛ. l. meminerint. C. vnde vi. Et videt ꝙ ipse serenissimus dñs tenea ꝓcise ad obseruantiā cōuentionis, siue ꝓmissionis superi⁹ mētionate, qꝛ ad illā obseruandā ꝓcise tenebaf p̄fat⁹ quōdā serenissimus do. Carolus ꝓ eo, qꝛ ex tenore dictarū suarū patētiū literarum ipse ꝓmisit ꝛ cōuenit p̄fato quondā do. Ludouico de Pictauia bona fide, ꝛ in verbo Regis: ꝙ ipse daret i assietā ꝛc. ꝓ qḋ videref iurasse, vt no. docto. in. c. cū tempore. de arbi. ꝛ dictū fuit superius in alio articulo. Juramentū eñ hoc operat, vt precise teneat iurās ad obseruantiā eius, ꝙ cū iuramēto se ꝓmisit obseruaturū, vt voluit Panoꝛ. post doct. in. c. ꝑ tuas. de arbi. Ant. de but. Idē Panoꝛ. ꝛ Moder. in. c. veniēs. de iureiur. Alexan. de imol. ꝛ Moder. magis cōiter in. l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de ver. oblig. Fran. de an. in. l. si ita quis. §. ea lege. eo. tit. ꝛ glo. in. l. si pecuniaꝫ. ff. de cond. cau. da. Jura eñ simpliciter dicūt: ꝙ iuramentū est seruādū, vbi non vergit in dispendiū salutis eterne. c. quis. de pac. in. vj. Juramentū etiam dꝫ impleri in forma
4 specifica, nō ꝑ expollēs. † Propter qḋ q iurauit soluere nō pōt cōpensare. c. ad nostrā. ꝛ ibi no. de iureiur. Et ꝓcedūt premissa ꝑ eo, qꝛ, vt apparet ex actis cause huius, ꝛ vt clare ostēdit in alijs allegationib⁹, ꝓdicti Comitat⁹ tā in vim substitutionū, ꝙ transactionis, de quib⁹ in dicto ꝓcessu, spectauerūt ꝛ ꝑtinuerūt dicto quōdā do. Ludouico de pictauia, ꝛ cōsequēter ꝓpter trāsportū ꝑ ipsum de eis factū dicto do. Carolo regi Delphino, ꝛ deinde serenissimis dñis eius successorib⁹. Et sic fuit ꝛ est purificata ꝓmissio eidem do. Ludouico facta ꝑ ipsum do. Carolū, scꝫ de sibi dādo in assietā locū Stelle, ꝛ alia p̄dicta. Que oīa dicta sunt sub benigna supportatiōe hui⁹ magnifici Delphinatus parlamēti ꝛ eminentissimi cetus. ¶ Stephani Bertrandi.

¶ Jo. fie. ¶ S. de trabussijs. ¶ M. galliani.

¶ Argumentum.

¶ Non numerate pecunie exceptionem opponi nō posse post legitime recognitam apocham, ꝛ confessionem factam, ꝛ ex causa antecedenti. A. F.

1 ¶ Confessioni partis per chirographariam apodexē legitime recognitam standum: ꝛ est plena fides.
2 Emissio apodexis ꝛ promissionis non requirit partis presentiā.
3 Exceptioni non numerate pecunie quando sit locus.
4 Usus loquendi communis attendendus est.
5 Mutui confessio ex causa antecedenti, alia ꝙ mutui, tūc statim preiudicat, nec est locus exceptioni non numerate pecunie.
6 Juramentum plenioris probationis suppletiuum cui ex partibus, ꝛ quando, deferri possit.

¶ De non nume. pecu. Consi. ij.



Ex actis cause agitate ꝑ ꝛ inter nobilē virū Joānē clerici de Carpen. actorem originariū, ꝛ nunc appellatum ex vna parte: ꝛ Astrugiū de Carcassona iudeū reum in prima instātia, ꝛ nunc appellantē ex altera, cōstat ꝛ legitime apparet eundem Joannē clerici sufficiēter edocuisse de eius intētione: ꝛ prefatum Astrugiū nihil opposuisse validi, sed nec imaginē veri: ꝑ quod cōstet, vel legitime appareat intētionē dicti Clerici fuisse, vel esse sufficienter impugnatā vel elisam. Et primo quidē. Nam legitime cōstat, ꝛ apparet ꝙ dudū anno dñi. M. cccclxxxvi. ꝛ die xxiij. mensis Februarij, prefatus Astrugius cōfessus fuit teneri, ꝛ se debere eidē Joanni clerici. xxviij. florenos, quos sibi mutuatos asseruit antea: ꝛ quos eidē clerici tūc p̄senti ꝛ acceptāti soluere cōuenit, ꝛ promisit in festo beati Joannis tunc proxime futuro. Hec eñ probātur tā per apodexē sua propria manu dictatam, scriptā, ꝛ subscriptaꝫ, ꝛ per eundē (vt apparet ex eisdem actis) legitime recognitā: quā per respōsiones ab eodem Astrugio factas in respondendo, secūdo ꝛ tertio articulis libelli super-

1 rius mentionati. † Est eñ standū dicte sue cōfessioni. l. generaliter. ꝛ. l. in cōtractibus. in prin. ꝛ qḋ ibi gl. C. de non nume pecu. de qua confessione ꝛ non solū de ea sed ēt de adiecta promissione de soluēdo dictos. xxviij. florenos, constat vt predixi per dictā apodexen: cui, cū recognita extiterit, fuit ꝛ est plena fides contra eūdem Astrugiū adhibenda. l. publia. §. fi. ff. depo. auth. de trien. ꝛ semis. §. studiū. coll. iij. auth. de instru. caut. ꝛ fi. §. si tñ quisquā. colla. vj. ꝛ auth. contra qui propriā. C. de non nume. pecu. ꝛ. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habe. not. Panoꝛ. ꝛ doct. in. c. ij. de fide instru. Bar. ꝛ doc. in. l. admonendi. ff. de iureiur. Sal. ꝛ doct.
2 in. l. in bonefidei. C. eo. tit. † Et haberent cōfessio ꝛ promissio, de quibus in predicta apodexi, validitatē ꝛ efficaciam etiam si non appareret dictū nobilem Clerici presentem extitisse tēpore emissionis eorundē. per ea que no. Bar. in. l. nuda. ff. de donat. Bal. in l. si quis. §. ex hoc. ff. de eden. ꝛ in. l. j. vers. secundo oppo. C. de confess. Bar. ꝛ Jo. de pla. in. l. inter chartulas. C. de conueni. fis. deb. lib. x. ꝛ Ant. de but. in. c. si cautio. de fide instr. ꝛ in. c. fin. de confes. prout refert Alex. de imo. in. d. l. nuda. Et quanuis aliqui videātur sensisse contrarium, hoc tamen non obstat: tū quia rationes, que pro prima opinione allegantur, videntur efficaciores: que si placet videbuntur. Tum ꝛ quia ex responsione facta per prefatum Astrugium dicto tertio articulo, apparet eundem Joannē clerici fuisse presentem tempore confessionis ꝛ promissionis predictarum: ꝛ sic non videtur super his insistendum.

Aduersus autem intētionem dicti nobilis Clerici fuit parte dicti Astrugij de duobus oppositū, videlicet de pecunia nō numerata, ꝛ de quittātia per prefatum Clerici facta, ꝛ concessa cuidā Crescos de Uinarijs iudeo: sed hec nō obstant. Et primo quidē, exceptio nō numerate pecu-
3 nie. † Cum qꝛ licet exceptioni huiusmodi sit locus, qñ quis sub spe numerationis cōfitetur mutuum: secus tñ est si confessio facta extiterit ex causa antecedēti, vt qꝛ confitetur quis pecuniam antea mutuo sibi datā. vt voluit gl. j. in. d. l. in cōtractibus. prout refert Cy. in. d. l. generaliter. in prin. C. de non numer. pecu. Hoc etiā voluit Jaco. but. in. d. l. generaliter. in princ. Et idem Jaco. but. Alb. Raph. Fulg. ꝛ Roma. in. l. ij. §. appellata. ff. si cert. pet. Quod etiam sequitur Ludo. Bologni. ff. si cer. pet. super rubri. fo. II. versi. viso quid sit mutuum ꝛc. ibi, secus esset si cōfessio fuisset facta ex causa de preterito. Quod autem confessio hic facta extiterit ex causa antecedēti, hoc apparet per illa verba in dicta apodexi posita ꝛ descripta, que me ha prestat en argent contant aquestos iours. que verba significant ꝛ important mutuum esse factum diebus precedentibus diem confessionis ꝛ promissionis
4 predictarū. † Et ita intelliguntur ꝫm communē vsum loquendi, qui attēdendus est. l. cum de lanionis. §. asinā. ff. de fun. instruc. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. ꝛ. l. labeo. cum suis si. ff. de supel. leg. de quo Panoꝛ. in. c. maiores. in fi. principij. de bapt. ꝛ in. c. j. vers. ad vnum tñ aduertas. de iudic. Et ꝙ debeat intelligi de diebus precedentibus cōfessionē ꝛ promissionem ante dictas, facit verbum, ha prestat, positum in dicta apodexi, quod est tēporis preteriti. Cum etiā nō obstat dicta exceptio non numerate pecunie in hoc casu, cum confessio ꝛ promissio ante dicte facte extiterint ex antecedēti causa, vt apparet ex actis cause huius, ꝛ presertim ex propositis ꝛ deductis in quadā schedula articulata, exordiēte, Declarando alias deducta, ꝓposita, ꝛ allegata ꝛc. parte dicti Clerici in hac causa, ꝓducta, inserta. fo. 50. Cuius primus, secūdus, quartus, ꝛ nonus articuli probātur per cōfessionem eiusdē Astrugij: de qua in schedula, exordiēte, Deliberādo que deliberare habet magister Astrugius ꝛc. parte dicti Astrugij in eadē causa producta, inserta fol. 103. Alij vero probantur per iuramentuꝫ dicti Joannis clerici, cui idē Astrugius stare voluit, vt apparet ex tenore dicte proxime schedule. De responsione vero ꝛ iuramento ipsius Clerici apparet in schedula exordiēte, Quia Astrugius, inserta fol. 122. ꝛ in termino tento post insertionem
5 schedule huiusmodi. † Illud autē certum est, ꝙ cum cōfessio mutui fit ex causa antecedēti alia ꝙ mutui, tunc statim preiudicat, nec est locus exceptioni non numerate pecunie. l. aduersus. ꝛ qḋ ibi gl. Sal. ꝛ doc. C. de non nume. pecu. gl. in. d. l. in contractibus. in princ. eo. ti. Et plene Alexan. de imo. in. d. l. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. Ad quod facit ꝙ no. Bar. in. l. si sub specie. ibi, Quomodo est hoc ꝛc. C. de postu. vbi allegat Bar. l. si pretio. C. si cer. pet. ꝛ. l. singularia. ff. eo. ti. Hic autē fuit causa precedens alia ꝙ mutui, scꝫ debitum. xv. florenorum illius Crescos de viuarijs, ad causam arrendamenti iurium papaliū, qḋ prefatus Astrugius se constituit soluturū, ꝛ deinde inclusis tribus florenis per eundem ipsi Clerici debitis confessus est sibi debere ex causa mutui xxviij. florenos. Non ergo obstat eidem Joanni clerici predicta exceptio nō numerate pecunie. Etiam nec sibi obstat illa pretensa quittantia per eūdem Clerici facta dicto de Uinarijs de cen-

tum & octuaginta florenis, duobus grossis, & duodeciz denariis: de qua habet sermo in dicta schedula. Deliberãdo que deliberare habet &c. Quoniã respondeo q̄, prout apparet ex propositis & deductis in schedula exordiente, Ut vobis dño &c. parte dicti Clerici in hac causa producta, inserta fol. 186. ac depositionibus testium super eis examinatorũ, & ex iuramento dicto Clerici delato, & per eũ prestito, quittãtia predicta fuit dicto de Uiuariis concessa ad postulationẽ & de cõsensu prefati Astrugii & post factum cõstitutum seu responsionem per ipsum Astrugium pro & nomine eiusdẽ de Uiuariis. De hoc enim deponit idem de Uiuariis super secũdo & tertio & septimo articulis dicte schedule, Ut vobis. Pro quo etiam videatur qđ deposuit Mastipus de argenteria super dicto septimo articulo: deposuit enim prefatũ Joãnem clerici quittantiã predictam dicto de Uiuariis tradidisse de consensu & volũtate eiusdem Astrugii: quorũ depositio-
6 nes sufficere deberent. l. vbi numerus. ff. de testi. † Et dato q̄ de hoc deponeret vnus solus testis, potuisset tamẽ iuramentũ plenioris probationis suppletiuũ eidẽ Clerici deferri: cũ nec testes predicti, nec aliquis eorũdem obiectatus extiterit, & cuz summa vilis sit & modica. c. fi. & quod ibi per doc. de iureiurã. l. in bonefidei. & l. admonẽdi. superius allegatis. & quod vtrobiq̄ per doct. Ex quibus omnibus concludo, vt predixi intentionem dicti nobilis Clerici fuisse & esse sufficienter & legitime probatam, & per deducta ex aduerso in nullo efficaciter impugnatam vel elisam. Et propterea sententiam condemnatoriam contra dictũ Astrugium fuisse & esse iuste latam. Et ideo confirmandam per reuerendum patrem & virum egregium dominum &c.

¶ Argumentum.

¶ Quod fideiussor conuentus si priusquam principalis debitor articulos non facit sufficientes ad impediendam sententie iam late executionem. U. F.

1 ¶ Fideiussoris responsio debitorem ab obligatione aduersus creditorem liberare censetur.
2 Obligatus posterior prius non debet conueniri, aut bona eius discuti priore relicto.
3 Peruersio ordinis vnius cause ad aliam, non eiusdem cause ad seipsam. sententiam non vitiat.
4 Articuli de contingenti non de necessario concludentes, sunt repellendi.
5 Sententiã videtur ratificasse qui executioni illius instat, quanuis a nõ suo procuratore, psecuta fuerit, quẽ per hoc approbat.
6 Impertinens articulus qui non concludit non admittendus.
7 Testes fuisse legitime examinatos aut productos ad validitatem sententie non requiritur, quinimo nec factam esse probationem intentionis eius, qui sententiam obtinuit.
8 Productio testis iurati nõ citati etiã procuratore partis non cõsentiente valida est, quãuis illũ fuisse in iudicio repertũ sileat.
9 Exceptio nullitatis in his que requirunt altiorem indaginem non impedit sententie executionem.

¶ De execut. rei iudi. Consi. iij.



Eliberãdo super quibusdam articulis exordientibus, Ut vobis venerabili &c. parte venerabilis viri do. Ludou. de valle presbyteri Robionis, contra & aduersus honorabilem virum Bartholomeũ la rue in hac causa oblatis & productis, ipse la rue, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdẽ, recipit & acceptat quecunq̄ dicta, proposita, & allegata in dictis articulis, in punctis tñ & locis pro eo facientibus, & quatenus pro eo faciũt aut facere possunt nunc vel imposterũ: non aũt alias, vltra, vel alio modo, de quo protestatur. Quibus saluis ex premissis dicit, & se opponẽdo admissioni dictorũ pretensorũ articulorũ dicit & proponit, articulos huiusmodi nõ fuisse fore vel esse admittendos, vtpote impertinentes & ineptos: & alias tales, qui etiã si probarent per partis confessionẽ, aut per testes, nõ impedirent, nec impedire deberent, siue possent, executionẽ sententie in eisdẽ mentionate. Et primo quidem non primus, secundus, tertius & quartus articulorũ hmõi: quatenus illi & contenta in eisdẽ ad hoc tendunt, vt per illic deducta concludatur vel inferatur, sententiã contra eundem do. Ludouicũ promulgatũ fuisse vel esse nullam pro eo q̄r, non discusso quodam Benedicto de castaneto asserto principali debitore, actum est & processus agitatus cõtra dictum dñm
1 Ludouicum responsorem, & sic pretẽsum fideiussorem. † Tum q̄r per responsionem factam per prefatum do. Ludouicũ pro & nomine dicti de Castaneto censetur idem de Castaneto ab obligatione qua tenebatur dicto Bartholomeo liberatus. l. si pupilli. §. j. ff. de solu. facit. l. inter causas. §. abesse. ff. manda. not. Bar. in l. singularia. vers. ex hoc apparet intellectus &c. ff. si cer. pet. Bal. in. l. ij. C. de execu. rei iudi. & Alex. de imo. in. l. qui vsumfructum.
2 ff. de verb. obl. † Non igitur poterat idem de Castaneto, vtpote non obligatus, prius conueniri, aut bona eius discuti, vt dicit Bar. in simili. in. l. j. §. lex falcidia. ff. ad. l. falci. Et ita no. Franc. de are. in. l. stipulationũ alie. §. stipulatio. in fi. ff. de verb. ob. Tũ & q̄r presupposito, citra preiudiciũ veritatis, q̄ dictus do. Lud. cẽseretur & cẽseri deberet fuisse fideiussor dicti de Castaneto, nõ propterea sententia contra eũ promulgata ideo censeretur nulla: q̄r actũ est cõtra eum priusquã idem de Castaneto, aut ipsius bona discuterentur. Pro quo allegasse sufficiat quod post Jac. but. voluerunt Bar. & Sal. in propriis terminis. in. l. prolatam.
3 C. de sent. & interl. omniũ iudi. † Non enim peruersio ordinis huiusmodi est peruersio ordinis eiusdẽ cause ad seipsaz vel in ipsa, sed est peruersio vnius cause ad aliã, que sententiã non vitiat, vt no. doc. vbi. s. & Sal. in. l. exceptionem. C. de probat. Pro quo est
4 bonus tex. in. l. j. C. de appel. † Dicti ergo articuli veniunt & sunt repellendi. l. ad probationem. l. neq̄ natales. C. de probat. l. non hoc &c. C. vnde cog. & c. cum contingat. de offi. deleg.

Etiaz nec obstat quintus articulus, q̄r in illo preter comminationem de quibusdam pretensis rationibus & causis aliquando allegandis nihil proponitur. ¶ Preterea etiã nec obstat quod opponitur in. vj. articulo, sententiam predictaz, & pro dicto la Rue promulgatam propterea fuisse & esse nullam: quia comparens pro eodem la Rue non erat
5 procurator. Tum q̄r contrariuz fuit & est verum. † Tum & quia presupposito citra preiudiciũ veritatis q̄ ille nõ extitisset procurator: postquam tamen idẽ la Rue institit & instat pro executione sententie huiusmodi, ipse censetur ratificasse huiusmodi sententiam pro se latã, quod facere potuit, etiam postquã pro eo promulgata extitit. vt voluit glo. & post eam Bar. & doct. magis communiter. in. l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iud. Ange. aret. in. §. item si in iudicio. versic. quarto quid in procuratore, & in. §. propterea. le. ij. ver. ex his infertur q̄ si procurator &c. inst. de excep. & in. §. preiudiciales. vers. sed legitimabit. insti. de acti.
6 † Dictus igitur sextus articulus, vtpote non concludens nullitatem, est impertinens, & ita non admittẽdus. d. l. ad probationem, & aliis iuribus in simili supra allegatis.

Etiã nec procedunt septimus & alii sequentes articuli vsq̄ ad vndecimuz inclusiue, in quibus pretenditur parte dicti. d. Ludouici, ideo sententiam contra eũ promulgatam fuisse & esse nullam, q̄r commissio aliquando, & antea facta notario pro examinandis testibus non fuit renouata. Quoniam respondeo & dico q̄ presupposito, citra preiudicium veritatis, q̄ articuli huiusmodi veri existerent, prout non cre-
7 do, non propterea cẽseretur sententia predicta esse nulla: † q̄r ad validitatem sententie nõ requiritur testes fuisse legitime examinatos, aut productos, quinimo nec requiritur factã esse probationem intentionis eius, qui sententiaz obtinuit. Pro quo pro nunc allegasse sufficiat, no. per Bar. Sal. & doc. in. d. l. prolatam.
8 ¶ † Quod aũt dicitur in. ix. art. quendã testem fuisse productũ, iuratũ, & admissum parte eiusdem la Rue, presente procuratore dicti do. Ludo. non cõsentiente: & ob id productionem illius nõ valuisse, q̄r non fuit citatus, nec monitus, nec etiam dictum fuit q̄ ille in iudicio repertus extiterit, nihil obest. Pro quo id allegasse sufficiat q̄ no. Panor. in. c. ij. vers. extra gl. quero. extra. de testi. & q̄ voluit Rota, decis. mihi. ccclxxij. exordiente, Utrũ valeret dictum siue depositio testis. in nouis decisio. & Bal. tit. que fu. pri. cau. benefi. amittendi. c. j. §. porro.
9 † Etiam nec obstant deducta in. xij. & xiij. articulis. Tum q̄r de contrario inibi deductorũ apparet per processuz. Tum & q̄r istud requirit altiorem indaginẽ: quod propterea, etiã si inferret sententie nullitatem, prout non infert nec inferre potest in casu nostro, non est admittendum ad impediẽdum executionem sentẽtie predicte. per id qđ no. Bart. & doc. l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudi. Tum & q̄r articuli huiusmodi nihil cõcludunt. Ex quibus omnibus petit idẽ la Rue articulos predictos reiici & repelli, & illis non obstãtibus predictam sententiam executioni demandari: & ipsum do. Ludouicũ in omnibus expẽsis pretextu & ad causam oppositionis hmõi condẽnari, & alias in & super premissis & singulis eorũdem ius ac debitam & celerẽ iustitiam sibi & fieri ministrari, vestrum iudiciale officiuz in causa oppositionis humiliter implorando. ¶ Premissa dicens & allegans saluo iure corrigendi &c.

¶ Argu

¶Argumentum.

¶Donatio dimidij bonorum a patre filio in eius potestate exi-
stenti facta ob remunerationem obsequiorum, si sufficientia illa
probentur, non confertur. V. F.

1 ☞Donatio a patre filio in potestate facta dum nuberet, nō fuit
donatio propter nuptias.
2 Donatio propter nuptias fit non quidem marito, sed vxori ex
parte viri, ⁊ pro maiori securitate vxoris.
3 Dos soluto matrimonio reuertitur ad vxorem vel suos, ⁊ dona-
tio propter nuptias ad maritum vel suos, ⁊ ambarum cōstante
matrimonio vir facit fructus suos.
4 Donatio in obsequiorum cōpensationem a patre filio facta non
est censenda tanquam extraneo propter merita facta, si de meri-
tis non constat aliter, quam per assertionem patris.
5 Obsequia filij, propter que donatur, non sufficit esse perfuncto-
ria: sed equiualentia rebus donatis. Et quid si infra dimidium
quantitatis donate sint.
6 Merita reuerētialia, ad que filius tenetur patri, remuneratio-
nem non exigunt.
7 Dimidia bonorum pars per patrem filio donata ob merita cō-
digna, aduentitium quid esse censetur, merito non conferenda.
8 Aduentitia hodie non conferuntur.
9 Donatio simplex facta filio in potestate, que ab initio fuit inua-
lida, non confertur: quod si iurata, que ab initio valet, cōfertur.
10 Fratres consanguinei tantum ab intestato qualiter succedant.
11 In fructuum diuisione inter coheredes quid attendendum.
12 Expense facte nullus est casus in quo non fiat deductio.
13 Dñis pro sua cuiusque portione queritur quod res cōis querit.
14 Diuisio bonorum inter fratres ab intestato secundum commu-
nem opinionem qualiter fienda.
15 Consuetudo Delphinalis, ꝙ maior fratrum diuidat, minor eli-
gat, qua fulciatur autoritate.
16 Filius, qui cuz patre recognouit recepisse pecuniā, pro dimidia
illius ex sua persona in diuisione hereditatis ab intestato tenet,
nisi ostendatur pecuniam insolidū peruenisse ad manus patris.
17 Equitas nō scripta vincitur per rigorem scriptū illi contrariū.
18 Maior. xxv. annis, qui se immiscuit hereditati, amplius illā re-
pudiare non potest.

¶De collat. Consi. iiij.



1 †Donatio quam fecisse
legitur prouidus quondā vir Antonius darua
loci Marsane honesto iuueni Laurētio dar-
ua eius filio, ⁊ tunc in ipsius potestate existēti,
non fuit donatio propter nuptias, vt voluit
Pau. de cast. in simili, cōsi. mihi. cv. exordiēte,
Circa bona que fuerunt dicti Huberti ⁊c. Et do. Iaco. de aret.
in quodam suo cōsilio exordiente, Viso casu scripto, diligēterque
cōsideratis dubijs ⁊c. Cuius dicti illā assignauit rōnem, que ve-
2 ra est, †quia donatio propter nuptias fit nō quidē marito, sed vxori
ex parte viri, ⁊ pro maiori securitate vxoris. c. nuper. de donat.
3 inter vi. ⁊ vxo. †Et quē admodū soluto mřimonio dos regulari-
ter reuertitur ⁊ redit ad vxorem vel heredes eius, ita ⁊ donatio
propter nuptias reuertitur ad maritū vel eius heredes. c. fi. de
dona. inter vi. ⁊ vxo. vbi etiā habetur per Panor. ⁊ doc. propter
quid fiat donatio huiusmodi, cum cōstante matrimonio vir per-
cipiat fructus non solum dotis, sed etiam eiusdem donationis.
4 †Quāuis prefatus quōdā An
tonius dixerit se donare in remuneratione seu recompēsationē
seruitiorum sibi impensorum per dictū Laur. tñ donatio hmōi
nō est censenda facta ꝓpter merita, ⁊ tanquam extraneo, nisi ap-
pareat de hmōi meritis aliter ꝙ per assertionē eiusdē Antonij.
vt no. gl. Bar. ⁊ doc. in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ idē Bart. in. l.
aquilius regulus. ff. de dona. ⁊ idem sentit Bar. in. l. si forte. vers.
5 vlt. hec lex facit. ff. de castr. pecu. †Et nō sufficeret ꝙ seruitia vel
merita huiusmodi essent perfunctoria: sed deberent esse equiua-
lentia bonis donatis, vt no. Bar. in. l. frater a fratre. ff. de condi.
indebi. item no. Bar. in. l. si quis pro eo. §. item si filius. in fi. ff. de
fideiuss. Bar. ⁊ Bal. in auth. vnde si parens. C. de inoff. test. Gul.
de cug. Bal. ⁊ Sal. in. l. illud. C. de sacros. eccl. Ioā. and. in addit.
Spec. ti. de re. eccl. non alie. in rub. Ioan. de imo. in. d. l. aquilius
regulus. Bal. ⁊ Alex. de Imo. in. d. l. si donatione. quanuis Bal.
in auth. ex testamento. dixerit, ꝙ sufficeret ꝙ merita non essent
infra dimidiam quantitatis donate ar. l. ij. C. de rescin. vend. sed
Alex. in. d. l. si donatione. versi. iuxta predicta queritur ⁊c. nō pu-
tat hoc dictum Bal. esse verum: quia in eo ꝙ quantitas vel alia res
donata excedit merita nō videtur esse quid aduentitium, quia non
adequat operas seu merita filij, ⁊ ideo vltra merita nō valet irre-
uocabiliter donatio. Pro quo facit. c. relatum. le. ij. versic. iuxta
seruitij meritū. de testa. Et hoc nisi appareret consuetum esse ꝙ
etiā extraneus intantum remuneraret talia seruitia seu merita:
quia in talibus cōsuetudo attendenda est capit. ceterum. de donat.
6 †Dicit etiam Alex. de imo. in. d. l. si donatione. ꝙ id quod dictū
est de meritis, non est intelligendū de meritis obsequialibus, ad
que filius tenetur patri: quia illa nō exigunt remunerationem, cuz
prestētur de necessitate. l. filia. C. de patr. potest. de quo Bal. in. d.
7 l. si donatione. ⁊ in aut. in testa. superius alle. †Vbi aūt appareret
de meritis condignis: dico, respondendo ad primū quesitū mihi
missum, quod illa dimidia pars donata prefato Laurentio non
deberet conferri: cum sic esset quid aduentitium. vt not. Bar. in
d. l. frater a fratre. Bald. in. d. auth. ex testamento. Bart. ⁊ doc. in
d. l. si donatione. Bar. ⁊ doc. in auth. vnde si parens. C. de inoffic.
8 testa. †Aduentitia vero hodie non conferuntur. l. fi. C. de collat.
Supposito vero q̄d de meri-
tis seu seruitijs antedictis ⁊ condignis nō appareat, nec appa-
rere possit: ⁊ ꝙ propterea donatio cēseri non debeat remunera-
toria, sed simplex. Tūc sumus in terminis questionis mote per
gloss. ⁊ docto. in. d. auth. ex testamento. vbi sunt varie opiniones.
9 Veruntamen obseruatur opi. Dy. qui sensit ꝙ donatio simplex
facta filio in potestate existēti, que ab initio fuit inualida. l. si pa-
ter. C. de inoff. dona. ⁊. l. donationes. C. de don. inter vir. ⁊ vxo. nō
cōfertur. Pro qua opi. allegantur multe rationes. in. d. auth. ex
testamento. per Cyn. Dof. ⁊ alios doc. quas non refero, cū pos-
sint ibi videri. Et secundū hoc si veruz esset ꝙ donatio predicta
fuerit simplex, ⁊ ab initio inualida, illa nō esset cōferenda. Sed quia
vt mihi videtur, quāuis verba sint aliquantulū obscura, illa fuit
iurata, ⁊ sic ab initio valuit. vt no. Bal. in. l. iij. C. de vsuc. pro do-
nat. ⁊ in repet. l. ij. ff. de iureiur. Alex. de imo. in. d. l. si donatione.
⁊ Bar. in. d. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. puto ꝙ illa veniat ⁊ sit
conferenda, per id quod no. Alex. in. d. auth. ex testamento. Di-
cit enim quod in omnibus casibus in quibus donatio simplex fa-
cta filio in potestate valet ab initio, fit collatio donationis. Cum
igitur, vt predixi, hec valuerit ab initio propter iuramentum,
illa videtur cōferenda. Fateor quod Pau. de cast. in. d. consi. cv.
motus certis rationibus, tenuit donationem simplicem factam
per patrem filio in ipsius potestate existenti nō firmari iuramē-
to: sed quia rationibus huiusmodi egregie respondet Alex. in. d. l.
si donatione, non recedo a priori dicto.
10 †Venio ad secūdum quesitum
in quo petitur vt dicatur, an Catharina darua soror consangui-
nea, non vterina, prefati Laurentij pari passu ambulet cuz ipso
Laurētio super per eā postulatis, ⁊ successionibus. Super quo
primo dico illud esse certū ꝙ ipsa Catharina ⁊ dictus Lauren-
tius equis portionibus succedunt ⁊ succedere debēt dicto Ant.
eorum quōdam patri ab intestato vita functo. Et hoc quoad il-
lam dimidiam partem bonorū quam sibi reseruauit. auth. de he-
red. ab intest. §. j. colla. ix. auth. in successione. C. de su. ⁊ legi. here.
⁊ insti. de hered. que ab intest. defe. in prin. Quo vero ad dimidiā
partem donatam Laurētio, dixi supra, quid iuris. Quoniam si
merita condigna precesserint, ⁊ probētur, illa erit precipua eius-
dem Laurentij: nec tenebitur illam conferre. Si vero non pre-
cesserint merita tenebitur idem Laurētius, si velit succedere cū
eadem Catharina patri suo, illam conferre ipsi Catharine. Et
sic effectualiter succedent ipsi duo equis portionibus.
Et debebūt bona diuidi inter
eos per medium. exceptis fructibus pendentibus, qui cura, di-
ligentia, ⁊ labore eiusdem Laurētij sati sunt: super quibus sunt
11 multa attendenda. †Est enim attendendū cuius fuerit semen in
terris seminatum, ⁊ in quibus fundis fuerit seminatum: an vez
in fundis hereditarijs aut cōibus, vel in fundis alicuius extra-
nei forte concessis ad partem fructuum. Etiam attendenduz est
ad boues vel alia animalia, q̄ terras laborauerūt, an essent cōia,
vel vnius tertij. In primis enim illud certum est ꝙ semen debet
deduci, ⁊ si illud fuerit cōe inter Laurentium ⁊ Catharinam, il-
lud p eos cōmuniter detrahetur. Si vero fuerit propriū prefa-
ti Laurentij, vt quia forte per eum emptum, illud per eundē Lau-
12 rentiū detrahetur. †Nullus enim est casus in quo nō fiat dedu-
ctio expense facte. l. fundus qui dotis. in prin. ff. fam. erc. de resi-
duis fructibus debet detrahi portio bouuz, seu aliorū iumento-
rum, qui terras laborauerūt, ⁊ quidē ista portio detrahetur cō-
muniter per Laurentiū ⁊ Catharinam: si animalia huiusmodi,
quibus aratio ⁊ cultura facta fuit erāt cōia, ⁊ iuxta partes quas

habebant in dictis animalibus. vt verbi gratia. Si ad illos per-
tinebāt equis partibus, portio detrahenda diuidetur inter eos
13 equaliter. † Quia illud qđ querit res cōis queritur dominis rei
huiōi pro ea portione, pro qua dñi existunt. l. cōis seruus. in fi. ff.
de acquir poss. Hec voluit Bar. in quodam suo consi. exordiēte,
Lucciarell⁹ ⁊ Venātius de belugio fratres simul ha. ⁊c. ⁊ Pet.
de Vbal. in suo tract. socie. in. iiij. parte. vers. quod facit pro ru-
sticis simul habitātibus. Preterea etiam fiēda est detractio pro
fundis, in quib⁹ fuerūt fructus seminati: ⁊ siquidem illi sint cōes
prefatis Laurētio ⁊ Catharine, fiet diuisio huiōi portionis de-
trahēde fm partes dñij, vt predixi in hob⁹. per. d. l. seruus cōis.
in fi. residuum vero fructuū debet cedere lucro prefati Lauren-
tij, propter operas ⁊ labores adhibitos. Et per hoc patet respō
sio ad tertiū questitum, in quo queritur ius dici: quomodo fien-
da sit diuisio inter ipsos Laurentium ⁊ Catharinam. Nisi forte
in hoc dubio quereretur an ipse Laurentius, vt pote senior, de-
beat facere partes in diuisione, ⁊ Catharina, que iunior, eligere.
14 † Super quo dico ꝙ fm cōmunem opin. deberet fieri diuisio per
breuia, aut per sortes, vel alias ex officio iudicis, ⁊ seruari equa-
litas inter eos, per ea que no. Bar. in. l. j. C. de his qui se def. ⁊ in
l. ij. C. quan. ⁊ qui. quar. pars. eo. lib. ⁊ Bal. in. l. pen. C. cōmu. diui.
⁊ Aug. are. in. §. quedā. versi. quero de qōne cōtingenti. instit. de
15 actio. † Veruntamē audio qđ de consuetudine seruatur in Del-
phinatu, ꝙ antiquior facit diuisionē, ⁊ iunior eligit, prout refert
do. Guli. pa. cōterrigena meus, in decisionib⁹ magni parlamēti
Delphinalis. deci. cclxxxix. exordiēte, sunt duo fratres ⁊c. Que
obseruantia fulcitur autoritate multorum doct. ⁊ maxime iuris
canonici. in. c. j. ⁊ p illuz tex. de parochijs. de quo per Jo. de ana.
in. c. qualiter ⁊ quando. le. ij. in princ. de accusatio.

16 † Ad quartum quesitū respō-
deo ꝙ, quia ipsi Laurentius ⁊ Catharina equaliter succedūt ab
intestato prefato Antonio eorum patri, onus. ccccc. florenoruz.
de quibus ibi, omnes concernit equaliter. l. pro hereditarijs. cū
suis si. C. de here. actio. nisi quis forte dicat ꝙ, cum idem Laurē-
tius ⁊ prefatus Antonius simul recognouerint recepisse istam
summam, censetur ipse Laurētius recepisse dimidiam summā,
⁊ teneri pro illa ex sua persona, per id quod habetur in. l. reos. §.
cum in tabulis, ff. de duo. re. ⁊ ꝙ not. Bal. Joā. de imo. ⁊ Alex. de
imo. in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. quod for-
tasse posset procedere etiam in isto casu, nisi ostenderetur quod
pecunia peruenerit insolidū ad manus Antonij patris. Fateor
17 ꝙ Cy. aliter loquitur in. d. §. trāsgrediamur. † Sed qz equitas,
de qua ibi per eum, non est scripta, illa vincitur per rigorem scri
ptum illi contrarium, per ea que no. gl. ⁊ doc. in. l. j. C. de legi. ⁊ in
l. prospexit. ff. qui ⁊ a qui. Propter quod etiam doc. communiter
non sequuntur opinionem Cyn.

18 † Ad vltimum quesituz dico ⁊
respōdeo: ꝙ nisi donatio, de qua supra, defendi possit tanquā fa-
cta pro bene meritis, vtilius fuisset prefato Laurētio repudia-
re paternam hereditatem, quam illi se immiscere. Sed qz se iam
illi immiscuit, non potest illam repudiare, vel ab illa abstinere:
cum tempore immixtionis esset, vt audio, maior. xxv. annis.

Argumentum.

Compromittentes qui ad arbitrium boni viri non recurrere
iurarunt etiam pretextu iniquitatis sententie, iuramentum ser-
uare tenentur. A. F.

1 Subintellecta clausula standi arbitrorum dicto si eque ar-
bitrati fuerint cessat si contrarium inter partes actum sit.
2 In incertis coniecture locus.
3 Ex pacto preiudicare sibi possunt partes.
4 Reductionem petens arbitri, que per expressum iuramentum
impeditur, est periurus si seruari possit sine detrimento salutis
eterne. nu. 8.
5 Compromissarius specialiter de iniquitate iurans facit cessare
tacitam simplicis iuramenti conditionem, ⁊ parere debet quan-
tumcunqz sit iniquum.
6 Dolus futur⁹ remitti nō pōt, de qua doli remissione intelligit.
7 Dolus presumptus ratione enormissime lesionis reductionem
impetrat officio iudicis.
9 Recursus ad arbitrium boni viri post decēdium a notitia laudi
per compromissarium fieri non potest.
10 Constitutio vim legis obtinens per subditos debet pro lege ob-
seruari.
11 Laudi executionem recursus ad boni viri arbitrium non impe-
dit, si caueatur de restitutione in euentum succumbentie.
12 Recursus species quedam appellationis videtur esse, qui post
decendium a tempore notitie cēseri debet quedam supplicatio.
13 Monachus simplex arbitrator sine licentia abbatis esse non po
test, secus si monachus factus episcopus.

De arbi. Consil. v.


In cōpromisso qđ fecisse
leguntur magnificus ⁊ potens vir Joannes de pō-
teues do. Castri de pōteues ex vna parte, ⁊ vniuer-
sitas eiusdē castri: seu pro ea, ⁊ tam ipsius, ꝙ singularium perso-
narum nominibus, prouidi viri Antonius sibon, ⁊ Luquinus
molinart syndici, ⁊ quidam alij particulares illic plenius nomi-
nati, in reuerendū in Christo patrē ⁊ do. do. Antonium Guira-
mandi Dynēsem episcopū, parte dictarū vniuersitatis ⁊ huius-
modi singulariū personarū, ⁊ nobilem scutiferū Bonifacium de
castellana do. de Regussia, ⁊ sancto Juliano montanerio, parte
eiusdem do. de Pōteues receptos ⁊ electos, tanquā in arbitros
arbitratores, ⁊ amicabiles compositores partium predictaruz,
fuit eisdem do. arbitris arbitratoribus ⁊c. data plena, libera, ⁊
omnimoda potestas, alta ⁊ bassa cognoscendi ⁊c. ac etiaz constat
facultas dandi de iure vnius partis alteri ad beneplacitū eorū-
dem: ⁊ nihilominus per partes predictas conuentū, promissum,
⁊ ad sancta Dei euangelia iuratum, ꝙ sententias, mandata, ius-
siones ⁊ diffinitiones quascūqz, etiā si manifestā iniustitiā sape-
rent, ⁊ iniquitatem maximam continerēt, ratas, ⁊ validas habe-
rent, tenerēt, ⁊ inuiolabiliter obseruarēt, illasqz gratas suscipe-
rent, protinus emologarēt, ⁊ expresse ratificarent. Promiserūt
insuper ⁊ etiā iurarūt ꝙ ab huiusmodi sententijs, cognitionib⁹,
diffinitionibus ⁊c. per eos promulgandis non recurrerent, nec
appellarent, nec eas peterent reduci ad arbitrium boni viri, nō
etiam dicerent illas nullas aut irritas: prout hec ⁊ alia plenius
legūtur ⁊ apparēt in predicto cōpromisso. Quod licet factū ex-
titerit, vt predixi, per syndicos ⁊ quosdaz particulares loci pre-
dicti de Pōteues, quod postmodū plebs vniuersa ratū fecit: sen
tentie etiā laudū, ⁊ arbitramenta postea lata, ⁊ promulgata per
dictos do. arbitros arbitratores ⁊c. fuerūt ratificata per prefa-
tos syndicos ⁊ quosdam alios particulares illic nominatos. Ex
quibus infert ꝙ etiā presupposito (quod tū nescio, nec puto esse
verū) ꝙ prefati do. arbitri arbitratores eosdem vniuersitatem,
accolas ⁊ ciues de Pōteues enormiter vel enormissime lesissent,
nisi probarent hec fecisse sciēter ⁊ dolose, nō possunt vniuersitas
⁊ homines recurrere a predictis sentētijs ⁊ arbitramētis ad ar-
1 bitrium boni viri. † Quia licet potestas arbitratoris ex presum-
pta mente cōpromittentū contineat tacitam conditionē, si eque
arbitratus extiterit. l. si libertus. ff. de operis liber. c. veniens. c.
quintanallis. de iureiur. quod etiā colligitur ex his que not. Jo.
and. in addi. Spe. ti. de arbi. §. j. vers. arbitrator vero ⁊c. in addi.
exordiēte, Sciendū est ꝙ Martinus ⁊c. ⁊ §. sequitur. versi. item
quid si cōpromissum, in addi. exordiente, clarius sic formatur ⁊c.
Et Bar. in. l. societatem. §. arbitratorū. vers. quero vtrum possit
renūtiari ⁊c. ff. pro soc. tū vbi cōpromittentiū apparet mens cō-
traria, qui expresse contrariū paciscūtur, cessat illa presumptio.
2 † Quia in incertis ⁊ nō in certis locus est cōiecturis. l. cōtinuus.
§. j. in fi. ff. de verb. obl. ad qđ faciunt. ll. que per expressum tollūt
tacitum. l. doli clausula. ff. de verb. obli. ⁊ l. expressa. ff. de reg. iur.
3 † Possunt enim partes ex pacto sibi preiudicare. l. j. §. si cōuene-
rit. ff. de po. ⁊ in reg. contractus. ff. de reg. iur. ⁊ in reg. scienti. eo.
tit. in. vj. Hoc voluit Host. in. d. c. quintanallis. ⁊ Joan. And. in
predicta addi. ⁊ in add. adoptiuus meus ⁊c. post Jo. cal. in qua-
4 dā sua disputatione ibi relata. † In qua dicit Jo. Cal. reductio-
nē impediri per tale sic expressum iuramentū, ⁊ ꝙ illā petens est
periurus, cum soluz de suo preiudicio agatur. Pro quo inducit
quod not. Hostiē. vbi. s. ⁊ allegat. c. si vero. ⁊. c. cum contingat. de
iureiur. c. cum venissent. de instit. ⁊. c. quāuis. de pact. in. vj. Pro
quibus facit quod voluit Fed. de senis, consi. mihi. cxxvij. exor-
diente, super eo qđ queritur ⁊c. ⁊ hoc etiam fuit de mente Sal. in
d. l. cū antea. vers. quero septimo vbi etiā dicit no. per Inn. in. d.
c. quintanallis. ⁊ Bar. in. §. arbitrorū. superius allegato, quate-
5 nus † ibi no. iuramentū habere tacitā conditionē, si ēquum arbi-
tratum extiterit, limitari per Host. dicentē hoc esse verū quādo
iuramentum fuit generale, ⁊ simpliciter prestitū de parendo: se-
cus si in eo sit facta specialis mentio de iniquitate, vt qz iurauit
parere ⁊ non contrauenire quantūcunqz sit iniquū; ⁊ hoc etiam
voluit Jo. and. in. d. c. quintanallis. vers. finautē specialiter ⁊ ex-
presse ⁊c. Ang. consil. mihi. cccv. exordiente, Florentie ciuitatis
statuto ⁊c. vers. cōfirmatur aut predicta sententia. ⁊ sentit Alex.
de imo. in. d. §. arbitrorum. Quibus non obstat. l. si vnus. §. illud
6 nulla. ff. de pac. † Ubi habetur ꝙ dolus futurus remitti non po
test: qz

test: qr respondeo q̄ ille text⁹ intelligitur de expressa ⁊ explicita remissione doli futuri: secus autem est in tacita vel implicita, qđ innuit Dyn. in regula contractus. in fi. de reg. iur. in. vj. ⁊ sequitur Fed. de senis in. d. consi. incipiente, Dicto vero compromisso non est expresse futurus dolus remissus, sed factum pactum per partes prefatas quod sententias ⁊c. etiam si iniquitatem maximam continerent ratas ⁊c. poterant enim sententie eorundē do. arbitrorum arbitratorum ⁊c. sine dolo eorundem esse inique. ca. hoc etiam placuit. ij. q. vj. ⁊ c. cum olim. le. ij. in fi. de priuil.

Fateor qđ Panor. in. d. c. quintauallis. versi. venio ad secundum, confitetur ⁊ sentit procedere premissa, ẜm opinionem magis communem, quādo sumus certi q̄ non interuenerit dolus: quāuis etiam hoc casu Pet. de anch.

7 Anto. de but. ⁊ ipse in aliquo aliter senserint. †Sed cum sumus in casu, in quo dubitatur de dolo, tunc dicit idē Panor. q̄ ratione enormissime lesionis potest peti reductio, saltem officio iudicis: qr in tanta lesione presumitur dolus. l. lucius. §. creditor. ff. de his que in frau. credi. tenet Bar. in. d. §. arbitrorum. Et ita dicit tenere Ant. de but. in. d. c. quintauallis.

8 †Preterea cum iuramentū de quo supra, seruari possit sine detrimento salutis eterne, illud videtur seruandū. d. c. cum cōtingat. cū suis simili. saltē donec fuerit cum dictis recurrere volētibus dispensatum. Quis forte cum eis dispensari non debeat, ea potissime rōne, qr iam incurrerunt periurium, pro eo qr, quatenus in eis fuit ⁊ est, cōtrauenerunt ⁊ contraueniūt sententijs ⁊ arbitramentis superius mētionatis. Pro quo allegasse sufficiat no. per Ant. de but. ⁊ Panor. in. c. j. de iureiu. Nec igitur debebunt super dispēsatione audiri, nec ad recurrendū admitti, propter predicta. Quibus etiam obstat, q̄ post latas sentētias ⁊ arbitramēta, prefati syndici ⁊ quidā particulares ad hoc faciendū sufficienti potestate fulciti, easdem ratificauerunt, ac vniuersitas ⁊ particulares sententijs ⁊ arbitramentis hmōi per bienniū paruerunt, ⁊ iuxta ordinata soluerūt: ⁊ sic non solum nō recurrerunt infra decendiū: sed nec infra bienium. Quinimo, quod eis magis officit, ⁊ verbis expressis ⁊ facto sentētias ⁊ arbitramenta hmōi rata habuerunt: non possunt igitur in presentiarum recurrere ad arbitrium boni viri, etiā si alias potuissent. pro quo allegasse sufficiat. l. ad solutionem. C. de re iudi. l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pact. ⁊ l. sed iulianus. §. fi. ff. ad maced. ⁊ qđ voluerūt in terminis casus p̄sentis Ange. consi. mihi. clxxxvij. exordiente, Statuto cauetur q̄ laudū possit dici nullū ⁊c. ⁊ Roma. consi. mihi. ix. exordiente, Quod pars cōdemnata volens post decendium ⁊c.

9 †Et hec maxime procedere debent in hoc casu, in quo quicquid alias opinentur doct. de iure cōi: secundū tñ regias cōstitutiones recurri non pōt post decēdium a tempore notitie de laudo habite. Sed post decendiū huiusmodi debet laudum seu arbitramentaria sententia totaliter reali executioni demandari, omni exceptione ⁊ cōtradictione in contrariū cessante: exceptis exceptionibus contra personas ar-

10 bitratorum, ⁊ potestatem eorūdem competentibus. †Cum enim constitutio hmōi vim legis obtineat, debet tanquā lex obseruari per subditos. Et sic cū lapsi extiterint non solū decem dies a tēpore habite notitie sententiarum ⁊c. sed vt predixi duo anni: non possunt prefati vniuersitas ⁊ homines recurrere: ⁊ hoc saltem procedit in hoc casu, attentis clausulis superius mentionatis.

11 †Quibus omnib⁹ addo, q̄ ēt vbi essemus in casu, in quo recurri posset ad arbitriū boni viri, hmōi tamen recursus laudi executionē impedire non valeret: dum tñ caueatur de restituendo eo quod recipietur in euentum succūbentie. vt voluit Ang. in quodam suo consilio exordiente, Executio laudi ⁊c. ⁊ Bart. in consi. exordiēte, Statuto cauetur q̄ lauda ⁊c. ⁊ facit quod in simili voluit Bar. in. l. defendēte. ff. de auto. tut. Et presupposito q̄ alias a sententia ⁊c. de quibus supra, hinc ad decem dies recurri potuisset: quodq̄, si infra tempus hmōi recursū extitisset, debuis-

12 set pendente huiusmodi recursu executio impediri pro eo, †qr recursus videtur esse quedam species appellationis: hoc tñ procedere non posset in hoc casu, in quo infra decendiū a tempore notitie recursum nō extit it: ⁊ ita non potest presens, ⁊ post bienniū attentatus recursus censeri appellatio. ar. l. nam postea. §. si minor. in fi. ff. de iureiur. sed videtur debere censeri quedam supplicatio, que si satisdetur executionem non impedit. auth. que supplicatio. C. de preci. imper. offe. ⁊ c. suscitata. de in integ. restit.

13 †Verū qr audio prefatos vniuersitatē ⁊ homines pretendere se posse oppositionē contra personā dicti reuerendi do. Anto. Guiramandi, q̄ tēpore compromissi in eum facti, ⁊ lati laudi per eum ⁊ dnm eius collegā, idem reuerendus. d. Guiramandi erat monachus, ⁊ sic arbitrator esse non poterat, saltē sine licentia abbatis, ẜm cōdem sententiam: vt colligitur ex his que no. Panor. in. d. c. quintauallis. versi. sexta differētia: dico q̄ premissa procedere possent in monacho nō episcopo, non aūt in monacho facto episcopo. l. si qui ex consensu, ⁊ quod ibi Bal. ⁊ qđ ibi Pet. Sul. ⁊ Cy. C. de episc. audiē. qui etiā sentiunt monachum factum episcopum posse esse arbitrum.

¶ Argumentum.

¶ Res ecclesie sine solennitatibus requisitis alienari non possunt, vel in emphyteusim dari. A. F.

1 ¶ Alienatio rerum ⁊ bonorum immobiliū ecclesie regulariter prohibita est, ⁊ in casibus illicitis vel prohibitis nulla.
2 Appellatione alienationis ecclesiasticarum rerum quid veniat.
3 Casus tantum quatuor liciti ⁊ permissi reperiūtur in alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium, qui enumerantur hic.
4 Contra solēnitatem de iure requisitam nō prescribitur, aut consuetudo introducitur.
5 In alienatione rerum ecclesiasticarum que requirantur.
6 Autoritatis interpositio in alienatione rerum ecclesie est iuris episcopalis.
7 Consuetudo potest introduci, per quam adaugeatur solēnitas alicuius actus.

¶ De sacrosan. eccl. Consi. vj.



1 Lienatio †rerum ⁊ bonorum immobiliū ecclesie est regulariter prohibita. c. nulli. cū suis simili. de re. eccl. non alie. ⁊ si fiat in casu nō licito vel permisso, est ipso iure nulla ⁊ irrita. l. non dubiū. C. de legi. regula, ea que cōtra ius. de reg. iu. in. vj. c. que in ecclesiarum. de constit. ⁊ cle. j. de re. eccl. nō alie. no. Panor. in. d. c. nulli. ibi, de defectu ca-

2 sus liciti ⁊c. †Appellatione vero alienationis venit in hac prohibitione non solū illa per quam fit alienatio seu transportus totius dnīj, sed etiā illa per q̄ transfertur solū vtile dnīum, directo dnīo remanente penes concedētem, vtpote concessio in emphyteusim vel in accensamentū perpetuū. d. c. nulli. ⁊ qđ ibi doc. Quo fit vt cum accensamentū dudum factū Amedeo blachonis per reuerendā quondā dnā Frācesiā de varay, olim abbatissā venerabilis monasterij Vernaysonis ordinis Sisterciēsis, cū cōsensu, vt pretenditur, quarūdam pretensarū dnarum monialiū eiusdem monasterij, nō probetur esse factū in casu licito ⁊ permisso, illud cēseri debeat esse nullū: per iura predicta, ⁊ alia eleganter deducta in schedula exordiēte, Rem inciuilē desiderāt ⁊c. Parte reuerende in Christo dnē abbatisse moderne eiusdē monaste-

3 rij in hac causa producta. †Non enim reperiuntur nisi quatuor casus liciti, aut permissi, in quibus vel res ⁊ bona immobilia ecclesie alienari valeāt. Primus est necessitatis: vtputa qr debita ecclesie vrgent, nec pōt de fructibus per ecclesiā satisfieri. Secūdus casus est vtilitatis causa. Tertius est causa pietatis. Quartus ex cā incōmoditatis: vt qr res ecclesie est ipsi magis damnosa, q̄ vtilis. Quorū nullus interuenit in dicto accēsamento, saltē de quo appareat. ⁊ quidē nō primus, tertius, aut quartus, ⁊ hoc certum est. Non etiā secundus, qr vt apparet ex depositionibus testiū in hac causa productorū, dictum pretensum accensamentū non solū non est factū cā vtilitatis dicti monasterij, sed in grāde damnū illius. quāuis enim ante accensamentum soluerentur vt plurimū annis singulis dicto monasterio. xxx. sextaria siliginis ⁊ auene, illud tñ factū est sub multo minori censu: vt apparet ex tenore instrumenti predicti accensamenti in causa producti. non fuit igitur alienatio siue accensamentum predictum factum in casu licito ⁊ permisso, ⁊ sic fuit nullum.

4 †Fuit preterea nullū alia rōne siue causa, qr in eo non interuenit solennitas de iure requisita, ⁊ contra quam, ẜm cōmunē opinionē, non potest prescribi, aut cō-

5 suetudo introduci: que ponit in. c. sine exceptione. xij. q. ij. †Ubi disponitur ⁊ habetur, q̄ in alienatione rerū ecclesiasticarū precedere debet tractatus, debet etiā in ea interuenire superioris autoritas, cōsensus capituli, ⁊ clericorū subscriptio. vt no. Panor. post Jo. and. ⁊ doct. cōiter in. d. c. nulli. que in casu, de quo cōtenditur, non apparet interuenisse. Et primo quidē non legitur vel apparet q̄ aliquis tractatus precesserit de ⁊ super dicto pretēso accensamento: qui tamen precedere debuit, tam de iure cōmuni d. ca. sine exceptione. quam ẜm priuilegia seu ordinationes apostolicas, de quibus apparet per transumptum parte dicte do. in hac causa productū. Etiā nec interuenit subscriptio dictarum

dominarũ monialiũ: que tamen, vt prediri, interuenire debuit. ¶ Insuper nec etiã interuenit superioris autoritas, que prout (si menti commendo) not. Bart. & doct. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. here. Panor. & doc. in. c. cum vos. de his que fi. a prel. debet interuenire in ipso actu, ẽm ꝙ verbum sonat, vel modicum ante, seu post immediate: quod hic factũ esse nõ reperitur. Dictũ enim pretensum accensamentũ factum legitur anno incarnationis dñice. M. cccclxxiiij. & die. xvij. mensis Maij. Et pretẽsa cõfirmatio facta pretendit̃ anno dñi. M. cccclxxiiij. & die. xxvj. mensis Octob. & sic longo interuallo post dictum pretensum accẽsamentũ: non igitur censetur in dicto asserto accensamento interuenisse autoritas. Preterea reuerendus in Christo pater do. Joannes berengarij, pretensus abbas monasterij Leoncelli Sisterciẽsis ordinis, cuius autoritas fortasse pretenditur interuenisse in dicto accensamẽto, non dicitur in eo interposuisse autoritatem: sed potius confirmasse & approbasse: inter que est longa differentia. ipse etiã non probatur esse superior abbatie Vernaysonis, saltem talis cui predicta abbatia Vernaysonis pleno iure subiecta sit, & in qua idẽ abbas episcopale ius habeat. Non igitur potuit episcopo inferior idem dñs Abbas in-
6 terponere autoritatem in dicto accensamento: † qr eo casu interpositio autoritatis est iuris episcopalis. c. placuit. & c. abbatib⁹. xij. q. ij. & c. in venditionibus. xvij. q. iiij. no. Panor. & doct. in. c. j. de his que fi. a prela. Non obstat. d. c. j. & ꝙ not. glos. in cle. j. de re. eccle. non alie. Inno. in. c. ij. de transac. & Panor. in. c. significasti. de foro compet. quatenus sentire videntur, abbatẽ posse autoritatem interponere in alienatione rerum ecclesie. Quoniã respõdeo, ꝙ ipsi loquuntur in abbate habente in ecclesia ius episcopale, & cui ecclesia est pleno iure subiecta: cuiusmodi esse non apparet dictus dominus Abbas Leoncelli.

Preterea alia solennitas & iuri magis consona, obseruatur in alienatione rerũ & bonorum immobilium monasteriorũ & ecclesiarũ dicti Sisterciensis ordinis: prout apparet ex depositionibus reuerẽdi in Christo patris, ac venerabiliũ & religiosorum dñorum Petri abbatis Clareuallis, Joannis de camareto, Gilberti de insulis, & dñorum Stephani bardougin, & Desiderij garnament presbyterorũ parte dicte reuerende domine abbatisse in hac causa productorum. Quorum depositioni seu dicto etiam cõueniunt ordinationes apostolice, de quibus in predicto transumpto: ibi, necnon ipse Abbas Sisterciensis qui erit pro tempore &c. que si placet videatur.

Ex quibus omnib⁹ infertur dictũ pretensum accensamentũ, vtpote factũ in casu nõ permisso, ac iuris solẽnitatibus non seruatis, & cõtra apostolicas ordinationes, & cõsuetudinem obseruatã in alienatione rerum & bonorum immobiliũ monasteriorũ & ecclesiarũ Sisterciẽsis ordinis, fuisse & esse nullũ. Quibus nõ obstãt quedã pretẽsa accensamẽta ex aduerso allegata: qr si de illis legitime appareat, & ꝙ illa facta extiterint, put illud de quo presentialiter cõtenditur, illa fuerũt & sunt nulla. Poteritq; & potest ipsa dña abbatissa cõtra detẽtores bonorũ accẽsatorum agere & experiri, & agẽdo obtinere illa pronuntiari fuisse & esse nulla, & quatenus de facto processerunt cassari & reuocari, qr nõ potuit, vt prediri, & not. doct. in. d. c. nulli. & legiste magis cõiter. in auth. hoc ius porrectum. C. de episc. & cler. consuetudo introduci vt possent bona immobilia ecclesie alienari non obseruata iuris solennitate, saltem ea de qua in. d. c. sine exceptione, vbi inter cetera exigitur ꝙ tractatus precedat, de quo etiã plene in predicto transumpto. requiritur etiam subscriptio clericorũ vel monialiũ ecclesie, & ꝙ autoritas superioris
7 interuenerit. † Potuit aũt cõsuetudo introduci, per quã adaugeretur solennitas introducta, per. d. ca. sine exceptione. per ea que not. in. c. quod super his. de consangui. & affi. not. Joan. and. Panor. & doc. in. d. c. nulli. & ita videtur fuisse hic, & colligitur ex his que deponunt testes superius nominati super. ix. & x. articulis dicte schedule exordientis, Rem inciuilem &c. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Duo reperio ĩ processu agitato per & inter reuerendã in Christo dominã abbatissam de Vernaysonis ex vna parte &c. Primũ est, ꝙ tã in supplicatione parte eius oblata corã egregio viro do. Sacrista &c. quã. in. vj. artic. schedule exordiẽtis, Rem inciuilẽ &c. fuit dictũ ꝙ accẽsamentũ, de quo ibi, factũ extitit die. xvij. mensis Martij. vbi debuit dici die. xvij. mẽsis Maij. Secundũ est, ꝙ non videtur apparere de sufficiẽti potestate dicti do. Sacriste, cũ non appareat de literis recolende memorie do. Clementis, qui pretenditur conseruatores deputasse, nisi per transumptum factũ, non quidem de ipsis literis do. Clementis, sed de literis emanatis ab altero ex dñis conseruatoribus deputatis, in quibus pretenduntur litere apostolice fuisse inserte, quod non videtur sufficere. Salua librorum reuolutione, quorũ inspectioni nũc opportune vacare nõ valeo.

¶ Argumentum.

¶ Emphyteusis non porrigitur ad casum venditionis, extante statuto, ꝙ in rebus per suos propinquos alteri vẽditis propinquis preferatur. V. F.

1 ¶ Statuta sunt stricti iuris & verba illorum arctantur, maxime si contra ius commune inducant, a quo quantominus possumus non est recedendum.
2 Emptio, & contractus emphyteuticus sunt diuersi contractus in substantia, & habent adinuicem dissimilia multa.
3 Heredis eadem est conditio que & venditoris, qui si viueret commode repelli posset.

¶ De iure emphy. Consi. vij.



Non vidi quoddam pretensum regium statutum, in vim cuius nobilis & generosus vir Helionus de Sabrano ab initio asseruit & pretendit se posse retinuisse & retinere duas partes terre latius mẽtionate in processu cause primo cepte, & aliquãdiu agitate per & inter eundem nobilem Helionum de sabrano actorẽ ex vna parte, & prouidos viros Joannem, & Janonũ de aluernia parte ex reliqua. Verũtamen dico ꝙ si in statuto huiusmodi solũ fieret mentio de preferendis affinib⁹ & propinquis in rebus per suos affines aut propinquos alteri venditis, statutum hmõi loquens in vẽditione, seu rebus venditis. locũ sibi non vendicaret in emphyteusi & accapito, seu in rebus in emphyteusim perpetuã & ad accapitum datis & con-
1 cessis. † Cuius illam assigno rationem: qr cum statuta sint stricti iuris. vt not. Dyn. & Bar. in. l. cõstitutionibus. ff. ad municipa. & plenius Oldr. cõsi. mihi. ix. exordiente, In ecclesia Valẽtina &c. versi. circa ẽm est considerandum. & Bart. in. l. omnes populi. de insti. & iu. in illa principali questione, vbi tractat an statutũ recipiat interpretationẽ: verba statutorum debent proprie & stricte accipi. l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de exer. l. si patronus. §. si quis cũ esset. ff. de bo. libe. & d. l. constitutionibus. quod procedit, & maxime procedere debet, vbi statutum aliquid inducit contra ius cõmune, vel est iuri communi contrariũ: tunc enim non est fienda extensio ad alios cõtractus. l. in quorũ finibus. ff. de pigno. sed debent stricte teneri, vt verba sonant. arg. d. l. cõstitutionibus. iuncta. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. & c. ad audientiã. de decimis. & ita no. Jac. rebuf. in. l. quãuis. C. de vẽd. re. ciuita. lib. xj. & debet restringi vt quantominus possumus recedamus a iure cõi. l. ij. C. de noxa. & c. cum dilectus. de consuet. Nec eo casu sibi locum vendicat identitas rationis. d. l. si vero. §. de viro. & l. quod vero contra rationẽ. ff. de legi. Statutũ autem, de quo supra, est contrarium iuri cõi. l. dudum. C. de contrahen. empt. & vendi. Debent ergo verba eius proprie & stricte accipi, prout sonant, & debent restringi: vt quãtominus possumus recedamus a dispositione. d. l. dudum. in qua contrarium cautum est. Et sic si est ibi sermo de venditione, non debet hoc extẽdi ad cõ-
2 cessionẽ in emphyteusim, † qr licet vẽditio & emptio ex vna parte, & ex alia contractus emphyteuticus seu concessio in emphyteusim habeãt aliqua similia: habent tamen etiam multa dissimilia, & sunt diuersi contractus in eorum substantia. l. j. & qð ibi glo. & doc. C. de iure emphy. & §. adeo. insti. de loca. Cũ itaq; prefatus Joannes & Janonus terram predictã in emphyteusim & ad accapitum receperint a nobili quõdam & generoso viro Gulielmo de sabrano fratre, vt dicitur, huius nobilis Helioni, nõ possunt ipse nobilis Helionus, & nobilis emengandus eius frater, qui nouissime in iudicio comparuit, & cum ipso Heliono institit cõtra eosdem de Aluernia, seu prefatum Janonũ & heredes Joãnis eius fratris, pretẽdere ꝙ retinere valeant terram predictã pro aliqua eius parte in vim statuti, de quo supra.

3 † Preterea vt audio dict⁹ quõdam nobilis Gulielmus de sabrano ab humanis decessit superstitibus & sibi superuiuentib⁹ dictis nobilibus Heliono & Emẽgando eius vniuersalibus & insolidũ heredibus, qui nullo confecto inuentario, saltẽ legitimo, eius hereditatem adierũt: quo fit vt quemadmodũ non poterat idẽ quondam Gulielmus possessor, cum viuebat: nec hodie posset, si viueret, cõtrauenire, nec eisdẽ de Aluernia terram predictam auferre: ita nec possint ipsi nobiles Helionus & Emẽgandus hoc facere. l. cum a matre. & ꝙ ibi glo.

ibi glo. ⁊ doct. C. de rei vendi. ⁊ l. ex qua persona. cum suis si. ff. de reg. iur. no. doc. in l. si. §. in computatione. C. de iure delib. quod videretur procedere etiam si hereditatem prefati quondam Guilielmi acceptassent cum beneficio inuentarij, ⁊ legitimum inuentarium confecissent de bonis hereditarijs: dum tamē soluto ere alieno, ⁊ funeris impensa facta, essent tantum habituri de bonis huiusmodi, quātum ascendūt quote ⁊ portiones, quas se habere contendunt ⁊ affirmant ex eorū personis in terra superius mentionata: vt colligitur ex his que not. doc. in d. l. cum a matre. ⁊ in d. §. in computatione. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Enormis lesio sententiam arbitrorum reducit ad arbitrium boni viri. V. F.

1 ¶ Dispositione resoluta, qua dominium sine traditione transfertur, retransfertur dominium sine traditione ipso iure.
2 Dominium rei legate ipso iure ⁊ absqꝫ traditione transit in legatarium.
3 Fructus pendentes sunt pars fundi.
4 Fundi pars iure proprietatis domino suo fructuum equā partem prebere debet.
5 Terram seminasse qui probat, semen in fructuū diuisione prius detrahit.
6 Promissio de stando arbitri lando, ⁊ renuntiatio recursus ad arbitrium boni viri quam conditionem habeant.

¶ De arbitris. Consi. viij.



Etiam si sententia que lata ⁊ promulgata pretenditur per nobiles ⁊ honorabiles viros Gulielmum iarente, Giraudū borrelli, ⁊ Antoniuꝫ roberti, in ⁊ super quadam differentia, questione ⁊ controuersia, que tunc pendere dicebantur inter prouidū virum Antonium meffredi ex vna parte, ⁊ Symonem eius fratrem ex alia, impugnari non posset ex defectu potestatis, siue mandati dictorum pretensoruꝫ arbitrorum, arbitratoruꝫ ⁊c. posset tamen ⁊ potest ex illo impugnari ⁊ redargui, qꝛ per sententiam seu laudum huiusmodi fuit idem Antonius enormiter circūuentus ⁊ lesus. Et primo quidem quoad bladum anno isto perceptum ⁊ collectum in terra in sententia ⁊ laudo huiusmodi plenius mētionata. Sed vt hoc clarius appareat seu cōstet, premitto ꝙ terra huiusmodi olim pertinuit iure dn̄ij, seu quasi, prouido quōdam viro Petro meffredi patri prefatoruꝫ Antonij ⁊ Symonis: quodqꝫ idem Petrus terram huiusmodi ⁊ quedam alia sua bona legauit ⁊ reliquit honeste quōdam mulieri Helinote eius vxori matri eorundē Antonij ⁊ Symonis ad eius vitā duntaxat, ⁊ ꝙ ipse Petrus testator voluit ⁊ ordinauit ꝙ terra ⁊ alia bona hm̄oi prefate Helinote legata ⁊ relicta reuerterentur ⁊ redirēt post ipsius Helinote obitū ad ipsius Petri heredes, cuiusmodi sunt ipsi Antonius ⁊ Symon. Quo fit vt cū prefata Helinota diem suum obijsset superstibus sibi ⁊ superuiuētibus eisdem Antonio ⁊ Symone, debuerint terra ⁊ bona tātum huiusmodi ad ipsos Antoniū ⁊ Symonem redire ⁊ reuerti, ac etiā ipso iure redierint ⁊ reuersa extiterint. auth. cui relictū. in fi. C. de indic. vidui. toll. ⁊ l. fi. ⁊ qd ibi Sal. Alex. de imo. ⁊ doc. C. de lega. not. doct. in l. qui absen. §. j. ff. de acquir. poss. Pro quo dicto gl. not. in l. j. C. de inoffi. don.
1 † Ex qua hec doctrina colligitur, ꝙ in casibus, in quibus ipso iure ex dispositione aliqua transfertur dn̄ium sine traditione, resoluta dispositione huiusmodi, retransfertur ipso iure dn̄ium sine traditione, hanc gl. no. reputat Bal. in d. l. j. in fi. ⁊ illam sepe cōsueuit ad hoc allegare. Et ita etiam no. Bar. in l. ⁊ ideo. ff. de condi.
2 fur. † Unde cum dominiū rei legate ipso iure, ⁊ absqꝫ traditione transeat in legatarium. l. a titio. cum suis si. ff. de fur. Ergo cum in casu nostro terra ⁊ bona huiusmodi legata ⁊ relicta extiterint prefate Helinote ad eius vitam dūtaxat, nisi antea ad secundas nuptias conuolasset, palam infertur ꝙ cum idem quōdam Petrus testator voluerit terrā ⁊ bona huiusmodi post mortē ipsius Helinote (nisi prius matrimoniū contraxisset) ad eosdem here-
3 des redire ⁊ reuerti, terra ⁊ bona hm̄oi ipso iure redierint. † Igitur qꝛ fructus pendētes sunt pars fundi. l. fructus pendētes. ff. de rei vend. ⁊ l. herennius modestinus ⁊c. ff. de vsur. la. j. queadmodum terra predicta spectauit ⁊ pertinuit ad prefatos Anto-
4 nium ⁊ Symonē, cuilibet veꝫ pro media parte, † ita debuerūt ⁊ debēt fructus in eadē excerpti, ⁊ in ea pendentes tēpore mortis Helinote eiusdem pertinere, cuilibet veꝫ pro media parte: quod saltem procedit ratione quote ⁊ partis debite iure proprietatis ipsius terre, ⁊ quantum ipsa terra arrēdari potuisset: vt colligitur ex his que ponit Bar. in quodā suo consilio exordiēte, Cūciarellus ⁊ Uenantius, ⁊ Petrus de Ubal. in suo tracta. socie. in
5 quarta parte. † Fateor ꝙ vbi idem Symō probaret ꝙ ex suo semine terrā seminauerit, posset ipse Symō ante diuisos fructus hoc anno collectos detrahere semē suū, vt dicit Bar. ⁊ de Ubal. vbi. s. sed non puto eū hoc probaturū, nec esse verum: cum predicta quondā Helinota haberet multas terras feraces ⁊ bene cultas, ex quibus annis singulis granorū magnū prouentū solebat capere, ⁊ horrea cōplere, quoꝝ omniū administratione habuit ipse Symō; ex quibus ita verisimiliter seminare potuerat terrā predictā, quemadmodū ⁊ de suis proprijs. ⁊ sic alio nō probato, non potuit nec pōt ipse Symon detrahere semē, sed deberet saltem dimidia pars diuidi inter eos. Preterea nō apparet terrā predictā fuisse cultā sumptibus ⁊ expensis dicti Symonis meffredi, cum ipse haberet administrationē ⁊ curam omniū bonoꝝ Helinote: ideqꝫ Symon ab annis decē ⁊ citra perceperit ⁊ collegerit fructus ⁊ prouentus predictorum bonoꝝ, ⁊ de illis disposuerit, prout voluit: ⁊ sic tenetur ⁊ debet de eis reddere rationē ⁊ calculū, ipsiqꝫ Antonio satisfacere de parte reliquorum pro media parte, pro qua est heres dicte quōdā eius matris Helinote.

Etiā prefatus Antonius fuit grauatus ⁊ lesus enormiter per dictam sententiam siue laudū in eo, qd solum eidem adiudicauerunt pro parte sua duoꝝ boum, ⁊ vnius trigenarij pecoris minuti, ⁊ sui incrementi a decē annis ⁊ citra, vigintiquinqꝫ oues: cuꝫ in primis tēpore occisionis predictorum boum facte per prefatum Symonem, illi valerent. xx. florenos, ⁊ sic debuissent eidē Antonio pro dicta eius parte adiudicari. x. floreni. Et deinde pro dicta dimidia parte trigenarij pecoris sibi adiudicari debuerint. xv. oues, si ille. xxx. olim prefate Helinote tradite adhuc viuāt: si vero non viuāt, debet suppleri de dicta media parte incrementi. arg. l. vetus fuit questio. ff. de vsufr. ⁊ residuū eiusdem partis debuit ⁊ debet diuidi equis portionibus inter prefatos Antonium ⁊ Symonem. Alia vero medietas semper fuit prefatorum heredū: cum nō donatū fuerit prefate quondā Helinote, ⁊ ad eius vitā, nisi dictum trigenariū pecoris minuti cum medietate incrementi: ⁊ sic id quod superest de dicta medietate debet diuidi inter eos tanqꝫ heredes ab intestato prefate quondam Helinote. Ex quibus omnibus apparet eundē Antonium fuisse enormissime lesum, tam circa bladuꝫ de quo supra, ⁊ in terra de qua supra, isto anno excretū, quam circa recompensam eidē adjudicatam, pro parte, quā habebat in bobus ⁊ alijs animalibus superius mentionatis. Potuit igitur ⁊ potest a dicta sententia siue laudo, non obstantibus iuramēto, ⁊ pacto de non recurrendo ad arbitriū boni viri, seu renuntiatione illius, recurrere ad dictum arbitrium, per ea que plene prosequuntur doct. in l. societatem. §. arbitroꝝ. ff. pro socio. ⁊ c. quintauallis. de iureiur. per Jo. and. in addit. Spec. ti. de arbit. §. sequitur. vers. item quid si cōpromissum est. ⁊ per Oldr. cons. mihi
6 gi. exordiente, Primum de quo queritur. † quemadmoduꝫ enim promissio de laudo ordinationis arbitroꝝ simpliciter facta habet in se tacitaꝫ conditionē, si eque fuerit arbitratū. l. si libertus. ff. de ope. libe. c. veniens. ⁊ d. c. quintauallis. de iureiur. ita etiam habet renuntiatio recursus ad arbitrium boni viri tacitam conditionem, scilicet nisi renūtians grauiter seu immoderate lesus extiterit. arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ⁊ l. quidam cum filium. ff. de verb. obl. Super quo specialius non me extendo, cuꝫ audiam istam causam esse in tractatu pacis, ⁊ in manibus amicorum: qui bene facerēt si hanc contentionem honeste ⁊ secūdum conscientiam componant, vt sic tollant occasionem eisdem Antonio ⁊ Symoni contendendi.

¶ Argumentum.

¶ Mulier, que propter mariti metum executioni in rebus pro dote sibi obligatis non se opponit, sibi non preiudicat. V. F.

1 ¶ Executio sententie impeditur ratione iuris possessionis.
2 Status possessionis contra ignorantem, ⁊ non vocatum, mutari non debet.
3 Mulier inherens possessioni bonorum pro dote obligatorū impedit fiscum in bonis mariti venire.
4 Missio in possessionem ex primo decreto facta, nō citatis lesis, vel eorum procuratoribus, nulla est.
5 Possessore de iure ⁊ etiam de facto possidente non citato, nihil pronuntiandum.
6 Citatus aduersus executionem non se opponens, tanquam contumax tenetur ad expensas.

Mine mariti, que verbera producunt, iustum metum efficiunt.
8 Dolose, vt se opponat, non tacet qui superiorem timet ⁊ reuere-
tur, vt loqui non audeat.
9 Taciturnitas mulieri virum timenti preiudicare non debet.
10 Contumacia est dolus, saltem presumptus.
11 A dolo ⁊ a pena ex dolo proueniente excusat causa quecunque
vel iniusta.
12 In expensarum contumacialium condemnatione, an sufficiat
ficta tantum contumacia.

¶ Quod met.cau. Consi.ix.



Existimo qd tam per con-
fessionem cuiusdam Ludouici granaterij, seu nobi-
lis ⁊ egregij viri do. Fernandi die do. Opigij, quam
per depositionem testiũ parte honeste mulieris Francesie recha
tiue in hac causa productorũ, constet, ⁊ sufficienter appareat do-
mum in actis cause plenius mẽtionatam spectasse ⁊ pertinuisse
tẽpore executionũ, de quibus in hac causa, ante ⁊ post, dicte Re-
chatiue, ⁊ Joãni ⁊ Vincentio eius nepotibus ex sorore; domũq;
hmõi tenuisse ⁊ possedisse predictis temporibus. Existimo insu-
per fuisse etiã sufficienter probatum q̃ Rechatiua, Joannes, ⁊
Vincentius tinam in actis eiusdẽ cause plenius designatã tene-
bant ⁊ possidebant predictis tẽporibus: ⁊ tam per se q̃ eorũ pre-
decessores, a quibus causam habuerunt, eandẽ tinam ante execu
1 tiones hmõi longo tẽpore tenuerãt. † Quo fit vt pro debito pro-
uidi quondã viri Joannis larderoti capi non debuerint de pi-
gnore, vel alias fieri executiones in eadẽ ad instantiã dicti Gra-
naterij, vel prefati. d. Opigij, etiã si pro eorũ altero sententia la-
ta extitisset. Pro quo allegasse sufficiat q̃ no. Inn. in. c. cum su-
per. ⁊ qd ibi Panor. in fi. de re iudi. Bar. in. l. a diuo pio. §. si sup
rebus. ff. eo. ti. ⁊ Bal. in. l. ob maritorũ. vers. not. q̃ sententia non
2 debet ⁊c. C. ne vxo. pro mari. Cuius illa solet ratio assignari, † qꝛ
contra ignorantẽ, ⁊ non vocatuz status possessionis mutari non
debet. l. fi. C. si per vim vel alio mo, c. j. de cau. poss. ⁊ proprie. c. in-
ter quatuor. de mai. ⁊ obed. l. nã ita diuus. ff. de adop. ⁊. l. de vno-
quoq; cum suis simi. ff. de re iudi. Facit q̃ no. Alex. de imo, in. l. si
marito. vers. no. etiã ex isto tex. ⁊c. ⁊ quod ibi Ang. ff. solu. matri.
3 † qui ibi dicunt, q̃ si mulier inhereat possessioni bonoruz mariti
sibi pro dote obligatorum, ipsa potest impedire confiscationem,
seu translationẽ bonorum mariti in fiscũ, pro quo allegat Ang.
glo. in simili. in. l. si filio. §. j. ff. solu. matr. ⁊ que not. Cyn. in. d. l. ob
maritorũ. adducit Ale. de imo. q̃ no. gl. ⁊ Bar. in. d. l. a diuo pio.
4 §. si super rebus. † Et hinc dicit Roma. cõs. lxix. missionẽ in pos-
sessionem ex primo decreto esse nullam, si fiat nõ premissa legiti-
ma citatione eorum qui ex immissione huiusmodi ledi poterant.
l. meminerint. C. vnde vi. Not. Spec. tit. de primo decreto. §. iam
5 de flectu. vers. sed quid si iudex. † non enim debet in preiudicium
possessionis non tantũ de iure, sed etiam de facto possidẽtis, ali-
quid pronũtiari, nisi eo citato. l. si deserta. C. si propter publ. pẽsi.
iuncto. c. in literis. de resti. spol. ⁊ no. Inn. in. d. c. inter quatuor. ⁊
c. cum olim. de priuil. Cum itaq; ex his, que acta extiterunt corã
egregio viro dño iudice Medulionis ⁊ Montisalbani, nõ con-
stet, nec appareat prefatos Francesiam rechatiue, Joannem ⁊
Vincentium citatos extitisse ante executiones fieri attẽtatas in
tina, de qua in actis: ⁊ insuper legitime appareat q̃ ipsius tem-
poribus executionum hmõi, ⁊ ante eas, dictã tinam possidebãt;
palam infertur ipsum do. iudicem, quatenus executiones hmõi
preiudicium prefatorũ Francesie, Joannis ⁊ Vincentij concer-
nebant, nulliter ꝓcessisse. Nec obstat prefate Francesie, qd ex ad-
6 uerso opponitur, scz † q̃ se nõ opposuerit aduersus executiones,
⁊ q̃ propterea tanquã contumax teneat ad expẽsas. Tum qꝛ nõ
apparet eandẽ Francesiam extitisse citatam, ⁊ sic contumax dici
non põt. dictus ẽt Granaterij, siue. d. Opigij, ad cuius instantiã
fiebant executiones antedicte: debebat diligẽter inquirere quis
possideret tinam prementionatam, d. l. meminerint. ⁊ ita voluit
Bar. in simili in quodã suo cõsilio exordiente, Missus in posses-
sionem ⁊c. ⁊ Gemi. in. c. fi. in fi. de elect. in. vj. Tum qꝛ, vt apparet
ex depositionibus testiũ in hac causa examinatorũ super nono, ⁊
quibusdam seqũtibus articulis schedule exordientis, vt vobis
venerabili ⁊c. prefatus Larderoti tũc maritus eiusdẽ Frãcesie
erat vir eidem Francesie terribilis ⁊ seuus, qui eam nõ maritali
affectu, sed odio maligno prosequẽs, furiose ⁊ atrociter iniurijs
⁊ verberibus afficiebat. Quapropter cũ in tina predicta fierent
executiones pro debito eiusdẽ Larderoti, non audebat France-
sia se opponere aduersus executiones hmõi, ne fortasse ab eodez
Larderoti vapulasset egregie, qui forsitã dubitasset propter bo
7 norum defectũ in carceribus intrudi. † Verbera enim, quinimo
⁊ mine mariti, saltẽ que solẽt deduci ad effectũ, inducunt iustum
metum. vt no. Panor. ⁊ doct. in. c. j. de offic. deleg. Pro quo facit
q̃ no. gl. ⁊ quod ibi Bar. Alex. de imo. ⁊ doc. in. l. j. §. que oneran-
de. ff. qua. re. acti. nõ da. Bar. ⁊ doc. in. l. interpositas. C. de trãsa.
8 ⁊ in. l. ad inuidiã. C. q̃ met. cau. † ⁊ hoc maxime debet procedere
hic, vbi sufficit ⁊ sufficere debet Francesiã ostẽdere dolose nõ ta-
cuisse, qd sufficienter patet ostendendo q̃ ipsa virum suuz reue-
reretur, ⁊ timeret, ita vt etiã loqui non auderet, ⁊ ab eo sepe ver-
beraretur. Pro quo allegasse sufficiat q̃ not. Bald. in. l. si sine. in
princ. C. ad velleia. Bar. ⁊ doc. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pre-
9 tori. ff. de no. ope. nunt. † Et q̃ hmõi taciturnitas eidẽ Frãcesie
preiudicare nõ debeat, satis ostendit per id qd no. Bar. in. l. que
dotis. ff. sol. mat. quod intelligo quoad tinam predictam: sed nec
quoad expẽsas contumaciales: qꝛ vt iam tetigi ipsa Francesia,
vtpote non citata, ⁊ que propter metũ mariti de iure suo nõ fuit
10 ausa protestari, dici nõ potest contumax, † qꝛ contumacia est do-
11 lus, saltẽ presumptus. vt no. Bar. l. minor. la. j. ff. de mino. † a do-
lo enim ⁊ a pena, que ratione doli incurritur, excusat quecunque
causa etiam iniusta. l. igitur. §. pen. ff. de libe. cau. no. glo. in. l. j. in
fi. ff. de abige. ⁊. l. plagij. la. ij. C. ad. l. in flaui. de plag. de quo Alex.
de imo. consi. xcij. exordiẽte: Perspectis his que in themate ⁊c. ⁊
Pau. de cast. consi. xv. exordiẽte, Pro clariori examinatione ⁊c.
12 Quod autem ad condẽnationem expensarum, de quibus cõten-
ditur, requireretur contumacia saltem ficta: hoc apparet ex his
que no. Cyn. Bal. Sal. ⁊ doct. magis cõiter. in. l. sancimus. C. de
iudi. Et Alex. de imo. in. l. j. §. hoc iudiciũ. ff. si quis ius dicen. nõ
obtemp. quinimo tenuit Jaco. de rauẽ. in. d. l. sancimus. q̃ requi-
ratur vera contumacia. Quod etiam voluit Angel. in. l. si finita.
§. iulianus. ff. de dam. infe. Ex quibus omnibus infertur, prefa-
tum dominum iudicẽ male, perperã, ⁊ iniuste processisse, ⁊ pro-
pterea eius pretensam sentẽtiam reuocandam, ⁊ ipsam France-
siam absoluendã a dictis pretensis contumacialibus expensis: ⁊
dictum eius aduersarium condemnandũ in expensis per eandẽ
Francesiã sustentis in prima instãtia a tẽpore per eam facte op-
positionis. Cum in hmõi oppositione vel vicerit vel vincere de-
buerit tanquã probans, vt predixi, eius intentionem: qꝛ victus
victori ⁊c. l. properãdum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Et ita
mihi videtur sub correctione cuiuslibet do. melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Uxor quod plus relinquit secundo marito resecatur ad nor-
mam legitime filiorum prioris matrimonij. V. F.

1 ☞ Priuigni cum vitrico in bonis matris qualiter succedere
debeant, ⁊ quid si plus relictum sit vitrico per mulierem. item si
nihil filijs relictum extiterit, vel relictum fuerit vsque ad legi-
timam iure institutionis. ⁊. nu. 4.
2 Supplementum legitime capitur iudicio legis non iudicio vel
ex dispositione testatoris.
3 Prouisio legalis venit ad fundandum ⁊ cõfirmandum iudiciũ
defuncti, vt non expugnetur testamentum per querelã. Et quã-
do misceatur prouisio testatoris cum prouisione legali.
4 Binuba disponens de bonis suis non plus diligere debet secũ-
dum virũ quam filios primi matrimonij, nec hoc lex permittit.
5 Binuba pretergrediens limites debiti coniugij in dispositione
suorum bonorum qualiter puniatur.
6 Cynus, vir non contemnende autoritatis.
7 Baldi autoritas magna est in iudicijs vbi non habet contradi-
ctorem.
Mulier relicta vsufructuaria omnium bonorum mariti super-
stitibus liberis, an hoc legatum restringatur ad alimenta.

¶ De secun.nupt. Consi.x.



Gregie doctor ⁊ domi
ne venerandissime, post plurimã commẽdatio-
nem. Vidi ⁊ sepius reuolui proposita, deducta,
⁊ allegata hincinde in processu cause pendentis
inter nobiles Perrotum de sancto Michaele,
⁊ Mariam ysinode actores, ex vna parte, ⁊ nobilẽ ⁊ generosum
virum Fulquetum de turre, do. de Romolis vestrum consobri-
1 num, parte ex altera. Et tandem remãsi, † ⁊ remaneo in hoc, q̃ si
quingenti floreni relicti dicte nobili Marie ysinode ascendant
ad legitimam sibi debitam in bonis nobilis quõdam Georgete
de Varederia eius matris, id quod plus relictum est per legatũ
dicto domino de Romolis debuerit sibi auferri, ⁊ diuidi inter
ipsam nobilem Mariam ⁊ nobilẽ Delphinam eius sororem. l.
hac edictali. §. si vero plusquã. C. de secun. nupt. ⁊ auth. de nupt.
§. optime, le. ij, versic. si vero multi filij ⁊c. iuncto. versic. ⁊ hoc de-
cernens

cernens recte intulit.coll.iiij.vbi ꝓ hoc sunt tex. qui non videnẽ posse calũniari. Nec huic determinationi obstat qđ not.glo. in d.l.hac edictali.super verbo.diuidi. Bal.ver.modo statiз occurrit dubiũ ꝛc. Sal.in ver.scđo videamꝰ in.q.glo.ꝛc. Quia isti oēs loquũtur in alijs terminis, sꝫ qñ nihil fuerit relictũ liberis primi matrimonij: ꝛ sic eo casu apparere non potest per relationem alicuius dati alicui ex liberis primi matrimonij quantũ remanere debeat apud vitricũ aut nouercam: quo casu liberi primi matrimonij, eatenus reuocant, vt ipsi ꝛ quilibet eorũ sine equales cũ vitrico vel nouerca. Hic aũt sumus in alio casu, ꝓ eo qꝛ dicta nobilis Georgeta cuilibet ex dictis suis filiabus reliqt ccccc.florenos. Si vero dicti.ccccc.floreni non ascēdant ad legitimã dicte Marie debitam ꝛc. Tunc dico ꝙ vt dicit Bal.in.d.l. hac edictali.ver.ꝛ primo quero de tali qōne ꝛc. Ista questio est dubia: nam ꝓ ipsis filiabus facit ꝙ, cũ eis ꝛ cuilibet earũdē non fuerint relicti nisi.ccccc.floreni, ipse dñs de Romolis earũ vitricus habere non debeat nisi quingentos, ꝛ totum residuum applicari debeat dictis eius priuignis. Econtra pro ipso dño facit, ꝙ illi quingēti floreni iure institutiōis dictis priuignis, ꝛ cuilibet earũdem relicti trahũtur ad legitimã, ita vt videãtur ipse priuigne in carũ legitima institute.l.omnimodo.l.qm̃ in priorib⁹.ꝛ.l. scimus.C.de inoffi.testa.propter quod videtur eundem dñm de Romolis tantum retinere posse, vel habere debere de legato relicto, q̃tuз ascendit legitima cuiuslibet ex dictis priuignis. Quia
2 vt prediẋi, cuilibet censetur relicta legitima. † Rursum pro dictis priuignis facit, ꝙ supplemẽtũ legitime capiẽ iudicio legis, nõ iudicio, vel ex dispositiōe dicte nobilis Georgete testatricis. Iterũ ecõtra facit ꝓ dicto dño de Romolis, ꝙ iudiciũ dicte nobilis Georgete, in quo cuilibet ex dictis filiabus quingētos florenos reliquit iure institutionis suppletur: ꝛ istius testamēti supplementi ipsa testatrix est fundamentum, qꝛ ipsa disposuit ꝑ modũ institutiōis. Tãdem post hec motiua hincinde facta affirmat Bal. ꝙ hec q̃stio in hoc stat, qꝛ hic miscetur ꝓuisio testatri-
3 cis, cũ ꝓuisione legali. † Et qꝛ ꝓuisio legalis venit ad fundandũ ꝛ confirmandum iudicium defuncti, vt non expugneẽ testamentum per querelam: perinde videtur acsi dicta nobilis Georgeta legitimã reliquisset dictis eius filiabus. Itaq; vsq; ad cõcurrentem quantitatem legitime videẽ ipsa nobilis Georgeta binuba
4 potuisse relinquere dicto dño de Romolis. † Et refert ibi Bald. se als in contingentia facti cõsuluisse, ꝓ parte Nouerce motũ exēplo, de quo ibi. Pro quo allegat.l.si te solum.ff.de here.instit.ꝛ ꝓ hac determinatione Bald. facit id qđ ipse not.in.l.j.ver.quarto quero ꝛc.C.de inoffi.do.vbi no.idem Bald. ꝙ si mater binuba reliquerit filie primi matrimonij decē solidos iure institutionis, ꝛ ꝙ secũdũ maritum heredem vniuersalē instituerit, ipse secũdus vir tantuз habere debeat, q̃tum est in relicto facto filie suppleto per legē, nõ aũt q̃tũ est in scriptura relicti. Et sic sentit ibi Bal. qꝛ vbi decē solidi filie relicti nõ sufficerēt ad legitimã, illa suppletur per legē, debeat ipsi secũdo viro tãtum remanere de hereditate vxoris binube, q̃tum ascendit legitima filie. Pro quo dicit Bal. videri casum in.l.qm̃ preterite.in ver.dãda vel relinquēda.C.de secun.nup.vbi propter hec verba, Danda vel relinquēda: non respicitur solum quod relictum est, sed quod erat relinquendum: ꝛ sic necessario loquitur.l.illa.de debito bonoruз subsi dio. Et hanc parteз dicit Bal. vbi supra, esse verã, q̃uis postea adijciat se dubitare per ratiōes, de quibus ibi. pro sentẽtia Bal. vt videlicet idē dō.de Romolis retinere, vel habere debeat saltem q̃tum ascendit legitima, facit quod voluit Barto.in summario dicte.l.quoniã preterite.vbi summarie dicit: qđ vltra debitum coniugi secunde relinquitur, debet inter filios ꝛc. vbi attēdo ꝙ Barto.non dicit, quod vltra donatum vel relictũ liberis, sed dicit qđ vltra debituз subaudio ipsis liberis. Et hoc etiã videtur esse de mēte Ange.in summario dicti.§.optime vero.ibi, dũtamē filio relinquatur legitima. Et ad hoc allegat etiã Alex. de imol.in additio.ad Bal.in dicta.l.hac edictali.super ver.amplius circa istam materiam speculantes ꝛc. Pro hac sentẽtia videtur facere dicta.l.hac edictali.§.sin vero: ibi, ita tamē vt quar
5 ta ꝛc. ꝛ in dicto.§.optime vero.ibi, Quippe dudũ ꝛc. † Pro hac sententia etiam facit, quia certuз est ꝙ hec est pena binubi vel binube, nõ posse pl⁹ relinquere vel donare nouerce, vel vitrico liberorũ primi matrimonij, q̃ vni ex liberis, ꝛ illi cui minus. hoc enĩ dicit Azo in summa de secundis nuptijs.ver.punitur autē parens ꝛc. Et Hostien.in summa.co.titu.§.sic vidisti.in princip.et hec pena eisdem infligitur propter non seruatam affectionē liberis prioris matrimonij, vel propter iniuriã eis factam in eo qđ plus reliquit eorum nouerce vel vitrico, q̃ vni ex eis, illi veз qui minus. Et hinc est ꝙ istud plus relictũ auferẽ nouerce ꝛ vitrico: applicatur liberis primi matrimonij, non alijs. dicta.l.hac edictali.ꝛ.§.optime. Qđ si ita est, imo quia ita est, maiori pena affligi deberet ille binubus, aut binuba, qui nihil donauit aut reliquit liberis primi matrimonij, sed totum donauit aut reliquit eorum nouerce vel vitrico: q̃ ille, qui aliquid, minus tamen legitima, eisdem liberis aut reliquit, aut donauit: qꝛ ille maioreз iniuriam eis intulit, vel minorem affectionem habuit ad eosdem: ꝛ tamen eo casu liberi primi matrimonij eatenus reuõcauit, ꝛ non vltra, vt ipsi ꝛ vitricus vel nouerca cõcurrant viriliter, hoc est, equis portionibus in donato vel relicto. vt no. glo. in dicta lege, hac edictali.super verbõ diuidi: quã sequuntur ibi Bal.in ver. modo statim occurrit. Sal.in ver.secundo videamus in questione glo.ꝛ Ioan.fa.ꝛ nullus scribentium eam damnat. Ergo in casu, in quo non sic preterijt affectionem, nec tantam intulit iniuriam, deberent liberi primi matrimonij duntaxat eatenus ad reuocandũ admitti, vt saltē vitrico vel nouerce remaneat quantum ascendit legitima cuiuslibet: que ascendit ad minus, quam pars virilis ascenderet, si totum esset relictum aut donatũ dicto
6 do.de Romolis. † Quinimo isto casu, vt dicit Cyn. vir profecto nõ contēnende autoritatis.in.d.l.hac edictali. vers.quarto queritur.ꝛ Bal.in vers.statim sequitur ꝛc. ꝙ liberi primi matrimonij eatenus admittuntur ad reuocandũ, vt fiãt portiones equales de relictis inter eos.ꝛ vitricum. Et quanuis Sal.in.d.l. hac edictali. versi. quero septimo, iam sentiens aliquid de opinione Bal. de qua supra, contrarium senserit, ꝙ vitricus soluз habere debeat quantum relictum est vni ex liberis ꝛc. etiam si minus legitima: puto tamen pro nũc, salua correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝙ non sit recedendum a sententia Bal.ꝛ ꝙ ipse.d.de Romolis saltem habere debeat, vel sibi remanere quãtum ascendit legitima cuiuslibet ꝛc. de prefatis priuignis: super quo me vlterius non extendo, qꝛ nõ habeo notitiam valoris. Preterea nihil fuit de hoc articulatũ in cursu processus, quod tamen esset necessariũ, qꝛ hoc est fundamentuз intentionis huius domini de Romolis, si pretendat se habere debere saltem quantum ascēdit legitima ꝛc. Et ob hoc potius duxi scribere vestre dominationi, quam facere allegationes domino iudici offerēdas. Ex quibus patet ꝙ nec per omnia adhereo opiniōi egregij viri do. Iacobi bochoni, nec in omnib⁹ ab eius opinione, quam fecit respondendo ad primam questionem, discedo.

Quo vero ad ea que scribit de vsufructu bonorum per dictam de Garederia eidem do.de Romolis relicto: illa fortasse defendi possunt propter identitatē ra-
7 tionis, † ꝛ Bald. autoritatem, que est magna in iudicijs, vbi non habet contradictorem, vt dicit Paul.de cast.consil.mihi.xxviij. exordiēte, Viso puncto suprascripto ꝛc. vers.ad quartũ, dico ꝛc. ꝛ cons.cxxxij. exordiēte, Viso puncto ꝛ dubijs ꝛc. vers.circa tertium quesitũ Ang.aret.in tract.de malefi.in gl.super verbo, nec non ad denuntiationē.ꝛ Barb.in sua Ioannina. c. Raynaldus. folio.66.vers.ego limito hanc doctrinam ibi, pro certo.extra.de testa. Quis fortasse autoritas Bald. ex hoc videtur posse impu-
8 gnari, ꝙ ipse idem non tenet passim ꝛ indistincte, † ꝙ vbi superstitibus liberis maritus legat vxori vsumfructum omnium bonorum, vel relinquit eam vsufructuariã omnium bonorum, debeat legatũ huiusmodi restringi ad alimenta, vt apparet ex his que ponit Franc.de aret.consi.xl.exordiente, Presupponitur in facto.ꝛ ꝙ no. Bal.in auth.quod locum.C.si secun.nupse.mulier. in.l.fi.C.de indi.vidui.tol.ꝛ in.l.si pater.in princ. C. de vsufruct. Si videbitur dominationi vestre facietis visitare que dicta sunt circa primam questionē: ꝛ si ita visum fuerit, potuerunt fieri defensiones parte dicti. d.de Romolis, vt saltē tantum habere vel retinere possit quãtũ ascendit legitima. Et hec hactenus. Quod superest expecto si quicquã aliud pro vobis mea ars efficere possit, ꝛ oro ne pigeat iubere: ego enim libentissime obsequar quinimo omnes ingenij sui neruos exponet qui de corde vester est ꝛ optimus amicus, ꝛ seruus pene asscriptitius. valeat tua dñatio

Carpentoracti vndecima Augusti.

¶ Nobili ꝛ egregio viro domino Iacobo Romey, iurium professori eximio, do.ꝛ amico suo colendissimo.

¶ Argumentum.

¶ Nullitas manifesta tres sententias conformes rescindere potest etiam post earum executionem. V. F.

1 ☞ Rei satis demonstrate frustrã petitur additio.
Superuacuis laborat impēdijs qui solē certat facib⁹ illustrare.
Plenitudo adiectione non indiget.
2 Exceptio notorie nullitatis ex actis apparentis an admitti debeat contra tres sententias conformes notoriam nullitatē continentes, ꝛ prosequi possit etiam post executionem illarum.
3 Facilius admittitur quis ad prosequendum sententie nullitatē post illius executionem, quam ad illam impediendum.

4 Statutum reijciens exceptionem nullitatis nunquam videt reijcere illam, de qua iudici constat ex inspectione actorum maxime dolo partis causatam.

5 Constitutio generalis, vel priuata dispositio aliquid permittens quemadmodum non complectitur dolosos, & odiosos, ita nec statutum.

Iuris beneficio non fruuntur dolosi.

6 Nullitatis in sententia causam prestitit, qui dolo suo eam sic meruit, quod sibi imputetur.

7 Statutu cauens, oppositionem nullitatis post executionem triu conformium sententiaru infra tres menses debere intentari trahitur ad duo precedentia statuta ex vi aduersatiue.

8 Qualitas precedentium videtur repetita in aduersatiua, cum sit coniunctio.

9 Statutum cauens feminas non succedere ab intestato extantibus masculis, nisi in dote: facto vero testamento non succedere, nisi quatenus testator eis duxerit relinquendum, qualiter intelligatur.

10 Dictio vero pro sed est coniunctio, ergo repetitiua.

11 Omne iudicium a citatione incipit, que si omittatur sententiam reddit nullam,

Citandus est quis in quolibet actu, in quo pot pretendere lesionem.

12 Princeps, & si supremam habeat potestatem, contra non citatum ferre sententiam non potest.

13 Defensio, quia de iure gentium seu naturali, auferri non potest.

14 Solenitas omnis iudicialis quamuis nonnunquam per statutum aut concessionem principis tollatur, nunquam tamen censetur concessum quod citatio omittatur.

15 Statuti verbis cessantibus cessare debet & statutum.

¶ Sent. resc. non pos. Consi. xi.



Multis & quidem non communibus, sed accomodatissimis rationibus & motiuis demonstrat, vt clarissime ostendit spectabilis vir dns huius precedentis consilij dictator siue autor: quod non obstantibus regijs & ducalibus constitutionibus inibi mentionatis possint, imo de iure debeat nobiles de auria, heredes nobilis quondam & generosi viri do. Ludouici de auria, admitti ad obijciendum de nullitate triu pretesarum sententiarum, parte Petri Ymberti ciuis Massilie contra eundem quondam do. Ludouicum, vt ex aduerso pretenditur, obtentarum. Quo fit vt rationibus & motiuis huiusmodi nihil videatur

1 necessario esse addendum, † quia rei satis demonstrate frustra petitur additio. l. j. ff. de do. ple. Superuacuis enim laborat impendijs qui solem certat facibus adiuuare. vt dicit Anacletus papa, vj. q. j. c. si omnia. Facit quod voluit Symacus papa in c. bene quidem, in princi. di. xcvj. vbi dicit quod plenitudo adiectione non indiget. Propter que decreueram nihil esse addendum. sed vt voto partis in aliquo satisfaciam, addam aliqua pauca, & quidem non extranea seu noua, sed iam tacta. Pro quorum faciliori prosecutione premitto, quod prout audio, iam fuit per aliud consilium dudum missum clarissime patefacta & ostensa notoria nullitas dictarum preten-

2 sarum triu sententiarum, aut alterius earundem. † ex quo illud sequitur quod etiam vbi de earum executione nunc ageretur: deberet exceptio huiusmodi notorie nullitatis ex actis apparentis admitti. per id quod voluit Oldr. consil. mihi. xxvij. alijs. cvij. exordiente, Quod litere executorie &c. vbi ad hoc adducit plura iura, & maxime tex. in cle. j. in verbo, vt calumnijs &c. que ratio videtur cessare hoc casu &c. Idem etiam tenet Sal. in. l. j. C. ne lice. ter. pro. & Io. de imol. in l. si expressim. charta. vij. & charta. vlti. ff. de appel. Io. de Imo. & Alex. de Imo. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui ope. nuntia. Ioan. de imol. in. l. fi. versi. tertio limitat Bal. ff. qui. appel. non li-ce. & Alexan. de Imol. in. l. iiij. §. condenatum. in secunda addi. ff. de re iudic. Et quamuis Ioan. de Imol. videatur voluisse contrarium in dicta cle. j. de re iudi. tamen motiuum eius non procedit cui eleganter respondet Alex. de imol. in dicta addi. Que si procedant vbi opponitur nullitas ad fines impediendi executionem trium conformium sententiarum, multo fortius procedere debent vbi post executionem earum factam quis prosequitur nul-

3 litatem huiusmodi: † quia facilius admittitur quis ad prosequendum huiusmodi nullitatem post executionem, quam ad illam impediendum, dicta. l. j. & quod ibi glo. & docto. Et hoc etiam colligi

4 tur ex notatis per docto. in dicto. §. condemnatum. † Preterea etiam premitto, quod statutum reijciens exceptionem nullitatis nunquam videtur reijcere illam, de qua iudici constat ex inspectione actorum. per rationes quas plene allegat Petrus de ancha. consi. mihi. ccxiij. alijs. ccvij. exordiente, De iure communi &c. & maxime per no. in. l. vbi pactum. C. de transactio. & per Inno. in c. j. de offi. vicarij. quod etiam voluit Alexan. de imol. in. d. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui ope. nuntia. Nec etiam propter statutum huiusmodi censetur exclusa vel repulsa nullitas causata dolo partis: vt verbi gratia, si per falsa instrumenta, per gratiam, vel sordes sententiam obtinuerit. Nulli enim dubium quin non obstante ista tuto huiusmodi possit condenatus opponere de nullitate. l. vena-

5 les. C. quan. pro. non est neces. l. preto. §. marcellus. ff. de iu. † quemadmodum enim generalis constitutio, vel priuata dispositio aliquid permittens non complectitur dolosos & odiosos: ita nec statutum. l. lucius titius. ff. de lega. ij. l. idem. §. si tibi. versi. sed si ipse. ff. de condi. ob tur. cau. & c. alma. de sententia excommunicationis. vbi iu-

6 ris beneficio non vtuntur dolosi. † Prestitit enim causam nullitatis sententie qui eam sic meruit; est ergo sibi imputandum. l. ij. ff. si quis cau. quod plenius prosequitur Pe. de ancha. in dicto consilio qui videri potest. Ex quibus infero quod, cum dicte tres sententie fuerint & sint notorie nulle: & de earum nullitate constet & appareat ex sola actorum inspectione, tam videlicet propter omissionem citationis ad illas aut alteram earundem ferri audiendum: quam alias, prout fuit alias, vt audio, in alio consilio demonstratum: possint & valeant dicti nobiles heredes nullitates huiusmodi deducere & prosequi, non obstantibus his que ex aduerso allegantur. Et primo quidem non

7 obstante dicta cle. j. prout dixi. † Item nec statuto ducali seu regio quo caueri dr, quod volens opponere de nullitate post executionem triu conformium sententiarum, hoc facere debeat infra tres menses, alias non &c. Quia respondeo & dico, quod antedictum statutum sunt duo statuta, ad que istud trahitur: vel illa ad istud. Primum est quo cauetur quod postquam sententia transiuerit in rem iudicatam, & non erit appellatione suspensa, & erit lata partibus vocatis & auditis, seu per contumaciam absentibus, nisi nullitas &c. sententia ipsa nulla opposi tione obstante, reali executioni demandetur. Postea vero subijcitur secundum tenoris sequentis vbi vero tres conformes sententie essent tunc quacunque nullitate aut oppositione non obstante sententie ipse reali executioni demandetur. quod statutum per illam coniunctionem

8 aduersatiuam vero trahitur ad primum pro eo, † quia in aduersatiua videtur repetita qualitas precedentium, cum sit coniunctio. ar. not. in. §. item lapilli. instit. de re. diui. Ita no. Bald. in. l. omnes

9 populi. versi. item vnum caput statuti &c. ff. de iustit. & iure. † Et ideo dicit ibi Bald. quod si statutum dicat quod existentibus masculis, femine non succedant ab intestato, nisi in dote: facto vero testamento non succedant, nisi quatenus testator eis duxerit relinquendum: certe intelligitur facto testamento, scilicet masculis exta-

10 tibus. † Et hoc contingit ex natura copule, quia dictio vero, pro sed est coniunctio: ergo repetitionem inducit. l. seie. §. caio. ff. de fun. instruct. In dicto ergo secundo statuto propter illam dictionem vero, in eo appositam, censentur repetite qualitates, de quibus in primo scilicet quod ille tres sententie promulgate extiterunt vocatis & auditis &c. quia hoc dicebatur in primo, ad quod secundum trahitur. & merito sunt

11 partes vocande, † quia omne iudicium incipit a citatione. §. fi. institu. de pe. teme. liti. no. glo. in c. ecclesia sancte Marie. de consti. & in quolibet actu, in quo pot pretendi lesio, est quis citandus. l. de vno que cum suis simili. ff. de re iudi. & citationis omissio reddit sententiam nullam. l. ea que. C. quomodo & quando iud. l. j. §. j. ff. que sententie sine appella. rescin. & l. fi. C. si per vim vel alio mo. c. nos in quemquam et

12 c. deus omnipotens, ij. q. j. † Unde etiam princeps, qui habet supremam potestatem, si ferat sententiam contra non citatum, illa non valet. c. j. & quod ibi Io. an. & moderni, de cau. pos. & ppie. de quo est est casus in. l. fi. & ibi per Bal. C. de legi. c. inter quatuor. de maio.

13 & obe. & l. meminerint. C. vnde vi. † Ideo enim citanda est pars, vt possit se defendere: que defensio est de iuregentium, seu naturali. propter quod auferri non potest. l. iij. §. si ad diem. ff. de re mili. l. adoptio. & l. nam ita diuus. ff. de adop. & cle. pastoralis. §. ceterum. de re iudi. vbi quo ad propositum, de quo hic, videtur singulariter ponderandum, quod Imperator supplet ibi omnem defectum de plenitudine potestatis. ibi, Omne supplendo, Et tamen talis suppletio non reducitur ad defectum omisse citationis, que omissio subtrahit facultatem defensionis. que si procedat in principe, multo fortius in quocunque alio inferiore a principe: vt etiam si millies vellet, non tamen posset ferre validam sententiam, parte non citata. vt probant iura preallegata.

14 † Et quamuis nonnunquam per statutum aut commissionem principis tollatur omnis iudicialis solennitas: nunquam tamen censetur concessum quod citatio omittatur. cle. sepe. de verbo. signi. not. Bartol. in l. filius. in principio. ff. de dona. Dictum ergo secundum statutum trahitur, & non immerito, ad primum, quatenus est ibi sermo de sententijs latis partibus vocatis & auditis. Et ad hoc secundum trahitur tertium, in quo disponitur partem non esse audiendam post tres menses a tempore facte executionis trium sententiarum conformium: quod propterea non est intelligendum de quibuslibet tribus sententijs conformibus, sed de tribus prolatis partibus vocatis et auditis prout apparet ex contextu dictorum statutorum. Quod si ita est, imo profecto quia ita est, non obstat dictum tertium statutum

quia

5 quia in casu nostro non reperiuntur tres conformes sententie pmulgate parte citata ꝛ audita: ꝛ sic sum⁹ in casu i quo cessant verba pdicti statuti. Debet ergo cessare ꝛ ipsum statutū. l. si seruum quis. §. nō dixit. ff. de acqui. here. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quo. et esti. l. iiij. §. quoties. ff. de dam. infe. in. l. ita aūt. ff. de admi. tuto. De quo Pau. de ca. cōsi. iiij. exordiēte, De iure cōmuni dicta hereditas ꝛc. Ro. consi. ccccxlij. exordiēte, Ut decisionez accipiat ꝛc. ꝛ consi. cccclxij. exordiente, Quo ad propositā cōsultationem ꝛc. Et Alex. de imo. c. j. ver. Postremo videndum restat in. iij. vol. Et qꝛ tā de alijs necessarijs vel opportunis ad demonstrationem boni iuris horū nobiliū, heredū, ꝙ de istis, facta est plena ꝛ elegās psecutio, his finem faciēs vlterius nō immoror.

¶ Argumentum.

¶ Donatio non facit vt publiciana quis agere possit contra titulo possidentem. A. F.

1 ¶ Donatio testimonialis ex quibus reddatur delusoria vt non probet.
2 Notarius, cum non constat fuisse rogatum, rogatus nō presumitur: maxime si se rogatum non asserit.
3 Scriptura ad hoc, vt reputet autēthica, q̄ requirant, remissiue.
4 Locus vbi non est verbis edicti, nec locus est edicto.
5 Uenditio, legitima subhastatione, ꝛ alijs de iure vel de stylo requisitis, facta, nō probet locū rescisioni vēditionis ex capite lesiōis vltra dimidiam, ꝛ illius querelam non admittit.
6 Uenditio rei estimationem prebet.
7 Optio retinēde rei, vel supplēdi iusti pretij, cui cōpetat in actione ex capite lesionis vltra dimidiam.
8 Testium depositiones, que nō se referunt ad tēpus vēditionis rei vendite, sed ad tempus suarū depositionum, nō cōcludunt.
9 Predia ꝛ diligentia ꝛ cura feratia redduntur, ꝛ meliora.
10 Testium numerus maior minorem superat ꝛ vincit in contrario dicto.
11 Numeri disparitas in testibus ad cōcordiam reduci nequit.
12 Executiones in bonis immobilibus facte, relictis mobilibus, an nulle.
13 Joannes Andree magne autoritatis est.
Bartolus, lucerna iuris: ab opinione cuius non est facile recedēdum, supremus iuris doctor fuit, cui cū Joanne Andree indubitanter credendum est.
14 Actio rei vendicationis non probato dominio actorem succūbere facit.
15 Dominium sine traditione non queritur.
16 Cōstitutum ꝛ Precarium nihil operantur, nisi constituens, aut precario rogans tempore cōstituti vel precarij possideat.
17 Testes de lōgissimo tēpore deponentes qualiter pcedere debēt vt dominium rei possesse acquisitum probetur.
18 Publiciana actio ad hoc vt competat quid requiritur.
19 Publiciana vtrum pro re vendita vel donata ecclesie cōpetat traditione non secuta.
20 Publiciana non datur contra titulo possidentem.
21 Presumitur pro iudice in his que in iudicio facit, et presertim cum apparet nihil preterijsse de contingentibus: quanuis sic non esset presumendum vbi de facto processisset, et non seruato ordine iudiciorum.

¶ De bon. auto. iud. pos. Consi. xij.



Inspecto processu cause agitate per ꝛ inter magnificum ꝛ potentē virū do. Sigismundū de Castronouo, dn̄m sancti Remigij ꝛ Aygnedinis, agētez ex vna parte: ꝛ nobiles Stephanū audrisij, ꝛ Sybilianam de boyscornu, coniuges se defendētes ex altera: ac etiā iuriū allegationibus eleganter ꝛ subtiliter dictatis per reuerendū patrē ꝛ virū egregiū do. Antonium de dorna, iuriū pfessorem eximiū aliquando censuerā huic operi supersedendū, ne mihi diceret illud Horatij, sermonū pmo, Satyra. 10. in syluā nō ligna feras. Aut enim eadez dicā ex superfluo: aut si noua voluero dicere, a clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Uerū deuictus prece dictorū defendētiū, vt in aliquo satisfaciā eorꝫ votis, aliqua pauca subijciā ad demonstrationē sui iuris. Quod vt facili⁹ facere possim, premitto dictum magnificū do. Sigismundum egisse in hac causa, ꝛ agere in vim duarum cessionum titu. donationis, vt pretendit, sibi factarum, vnius vez per nobilem virū Antoniuz de lussano, ꝛ alterius per nobilē Gulielmū de lussano, pretensuz filium nobilis Claudij de lussano. Premitto preterea, ꝛ secūdo eundem do. Sigismundū petijsse ex persona, seu titulo pretense donationis sibi facte per prefatum Antoniū partem predij, seu tenementi in processu cause plenius mentionati, quasi male, nulliter, ꝛ sine titulo ab initio occupatā per nobilem quondā Joannem de baua, ꝛ postea tam per eum, ꝙ dictos nobiles coniuges male ꝛ inciuiliter detentā. Petijt insuper aliam partē eiusdem predij ex persona, seu titulo dicte pretense donationis sibi facte vt asserit, per prefatum Gulielmū, quā pretendit sibi debere restitui, satisfacto de eo pretio, pro quo eidem de Baua, adiudicata extitit.

Quibus pmissis dico dictos defensores debere ab vtraqꝫ petitione absolui. Et primo quidez ab ea que fit de portione seu pretēsa parte dicti quōdā Claudij.
1 † Tū quia non cōstat de illa pretensa donatione facta, vt asserit, per prefatū Gulielmū: illa eni pretensa testimonialis, vt alias dictum est non probat. Pro quo vltra alias allegata adduco qd
2 nec p assertionez illius asserti notarij, qui eam fecisse dicit †, nec alias apparet eūdem notariū extitisse rogatū, nec rogatus psumitur. vt no. Inn. in. c. j. de fi. instru. qd saltem procedit postꝙ se rogatum nō asserit, prout no. Bar. Jo. de Imol. Alex. de Imol. ꝛ docto. magis cōmuniter in. l. sciendū. ff. de verbo. oblig. ꝛ cano. in. d. c. j. de fi. instru. Non fuerunt etiā aliqui testes in hmōi testi
3 moniali descripti. † Desunt preterea nonnulle alie ex solennitatibus requisitis ad hoc, vt scriptura reputetur authētica, ꝛ probet. de quibus per Panor. ꝛ doc. in. c. j. de fid. instr. Tū etiā debēt absolui pfati defensores, qꝛ presupposito: citra veritatis preiudiciū, ꝙ de dicta pretensa donatione legitime cōstitisset vel cōstaret: nō potuisset tamen idem do. Sigismundus experiri vel agere cōtra ipsos defensores. Et quidem nō in viz cuiusdā regij edicti facti, vt fortasse pretēditur, p recuperatiōe eorū, que per nobiles regni p regio seruitio alienata extiterūt, vel que ad causam seruitij militaris in expeditione belli eisdem capta fuerūt. Qm̄ nec ex instrumento obligationis, nec alias apparuit dictuz Claudiū de lussano prediū, de quo in actis, ꝛ p cuius ptio idem Claudius se obligauit dicto Joanni de baua in decē scutis auri
4 comparasse vel emisse p regio seruitio. † Nō est igitur locus verbis dicti pretensi edicti, ergo nec ipsi edicto. l. si seruum quis. §. nō dixit. ff. de acq. here. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quot. ꝛ esti. l. iiij. §. quoties. ff. de damn. infec. ꝛ. l. ita autem. cum suis similib. ff. de administ. tut. Pro quo si placet videatur Bald. in. l. si quis non dicam rapere. vers. ꝛ in istis omnibus aduocatus debet esse cautus ꝛc. C. de episcop. ꝛ cleri. Roma. consi. cccclxij. exordiente, Ut decisionem accipiat. ꝛ cons. cccclxij. exordiente, Quoad propositam consultationem. ꝛ Pau. de cast. consil. mihi. iiij. exordiente,
5 De iure communi dicta hereditas ꝛc. † Etiā nec experiri potuit cum effectu ex capite pretense lesionis vltra dimidiā iusti pretij: qꝛ cum venditio, de qua in actis, facta fuerit precedētibus legitimis subhastationib⁹, ꝛ alijs de iure vel stylo curie parui sigilli Montispessulani requisitis, nō fuit nec est locus rescisioni venditionis, ex capite huiusmodi: nec sibi locum vendicat. l. ij. C. de rescin. vend. vt no. Bart. in. l. j. C. de pred. curial. lib. x. ꝛ sequitur Ang. in. l. pretia rerum. ff. ad. l. falc. respōdens ad. l. si quos. C. de rescin. vend. ꝙ ibi fuit clare probata fraus ꝛ ambitio. quod etiā, prout refert Alex. de imo. in. d. l. pretia reruz. tenuerunt Ang. ꝛ Jo. de pla. in. d. l. j. C. de pred. curi. Et Ang. consi. cxxxviij. exordiente, Tutor vxori ꝛc. vbi etiam respondet ꝙ dicta lex, si quos, loquitur cum propter debitum publicuz fit distractio. Item tenet Ange. in repetit. d. l. sciendum. ꝛ Panor. in. c. cum dilecti. de emptio. ꝛ vendi. Pro quorum omniuz opinione sine dicto facit,
6 † qꝛ tantuz valet res quantum vendi potest. l. mortis causa capimus. ff. de dona. caus. mort. Preterea vbi ex hoc capite experiri
7 potuisset dictus dominus Sigismundus: † fuisset tamen ꝛ esset in electione dictorum defendentium, an vellent supplere iustum pretium, vel id, pro quo dictum pretium fuit adiudicatum prefato quondam de Baua, recipere, ꝛ reddere predium: nō ipsius do. Sigismundi. c. cum dilecti. ꝛ. c. cum causa. ꝛ quod ibi per doc. de emp. ꝛ vend. per Bar. ꝛ alios. in. d. l. ij. C. de rescin. vendi. Qui propterea do. Sigismundus videtur impertinenter, ꝛ inepte quoad hanc partem cōclusisse, vt colligitur ex his que not. Bar. in. d. l. ij. vers. conclusio vero ꝛc. Et idem videtur ibi sensisse Bal. in vers. vndecimo quero ꝛc. quod etiam tenent Cano. in preallegato. c. cum dilecti. ꝛ. c. cum causa. vbi sunt boni tex.

Preterea non est omittenduz ꝙ licet duo, aut tres ex testibus dicti do. Sigismundi nitantur deponere, ꝙ tempore inquantum, vel expeditionis, siue numerationis tenemēti superius mētionati, idem tenementum valere t centum libris: excepto primo, qui deponit de centū florenis

8 †Alij tamē testes quatenus enitūtur deponere de valore huius
modi tenemēti, non se referunt ad tēpus vēditionis, siue inquā-
tū pdictorum: sed ad tempus suarum depositionum. Et sic eorū
depositiones non concludunt. l. si voluntate. in fi. ⁊ quod ibi glo.
quamuis aliqui docto. visi sint tenere contrarium per. c. cùm tu. de
testi. tamen secundum Joan. de Jmol. in. l. inter stipulantem. §. si
stichum. ff. de verbo. obliga. prima opinio propter autoritatē glo.
⁊ Inno. in. d. c. cum contingat, seruanda est, in qua etiam tandem
remanet Alexand. de Jmol. in. d. §. si stichum. Cardi. Flo. in. d. c.
cum tu. ⁊ Angel. are. in. §. si minus. instit. de actio. Preterea pre-
supposito citra preiudiciū veritatis, ꝙ testes predicti reduci pos-
sent ad concordiā non solum quoad euitationem periurij: sed etiā
quoad hoc vt probent dicti duo testes, qui visi sunt pro prefato
Alexandro deponere: hoc tamē eidem non prodesset. Tum quia
licet Alziarius de cassano alter ex dictis duobus testibus depo-
suerit, ꝙ nobilis Antonius de Anceduna sibi ⁊ Joāni Goyni in-
iungerit. vt sales predictos expedirent Mattheo de Albertis fa
ctori eiusdem Alexandri: ipse tamen non deposuit se, ⁊ prefatum
Goyni sales huiusmodi expediuisse dicto Mattheo de Albertis
tanquam factori eiusdem Alexādri. Jnsuper nec etiam deposuit
eundem de Albertis sales predictos recepisse factorio aut procu
ratorio nomine eiusdem Alexandri, ⁊ sic non probat eundem de
Albertis in recipiendo dictos sales prebuisse ministeriū pro ipso
5 Alexandro. † Non igitur probat: quinimo nec multi, si sic depone-
rent, probare viderentur possessionem fuisse quesitam prefato A-
lexandro, per id quod habetur in. l. j. §. per procuratorem. ⁊ quod
ibi per gloss. ⁊ docto. ff. de acquiren. possessio. per Bart. ⁊ alios in
l. qui mihi donatum. ff. de donat. Etiam ex depositione Gulielmi
Violeti quinti testis, ⁊ alterius ex predictis duobus, nō infertur
possessionem fuisse acquisitam prefato Alexandro per expeditio
nem factam dicto Mattheo de Albertis, quia ille solū deposuit
expeditionem esse factam Mattheo de Albertis nomine Ale-
xandri, non autem dicit Mattheo factori Alexandri. Et sic nec
expresse, nec tacite visus est asserere Mattheū fuisse factorē Ale-
xandri. Et ita nō probat: quinimo nec multi sic deponētes proba
rent possessionē predictorū salium fuisse statim, hoc est non prius
facta ratificatione, acquisitā prefato Alexādro: qꝛ ex depositione
potius ꝓbaretur, si quid probari videretur ꝙ dictus Mattheus
sales predictos recepisset tanquam negotiorū gestor eiusdē Ale-
6 xandri, † per quem ita demum queritur possessio cum ratificatio
sequuta est. l. cōmunis seruus. §. j. ⁊ quod ibi per doct. ff. de acquir.
posses. ⁊. l. si ego. ff. de nego. gest. de quo Barto. ⁊ docto. in dicta. l.
qui mihi donatum. Alexan. ⁊ alij in. l. quod meo. ff. de acquir. pos-
sessio. Ex quibus omnibus, vna cum alijs per dictum do. Rosta-
gni elegantissime allegatis, clarissime concluditur possessionem
predictorum salium non probari quesitam extitisse prefato Ale-
xandro per medium expeditionis, de qua supra: in qua tamē prin
cipaliter se fundauit. Quibus omnibus videtur non impertinen-
ter addendū, ꝙ cuꝫ nobiles ⁊ generosi viri Frāciscus de marzac,
⁊ Antonius de Anceduna nō probātur, quinimo nec ꝓponātur
sales predictos possedisse, non videntur potuisse possessionem sa
liū huiusmodi in aliū trāsferre: qꝛ nemo plus iuris ⁊c. c. gratia. j.
q. j. ⁊. q. vij. c. daybertū. l. traditio. ff. de acqui. rerū domi. l. si liberū.
C. quod cum eo. ⁊. l. nemo plus iuris. cum suis simil. ff. de regu. iur.

Porro etiā non videtur ꝙ per
expeditionem saliū factam dicto Mattheo de Albertis probe-
tur illorū possessio statim fuisse acquisita dicto Paulo de San-
dro. Tū qꝛ licet Joānes Goyni secūdus testis, Bertrādus guer
sij sextus, ⁊ nobilis Gulielm⁹ de Anceduna septimus, nixi videā
tur deponere ꝙ sales premētionati dicto Mattheo de Albertis
expediti fuerūt nomine Pauli de Sandro: nullus tñ testium hu-
iusmodi excepto dicto de Anceduna deposuit ipsos sales fuisse
expeditos Mattheo factori Pauli. Et sic nihil expresse vel taci-
te deponūt de mandato Pauli. Quo fit vt presupposito citra p̄-
iudiciū veritatis, ꝙ dictus nobilis Gulielmus de Anceduna ple
ne deposuisset, ⁊ dixisset dictū Mattheū de Albertis, tūc fuisse fa
7 ctorē eiusdē Pauli de Sādro, prout non dixit: † ille tamē, vtpote
vnicus ⁊ singularis, nihil probat. l. iusiuran. C. de testi. ⁊. c. tam lite
ris. cum suis simi. eo. titu. dictus etiā nobilis Gulielmus de An-
ceduna nihil deponit de expeditione salium: sed solum dicit se et
prefatum nobilē Antoniū eius patrē accessisse Curtedonum pro
faciēdo mēsurari ⁊ expediri dictos sales Mattheo de Albertis
factori Pauli de Sādro. Adijciens, claues apothecarū, in quib⁹
sales existebant, tradidisse Bertrādo Guersij, vt illas expediret
dicto Mattheo de Albertis: per quarū traditionē, etiā si ille tra
dite extitissent dicto Paulo de Sādro, non censeretur quesita sa
lium possessio: quia cum nec probatū, nec propositum extiterit di
ctum nobilem Gulielmū possedisse, non potuit ipse per clauium
traditionē, etiam si illa facta fuisset dicto Paulo de Sādro, trās-
ferre possessionē: qꝛ, vt predixi, nemo plus iuris ⁊c. Quod etiā vo
luit in terminis Oldra. consi. mihi. clix. exordiēte, Jn causa hospi
talis sancti Eligij ⁊c. Multominus ergo vbi non ipsi Paulo de
Sādro, sed nec prefato de Albertis: sed dicto Bertrādo Guersij
8 ad fines predictos expedite extiterunt. † Quinimo, si Ang. credi-
mus non esset possessio quesita dicto Paulo de Sandro, etiā si di
ctus nobilis Gulielmus tēpore traditionis clauiuꝫ dictos sales
possedisset, ⁊ verus procurator dicti Pauli illas ab eo recepisset,
dicit enim Ange. in. d. l. j. §. per procuratorē. ꝙ licet per ꝓcurato-
rē nobis acquiritur dominiū ⁊ possessio, quando interuenit vera
apprehēsio corporalis, vt qꝛ in apprehēdenda possessione interue
nit instrumentū naturale: secus tñ si interueniat ciuilis actus, vt
qꝛ fictus actus. l. ea que ciuiliter. ff. de acqui. posses. Super quo ta
mē, vtpote nō necessario, ⁊ qꝛ etiam Ange. hꝫ contradicētes, non
insisto. Concludo igitur ex predictis, possessionē salium non fuisse
acquisitam dicto Paulo de Sādro per expeditionē factam pre-
fato de Albertis, etiam si probaretur sales ipsos fuisse expeditos
9 prefato de Albertis illos recipienti nomine eiusdeꝫ Pauli, † sed
opus fuit ratificatione: que cum facta nō probetur tēpore oppor-
tuno nihil operata est, per iura ⁊ rationes alibi copiosissime alle-
gatas. Quod si ita est, imo quia proculdubio. vt mihi videt̄, veri-
tas sic se habet, nō potuit idē Paulus de Sādro possessionē pre-
dictorū saliū trāsferre in Alexandrū, etiā si probaret̄ ꝙ se consti-
10 tuisset ipsos sales possidere precario noīe eiusdē Alexandri: † qꝛ
ad hoc vt per cōstitutionē precarij, vel cōstitutū trāsferat̄ posses-
sio, opus est ꝙ tp̄e cōstitutionis vel cōstituti cōstituēs teneat ⁊ pos
sideat. vt no. gl. in. l. q̄uis. §. si cōductor. ff. de acq. pos. de quo p An
ge. in. l. minus instructus. C. eo. ti. vbi etiā inter alia dicit, quē seq-
11 tur Jo. de Jmo. in. d. §. si cōductor. † ꝙ cautus dꝫ esse aduocatus,
qui allegat per cōstitutionē precarij trāslatam fore possessionē, ꝙ
12 articulet ⁊ ꝓbet de possessione cōstituētis, alias succūbet. † Et idē
dico ꝙ possessionē predictā idē Paulus per pretēsam clauiū re-
missionē, etiā si de ea appareret, trāsferre nō potuit: qꝛ vt superi⁹
dictū est, nemo plus iuris ⁊c. qδ etiā voluit Oldra. in terminis in
cōsilio superius allegato. Quib⁹ addo nō esse ꝓbatā traditionem
clauiū apothecarū dicti salis: quinimo ex actis cause huius appa
ret de cōtrario. s. ꝙ claues que pretēdunt̄ tradite, ⁊ q̄ fuerūt corā
prefato do. Regēte principatus aurayce parte dicti Alexādri ex-
hibite, nō erāt claues serarū dictarū apothecarū: sed alie q̄ non in
manibus prefatorū Alexādri seu Pauli, sed Claudij Tamiserij
vel Stephani clerici, factorū dicti Frācisci caponi, reperte extite
rūt, ⁊ p alterū ex eis corā eodē Regēte exhibita, que prout Faber
deposuit: hū cōueniebāt seris, ⁊ quarū due aperuerunt duas por-
tas, ⁊ reliquas reserassent alie, nisi retinacula predictarū serarū
antea mutata fuissent, vt apparet ex actis. Quo fit, vt euidenter
appareat eundē Alexādrum quesisse ⁊ q̄rere ingressum ad predi-
ctas aphothecas, seu sales predictos, nō quidē p ostiuꝫ vel ostia,
13 quorū claues nō habebat, sed aliūde: ergo minus debite: † quia q
nō intrat p ostiū in ouile ⁊c. ille fur est ⁊ latro. Joan. x. c. in princi.
¶ Preterea, ⁊ finaliter, illud nō videtur omittendū, etiā presup-
posito, citra preiudiciū veritatis, ꝙ probatū extitisset possessionē
14 de qua supra, fuisse Paulo quesitā: † qδꝙ tēpore facte donatiōis
per Paulum predicto Alexādro, idem Paulus sales predictos
possedisset, ⁊ vel per constitutionem precarij, aut constitutuꝫ, vel
etiam per clauium traditionē possessionem transferre voluisset:
hec tamen nisi de eis per depositionem duorum vel triū testiū cō-
muni estimatione fide dignorū apparerent, prout non apparent,
non suffecissent, nec sufficerent ad obtinendam pretensam reinte-
grationē in, vim predicti statuti Delphina. si quis per literas: qδ
vt apparet ex illis verbis probata possessione ⁊ eiectione, ⁊ paulo
post, per duos aut tres testes ⁊c. requirit ⁊ exigit vt ⁊ possessio et
15 eiectio probētur per duos ⁊c. † Que cū clara sint non est ab eis re
16 cedendū. d. l. j. §. is qui nauem. cū suis simi. de exerci. actio. † Ma
xime cum dicti ablatini probata possessione ⁊ eiectione ⁊c. ponā-
tur absolute, ⁊ sic conditionē faciant vel importent. l. a testatore, ⁊
quod ibi Bar. ⁊ docto. ff. de condi. ⁊ demonstra. idem not. Bar. in
l. quibus diebus. §. si. col. j. ⁊ plenius in. l. f. colum. x. versic. sed imo
principaliter videndum est de participio ⁊c. in eo. titu. que condi
tio impleri debet in forma specifica. l. qui heredi. in princi. ⁊. l. me-
uius. ff. de condi. ⁊ demon. ita demum ergo ⁊ duntaxat debet quis
reintegrari in executioneꝫ predicti statuti, si probet per duos vel
tres testes ⁊c. se possedisse ⁊ deiectum: quod quia factuꝫ nō est per
dictum Alexandrum, ipse obtinere non debuit. Super quo, cum
super eo ⁊ alijs fuerit plenissime responsum, vlterius non insisto,
adherens per omnia allegatis per dictum dominum Rostagnū
sub benigna supportatione huius magnifici Parlamenti.

¶ Formula supplicationis supradicte allegationis.


Agnifico Delphi. par-
lamēto parte notabilis viri Frācisci caponi mer
catoris Auenionis, ac firmari tiragij salis, qδ a
parte imperij per Rhodanū trahit̄, exponendo
humiliter supplicatur. ꝙ licet tam per se, q̄ per
suos

suos institores, factores, familiares, et domesticos a duob⁹ annis et citra, vsq; tamen ad diem vicesimāoctauam mēsis Septembris proxime lapsi vel circa, tit. et causis legitimis possederit certā magnam quātitatem salis existētis in loco Curtedonis principatus Auraycé, ascēdentem ad onodecim milia heminarū salis vel circiter, nobilis tamen Antonius Sauffredi pretensus regens eiusdem principatus, et cōmissarius per vestras magnificentias deputatus, ad importunā instantiam cuiusdam Alexandri caponi florentini, et in pretensam executionem Delphinalis statuti, Si quis per literas &c. non seruata forma cōmissionis vel etiam statuti huiusmodi sed cōtra formā ipsius cōmissionis, et non edocto de pretēsa possessione eiusdem Alexandri, dictum Franciscum possessione dicti salis nulliter et defacto spoliauit, et in illius possessione eundem Alexandrū posuit, et de facto, cum de iure nō posset, vt dixit, reintegrauit: a qua reintegratione multis ex capitib⁹ nulla, et cessante nullitate, notorie iniqua, hoc attestantibus actis penes hāc insignem curiam iam productis, fuit parte dicti Francisci ad eandem insignem curiam legitime appellatū, appellatio introducta, prefatus Alexander citatus, et de non innouādo eidem inhibitus. Uerum quia idem Alexāder, vt premissum est, florētinus, et sic extortis vel alienigena, et nihil aliud possidens penes iurisdictionē Delphinalem vel Regiā, de suo pretēso iure non immerito diffidens, sal predictū quotidie alienat, vendit, distrahit, et trāsportat: aut hec fieri per suos mādat, pcurat, et facit, in magnū preiudiciū eiusdē exponētis, et cōtra formā iuris prohibētis, ne lite pendente res vel bona, de quibus cōtenditur, alienētur, dissipētur, cōsumantur, vel baratētur. Supplicatur propterea humillime parte dicti Frācisci vestris magnificētijs, quatenus pro cultu iustitie dignētur sal predictū sequestrare, et a manibus prefati Alexādri amouere, seu sequestrari et amoueri facere, aut saltem eidem Alexādro, et quibuscūq; alijs sub formidabilibus penis inhibere, aut inhiberi et defendi mādare omnem alienationē et transportū dicti salis. Et nihilominus eidē et alijs, de quib⁹ expedierit, pcipere, seu precipi facere quatenus id qđ de dicto sale trāsportauit, seu transportari fecit ab apothecis, in quibus recondebatur, ad easdē reportet aut reportari faciat. et pro alienato et cōsumpto cautionē idoneam de satisfaciēdo in casum succūbentie sibi pstet. Et als dignētur eidem supplicanti de iuris remedio opportuno prouidere: prout melius videbitur prouidendū, literas si placet concedendo opportunas.

¶ Argumentum.

¶ Spoliatus de possessione, et recurrens, eo ipso propria autoritate deiectorem turbare non debet. U. F.

1 ¶ Spoliatus, vel vi de possessione deiectus, an possit turbare deiectionem vel violentiam.
2 Antiqua possessione vtens nihil contra spoliatum innouat vel attentat.
3 Spoliatum se pretendens non potest dicere se possidere, et an ei dari possit interdictum vti possidetis.
4 Pignoratio attentatum non facit subdito spoliato per dominum vtentem antiqua possessione.
5 Attentasse dicitur qui pēdente lite antiquum possessorem turbat.
6 Recursus fortius viget ne quis innouet, dum quod a se pignoratum est facto eximere tentat indecisa controuersia.
7 Judicium semel intentatum et autoritas iudicis ne ludibrio fiāt, prohibent ciuiliter possidenti sua autoritate clandestinum possessorem eijcere.
8 Judicis aditi expectari debet autoritas.
9 Judici iuridice procedenti temere non resistendum, et de facto.
10 Eximens punitur, qui aduersus detentionem, quamuis iniustam, per iudicem iurisdictionis factum nititur.

¶ De in integ. resti. minor. Consi. xxxi.

1 Etiam† si spoliatus vel vi de possessione deiectus posset turbare deiectorem vel violentum, vt voluit gloss. in. l. j. §. perpetuo. et §. qđ ait pretor. et quod ibi Barto. et docto. ff. vti possi. gloss. Cy. Sali. et doct. in l. j. C. eo. tit. Cy. videlicet in versi. quinto queritur. et Salic. versicu. quero secū do, cum ista gl. &c. et Ang. are. in. §. quadrupli. versi. aduertas tamen &c. insti. de act. Cuius cōtrarium voluit Bal. in sua disputatione exordiente, Accusatus de vi turbatiua &c. in. iij. col. et plenius in. xxv. et Roma. in. l. iuste possidet. ff. de acqui. pos. prout refert Alex. de imo. in. d. §. quod ait pretor: non tamē puto q vniuersitas, et homines, seu incole mādamenti vallisauree potuerint, aut de iure possint pretendere contra eos extitisse attentatum, seu etiam innouatū per magnificū et potētem virum Christophorum Ademarij, dominum Sarde, eiusue officiarios: pro eo q lite pendente inter eosdē vniuersitatē, habitatores et incolas ex vna: et ipm magnificū dominū, super pretenso spolio iuris depascēdi animalia dictorū habitatorum et incolarum vallisaurec in territorio de Chabroles, prefatus do. Sarde, seu dicti eius officiarij animalia eorūdem habitatorum et incolarū vallisaurec in territorio huiusmodi ceperunt, et ipsos homines in illis pignorarūt, et vt exaduerso pretenditur ad dictū locū Sarde transduxerūt, aut transduci
2 procurarūt, et fecerūt. † Dū cū prefati vniuersitas, et homines pretenderent et pretendebāt in dicta causa antiqua, se fuisse dicto pretēso iure depascendi spoliatos et priuatos, pretēdere modo nō pūt q prefatus do. Sarde, seu dicti eius officiarij vtētes antiqua possessione contra eos, innouēt vel attētent, per ea que not. glo. in cle. ij. vt lit. penden. Jo. And. et doc. in. c. j. eo. titu. in anti. et Henri. in. c.
3 ad decimas. de restit. spol. in. vi. † cū etiā pretendāt se spoliatos nō pūt dicere se possidere: et hinc est q eis dari non pōt interdictū vti pos. vt apparet ex his que not. Bar. in. d. l. j. §. qđ ait pretor. ff. vti poss. doc. in. d. l. j. C. eo. tit. Panor. et doc. in. c. veniens. de prescrip. Preterea presupposito, citra preiudiciū veritatis, q in dicta cā antiqua prefati vniuersitas, habitatores, et incole pretendissent et pretēderēt, nō quidē se fuisse spoliatos et priuatos possessione, seu quasi iuris depascēdi dicta eorū animalia: sed fuisse et esse in possessione seu quasi hmōi: cū ecōtra prefati do. Sarde et officiarij pretēderūt et pretēdāt se fuisse et esse in possessiōe, seu quasi eosdē pignorādi in dicto territorio, et alias in possessione eisdē inhibēdi ne im
4 mittāt: † dici nō possent ipsi do. seu officiarij innouasse vel attentasse propter pignorationē vel capturam superius mētionatas. Pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Panor. in. c. cum venissent. col. v. versicu glo. si in fi. &c. et versic. si antē mouetur alicui questio. &c. et in ver. et ex hoc infero &c. de in integ. restit. Panor. Jo. de sancto Geor. in. c. significante. de accu. Mal ergo pretēdunt prefati de valleaurea fuisse in preiudiciū dicte litis per prefatū dūm seu eius officiarios innouatū, causis, rōnibus, et motiuis antedictis. Quos etiā nō iuuat qđā pretēsa inhibitio ne pēdente lite aliquid attētaretur vel etiā innouaret. q: vt predixi, prefati dñs et
5 officiarij dici nō pūt innouasse, † quinimo cōtra eos innouaretur si pendēte dicta lite impedirentur vti possessione, in qua tpe cepte litis huiusmodi, et ante illud existebāt. vt not. Joānes And. in. d. c. j. vt lit. pendē. Et ita male fecit quidā Chalanconis, qui de facto, cū de iure non posset, sua animalia vaccina in dicto territorio de Chabroles causa inibi animalia huiusmodi depascendi immisit et tenuit: et deterius, cū post illorū arrestum factum autoritate et mandato curie loci predicti de Sarda, et post recursum per eundem habitum ad spectabilem virum dominum Uicesenescallum Mōtiluademarij, dicta sua animalia via facti, et agmine facto vi
6 rorum, cepit a dicto territorio Sarde, eduxit et extraxit: † quod sibi facere non licuit post predictum recursum, etiam si ante eum, prout nō licuit, facere licuisset, iuxta ea que singulariter no. Bal. in. l. ij. ver. decimo quero. C. de serui. et aqua. et in. l. eidē. versi. tertio quero. ibi, vnde postq iudex est aditus &c. C. loca. et refert et sequitur Fran. de are. in. l. clam possidere. §. qui ad nūdinas. col. ix. ver.
7 posita tamē opinione Barto. &c. ff. de acqui. pos. † Ubi firmat q presapposita opinione Bart. pro vera. s. q ciuiliter possidēs possit sua autoritate expellere clandestinum possessorē: hoc tamen nō liceret, si prius ad iudicem recurrisset: et hoc ne iudiciū semel intētatum et iudicis autoritas ludibrio existant pro quo alle. l. de quare. in prin. ff. de iudi. l. si quis rem in ratione sui. ff. de arbit. et quod not. in simili. in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nūtia.
8 † Postq etiā vt dicit Bald. in. d. l. eidem. iudex aditus est, debet expectari eius autoritas. pro quo allegat Bal. quod no. glo. in. §. multis. insti. de liber. et in. l. ij. C. de iure emphy. Et sic videtur prefatus Chalanconis, qui autoritatem cōtempsit, cogendus et compellendus ad reducendū animalia predicta ad locū &c. et nihilomi
9 nus puniendus. † Preterea eidem non licuit sua autoritate resistere iudici recte et iuste procedenti: quinimo nec si iniuste, cum predictum arrestum nihil factum extitisset nec fieri speraretur, quod retractari non potuisset, si id esset, prout non erat, iniustum, pro quo allegasse sufficiat quod not. Petrus de Ancha. in repeti. c. ea que. colum. v. versicu. Ex predictis ergo conqueritur &c. de regu. iuris in. vi. et Sandi. in repeti. l. j. versicu. an autem indi. attentanti &c. ff. de iudic. pro quo facit gloss. in. l. vt vim. ff. de iustitia et iure. l. nec magistratibus. ff. de iniur. et. l. quemadmodum. ff. ad. l. acquil. facit ad premissa quod voluit Ange. in. l. j. in princip. ff. ne quis eū
10 qui in ius voca. est. † vbi dicit q licet captura sit iniusta: tamē si fa cta fuit per iudicem, ad cuius iurisdictionē spectabat puniri, debet eximens puniri, quia non est iudici de facto resistendum. Pro quo allegat notata per Innocen. in. c. si quando. ff. de officio delega. et regu. l. j. ff. si quis ius dicen. non obtēpe. Que si vera sint multo fortius resistere non licet iudici non de facto, sed iuridice procedenti: prout in casu nostro. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Testes in criminalibus de conscientia aliena non temere interrogandi. A. F.

1 Testium legi contraria est spontanea & non interrogata depositio.
2 Interrogatio in alterius iniuriam vel offensam, an, & in quibus delictis admittatur.
3 Accusata persona libere conditionis in quibus criminibus de aliena conscientia interrogari non debeat & specialiter. & seq. nu.
4 Servilis psona sine instigatore ad grādia delicta meticulosa est.
5 Atrocitas perempti domini specialitatem prebet ad interrogādam familiam etiam de conscientia aliena & mandatoris.
6 Presumptio plagarum ex gravi offensa an veniat & quando.
7 Consanguinei vel familiaris commissa momentanea de consciētia illius non presumuntur facta nisi aliud probetur.

¶ De testibus. Consil. xxxvi.



DEpositio sive pretēsa qdā nominatio, aut inculpatio facta pte egregii viri domini pcuratoris fiscalis regii pretēditur per quosdā Brebātane & Castellane, contra & adversus nobilē & generosuz virum Joānē de Glādeves, dnm de Porreriis, nō valuit, nec eidē nobili Jo. preiudicat, cāusis, rōnibus, & motivis inferius
1 subiunctis. ¶ †Et primo quidem: quia si de se confessi. & nō interrogati, sed sua sponte eundem nobilem Joannem nominaverint & contra eum deposuerint, suspecta est legi eorum depositio. l. fin. & quod ibi Salice. in ulti. colum. versi. sed tunc oppo. q nec psumptionem &c. C. de accusa. not. Ange. are. in suo tractatu malefi. super verbo, q fama publica &c. versi. queritur an particeps criminis &c. si vero interrogati extiterint, etiam non videtur dicta pretensa inculpatio eidem nobili Joanni preiudicare: qr cum mandatum, instigatio, sollicitatio, pretense, & alia, de quibus in quibusdam assertis inquisitionibus & titulis contra eundem nobilē Joannem oblatis, facta pretendantur in odium cuiusdam dni Jaco
2 bi enscorie: † & sic principaliter in alterius iniuriam vel offensam, non debuerunt ipsi Brebantane & Castellane de his interrogari. l. repeti. §. is qui. & quod ibi Barto. ff. de questio. & d. l. fina. C. de accusa. & sequitur Panor. in c. j. de confes. Quanvis secus sit secundum Bart. in delictis, que nō committuntur specialiter in offensam, odium, vel iniuriam alicuius: sed propter commodum committētium, vt in falsificatione monete, latrocinio, & similibus. Et quanvis predicta Barto. respōsio, sive theorica, nō placuerit Salice. in d. l. fina. C. de accusa. sed aliter distinxerit, prout ibi: sua ta-men distinctio, sive sententia etiam non nocet dicto nobili Joan-
3 ni. † Ex illa enim colligitur & resultat, q licet persona civilis conditionis accusata, vel inquisita interrogari valeat, non quidē specialiter, sed generaliter. vt not. glo. in l. prius. ff. ad Silania. Cyn. & Salice. in d. l. fi. C. de accusa. de mandatoribus vel sociis, pro eo:
4 † quia vt plurimum tales persone, vt meticulose, sine sociis, instigatu, vel mandato grandia delicta committere. aut attentare nō consueverunt: ad quod accedat. l. quicunque. circa medium. C. de servis fugitivis. l. fin. C. ad legem iul. maiesta. l. fi. ad exhibendum. l. si certus, & d. l. prius. ff. ad Sillania. & l. j. in fine. ff. de questio. que omnes loquuntur in servis: vbi tamen persona accusata, vel inqsita est libere conditionis, tunc in criminibus, que sine sociis pluribus committi possunt, & que non sunt contra cōmunem omniū salutem, non debet persona inquisita, vel accusata interrogari de conscientia aliena. d. l. fin. C. de accusa. & l. repeti. §. is qui. superius allega. ¶ Quanvis aliud sit secundum Salic. in criminibus, que sine sociis regulariter non committuntur. Cum itaq pfati Brebantane & Castellane non servilis, sed libere conditionis extiterent, & tales de iure presumantur, cum servi nō probentur, nō debuerunt ipsi interrogari de conscientia aliena super pretēsis insulta, aggressione, percussione, & aliis in titulo penultimo inquisitionali plenius mentionatis: cum insultus, aggressio, percussio, & alia hmōi fieri possint sine sociis: & in ipsis pretēsis insulta aggressione, percussione, & aliis, de quibus in predicto titulo, intervenerint, & illas se perpetrasse dixerint ipsi Brebātane, & Castellane, qui illa sine aliis sociis perpetrare potuerunt. Non igitur probat aliquid pretensa eorum inculpatio seu depositio. l. j. §. divus Antoninus. ff. de questi. no. glo. in c. j. de cōfes. super verbo confessi: intelligēdo eam q limitatio, quam ponit in fine, referatur ad casus exceptos, non ad regulam. pro qua limitatione sic intellecta bene facit text. in d. c. j. dum indistincte dicit cōfessionē talium non esse contra alios admittendā, nec debere interrogari de aliorū cōsciētiis: quasi dicat: vt differant inter se. q neq interrogari debeant de aliis nec, si confitentur, eorum confessio contra alios sit admittenda. Et hoc videtur sensisse Cyn. & post eum Salic. in dicta. l. fi. C. de accusa. Et si quā presumptionē faciat, prout facere non videtur, illa est valde modica, rationibus predictis. & quia etiam dicti Brebantane & Castellane asseruntur fuisse male & inhoneste vite.

Nec opponat aliquis q prefati Brebantane. & Castellane interrogari potuerint de mādatoribus, dicta. l. prius. ff. ad Sillania. Et quod propterea videātur facere iudicium per ea que notat Cyn. in dicta. l. fin. C. de accusatio. Quoniam respondeo q dicta. l. prius. loquitur in hominibus servilis conditionis: qui vt predixi post Sali. vtpote meticulosi, non solent sine sociis, instigatu, vel mandato grandia delicta committere, vel attentare: huiusmodi autem non erant prefati Brebātane & Castellane. potest etiam dici secundum Bartolum in dicta. l. repeti. §. is qui. ff. de questio. q dicta. l. prius. ponit casum specia-
5 lem: & fallentiam ad regulam. † loquitur enim in casu, in quo agitur de nece domini, vbi propter atrocitatē sceleris interrogatur familia etiam de conscientia mandatoris, qui casus non est extēdēdus ad alios, vt sic possit in aliis criminibus interrogari de se confessus de conscientia aliena, etiam pretensa mandatoris, pro quo bene facit, imo videtur tex. in c. j. de confes.

Sed forte opponat aliquis q quia prefatus domi. Jacobus enscorie dictum nobilem Joānem gravissime offenderat, presumi debuerit & debeat q ipse eū verberari mādaverit aut fecerit. arg. eorū que no. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. in x. q. ff. de oper. no. nūtia. & in l. j. §. fi. ff. quod vi aut clam. per. c. constitutis de testi. Ant. de butrio in c. fina. de presump. & Jo. de Imol. in l. heres meus. §. fi. ff. de cōdi. & demō. per dictum. c. constitutis. & c. Petrus diaconus, cum suis simili. de homi. Sed hec non obstāt, tum quia iura & doct. in locis prealegatis loquuntur in eis, que gesta sunt per eos de familia, aut cōiunctos eius, cui gesta huiusmodi imputantur, quod non fuit hic: nam prefati Brebantane & castellane nec de familia, nec coniuncti erant dicti nobilis Joannis. Tum & quia Bald. videtur sensisse cōtrariū etiā in gestis per familiares. in l. ad invidiam. C. qō me.
7 cau. † Tum & quia etiam in commissis a consanguineo, vel familiari pro facto illius, cui nunc commissa huiusmodi imputantur, si commissa huiusmodi momentanea existant, non presumitur q illa facta extiterint de conscientia illius &c. nisi aliud probetur. vt no. Panor. in c. cum causam. que inter archiepiscopum. de testi. & dicto. c. cōstitutus. Cum igitur dicti pretensi insultus, aggressio, percussio, & alia predicta fuerint quoddā factū momentaneū, non fuit, nec est cōtra dictū nobilem Joannē presumendū, per predicta. Quibus nō obstat. d. c. cōstitutis. qr ibi concurrebant multa. Primo quia id, de quo ibi fiebat a consanguineis. Secundo quia illud cōcernebat pactū & cōmodum archiepiscopi. Tertio, qr ibi etiā concurrebat id qō dicit text. scilicet q archieps poterat prohibere &c. Per qō apparet tex. loqui in casu. in quo archieps sciebat illa fieri a cōsanguineis, alias enim prohibere non potuisset. l. ij. iij. & iiij. in pn. ff. de noxa. preterea etiā cōcurrebat, qr ibi tractabatur de puniēdo ipsum archiepm. Hec autē in casu presenti non cōcurrunt, presertim vero & maxime. q dicti Brebantane et Castellane essent cōsanguinei vel familiares, nec etiā q dictus nobilis Joānes sciverit insultū, aggressionē, percussionē, & alia preasserta fieri a prefatis Brebātane & Castellane, & q ea ne fierēt prohibere potuerit: quod tamē videbatur maxime necessariū ad hoc vt posset presumi contra eum. d. l. ij. iij. & iiij. ff. de noxal. possent et alia multa super hoc articulo adduci, a quibus supersedeo.

¶ Argumentum.

¶ De constitutione dotis super omnibus bonis es alienum deducitur. A. F.

1 Bona alicuius intelliguntur deducto ere alieno.
2 Dos sine matrimonio non est.
3 Stipulatio dotis causa interposita conditionem habet, si nuptie fuerint sequute.
4 Bona pro maritanda filia obligata perinde in reservatione habentur cum divisio fit, ac si dictum fuisset, q bona predicta obligata remanerent.
5 Substituere vulgariter cēseri debet qui Titium et suos heredes instituit, & cur.
6 Fideicommissum pro se & suis heredibus relictum non impedit constitutionem dotis super eodem factam.
7 Iuramentum quod in dispendium proprie salutis & alterius detrimentum non vergit, servandum.

De do.

¶ De do. promiss. Consil. xxxiii.



Perpenso instrumento
sponsalium contractorum per ⁊ inter nobilē Fer
rādum gantalini. dñm loci de Balmetis ex vna
parte, ⁊ nobilem Honoratam filiam naturalē et
legitimā nobilis Petri de belleria loci Saltus
ex altera, ac constitutionis dotis eidem nobili Ferrando per pre
fatum nobilem Petrū ipsius Honorate nomine facte. Viso pre-
terea casu mihi exhibito, ⁊ dubiis, que ex casu huiusmodi resulta
re videntur, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ꝙ, quia idē no-
bilis Petrus in dotem predictam constituisse reperitur nō qui-
dem omnes res suas, sed bona sua, potest idem Petrus pro exso
lutione debitorum suorum, siue debeātur pro exequiis parentum
vel aliorū predecessorū suorū, vel ex aliis causis, retinere de dictis
bonis eius in diuisione, quam facere cōsentiunt ipsi nobiles Pe
1 trus ⁊ Ferrandus: cuius illa est ratio, † quia bona alicuius intel-
liguntur deducto ere alieno. l. bonorum. ⁊ l. subsignatum. §. bona.
ff. de verb. sig. ⁊ l. mulier. ff. de iure do. not. gl. in. d. l. bonorū. ⁊ in. l.
non amplius. §. j. ff. de lega. i. ⁊ l. si quis seruum. §. fi. ff. de lega. ii. et
Bar. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. non igitur cen
sentur idem nobilis Petrus de belleria in dotem predictam con
stituisse nisi id, quod superesset deducto ere alieno: ⁊ sic pro exso-
lutione eris alieni potest deducere de dictis bonis, qd etiā appa-
ret ex his que not. Sali. ⁊ docto. in. l. Leris. C. de dona.

Quo vero ad illos ducētos flo
renos, quos super bonis predictis reseruasse dicitur idem Pe-
trus pro dote nobilis Catharine alterius eius filie naturalis et
legitime, dico ⁊ respondeo, sub correctione cuiuslibet melius sen-
2 tiētis: † ꝙ cum prefata Catharina nondū nupserit: ⁊ sic dos, que
non est sine matrimonio. l. iii. ff. de iur. do. l. fi. §. sicut. C. de donat.
ante nup. ⁊ auē. de trien. ⁊ semis. §. sed nec, cum suis simili. colla. iii.
adhuc deberi non possit, nō videtur idem nobilis Petrus posse
in diuisione predicta retinere de dictis eius bonis pro exsolutio-
ne predictorum ducentorum florenorum. dicta enim reseruatio
ita demum habere debet effectum siue locum, si matrimoniū per
3 ipsam Catharinam cōtractum extiterit: † quemadmodū stipula-
tio. que propter causam dotis interponitur, conditionem hāc in
se habet, si nuptie fuerint sequute. l. in rebus. §. si re. l. stipulationē.
et. l. non enim. ff. de iure do. Dicti etiam ducenti floreni exsoluen-
di sunt per prefatum nobilem Ferrandum per annuales solutio
nes decem florenorum: debet igitur ipsi Petro sufficere, ꝙ cum
prefata Catharina matrimonium contraxerit, ipse nobilis Fer
rādus satisfaciat de dicta dote per dictas solutiones decem flore
4 norum: presertim cum pro illis sint bona obligata, † quia perinde
videtur habenda dicta reseruatio facta de dictis ducentis flore-
nis in ⁊ super bonis superius mentionatis, ac si dictū extitisset, ꝙ
bona predicta obligata remanerent pro dictis ducētis florenis.
ar. eorum que habentur in. l. codicillis. §. instituto. ⁊ qd ibi Bart.
in prin. ff. de lega. ii. ⁊ quod not. idem Bart. in. l. fundus. ff. de an-
nuis leg. Et quāuis ad hoc quesitum videretur aliter esse respon-
dendum per id quod habetur in. l. in quantitate. §. fi. ff. ad le. falc.
ego tamen pro nunc discedo a primo dicto. Salua tamen super
hoc pleniore deliberatione.

Eodem modo respondeo ad
aliud quesitum, quod fit de quinquaginta florenis donatis per di
ctum nobilem Petrum eius vxori in augmētum sue dotis: cum,
vt puto, illi donati extiterint sub conditione, si eundem Petrum
premori contigerit: ⁊ sic debitū horum quinquaginta florenorum
non est purū, sed cōditionale, ⁊ potest conditio deficere, ⁊ continge
re ꝙ dicta vxor premoriatur, et ꝙ propterea dicti quinquaginta
floreni nunquam veniant per dictum de Belleria exsoluendi.
¶ Quo vero ad quinquaginta florenos, de quibus voluit idē no-
bilis de Belleria posse ⁊ valere disponere ⁊ ordinare pro eius ani
ma in fine dierū suorum, dico ⁊ respondeo, prout supra, ꝙ cum bona
remaneant ⁊ sint pro illis obligata, hoc dz eidē de Belleria suffi-
cere: nec debet se impedire sub hoc pretextu, quominus bona pre-
dicta diuidantur: nec etiā videtur posse de eisdem bonis retinere
pro fienda solutione de dictis quinquaginta florenis, cū nondum
disposuerit de eisdē pro aia, nec finis dierū eiusdē adhuc euenerit.


Ceterum quoad id, quod op-
ponitur de testamēto nobilis quondā viri Frācisci de belleria, in
quo heredem suum vniuersalem solum ⁊ insolidum instituisse, et
ore suo proprio nominasse dicitur prefatū nobilē Petrū eius filiū,
⁊ suos heredes, ⁊ successores quoscunque, dico ⁊ respondeo, ꝙ testa-
mentū, siue dispositio huiusmodi non refragatur neque obstat, quo-
minus idē nobilis Petrus potuerit de iure dicta omnia sua bo-
5 na in dotem constituere. † Tum quia cum prefatus Franciscus
eundem Petrum heredem instituerit, ⁊ suos heredes ⁊ successo-
res. qui esse non possunt: nisi prius vita functo eodem nobili Pe
tro, cum viuens non habeat heredem. l. j. ff. de heredi. vel acti. ven
dit. inuitatio, siue substitutio facta de eisdem heredibus censetur,
⁊ censeri debet vulgaris, per id quod not Bart. ⁊ docto. in. l. gal-
lus. §. quidam recte, ⁊ quod ibi apertius Alexand. de Imol. ff. de
libe. ⁊ posthu. ⁊ cōsilio mihi. xxiiii. exordiente, Attentis que in the
mate narrantur. in tertio volumine. ⁊ consilio. xxii. exordiēte, Vi-
sis ac etiam perlectis verbis testamenti. Quo fit vt cum prefatus
Petrus hereditatem eiusdem Frācisci eius patris adierit, dicta
pretensa substitutio imposterum valitura nō existat, pro eo quia
6 expirauit. l. post aditam. C. de impube. ⁊ aliis subst. † Tum ⁊ quia
presupposito ꝙ prefati heredes, ⁊ successores eiusdē nobilis Pe-
tri censeantur in vim fideicommissi substituti: quia tamen fideicō
missum eisdem relictum censeri deberet conditionale, illud nō im-
pediret validitatem constitutionis dotis superius mentionate,
per id quod not. glo. in authen. de resti. ⁊ ea que pa. colla. iiii. quam
Barto. ⁊ doct. communiter approbant in. l. seruo legato. §. j. ff. de
le. j. Alex. de Imol. ⁊ doc. in. l. Marcellus. §. res que. ff. ad trebel.
7 quanuis glo. ibi dixerit contrarium, ⁊ male fm docto. † Tū etiam
quia cum prefatus Petrus de Belleria consenserit, promiserit,
⁊ etiam iurauerit non venire contra, ⁊ huiusmodi iurata conuen
tio possit ⁊ valeat per eum sine dispendio proprie salutis, et alte-
rius detrimento seruari, illa debet obseruari. c. cum contingat. de
iureiuran. ⁊ c. quanuis pactum, cum suis similibus, de pact. in. vi.

¶ Argumentum.

¶ Pascua particulares, quibus illa eo nomine dantur, vniuer-
sitati acquirunt: ita tamen vt ius vniuersitatis in pascendo peco-
re acquirentibus ipsis fraudi non vertatur. V. F.

1 ¶ Quod vniuersitatis est quoad honorem et nomen, est singulo-
rum quo ad commodum.
2 Per quot homines vniuersitas ⁊ ipsius iura retineri possint.
3 Bona emphyteutica existētia in terra ecclesie de antiquissima cō-
suetudine possunt donari sine consensu directorum dominorum,
reseruato iure ecclesie.
4 Vniuersitas vel ciuitas centum annis durare presumitur.
5 Vniuersitas bona sua alienare non potest, nisi ex causa, et cum so
lennitate.
6 Alienatio dominii non fienda in potentiorem domino inuito.
7 Ecclesia parochialis curata an cum duobus parochianis possit
remanere ⁊ habitu ⁊ actu curata ⁊ proprium habere presbyterum
si sufficiat ad sustentationem.
8 Donatio excedens quingentos aureos quo casu etiam sine insi-
nuatione valeat.
9 Contractus ab initio sunt voluntatis.
10 Nemo emere vel vēdere regulariter compellitur, ⁊ in quibus fal-
lit remissiue.
11 Uniuersitas titulo donationis ⁊ aliis multis pōt bona acqrere.
12 Ecclesia quanuis habeat fundatam intentionem quo ad iurisdi-
ctionem, an habeat etiam quoad fundos existentes in castro.
13 Per cōstitutionē precarii in instrumento donationis qñ trāsfe-
ratur possessio, vt interdictum vti possidetis cōpetat si turbetur.
14 Inhibitiones quando in vim simplicis citationis resoluantur.

¶ De pascuis. Consil. xxxiiii.



Ex quesitis parte vene-
rabilis vniuersitatis Vapineen. mihi exhibitis ex
ordientibus. Quia inter alias mundi ecclesias ⁊c.
eliciūtur multa dubia, quibus breuiter ⁊ succincte
rñdeo prout sequitur, sub correctione tamē cuiusli
bet domini melius sentientis. Et primo ad primū dico, ꝙ cū pro-
bi viri Claudius Loberi ⁊ Petrus Alardi fuerint ⁊ sint incole ⁊
habitatores loci de Chāduno ipsi tanquam existentes de vniuersitate
eiusdē loci cui ⁊ quibusdā illius hominibus olim in emphyteusim
concessa extiterūt pasqueragia montanearū, pñt ⁊ debent gaude-
re ⁊ vti montaneis huiusmodi quandiu ibi manserint, prout ha-
1 ctenus vsi sunt: † qz licet pasqueragia antedicta fuerint ⁊ sint vni-
uersitatis quo ad honorem ⁊ nomē, tñ sunt singulorū quoad com
modū, vt apparet ex his que no. glo. ⁊ doc. in. l. in tantū. §. vniuer
sitatis. ff. de re. diui. Bal. eo. ti. super rubrica. versi. nūc de quinto
2 mēbro ⁊c. ⁊ Ange. are. in. §. vniuersitatis. insti. eo. ti. † Et hoc ma-
xime procedit ⁊ procedere debet cū per ipsos Claudiū Loberi ⁊ Pe-
trum Alardi retineatur vniuersitas loci predicti de Chāduno, ⁊

ipsius vniuersitatis iura.l.neratius.et quod ibi gloss.et docto.ff.de verbo.signi.not.glo.et doct.in.l.sicut.§.sed si.ff.qd cuiuscumque vniuer. nomi. Quemadmodum igitur olim, et tempore, quo locus predict' erat magis populatus, vti potuerunt et gaudere dicti Lobeti et Alardi, ita et hodie possunt. Preterea si ipsi Lobeti et Alardi sint donatarii eorum, qui dicuntur suis propriis nominibus in affictum recepisse, vel heredum eorundem, ego existimo quod etiam ista ratione possint dicti Lobeti et Alardi eorum animalia depascere in dictis montanis:

3 † quia vt audio, et partim ponitur in causa, bona emphyteutica, existentia in predicta ciuitate et terra ecclesie, possunt de antiquissima consuetudine donari sine consensu dominorum directorum de quibus etiam nec ab eis inuestitura petitur, nec illis soluitur laudimium. Pro qua consuetudine siue obseruantia, saltem quoad hoc vt donari possit sine consensu dominorum, est glo. ordinaria in.l.fi.sup verbo aliis vendere.C.de iure emphy.et in.§.adeo.instit.loca.que ad hoc allegat.l.j.C.de fun.patri.et idem videtur sentire glos.in.c. potuit super verbo aliis vendere, de loca. quam sententiam sequuti sunt multi doc. prout apparet ex his que no. Alexan.de Imol.in l.si domus.§.fi.ff.de leg.j.et Jas.in.d.l.fi.col.mihi.xxj.ver.in ea gl. ibi, et ar. infra de predi.etc.C.de iure empby. Et hanc sequuntur multi moderni in.d.l.j.C.de fun.patri.lib.xj.et quicquid sit in emphyteusi priuati, ista saltem videtur esse sententia vera in emphyteusi ecclesie, vt no. Jo.And.in.d.c.potuit.Spec.titu.de loca.§.nunc aliqua.versi.cvij.Bal.et Jo.de Jmol.in.d.l.si domus.§.fi.ff.de leg.j. Bal.in aut.quas actiones.de sacrosanc.eccle.in.l.vxor patrui.C. de leg.et in.d.l.fi.C.de iure emph.et in.c.j.§.donare.quali.olim feu. alie.pote.et hanc opinionem dicit Alexan.in.d.l.si domus.§.fi.videri veriorem: que tamen intelligenda est procedere ita demum si donans donet saluo iure ecclesie, quia si donaret non reseruato iure ecclesie, priuaretur iure suo, vt no. Bal.in.l.vsufructu.ff.solu.matri.et in.d.c.j.§.donare. quem refert et sequitur Alex.in.d.l.si domus.§.fi.

¶ Quo vero ad prefatam vniuersitatem dico et respondeo mihi videri, quod prefati Lobeti et Alardi non potuerunt eidem donare pasqueragia in affictum recepta, etiam pro ea quota, pro qua sibi pertinebant. Meri

4 to, † quia cum vniuersitas vel ciuitas presumatur durare centum annis.

5 l.an vsusfructus.ff.de vsufruc. † cum etiam vniuersitas non possit bona sua alienare, nisi ex causa et cum solennitatibus.l.fi.de vende.re.ciui. sitque Vapincensis ciuitas potentior quam prefati Lobeti et Alardi non videntur ipsi potuisse inuito, vel inscio venerabili capitulo ecclesie Vapincensis donare, vel alias transferre ius affictatum in predictam ciuitatem: quia omnis persona, per quam fit conditio dominii directi deterior, intelligitur esse prohibita ne accedat ad emphyteusim. vt not. Jas. post doct.in.d.l.fi.col.xliij.versi.concludo ergo.de iu.

6 emphy Pet.de Ancb.et Jo.de Jmol.in.d.c.potuit. † et idem quoad id quod dictum est de alienatione non fienda in potentiorem domino inuito. Jo.de Jmol.in.l.si finita.§.si de vectigalib'.col.iiij.ff.de dam. infec. Pro hoc etiam, quod non videatur prefati Lobeti et Alardi potuisse ius affictatum donare, vel alias transferre in predictam vniuersitatem, siue Vapincensem ciuitatem, faciunt ea que not.glo.et doct. in.d.c.potuit.et doct.in.d.l.fi.C.de iu.empby.et maxime et plene per Jaso.col.xl.versi.in ea glo.ad fi.tenetis secundum principalem etc. de ecclesia quam omnes communiter tenent esse prohibitam accedere ad emphyteusim etiam ecclesiasticam, huic autem comparatur ciuitas. vt not. Barto.in.l.fi.C.de iure emphyteu.

Ad secundum quesitum dico

et respondeo, prefatos Lobeti et Alardi posse vti montaneis, siue pascuis, de quibus supra, et pro indiuiso, et iuxta ratam, siue quotam, et portionem bonorum immobilium, que habent in Chanduno, vel eius territorio, per ea que no. Albe.in.l.imperatores.ff.de ser.rusti.predi.

7 Ad † tertium dico et respondeo quod

cum in loco de Chanduno fuerit parochialis, et sic curata ecclesia et adhuc ibi sint duo parochiani, illa remanet ecclesia curata non solum habita, sed etiam actu: vt satis colligitur ex his que habentur et not. per doct.in.c.quia nonnulli.de cle.non resi.et in.c.de multa.de preben.et sic debet ecclesia huiusmodi habere proprium presbyterum, qui ibi deseruiat, saltem si illa sufficiat ad sustentationem ipsius presbyteri.c.precipimus.xxj.q.ij.not.Archi.in.c.vnio.x.q.iij.et Quis dictum.c.vnio.videatur exigere, quod ad hoc vt ecclesia debeat habere proprium presbyterum, opus sit quod ecclesia ipsa decem parochianos habeat hoc tamen non obstat, quia vt dicit ibi Arch.c.consilium, de quo ibi, respexit ad id quod contingere solet, et quod videtur verisimile, videlicet quod ecclesia possit sufficere vni presbytero, ex quo habet decem parochianos. sed vt ibi no. Archi. siue habeat pauciores, siue nullos, dummodo ecclesia possit sufficere, debet habere proprium sacerdotem.d.c.precipimus.

Ad quartum dico et respondeo

quod in donatione in casu predicto latius mentionata reperiuntur omnes clausule et sufficientes.

8 Ad quintum dico quod nisi bona

per quemlibet ex donatoribus, de quibus ibi, donata prefate vniuersitati excedant valorem quingentorum, seu quinque centum aureorum, donatio ipsa sine dubio valuit etiam sine insinuatione vel interpositione decreti.l.illud.C.de sacrosanc.eccle.et.l.penul.§.fi.C.de dona. si vero excedant valorem predictorum quingentorum aureorum, tunc posset esse maius dubium: tamen adhuc dico quod etiam donatio tunc valeret sine insinuatione, pro eo quia donatores renuntiauerunt insinuationi, et iurauerunt non venire contra: et sic firmata est donatio per ea, que habentur in.c.cum contingat.de iureiuran.c.Quis. de pac.in.vj.et aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.et hec fuit opinio Jo.And.in addi.Specu.ti.de instru.edi.§.porro.in vlti. addi. quam sequuti sunt Jo.de Jmol.et Panor.in.c.cum contingat.dictus videlicet Jo.de Jmol.in.x.membro.ver.circa quartam quando fit donatio etc. et Panormi.versi.ex predictis potest inferri ad decisionem etc. Angel.in.l.sancimus.§.fi.C.de dona. Bald.in.d.c.cum contingat.et Alex.de Jmol.in.l.nemo pot.ff.de lega.j.et consi.mihi.iiij.et vtrobique refert multos valentissimos docto. hanc opinionem tenuisse. pro eadem etiam, vt refert in dicto consilio, consuluerunt multi et alii se consiliis eorundem subscripserunt: super quo articulo non me extendo vlterius, quia informatus non existo de valore bonorum huiusmodi.

Ad sextum dico quod nec prefati

Lobeti et Alardi, nec ipsa vniuersitas quo ad bona non affictata si

9 ne emphyteutica, tenentur vendere, si nolunt, † quia contractus ab initio sunt

10 voluntatis.l.sicut.C.de acti.et obliga. quilibet enim est moderator rei sue.l.nemo exterus.C.de iude.l.in re mandata.C.mandati. † Nemo etiam regulariter vendere compellitur vel emere.l.inuitum.et.l.dudum.C.de contrahen.emp.et.l.nec emere.C.de iu.delibe.not.Bal.et docto.in.l.j. C.de epis.audi. Panor.et doc.in.c.j.de emp.et vendi. Barto.in.l.j.§. cura carnis.ff.de offi.prefec.vrb.et Jac.rebuf.C.de discusso.super rubrica, lib.x.et Quis aliqui sint casus in quib' quis rem suam vendere compellitur. vt no.doc.et presertim Bar.et Panor.vbi supra: hic tamen non interuenit aliquis de casibus huiusmodi.et hec dico vt predixi quo ad bona non affictata, et sic non loquor hic de pasqueragiis, de quib' facta est mentio superius, vel de aliis, si que essent affictata.

Ad septimum quesitum in quo

est sermo de inhibitionibus et preconizationibus etc. dico et respondeo, quod quo ad bona non affictata potest prefata vniuersitas se opponere,

11 quia illa potuerunt sibi donari: † potest enim vniuersitas ti. donationis, et aliis multis bona acquirere.l.fi.et quod ibi glo.et Jo.de pla.C.de venden.re.ciui.lib.xj.nec potest dictum venerabile capitulum eandem vniuersitatem, seu eius administratores prohibere, quominus ingrediatur et possideat bona huiusmodi, nec potest, alio non apparente, prefatum

12 capitulum pretendere cum effectu bona huiusmodi esse sua: † quia Quis habeat fundatam intentionem quo ad iurisdictionem: non tamen quo ad fundos, et alia predia existentia in castro vel loco predicto de Chanduno. vt no. cano.in.c.nimis.de iureiur.et in.c.vigilanti.de prescript. Quo vero ad montes et pascua, de quibus supra, iam habetur quid sentiam ex his que dixi super primo dubio, ideo non repeto.

Quo vero ad aliud quesitum in

quo queritur de modo agendi etc. dico quod prefata vniuersitas poterit experiri, vel agere interdicto vti possidetis. si turbetur in sua

13 possessione bonorum donatorum: † quia per constitutionem precarii factam in instrumento donationis translata est possessio in ipsam vniuersitatem per ea que habentur in.c.ex literis.de consue.in.l.traditionib'. C.de pac. Bart.et Sali.in.l.creditores.C.de pigno. quod intelligo si donatores tempore facte donationis bona huiusmodi possidebant alias non, per id quod no.glo.et doct.in.l.Quis.§.j.ff.de acqui.possess. fuit etiam in ipsam vniuersitatem translatum dominium: si tamen donatores prefati erant domini, et hoc factum est iure speciali.de quo.l.l.fi.C.de sacrosan. eccle.et vbi cessasset priuilegium ciuitatis quoad hoc: fuisset tamen translatum per constitutionem precarii.l.quod meo.ff.de acqui.pos. etiam si bona huiusmodi detinerentur per capitulum, illa possent vendicari si donatores erant domini, vel si possiderent cum titulo, poterit vniuersitas predicta agere publiciana actione: sed melius erit intentare iudicium possessorium, vel si vniuersitas fuisset spoliata possessorium reintegrande possessionis: vt verbi gratia. statutum. Si quis per literas. etc. duntaxat infra decem dies. ¶ Si vero prefatum capitulum agat et processum incipiat ab inhibitionib', poterit ipsa vniuersitas se aduersus inhibitiones huiusmodi opponere, que non valebunt, nisi sint cum clausula iustificatiua, scilicet nisi causam etc. per ea que not. Barto.in l.j.C.de execu.rei iudi.et doc.communiter in.l.de pupillo.§.memi

14 nisse.ff.de operis noui nuntia. † Si vero fiat cum clausula huiusmodi, et vniuersitas se opponat resoluentur inhibitiones in vim simplicis citationis. vt not.doct.in dicto.§.meminisse. vbi habentur multe remissiones per Angelum que videri possunt. Quo casu debebi offerri

offerri libellus, vel petitio parte ipsius capituli, que videbit parte dicte vniuersitatis, ⁊ tunc securius deliberari poterit super inantea agendis.

Ad vltimum questitum dico et respondeo, vt iam predixi, ꝙ prefata Vapincen. vniuersitas potest obtinere ⁊ retinere bona non affectata. Quo vero ad alia, vt pote quoad pasqueragia, dico ꝙ nõ potest ea retinere, vt predixi, ⁊ per rationes predictas.

Vidi postea instrumentum cõcessiõis in emphyteusim facte de pasqueragijs, siue gaudijs mõtiũ inibi expressorum: in quo certi particulares, tam suis proprijs nominibus, q̃ vniuersitatum, de quibus ibi, receperũt in emphyteusim pasqueragia hmõi: non tñ reperi in alijs instrumẽtis, aut aliquibus eorũdem ꝙ illi particulares, vel eorũ heredes vniuersales, vel etiam particulares successores sint noīati: ⁊ sic nõ puto ꝙ instrumenta hmõi multũ prosint quo ad pasqueragia, quatenus vez acquisitio de illis facta cõcernebat dictos particulares, qui noībus suis proprijs ⁊ dictarum vniuersitatum illa acquisierunt: magis vero seruire possent quoad predia ⁊ possessiones, que fuerunt prefatorum Alardi ⁊ Lobeti donatariorum ⁊c.

¶Argumentum.

¶Donatione gemina ex mera liberalitate, nõ ex dispositione legis a patre filio facta, non compensatur vna cum altera. V.F.

1 ¶Donatio per patrem filio in potestate existenti facta quo casu valeat, et nume.5.
2 Juramentum est de iure naturali.
3 Obligatio naturalis oritur inter patrem et filium in potestate.
4 Patria potestas est de iure ciuili, ideo nõ attenditur de iure diuino, nec quo ad spiritualia.
5 Juramentum est vinculum naturale.
6 Donationis contractui lex non resistit, sed nec assistit quãdo pater donat filio.
7 Donatio est inter viuos ab eo, q eã sic noīat, vel q iurat cõtra eã nõ venire, lz facta fuerit de bonis mobilib⁹ ⁊ imobilib⁹ pñtib⁹ ⁊ futuris.
8 Spes conditionis pendentis per mortem transmittitur, ⁊ iura conditionalia possunt cedi ⁊ donari.
9 A donationis verbis claris non est recedendum.
10 Dñiũ ⁊ possessio rei donate p vsufruct⁹ retẽtionẽ trãsfert ex iuris fictione, si donãs tẽpore donationis possideat, ⁊ idem de constituente se possidere nomine alterius dicitur.
11 Dote legata, ⁊ altera ꝯstituta, vni⁹ cõtẽta dz esse filia, nisi appareat patrẽ expresse voluisse, ⁊ cur cẽseat aio cõpẽsandi hoc facere.
12 Ad dotem tenetur pater ex legali necessitate.
13 Liberalis nemo existit in necessitatibus.
14 Quarta vna cur nõ dz cõpẽsari cũ altera, si pater filio bis donet.
15 Ere alieno deducto bona intelliguntur.
16 Vsufructuario rerum suarũ donatarꝫ qñ det curator, ⁊ qualiter.

¶De dona. Consi.xxxv.



Visis casu et scripturis parte Antonij de roserijs mihi exhibitis, ⁊ dubijs siue quesitis ex casu hmõi sollicite elicitis, dico ⁊ rñdeo ad quesita et dubia hmõi prout ecce. Premittens primo ꝙ, licet tempore factarum donationũ, de quibus in casu, prouidus quondam vir Paschalis de roserijs existeret in patria potestate honorabilis viri Frãcisci de roserijs eius pris: dicte tñ donationes de iure valuerũt, ⁊
1 valẽt: † qz lz donatio facta p patrẽ filio in ipsius donatoris ptãte existẽti regulariter nõ valeat: hoc tñ fallit qñ in ea interuenit iura
2 mẽtũ de nõ ꝯtraueniẽdo ⁊c. † qz iuramẽtũ est de iure naturali, put no.glo.in.c.antoritatẽ.xv.q.vj. Specu.ti.de loca.§.nũc ostendendũ.versi.xxiiii. ⁊ Bal.in.l.fi.C.de vsuca.p dona. de hoc aũt iure na
3 turali nõ curat pria ptãs. qđ ex eo colligit, † qz iter patrẽ ⁊ filiũ in ipsius ptãte existẽtẽ orit obligatio naturalis.l.frater a fratre. ⁊ qđ ibi p Bar. ⁊ doct.ff.de cõdi.indebi. de quo etiã Bal.in.d.l.fi.C. de vsuca.pro dona.no.glo. ⁊ Bart.in.l.si quis p eo.§.j.ff.de fideius. qđ etiã voluit Frã.de are.cõsi.mihi.lxxvij.exordiẽte. Et ratio scribẽdi recte i cõsilijs ⁊c.ver.circa tertiũ ⁊c. Est etiã iuramẽtũ de iure diuino, Marci.v.c.ibi, iterꝫ audistis qz dictũ est antiquis, nõ
4 periurabis ⁊c. ⁊.c.⁊ si Christus, de iureiu. † de quo iure etiã nõ curatur patria ptãs, que est de iure ciuili.institu.de patria pote.in
5 prin. ⁊.l.item in ptãte.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. † Est preterea iuramentum vinculum spũale: quo ad spũalia vero etiã non curatur patria ptãs.c.si annũ.de iudic.in.vj. ⁊ ꝙ donatio facta per patrẽ filio in ipsius ptãte existenti validantur iuramento tenuit Bal. ⁊ post eum Alex.de imo.in.d.l.fi.C.de vsuca.pro dona. idem tenuit Alex.de imo.per multas rationes in.l.si donatione. C.de colla. per quas dicit, ⁊ est verũ, fateri responsiones ad rationes Paul.de ca.allegatas.consil.mihi.ciij.exordiẽte, Circa bona q̃ fuerũt dicti ⁊c. dicit etiã Alex. ꝙ Bal.in.d.l.fi donatiõe.sentit donationẽ hmõi validari iuramẽto, qđ etiã voluit idem Bal. in repe.ti.l.ij.C.har.xv.versi. ⁊ idẽ credo qñ pater donat filio in ptãte, ⁊ iurat ⁊c.ff.de iureiu. Et idem cõsuluit do. Ambro.de vine.in quodã suo ꝯsi.exordiente, Pridẽ cum tractatũ fuit matrimoniũ ⁊c. vbi etiã refert ꝙ hoc voluit Guliel.de montelau.in cle.Romani.de iureiur. Bart. Aul. ⁊ Catho.in.d.l.si quis p eo.ff.de fideiuss. ⁊ idẽ videt voluisse Frã.de are.in dicto cõsi.lxxvij.ver.circa ter
6 tium ⁊c. † vbi etiã dicit ꝙ qñ pater donat filio, lex nõ resistit contractui donationis, sed non assistit: ergo videt obligatio validari iuramẽto, iuxta regulam traditam per Bal.in.d.l.si quis pro eo, in prin. quẽ omnes sequuntur, ⁊ maxime Jo.de imo.in.c.cum contingat, circa fi.de iureiurã. Valuit ergo prima donatio, non solũ quatenus cõcernebat honestam quondam mulierẽ Agnetam testone dicti Paschalis primã vxorem, sed etiã quaten⁹ concernebat eorundem Paschalem: valuit etiã et secunda facta insolidum ipsi Paschali, per rationes predictas

7 † Premitto preterea ꝙ licet in dicta prima donatione dict⁹ Frãcisc⁹ de roserijs donauerit prefatis Paschali ⁊ Agnete quartã partẽ omnium bonorũ suorũ mobiliũ ⁊ immobiliũ presentium tunc ⁊ futurorũ post mortẽ eiusdẽ Francisci dũtaxat: tamẽ donatio hmõi non fuit donatio cã mortis, sed fuit donatio inter viuos. Tũ quia idẽ Frãciscus in donatione hmõi expresse dicit se donare donatione inter viuos, fuit ergo donatio inter viuos, p id qđ no.Bart.Sali. ⁊ doct.in.l.fi.C.de pact. Tũ etiã fuit donatio inter viuos pro eo qz idẽ Frãcisc⁹ iurauit cõtra eã non venire.l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mor. de quo per Alexan.de imo.consi.mihi.xliij.exordiẽte, Circa primum dubiũ quo querit ⁊c. et Quis prefata Agnes vita functa sit ⁊ decesserit superstite ⁊ sibi superuiuente dicto francisco dona
8 tore, † nõ ꝑpterea minus valuit, siue minus valet dicta prima donatio, quatenus eã concernebat: qz ipsa quõdam agnes transmisit quotam sibi donatam, seu iura per illam sibi pertinẽtia ad dictũ Paschalem eius heredẽ, per id quod habet in.l.j. ⁊ quod ibi glo.Sali. ⁊ doct.C.vt acti.ab here.contra here.pro quo facit.§.ex conditionali.insti.de verbo.obli. ⁊ quod voluit Pau.de cast.cõsi. mihi.ciij.exordiente, Super primo quesito ⁊c. ⁊ Fran.de are.cõsi. lxxiiij.exordiẽ. Diligẽter ⁊ mature ponderatis ⁊c. et potuit ipsa quondã Agnes etiã ante mortem ⁊ decessum dicti Francisci de roserijs de dicta eius quota, aut iuribus pro ea competentibus disponere.l.spem.cum suis simili.C.de dona.

His pmissis venio ad quesita. Et primo ad primũ, ad qđ rñdeo ꝙ quarta pars omniũ bonorũ mobiliũ, ⁊ immobiliũ dicti Frãcisci de roserijs debetur prefato Antonio in vim dicte prime donationis: illa tñ adhuc peti nõ potest. pro eo qz donata est post mortẽ eiusdem Francisci, ⁊ sic post mortẽ ipsius, nõ ante eã debet sortiri effectũ, qz ita reperit dictũ ⁊
9 expresse cautũ in dicta prima donatione, † a cui⁹ verbis, cũ clara sint, non est recedẽdũ.l.ille aut ille.§.cũ in verbis. ⁊.l.non aliter.cũ suis simili.ff.de leg.iij. rõne vero dicte scđe donationis habet idẽ Antonius quartã partẽ in residuo bonorũ mobiliũ ⁊ immobiliũ
10 eiusdẽ Frãcisci. † Cũ enim hmõi scđa donatio fuerit pura, et in ea idẽ Frãciscus retinuerit vsumfructũ huiuscemodi quarte partis per eũ tũc donate, trãslatũ est dñium ⁊ possessio eiusdẽ quarte partis in dictũ quondã paschalem, ⁊ sic Paschalis ipse factus est dñs ⁊ possessor illius quarte partis.l.quisquis. ⁊ qđ ibi gl.Sali. ⁊ doct.C.de dona. quod intelligo procedere si tpe facte donationis idẽ Frãcisc⁹ possidebat, aliter enim nõ fuisset trãslata possessio, qz nemo plus iuris ⁊c.l.traditio.ff.de acqui.re.dom.c.gratia.j.q.j. ⁊.c.daybertũ.j.q.vij. idẽ dici solet de cõstituente se possidere noie alteri⁹ ꝙ, scilicet per ꝯstitutũ hmõi possessio nõ trãsfert, nisi tpe cõstituti constituẽs possederit, vt no.glo. ⁊ doc.in.l.quis.§.j.ff.de acqui.pos. dico etiã ꝙ si prefat⁹ Frãcisc⁹ nõ possedisset dicta eius bona tpe facte dicte scđe donationis, nõ fuisset trãslatũ dñiũ predicte quarte partis in dictũ Paschalem eius filiũ, nisi fuisset ipse Paschalis postea inductus in bonis ipsis. pront etiam vult Sali.in.d.l.quisquis.

Presupposito igitur quod tpe donationis hmõi idẽ Franciscus possidebat, dico ⁊ cõcludo sup isto primo quesito, ꝙ es alienũ, hoc est, ea q̃ debebantur per pfatũ Frãciscũ tpe facte prime donatiõis, debet deduci ⁊ detrahi de bonis suis, ⁊ facta deductione ⁊ detractione eris, seu debitorũ hmõi,

quarta pars residui debet prefato Antonio in vim dicte prime donationis: facta deductione tã predicte quarte partis, ꝙ aliorum, que idem Franciscus debebat tpe facte dicte secũde donationis; quarta pars residui eidẽ Antonio spectat & pertinet in vim dicte secũde donationis. Nec opponat mihi aliquis, ꝙ prefat⁹ Frãciscus in faciendo dictã scdam donationem censeat predictã quartam partem cõpensasse cum alia quarta parte primo donata prefatis Paschali & Agnete, vel ꝙ alias debuerit eidem Paschali sufficere, et hodie sufficiat prefato Antonio habere vnam ex dictis quartis, p ea que habentur & notantur per doct. in. l. si cũ dotem. §. si pater. ff. solu. matri. l. plane. §. si eadẽ. l. huiꝰ. §. cũ pater. ff. de lega. j. l. cũ pater. §. pater filie. ff. de lega. ij. l. filia legatorum.

11 C. de lega. l. j. primũ itaqꝫ. C. de rei vxo. acti. †de patre primo legãte dotem, aut aliquid pro dote, & postea dotem cõstituete, vel econtra. vbi no. doc. magis communiter, ꝙ filia regulariter debet esse altero ꝯtẽta, nisi appareat patrẽ voluisse ꝙ filia haberet vtrũqꝫ.

12 Qm̃ respondeo ꝙ doct. in dictis passibus loquũtur in dote, †ad quã tenetur pater ex legali necessitate. l. fi. cũ suis simili. C. de do. promis. Propter qđ nõ mirum si, post legatum dotis, vel pro dote factũ, dotẽ constituẽdo, vel econtra, censeat hoc facere ai̾o com-

13 pensandi, †pro eo q: in necessitatibus nemo liberalis existit. Hic vero nõ sumus in dicto casu, nec in simili: q: idem Franciscus nõ tenebatur ex dispositiõe legis facere donationes superius mentionatas dicto Paschali eius filio, sed facte sunt ex spontanea et

14 libera ipsius voluntate: †propter qđ non mirum est si dictum sit vnã quartam non debere compensari cum alia, per id qđ habetur in. l. creditorem. ff. de leg. ij. & in. d. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matri. & qđ no. Bar. & doc. in. d. l. huiꝰ. §. cũ pater. ff. de lega. j. & quod not. docto. in dict a. l. j. §. primum itaqꝫ. C. de rei vxo. acti. Preterea, vt apparet ex instrumento dicte secũde donationis, dictus Franciscus donauit prefato Paschali eius filio quartam

15 partem bonorum suorum mobilium & immobilium quo fit †vt, cum bona intelligantur deducto ere alieno. l. bonorum. & l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signi. not. doct. in. l. eris alieni. C. de donat. censeatur idem Franciscus voluisse ꝙ de bonis, quorum quartam donauit tempore dicte secunde donationis, detraheretur es alienũ, & sic alia quarta iamdudũ & antea donata p eundẽ Frãciscum prefatis Paschali & Agnete: & sic ꝙ cum illa quarta primo donata, nõ cõpensaretur quarta secundo loco donata, per id qđ not. Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. in fi. ff. de ope. libe. Bal. Alex. de imol. & docto. in. d. l. si cum dotem. §. si pater, in illa q. quam ibi mouent post Jacob. de are. de marito ex dispositione statuti lucrantis tertiã partẽ dotis, cum mulier in suo testamento aliquid reliquit, an maritus debeat & lucrum & legatum percipere, an vero debeat vnum compensari cum altero.

Ad secundum quesitum dico et respondeo ꝙ, cum idẽ Anto. sit in potestate dicti Francisci eius aui paterni, sibi tutor dari non potest: qui solũ dari solet pupillis sui iuris. Etiã legitima administratio persone & bonorũ eiusdem

16 Antonij pertinet ipsi Frãcisco eius auo. †Dico tñ ꝙ, vbi idem Frãciscus dissiparet quartam partẽ bonorũ vltimate donatam prefato quondam Paschali, vel etiam male regeret, vel dissiparet bona suis pprius, in quibꝰ, vt predixi, debetur alia quarta prefato Antonio in vim dicte prime donationis, posset & deberet eidẽ Antonio prouideri, & puidendo sibi auferri administratio, & dari sibi curator, per id quod no. doc. magis cõiter in. l. imperator. ff. ad trebel. Bar. & docto. etiã magis cõiter in. l. si constante. in prin. ff. solu. matri. et poterunt vocari cõsanguinei amici. cũ quibꝰ iudex inquiret de quo eisdem videat prouidendũ de curatore & administratore. nõ tamẽ intelligo ꝙ fructus & emolumenta bonorum huiusmodi non spectent & pertineãt eidẽ Francisco, vt priꝰ. Quo vero ad bona per ipsum Franciscũ iam alienata, non potest nec poterit remediũ parte dicti Antonij aduersus possessores, ꝙdiu ipse Frãciscꝰ vixerit, post mortẽ vero peti poterit. l. j. C. de bo. mr̃.

Ad tertiũ dico & respõdeo quia ꝙ, vt colligitur ex tenore dicte secũde donationis, prefatus Antonius videtur debere alimentari & nutriri super fructibus, emolumentis & predijs dicte secunde donationis.

Ad quartum dico et respondeo ꝙ, cum prefatus quondam Paschalis de roserijs non decesserit sine liberis, et sic non euenerit conditio, sub qua idem Paschalis donauit honeste mulieri Joanne morãdẽ eius secunde vxori quinquaginta florenos, ipsa moranda illos petere non potest.

¶ Argumentum.

¶ Quatuor liberi, vel pauciores pro legitima triẽtẽ habẽt: quinꝙ vero, vel plures semissem in quam donatio in premium emancipationis imputatur. A. S.

1 ¶ Decimam partem bonorum pro legitima qui habeant.
2 Es alienum, et funeris impensa deducitur ante legitime detractionem.
3 Exheredatio vel preteritio illicita est, etiã si legitima relicta nisi iure institutionis fuerit relicta.
4 Legata in testamento nepotibus relicta reuocari possunt, & qñ.
5 Pactum de non succedendo inter auum & nepotes an fieri possit, et quando valeat.
6 Filio, vel nepoti ab intestato non successuris nihil est opus relinquere iure institutionis.
7 Donatũ in premiũ emãcipationis imputari debet in legitimam.
8 Renuntians cum iuramento bonis paternis & maternis excluditur, etiã si nihil de bonis sit habitum, nec legitimã petere põt.
9 Repugnantia vitandã est, maxime in contractibus.

¶ De dona. Consil. xxxvi.



Illud certum & indubitatum existit, ꝙ Pontius adequati loci Petrelate, habens tempore eius vite & mortis duos filios, & duas filias, naturales et legitimos, scilicet Petrum & Amantium, Michaelam & Joannã acetiam duo snepotes, et vnam neptẽ, siue duos felezenos & vnã felezenã, scilicet Claudium, Andream, et Andriuetam ex Philippo eiusdem Pontij quondam filio predefuncto, potuit dispo nere et testari de semisse, seu medietate omnium vniuersorum & singulorum bonorum suorum, & in illa medietate heredes instituere prefatos Petrum & Amantium, vel etiam extraneos, si voluisset: alia vero dimidia pars bonorum eiusdem quondam Pontij debebatur pro eorum legitima prefatis filiis, filiabus, nepotibus, & nepti: & hec dimidia pars, nisi pfate Michaela, Joanna, et Andriueta renũtiassent bonis paternis, erat diuidenda inter eos in quinqꝫ partes, quarum vnam habuisset prefatus Petrus, aliam

1 Amantius, aliã Michaela, aliã Joãna, †et aliã habuissent dicti Claudiꝰ Andreas & Andriueta, & probantur in aut. de triente & semisse. §. j. colũ. iij. & aut. nouissima. C. de inoffic. testa. et scdm hoc prefati Claudiꝰ, Andreas & Andriueta, non erant pro legitima habituri nisi decimam partem bonorum dicti quondam Põtij:

2 dico decimã partẽ bonorũ, nõ decimã partẽ hereditatis: †quia legitima debet de eo qđ superest, prius deducto ere alieno, & funeris impẽsa. l. papinianꝰ. §. quarta. & §. qm̃ aũt quarta. ff. de inoffi. test. no. Bar. & doc. in. l. ex facto. la grãde. ff. de here. insti. Qz tñ, vt audio, prefate Michaela & Joanna cõtente suis dotibus, pro eis et ipsarum nomine constitutis per dictum quondam Pontiũ earum patrem, quittauerũt bona paterna p minori summa ꝙ ascẽderet earũ legitima, illud plus accreuit prefatis Petro, Amantio, & nepotibꝰ, dicto videlicet Petro pro tertia parte, Amãtio pro alia tertia parte, & nepotibꝰ pro alia tertia. Potuissent itaqꝫ, si aliud nõ interuenisset, prefati Claudiꝰ & Andreas petere in bonis dicti quõdã Pontij bessem, seu duas partes dicte decime partis, et id quod eis accreuit de legitima prefatarum Michaele et Joanne, necnõ etiã id quod eis accreuit de legitima predicte Andriuete eorũ sororis, que cõtẽta dote pro ea, & ipsius noĩe per pfatum Pontium constituta renuntiauit bonis eiusdẽ Pontij eiꝰ

3 aui pro minori summa, ꝙ fortasse eius legitima ascenderet. †Et si bona eisdẽ Petro & Amantio per dictũ quondã Põtiũ legata et iure institutionis relicta in suo vltimo testamento ascendebãt ad valorem predictorum, non potuissent prefati Petrus & Amãtius de aliquo conqueri: si vero non ascendissent ad illũ valorem, potuissent agere ad supplementum: sed non propterea fuisset testamentum nullũ, postꝙ bona predicta eis relicta extiterant iure institutionis, per id quod not. glos. singularis in auth. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulum. colla. viij. ad quod facit quod not. glos. in. l. iij. §. sed vtrũ. ff. de mino. & in. l. si quis priore. ff. ad trebel. & Bal. in. l. omnimodo. in prin. C. de inoff. testa. Ex quibus omnibus infertur prefatos Claudium & Andream non potuisse, nec de iure posse pretendere, se debere vniuersaliter succedere dicto quõdam Pontio eorum auo pro tertia parte, cum idem Pontius testatus extiterit, & heredes vniuersales instituerit & nominauerit dictos Petrũ & Amantium eius filios: & ipsis Claudio & Andree certa bona particularia reliquerit, quod facere potuit, vt predixi.

Nec possunt etiam ipsi Claudius & Andreas petere bona in testamẽto predicto eisdem relicta: q: post testamentũ predictũ, & tpe facte emancipationis eorũdem, fuerũt alia bona in recõpẽsam pdictorũ eisdẽ tradita per prefatũ quõdã Pontium, & ipsi bona huiusmodi acceptarũt & receperũt, ac illis mediãtibus, et pro eis quittauerunt, & cũ iuramẽto remiserunt omne

runt omne id.et quicquid iuris, actionis,rõnis, partis,fratechie, successionis,acquisitionis,spei,petitionis,& reclamationis,quas habebant,haberecq videbantur & debebãt dicti Claudius & Andreas,& sibi competere poterãt iure hereditario,vel quacũq alia ratione,siue causa in & super aliis bonis,& actionibus tunc presentibus & futuris quibuscunq & vbicũq existentibus, obstante enĩ pacto seu conuentione huiusmodi iuramento firmata non possint ipsi Claudius & Andreas petere bona predicta.c.q̃uis pactum de pac.in.vj.&.c.cum cõtingat,cum suis simili.de iureiurã.

4 †Dictus etiam quondam pontius tempore dictarum factarũ emancipationis & donationis,presentibus & non contradicentibus prefatis Claudio & Andrea,reuocauit dicta legata,qđ facere potuit.l.iij.§.fina.et quod ibi glo.l.cum seruus.&.l.rem legatam.ff.de adimen.lega.et.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de lega.iij.

Nec opponãt mihi p̃fati Claudius & Andreas,q reuocatis dictis relictis, et legatis in testamento antedicto reperiuntur & apparent ipsi Claudius et Andreas in testamento huiusmodi preteriti,& q propterea testamẽtum ipsum no valuerit,aut valeat.aut.vt cum de appella.cogno.§.aliud quoq capitulum.colla.viij.et aut.non licet,cum suis simili.C.de libe.preteri.Quõ dico & respondeo q premissa procederẽt,nisi prefati Claudius & Andreas cõsensissent predicte reuocationi legatorũ seu relictorum,& sic preteritioni eorundem: sed qz reuocationi & preteritiõi huiusmodi pro aliis bonis sibi donatis videntur cõsensisse,dicta iura non obstãt arg.l.non putauit.§.si quis sua manu.ff.de bono.posses.contra tabu.p quo facit gl. & quod ibi per docto.in.l.si quando.§.fi.C.de inoffi.testa.

¶ Preterea etiam non obstant dicta iura,qz prefati Claudius & Andreas contenti bonis sibi donatis renũtiauerunt cũ iura-
5 mento,vt predixi,aliis bonis dicti quondam pontij.†Et sic contenti huiusmodi bonis sibi donatis,ascendentibus non solũ quã tum ascendit eorum legitima,sed longe vltra,pactũ fecerunt cũ dicto quondam Pontio de non succedendo in aliis suis bonis, quod pactum valuit.dicto.c.q̃uis pactũ,de pac.in.vj.ad quod facit.l.j.§.si vel parens,ſm vnum intellectum.ff.si quis a paren.fac.manu.& ita tenet Jaco.Butri.in.l.pactum.C.de colla.Bal.et Ange.in.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de vbo.obliga.Bar.& Bal.in.l.fi.C.de pac.et q̃uis Bal.videatur sentire contrarium in.d.l.si quando.§.illud.C.de inoffi.testa.tamẽ cõiter tenet quod predixi.vt not.Lud.roma.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta.

6 †Nec obstat quod dicitur,filium vel nepotẽ debere habere legitimã titulo institutionis,alias nõ valet testamẽtũ,dicto.§.aliud. Quoniam respondeo q hoc fallit in eo,qui ab intestato non erat successurus.vt not.in.l.posthumas.§.si quis ex his.ff.de inoffi.testa.&.l.posthumus.§.si filium.ff.de libe.et posthumis.l.si qui filiũ.C.de inoffi.test.sed in casu nostro prefati Claudius et Andreas, vtpote habentes integram legitimam,excludentur ab intestato per pactum,siue quittationem & remissionem predictas cum iuramento factas:ergo non fuit opus eos instituere,vel aliquid eisdem relinquere iure institutionis,& ita sensit Bald.in.l.filio preterito.versicu.tertio quero.ff.de iniust.rup.et irri.testa.

Nec aduersus predicta opponat aliquis q,cũ donata tempore emancipationis,vel in premiũ illius,non imputentur in legitimam,secundũ opinionem aliquorum doctorũ,prefati Claudius & Andreas,qui nihil habent de bonis dicti quondam Pontij eorum aui paterni, propter bona eis donata tempore emancipationis,vel in premium illius,nihil videtur habere pro legitima.Quoniã respondeo et dico,q istud
7 non obstat.†Cum qz donatum in premium emancipationis imputari debet in legitimam,vt voluerũt Cyno,de mathe.& Oldra.prout refert Bald.in.l.illud.C.de colla.& in.l.vt liberis.eo.ti.pro quo videtur esse text.in.l.j.§.si parẽs.ff.si quis a parẽ.fac.manu. Tum & qz satis reperitur cautum & conuentum in instrumento emancipationis & donationis predictarum,q bona donata imputarentur in legitimam:quo casu nulli dubium est quin imputari debeant.vt not.Bar.& docto.in.l.in quartã.ff.ad.l.fal.& not.
8 doct.in.d.l.illud.† Et dato q vel conuentum non esset de bonis imputandis in legitimam,vel q ipsi alias hoc facere non tenerẽtur,prout tenentur:quia tamen quittauerunt & renuntiauerunt &c.non possunt petere legitimam,per id quod not,docto.magis cõmuniter in.d.c.q̃uis pactum quod dotali.C.de pac.et dicta.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga.de filia que renuntiauit cũ iuramẽto bonis paternis vel maternis dicentes q illa propter renuntiationem huiusmodi excluditur,etiam si ipsa nihil habuerit de bonis paternis vel maternis.

Nec etiam opponat aliquis q in renuntiatione superius mentionata reseruauerint prefati Claudius et Andreas ius successionis, substitutionis, et legati.Quoniã respondeo q,quatenus ibi est sermo de iure successionis,hoc intelligi debet quatenus inuitarent ad successionẽ dicti quondã Pontij,vel quatenus casus occurreret,in quo eidẽ succedere possent nõ impugnando eius voluntatẽ,vtputa si mutasset testamentũ,in quo eos heredes instituisset,vel si viuente Pontio decessissent dicti Petrus & Amãtius:quatenus etiã est ibi sermo de iure legati,hoc videtur esse intelligendũ,nõ de iure legatorum in dicto testamento relictorum,& que idẽ quondã Pontius in p̃sentia p̃fatorũ Claudij & Andree reuocauit,sed de aliis legatis si que idẽ Pontius postea eisdẽ Claudio et Andree reliquisset. hec enim ita intelligenda sunt propter repugnantiam,que alias videretur interuenisse in renuntiatione,et reseruatiõe superius
9 mentionatis,†que vitanda est,et verba in contractibus apposita ita debent intelligi,vt repugnantiam non contineant,sed adinuentur vt si fieri potest repugnantiã nõ contineãt.per id quod habetur in.j.consti,C.§.quibus.not.Barto.in.l.si.§.penul.ff.de condi.indebi. ¶ Concludo ex premissis,prefatos Claudium et Andream nihil petere posse vltra.et preter bona eisdem donata tempore emancipationis,& in premium illius.

¶Argumentum.

¶Pascua sui territorij immensitate animalium onerare domino nõ permittitur,nec exteris vendere:cũ sint subditorũ.V.§.

1 ☞Territorium est domini illius quod iurisdictionem,& ciuiũ quoad pascua et operas.
2 Dominus iurisdictionis in pascuis territorij nihil potest,nisi vt incola ratione vniuersitatis.
3 Dominus & subditi quo casu veniant ad diuisionem vsus depascendi pascui.
4 Pascuorum facultas quo respectu a iure conceditur.
5 Incolatum possessio non facit.
6 In pascuis modus seruandus secundum cuiusq possessionẽ propter aliorum iniuriam.
7 Bona fides non patitur vt quis habeat rem & pretium.

¶De pascuis. Consilium.xxxvij.

1 Quamuis† quo ad iurisdictionem,territorium ciuitatis,Castri, siue loci sit domini huiusmodi ciuitatis,Castri,aut loci.l.pupillus.§.territorium.ff.de verborum signi.l.bene a zenone.C.de quadrien.prescrip.et.l.extra territorium.ff.de iurisdi.omnium iudi.est tamen hominum, ciuium,& incolarum eorundem ciuitatis,Castri,seu loci quo ad pascua,& alias Explecbas.l.omnes.C.de oper.publi.l.duumuirũ.C.de decurio.lib.x.omne territoriũ.C.de cẽsi.lib.xi.&.l.ij.in fi.& qđ ibi Barto.& Jaco.rebuf.C.de pascu.publi.& quod not.Bar.in.l.
2 fi.C.in qui.cau.colo.do.accu.po.co.lib.†Et licet do.habeat iurisdictionem,vt predixi,in pascuis territorij:nihil tamẽ potest quo ad pascua hmõi,nisi vt incola,cum pascua ipsa sint vniuersitatis hominum ciuitatis,Castri,seu loci,cui adheret territoriũ.l.inhãtum.§.vniuersitatis.ff.de re.diui.facit.l.cum satis.§.caueant.C.de agrico.& censi.lib.xi.Quo fit vt nõ licuerit, vel magnificis dominis loci predicti de Coreis pascua territorij eiusdẽ loci de Coreis vẽdere,locare,seu alias cõcedere extraneis:& ita alias p egregios viros dños arbitros & arbitratores,parte magnifici quondam dñi Castri predicti de Coreis,qui erat pro tẽpore,& vniuersitatis assumptos & electos decisum fuit & nõ solũ nõ pñt dñi Castri de coreis herbagia,siue pascua vendere,locare,seu alias cõce
3 dere extraneis:†quinimo nec possint ipsi eam suorũ animalium q̃titatẽ immitere,tenere & depascere in territorio hmõi, vt & aliis animalibus ciuiũ & incolarũ eiusdẽ Castri herbagia,seu pascua non sufficiant:& vbi hoc facere niterentur,veniendum esset ad diuisionẽ vsus depascendi,ita vt ipsi dñi,& singuli homines & incole pro rata immittere possint,& q nec ipsi domini, nec habitatores vel incole totum territorium absorbeant.l.imperatores.ff.de serui.rusti.predi.facit.l.communi diuidundo.§.cum de vsufructu.ff.communi diui.& ita in simili dicit Albe.l.nemo.§.flumina.ff.de re.diui.et erit diuisio pascuorum huiusmodi faciẽda,vel non habito respectu ad alias facultates eorundem dominorum,
4 ac habitatorum et incolarum Castri p̃dicti de Coreis:pro eo† qz depascendi facultas a iure concedi non videtur respectu faculta
5 tis patrimoniorum,que possidentur in territorio:† sed respectu originis domicilij,seu incolatus,quẽ possessio nõ facit.l.libert⁹.§.sola.ff.ad municipa.vel erit facienda diuisio vsus pascuorũ huiusmodi ſm facultatẽ patrimonij quod quisq inibi habet,tenet,

x possidet, iuxta not. per Albe. in d. l. imperatores. ff. de servi. ru-
6 sti. predio. † Dicit enim ꝙ pro modo possessionum quilibet debet
vti pascuis, ne inibi habens modicas possessiones, in iniuriam et
damnum aliorum plures habentium, magnā animaliū immittēs
quantitatem alios impediat in pascuis, in quibus et similis mo-
dus servandus est, per id quod habetur in l. si cui. ff. de servi. facit
l. item si fundi. et l. vsufructuarium. §. fina. ff. de vsufruc. et l. cum
hi. §. modus. ff. de transactio. c. j. de offi. custo. et c. j. §. fina. titu. de
pa. tenen. et eius violatoribus. et quod dixi distributionem, sive
divisionem vsus depascendi fiendā esse inter dominos, habitato-
res, et incolas loci predicti de Correis, et ipsos dominos propter
excessivum numerum animalium eorundem non debere absorbere
territorium Castri predicti de Correis, maxime ꝓcedere debet in
hoc casu: in quo licet, vt predixi, pascua sint vniversitatis, et ho-
minū eiusdē loci de Correis: ipsi tamen dāt eisdē dominis annis
singulis triginta et septem florenos cum dimidio in pascuorum
recompensam, ne ⁊ ipsi domini videantur herbagia sive pascua,
que sua non existunt, sed vniversitatis, ipsi vniversitati vendere,
7 et nihilominus eadem absorbere: quod nō est fiendum, quia † bo
na fides non patitur ꝙ quis habeat rem ⁊ pretium l. bona fides.
ff. de acti. emp. non etiam patitur vt semel exactū iterū exigatur.
regula bona fides. de reg. iur. in vj. ⁊ ff. eo. titu.

Preterea videtur qđ non solū
non debeāt prefati do. de Correis sic territorium absorbere pro-
pter multitudinem suorum animalium, sed etiam ꝙ non debeāt
vel de iure possint ab vniversitate, et hominibus loci predicti de
Correis exigere dictos triginta ⁊ septem florenos cum dimidio,
quia tempore laudi, in vim cuius ipsos exigere enituntur, domi-
nus tunc de Correis non habebat averia: et si que habebat, illa
erant valde pauca habito respectu ad averia, ⁊ alia animalia do-
minorum modernorum. Propter quod ⁊ quia fuit cognitum per
dictos do. arbitros ⁊c. eum non posse immittere animalia extra-
nea, nec extraneis hominibus vendere, locare, vel alias cōcedere
herbagia, voluerunt ⁊ ordinaverūt ipsi do. arbitri ⁊c. ꝙ vniversi-
tas ⁊ homines eidē dn̄o, qui nihil, vel parum vtilitatis percipere
videbatur ex herbagiis, darent et solverēt annis singulis dictos
triginta septem florenos cū dimidio: ⁊ quia hec causa nunc cessat,
non videntur vniversitas ⁊ homines teneri ad hanc summam, qr
et laudum dictorum dominorum de solvendis dictis triginta se-
ptem florenis cum dimidio, et ratificatio facta per vniversitatem
et homines, videntur in dubio debere intelligi, rebus sic se habē-
tibus. l. quod servus. ff. de cōdi. cau. data ⁊ scd̄m ꝙ apparebat tpe
laudi ⁊ ratificatiōis hmōi. arg. l. rutilia polla. ff. de cōtrahē. emp.
super quo tamē vlterius non procedo ꝓpter celeritatem portito-
ris ⁊ tabellarij.

Argumentum.

Ex compromissi sententia debita pensio annua, si ex causa etiā iniusta non solvatur, pena tamē cōpromissi nō cōmittitur. V. F.

1 ☞ Pensionem a tempore immemoriali debitam an sufficiat allegasse in genere ex causa iusta, vel illam causam reticere.
2 Allegatio temporis immemorialis titulum importat de se, ⁊ habet vim constituti.
3 Solutione annue pensionis subtracta, iudicio possessorio an experiri possit dominus, ⁊ illud intentare.
4 Penam conventionalem et arbitralem quid excuset, si contra eā veniat compromissarius.
5 Pena ex compromisso non committitur, nisi dolus interveniat, etiam si quis erret in iure.
6 Causa quacunqꝫ etiam iniusta, que excusat dolo, excusat etiam a pena, qua ratione doli incurritur.
7 Ablativi absolute positi in conditionem resolvuntur, ⁊ in contractibus positi dispositionem non inducunt.
8 Verba conditionaliter enuntiata dispositionem non inducunt.

De arbi. Consilium. xxxviij.


Existimo qđ difficile es-
set defendere et tueri vniversitatem ⁊ hoīes loci de
Correis, quominus condemnent ad solutionem an-
tique tallie, quam ⁊ ipsi ⁊ sui predecessores solverūt
dominis Castri de Correis qui fuerūt ꝓ tēpore, ⁊ hoc tanto tēpore
ꝙ de initio. vł cōtrio hoim memoria nō existit: put audio ipsos vni-
8 versitatē ⁊ hoīes nō negare. † Qđ ꝓcederet ꝓcedit ēt si do. moder-
ni nec ꝓbarēt, nec allegarēt aliquā specificā, seu spālē, cām ex qua
pretēderēt, aut pretēdāt dictā talliā dꝫberi: dū tn̄ allegēt in gn̄e, ꝙ
tallia hmōi eis debet ex cā iusta, hec est cōis ꝯclusio Jo. an. et oīm
scribētiū l. c. ꝑvenit, de cēsi. ⁊ ita etiā tenuit Pet. in l. si certis an-
nis. C. de pac. ꝓut is Pau. d. ca. ⁊ alij multi dicāt, ꝙ hoc casu nō sit
2 opus etiā expressiōe cause gn̄alis: ꝑ eo, † qr allegatio tāti tpis de
se titulū importat, ⁊ hꝫ vim cōstituti. c. j. in fi. de prescrip. in vj. ⁊ l.
hoc iure. §. ductus aque cum suis simili. ff. de aqua quoti. ⁊ esti.
Preterea facile erit dictis dn̄is allegare nō solū causam gn̄a-
lē, sed etiā specificā: scilicet trāsactiones olim celebratas ⁊ initas
per et inter predecessores olim dn̄os, ⁊ ipsam vniversitatem, et de
quibus apparet ꝑ publicum instrumentum sumptum Anno dn̄i
M. cccxxxix. in quo cōmemorat̄ alia antiqua ⁊ ꝓcedēs trāsactio,
quā partes hincinde sibiinvicē non negabant, sed mutuo confite-
3 bant̄ quo ad capl'm tallie hmōi. † Non puto tamen ꝙ prefati dn̄i
possint pretextu, ⁊ ad causam solutionū a duobus annis subtra-
ctarum experiri aliquo iudicio possessorio, per id qđ habet̄ in l. si.
et qđ ibi Bart. ⁊ doc. ff. quo. bo. no. Jaco. de are. Pe. ⁊ Cy. in d. l.
si certis ānis. C. de pac. Bal. in l. ij. col. vij. ver. ⁊ licet lex. dicat ꝙ
ꝓ luribus ⁊c. C. de servi. ⁊ aqua. qđ fatetur Panor. procedere nō
solū de iure civili, sꝫ etiā de rigore iuris cano. in c. querelā col. vj.
ver. sed cōtra hanc glo. de elec. Et idē voluit in c. ꝑvenit. vbi etiā
dicit legistas tenere cōiter ⁊ indistincte, ꝙ in annuis ꝓstatiōibus
nō sit reperire statū. ad quē possit ꝓtendens sibi subtractā pēsionē
se facere restitui. Ad d. c. querelā, qđ videt̄ facere in contrariū, re-
spondent Jaco. ⁊ Pet. ꝙ contra ipsum opus sit querela quasi ꝓtē-
dant, ꝙ illud de iure non ꝓcedat: sed verius ⁊ longe honestius re-
spondent alij docto. ꝙ illud ꝓcedit, vbi aliquid solvit̄ rōne certe
rei: eo em̄ casu potest agi possessorio, cū persona nō possideat̄: sed
vbi pretēditur pēsio. aut aliud annuū deberi sine respectu alicu-
ius rei, non disponit. c. querelā, ꝙ ꝓ illo detur iudiciū possessoriū:
et si hoc disponeret: cū hec causa agatur nō in terris ecclesie, nec
in foro ecclesiastico, esset servanda lex civilis, postꝙ peccatū non
nutrit. not. dictū. c. querelā. per id qđ no. Jo. an. ⁊ docto. in c. j. de
no. ope. nūtia. et legiste in l. privilegia. C. de sacrosanc. eccle.

Etiā si verum esset qđ vniver-
sitas ⁊ hoīes loci de Correis possent cōveniri ⁊ cōpelli ꝑ do. eiusdē
loci, ad sibi dandū ⁊ solvendum annis singulis cētū florenos, vꝫ
septuagintaduos cū dimidio ad cām, ex causa tallie olim, vt pretē-
ditur, debite: ⁊ trigintaseptem cum dimidio in recōpensam, ⁊ ꝑ
recōpensa herbagiorū ⁊c. non tamē esset verū ꝙ prefati vniversi-
tas ⁊ homines penā cōpromissi olim facti per ipsos. et tunc dn̄m
loci ꝓdicti de Correis, in quodā egregios viros dn̄os Raymūdū
pugeti vtriusqꝫ iuris, ⁊ Gulielmū armerici legū doctores, incur-
rerint ex eo capite, quo ꝓtendant̄ cessasse a duobus annis citra in
solutione dictorū septuagintaduorum florenorum cum dimidio,
quasi censeātur venisse contra sententiā, seu laudū dictorū dn̄orū
arbitrorū, per ipsos vniversitatē ⁊ homines. vt pretendit̄. emolo-
4 gatum. † Tum qr iusta causa litigandi, vel veniendi cōtra pretē-
sum laudū excusat eos a pena conventionali ⁊ arbitrali. per id qđ
no. Jo. an. in addi. Specu. titu. de arbi. §. si. ver. Item quid si com-
promissum. in addi. incipiē. Dynus ⁊c. Pau. de cast. Frā. de are.
et multi doc. in l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. et
Pau. de castr. consilio mihi. c. xxviij. exordiente, Dubitatur pri-
mo ⁊c. et Anto. de butr. in c. quintavallis, charta penult. in xv.
differentia, de iureiuran. quod ꝓcederet etiā si venissent cōtra di-
ctum ꝓtensum laudū, cū crediderint, ⁊ credant se contra illud nō
venisse. hoc voluit Bal. in l. edita actio. colū. viij. ver. octavo op-
po. nām cū mendacio ⁊c. C. de eden. ⁊ post eum Fran. de are. in d.
l. qui Rome. §. duo fratres. Quinimo dicit Fran. de are. in eo. §.
5 col. iij. ꝙ vn' videt̄ esse tex. cū glo. sua singulari, qui ꝓbat † ꝙ pe-
na ex cōpromisso non cōmittit̄, nisi quādo quis est in dolo, etiā si
aliquis erret in iure. hoc dicit ꝓbari ꝑ tex. iūcta glo. in l. de reb'.
ff. de arbi. Quod si ita est, nō solū excusarent̄ vniversitas. ⁊ hoīes
prefati a pena antedicta ꝓpter iustam causam, sed etiam ꝓpter in-
6 iustā: † qr quecūqꝫ causa etiā iniusta excusat a dolo, ⁊ a pena, que
ratiōe doli incurritur. l. igit. §. penult. ff. de liber. cau. no. glo. in l.
j. in fi. magne glo. ff. si quis ius dicē. nō obtem. in l. j. in fi. ff. de abi-
ge. ⁊ in l. plagij. la. ij. C. ad leg. flavi. de plagi. Quod autem prefati
vniversitas ⁊ hoīes habuerint iustā causam, et ex iusta causa ꝓten-
dere potuerint se non teneri in vim dicti ꝓtensi laudi, etiā vt pre-
tēditur approbati, ad dictos septuaginta ⁊ duos florenos cū di-
midio, hoc apparet ex rōnibus ⁊ causis plenius allegatis ꝑ specta-
bilē quondā virū dn̄m Christophorū borini, virū ꝑfecto doctissi-
mum ⁊ moltū exercitatū. Tum etiā non inciderūt in penā antedi-
ctam: qr si bene attendat̄ ad laudū dictorū dn̄orū arbitrorū, illud
nullā continet dispositionē quo ad dictos septuaginta ⁊ duos flo-
renos cū dimidio, nec in illis vident̄ ipsi do. arbitri eosdē cōdem-
nasse. dicit̄ em̄ ibi eosdem do. arbitros in quandā recōpensam co-
gnovisse et ordinasse ꝙ dicti vniversitas, ⁊ hoīes tenerent̄ singu-
lis ānis dare do. dicti loci de Correis, inclusa talia sancti. Michae-
lis ⁊c.

lis ⁊c. Attende enĩ ꝙ in laudo dicit in recõpensam propter quod verbũ satis apparet, ꝙ ipsi nõ intẽdebãt cõdemnare vniuersitatẽ et hoĩes ad dandũ dictos cẽtum florenorũ: nã isti non erant dandi in recõpensam, sed solũ trigintaduo cum dimidio: et alij ꝓ ptensa tallia. quod etiam exponunt et declarant ipsi dñi arbitri in dicto eorum laudo. Qr ergo ordinauerunt aliquid dandum in recompensam, cẽsendũ est eos voluisse ordinare de illo, quod vltra ⁊ preter summam dicte pretẽse tallie dari volebant dño de Coreis.

¶ Preterea verba illa, inclusa tallia, ponuntur ibi in ablatiuis
7 absolute positis, † qui resoluunt in conditionem. l. a testatore. ff. de condi. et demon. et. l. euictis. ff. de vsu. et ablatiui absolute positi in cõtractibus dispositionem nõ inducunt. l. ab emptione, ⁊ quod ibi Bar. et docto. ff. de pac. Et hinc dicit Bart. ꝙ si cõuenerit vt redditis ad te omnibus, pretium non dares, per hoc agi non videtur, vt reddere tenearis: quamuis ergo prefati do. arbitri ordinauerint et cognouerint, ꝙ vniuersitas et homines predicti darent centum, inclusa tallia: non tamen cognouerũt vel ordinarũt ꝙ ipsi darent talliam. Sed perinde fecerunt, cognouerunt, et ordinarunt, ac si ordinassent et cognouissent, ꝙ vniuersitas ⁊ homines darent centum, si tallia includeretur: per que proculdubio
8 non essent condemnati ipsi vniuersitas et homines, † qr verba cõditionaliter enuntiata dispositionem non inducunt. l. si quis sub conditione, cum suis simili. ff. si quis omis. can. testa. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Furnos, aut molendina parata habere dominus subditis ex transactione qui debet: aut exinde ipsis subditis liceat propria sibi construere, si parata habere cessat, exinde possunt subditi propria tenere, ⁊ in eis coquere, vel molere. A. F.

1 ☞ Ad furnum alienum vel molendinum ire, ⁊ ibi coquere vel molere est mere facultatis.
2 Dominus an possit prescribere vt subditi in suo furno coquant.
3 Fides illi seruanda non est, qui eam non seruat.
4 Transactio per dominum cum subditis inita, ne priuatos furnos haberent, sed ad suum munitissimum coquerent, non seruat seruanda non est. ⁊ nu. 6.
5 Transactio est contractus innominatus.
7 Arguendi modus a cõtrario sensu in iure fortissimus est, qui locum habet etiam in pactis ⁊ contractibus.
8 Tacite actum pro expresso haberi debet, quoad iuris effectum.
9 Dictio tunc notat temporis extremitatem.
10 Nullum verbũ positum in aliqua scriptura debet vacare, vel superflue poni.
11 In scriptura non solum vnaqueqꝫ clausula, sed etiam vnũquodque verbum prolatum esse debet cum potestate operãdi, si fieri potest.
12 Dictiones quoad, donec, q̃diu, apposite ad limitationem dispositionis preambule, ⁊ inductiue cõditionis, sunt extinctiue dispositionis precedentis, ⁊ habent virtutem repetitiuam, vt dispositio suum resumat effectum impedimento cessante.
13 Moras an purgare possit ex transactione agens ⁊ qualiter.

¶ De seruitutib. ⁊ aqua. Consilium. xxxix.

1 

Illud † certũ est qd cuz ire ad furnum, vel molendinum alienum, ⁊ inibi panem coquere, vel in illo bladum molere sit mere facultatis, vt sentit Bal. post Pet. in. l. j. col. ij. C. de serui. ⁊ aqua. Pe. de ancha. cõsilio mihi. cvij. exordiẽte, Summe prudentie ⁊ autoritatis apud Grecos Plato ⁊c. Ambro. de vigniate in repeti. l. de quibus. ver. Idem dico ego si omnes veniant ⁊c. ff. de leg. ⁊ Cano. in. c. significante. de appella. poterant olim, et hodie possent vniuersitas et homines loci de Coreis facere, ⁊ habere ꝓprios furnos, et in illis panez suum decoquere, vel ire ad furnũ alienũ etiã alteri⁹ q̃ do. eiusdẽ loci, ⁊ in illo panem suum decoquere: etiam si per tempora longissima iuissent ad decoquendum dictum eorum panem ad furnum dicti do
2 mini de Coreis, et suorum predecessorum. † Quia cum hec, vt predixi, sint mere facultatis, nõ poterat idez dominus, nec dicti eius predecessores, etiam per tempora longissima ex hoc prescribere, ꝙ extũc in antea tenerentur vniuersitas et homines accedere ad eius furnum siue furnos, ⁊ in illis, et non in alijs coquere panem suum. Et ita not. et firmat Bald. Ambro. de vina. Petr⁹ de ancharano. et Canoñ. in locis superius allegatis. Uerum quia olim de Anno videlicet domini Millesimo tricentesimonono, inita est transactio per et inter magnificum quondam et potentem virum dominum Ysnardum de Glandeues, tunc dominum loci pdicti de coreis ex vna, ac vniuersitatem et homines loci predicti de Coreis: in qua inter cetera caueri dicitur, ꝙ predicte vniuersitati, aut singularibus personis eiusdez, aut alteri⁹ cuiusuis status vel conditionis, nullo vnq̃ tempore liceret infra castrum predictum, vel eius territorium construere, facere, habere, vel tenere, seu etiam reficere furnum vel furnos, simul, aut singulariter per se, vel cum alio pro coquendo panem in eo, vel eis, etiam ad opus proprium vel alterius cuiuscunqꝫ: nec etiam ad furnos infra predictum castrum, vel eius territorium tunc constructos, vel pro tempore construendos accedere, vel mãdare pro coquẽdo in eis. Et hoc q̃diu ipse quondam do. Ysnardus, et sui successores furnũ, seu furnos tũc p̃sentes, et futuros tenẽt et tenerẽt paratos ⁊c. ꝓut ibi: non liceat, nec licuit prefatis vniuersitati vel hoĩbus obstante transactione huiusmodi, ibi edificare, facere, vel habere furnum, vel etiam coquere in alio furno, q̃ dñi loci p̃dicti de Coreis: et hoc q̃diu idẽ do. de Coreis habuit furnos paratos, munitos, ⁊ sufficienter expeditos furnalitijs, in furnibulis, lignis, ⁊ furni magistris, ⁊ alijs necessarijs iuxta ⁊ s̃m formã et tenorẽ predicte trãsactionis, et certorum capitulorum inibi insertorum. Sed postq̃ idem dominus transactionem predictam, licet debite, et alias ꝓut oportuit iuxta formã trãsactionis hm̃oi requisit⁹, obseruare ꝑtermisit, licuit p̃fatis vniuersitati ⁊ hoĩbus discedere a suis furnis, vel ad eos nõ accedere, et sibi ꝓprios furnos cõstruere, tenere, ⁊ in
3 illis decoquere panẽ suũ. † Tũ qr cõuentio, siue fides illi seruãda nõ ẽ, q eã nõ seruat. l. ij. cũ ꝓponas. la. ij. ⁊ ꝙ ibi p oẽs doc. C. d pac.
4 ⁊. c. ꝓuenit. le. ij. ⁊ qd ibi p doc. de iureiur. † ꝙ proculdubio procedit ⁊ ꝓcedere dꝫ in hoc casu, in quo idẽ do. de Coreis cõuẽtionẽ siue fidẽ nõ seruat circa capl̃m, in quo se astrinxerũt vniuersitas et hoĩes añdicti ad nõ faciẽdũ, habẽdũ, aut tenẽdũ furnũ ⁊c. vt not. Pet. Cy Sali. Fulgo. ⁊ alex. de Imol. in. d. l. cũ ꝓponas. quãuis fortasse aliud esset, s̃m eos, si idẽ do. trãsactionẽ hm̃oi nõ seruaret circa idẽ capl̃m, vel illi cõnexũ, p id qd no. gl. in. l. si duo. ff. de do. q̃ ꝓpterea nõ obstat. Etiã nec obstat. l. inciuile ⁊ qd ibi Bal. in pnc. C. de rei ven. ⁊ qd no. doc. in. d. l. cũ ꝓponas, quatenus inibi no. ꝙ dicta. l. cũ ꝓponas, nõ hꝫ locũ in ꝯtractib⁹ noĩatis post cõ executionẽ: vt verbi grã, si librũ ꝓ decẽ vẽdiderim, ⁊ tradiderim eũ pro
5 ri, nõ ꝓpterea possum eũ repetere, qr decẽ nõ soluunt. d. l. inciuile. † Qm̃ r̃ndeo ꝙ transactio nõ est cõtractus noĩatus, sed innoĩat⁹. vt no Bar. Alex. de Imol. ⁊ doc. in. l. fine apud. C. de trãsac. Bar. in. l. iurisgentiũ in prin. ff. de pac. Bal. C. de re. pmu. sup rubrica. ⁊ Alex. de Imo. in. l. j. ff. eo. tit. Pro quo est bonus text. in. l. ij. ff. de iureiuran. inducendo, vt ibi p Bar. ⁊ in. l. j. §. conuẽtionis. cũ glo. in verbo, transigendi, inducendo vt ibi per Bar. ff. de pac.

6 Presupposito † igitur citra preiudiciuz veritatis, ꝙ do. modernus loci p̃dicti de Coreis, vel sui p̃decessores aliqñ obseruassent transactionez ⁊ capl̃m, de quibus supra: si tñ dñs ipse postea cõtrauenerit in nõ obseruãdo capitulũ hm̃oi, licuit ⁊ licet eisdẽ vniuersitati ⁊ hoĩbus capl̃m p̃dictũ nõ obseruare, ⁊ sic cõstruere, habere, ⁊ tenere furnos proprios, ⁊ in illis coquere, vel ad alios accedere, ⁊ in eis decoquere panem suuz, per p̃dicta. Tũ etiã hec eis facere licuit ⁊ facere licet qr vt apparet ex forma p̃dicti capl̃i, ipsi vniuersitas ⁊ hoĩes nõ se astringerunt ad cõstruendũ, habendũ ⁊ tenẽdũ furnos, ⁊ in eis vel alijs, q̃ furnis dñi, nõ coquendũ, nisi q̃diu ipse quondã do. Ysnardus, ⁊ sui successores furnos tũc p̃ntes ⁊ futuros haberẽt ⁊ tenerẽt paratos ⁊c. Et al's iuxta formã ⁊ tenorẽ capl̃i s ipi⁹ mẽtionati, ⁊ certorũ aliorũ p̃cedentiũ. Quo fit vt, etiã si aliud nõ cõuenisset, potuissent, ⁊ potuerint ipsi vniuersitas ⁊ hoĩes, dicto do. Ysnardo, vel suo suc
7 cessore hec nõ obseruante, facere, habere, et tenere furnos ⁊c. † arguẽdo a cõtrario sensu, q arguẽdi mod⁹ in iure fortissim⁹ est. l. j. §. huius rei. et qd ibi glo. et doc. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. qui modus arguẽdi etiã locũ obtinet in cõuẽtionibus ⁊ pactis. l. in socerũ. §. cum inter. ff. de pac. dota. no. Alexã. de Imo. in. l. si cũ dotẽ. in prin. ff. solu. matri. ⁊ Bald. in. l. cõuẽticulã. col. ij. C. de epis. ⁊ cle. hoc etiã voluit Panor. in. c. cũ ap̃lica. col. ij. d his q̃ si. a pla. Et huius dicti rõ est, qr ꝯtrari⁹ sensus venit ex tacita mẽte dispo
8 nentiũ. † id aũt qd tacite agit pro expresso haberi dꝫ quo ad iuris effectũ. l. cũ quid. ff. si cer. peta. Facit. c. ex parte. de spõsa. Tũ etiã qr nõ solũ tacite cõuenit qd p̃dixi: sed etiaz expresse, vt apparet in d. c. in quo legitur cõuentũ ⁊ transactũ ꝙ vbi, ⁊ si quo casu dictus quondã do. Ysnardus, ⁊ successores nõ teneret. vel nõ tenerẽt furnos sufficiẽtes, ⁊ bene ac decẽter paratos, ordinatos, et munitos, ꝓut ibi, ⁊ ipse debite requisitus, ꝓut etiã ibi, nõ ꝓuideret infra terminos ⁊ dilationes, de quibus in eo. caplo, tunc ⁊ eo casu, ac etiaz exinde liceret eidẽ vniuersitati, ⁊ cuilibet psone eiusdẽ facere ⁊ cõstruere furnũ ⁊ furnos, ⁊ eos habere ⁊ tenere, ac in eo vel eis panẽ coquere: ⁊ ad alios accedere ꝓ libito volũtatis, ⁊ sine cõtradictiõe aliqua, vel impedimẽto: cui⁹ cõuẽtionis verba clara sunt. Et ideo

ꝓ eis nõ est recedendũ.l.ille aut ille §.cũ in verbis.ꝛ.l.nõ aliter.
cũ suis simili.ff.de lega.iij.Hec aũt cõuẽtio cum non cõtra leges,
constitutiones ꝛc.seruãda est.l.iurisgentiũ.§.pretor ait,cum suis
simili ff.de pac. Et maxime cum per eam redirtetur et redeundũ
esset ad ìuterã facultatem et causam, per quam non precedente
transactione,de qua supra,poterant ꝛ possent,vt prediri,vniuer-
sitas ꝛ homines prefati facere,habere,et tenere furnos, et in illis
de coquere,vel ad alios accedere.

Et puto ꝙ non solum licuerint

et liceãt p̃dicta vniuersitati et hoĩbus predictis,illis vcꝫ tẽpori-
bus,quibus p̃fatus do.moderans non habuit, habet,et imposte-
rum non habebit furnos p̃dictos paratos,sed etiã si imposterũ
illos paratos ꝛc.habeat:q in transactione et capitulo p̃dictis nõ
soluꝫ dictũ ꝙ,cũ dictus quondam do.ysnardus,ꝛ sui successores
9 non teneret,vel non tenerent furnos sufficientes ꝛc.†tunc liceret
ꝛc.que dictio notat tẽporis extremitatem,vt no.Bart.ꝛ docto.in
l.in substitutione.ff.de vulga.ꝛ pupilla.Joã.de Jmol.in.l.gallus.
in princip.ff.de libe.ꝛ posthu.et sentit glos.in cle.j.de conces.prebẽ.
ꝛ in.c.vt super.de appella.in.vj.sed etiam dictum est ꝙ tunc,et eo
casu,ac etiã exinde,eidẽ vniuersitati ꝛ cuilibet p̃sone eiusdẽ liceret
facere ꝛ cõstruere ꝛc.et eos habere et tenere. Per que verba clare
apparet ꝙ nõ solũ intendebãt partes cõuenire,pacisci,et trãsige-
re,ꝙ tunc ꝛ eo casu,quo dñs non haberet furnos sufficiẽter para-
tos ꝛc.liceret vniuersitati,et cuilibet p̃sone eiusdeꝫ facere habere,
et tenere furnos ꝛc.sꝫ etiã exinde.Et sic a tẽpore illo,etiã si postea
dñs furnos haberet paratos:alias dicere suffecisset tũc ꝛ eo casu,
10 ꝛ sic dicta verba,ac etiã exinde,fuissent ꝛ essent superflua.†Quod
non est censendũ,q nullum verbum positum in aliqua scriptura
debet vacare,vel superflue poni.c.si romanorũ,ꝛ qd ibi gl.super
verbo,membranas.di.xix.c.sic eñi.ver.Jtẽ vbi ait:ecce ego Pau
lus,et quod ibi glo.xxviij.q.j.c.solite.et quod ibi.glos.de maio.et
11 obe.l.si stipulatus.in princi.ff.de vsu.†Debet eñi non solum vna
queq; clausula,sed etiã vnũquodq; verbum p̃latum esse cum po-
testate operandi si fieri potest,per iura p̃dicta.l.hac lege.ff.de con-
trahẽ.emp.quod etiã voluit Bal.C.eod.titu.super rubrica.in.ix.
q.ꝛ Angel.cõsilio mihi.ccl.exordiẽte,ser Symon de regio suũ cõ
didit testamentum ꝛc.Pet.de ancha.consilio mihi.lxiij.exordien
te,Pro clariori decisione ꝛc.Pau.de cast.consilio mihi.cxj.exor-
diente,Substitutio p̃dicta facta Antonio ꝛc.Pro quo allegat.l.
j.in fi.ff.ad municip.l.iij.§.neq; frustra.ff.de iureiuran.ꝛ.l.si qñ.
12 cũ suis simili.ff.de lega.primo.†Ex quibus infero ꝙ,licet dictio
nes quoad,donec,q̃diu ꝛ similes,apposite ad limitationem bene-
ficij concessi,seu dispositionis preambule,ꝛ inductiue conditionis
extinctiue dispositionis p̃cedentis,prout not.Bar.in.l.j.ver.secũ-
do principaliter quero.de condi.et demon.censeantur.prout etiã
paulopost not. Bart.in dicta.l.j.habere quandam virtutem repe-
titiuam,vt dispositio suum reassumat effectũ,impedimẽto cessan
te.l.penulti.ff.de excusa.tuto.et.l.sicut in annos.in princ.ff.quib'
mo.vsufruc.amitta.istud tamẽ non nocet hic:cum,vt prediri.ex-
presse appareat de mente contrahentium,qui non soluꝫ voluerũt
vniuersitateꝫ et homines posse facere;habere,et tenere furnos ꝛc.
eo tẽpore quo dictus quondã do.ysnardus,et sui successores non
habẽt,vel haberent ꝛ tenerent ꝛc.sed etiã exinde,et sic etiã eo tem-
13 pore,quo haberent paratos.†Nec puto ꝙ p̃fatus dñs de Coreis
possit p cõseruatione sue p̃tense actionis,que ex transactione,de
qua supra,orta extiterat,purgare moraꝫ cõmissam per interpella
tiones sibi factas,de quibus in actis,et quibus lõgo tẽpore distu
lit annuere,nec etiã adhuc fecit quod facere requirebatur.l.si ita
quis promiserit.§.scia,et quod ibi per doct.ff.de verbo.obliga.et
quod per dictum.§.not.Alex.de Jmo.et doc.in.l.si insulam.eod.
titu.Et quanuis multa alia dici possent super isto articulo:q ta
men ille mihi non videtur habere aliquod dubium ego vlterius
non insisto.Qui tamen premissa dixerim,sub correctione cuiusli-
bet domini melius sentientis.

Argumentum.

Procuratoris mandatum non habentis,ceterum saltem taci-
te p partes approbati,substitutio processus nullitatẽ tollit.A.F.

1 Mandatum ad illum non extenditur, qui in procuratorio
non nominatur,et an trahatur ad alias personas per generales
clausulas.
2 Dictio,iuxta, posita in nota substitutionis relatiue se habet ad
potestatem concessam,ꝛ ponitur aliquando conditionaliter,ꝛ ali
1 diẽ. xxvj. mensis Januarij, † ex eo qꝛ interim ꝛ vsqꝫ ad hoc tẽpus fuit eadem Antoneta impubes, cõtra quã nõ currit prescriptio etiam xxx. aut xl. annorũ. l. sicut in rem. versi. non secus. C. de pscrip. xxx. vel xl. annorũ. post annum vero pdictũ vsqꝫ ad annũ do. M.cccclxxxvj. ꝛ diem. xxviij. mensis Septẽbris, quibus anno, mẽse ꝛ die incboata est cã presens, nõ potuit incboari ꝛ compleri pscriptio. xxx. annorũ: qꝛ ab anno pdicto qnquagesimoocta no vsqꝫ ad dictum annũ octuagesimũsextũ non cucurrerũt. xxx. anni: qui tñ erãt necessarij ad hoc, vt prefatus quondã Jacobꝰ, vel sui heredes prescriberent, ꝛ prescriptionem complerent contra dictam Antonetã, pro eo qꝛ, cũ appareat pronidũ quondam virum M. Grani patrẽ huius Antonete habuisse ꝛ possedisse ter
2 ram, de qua supra, † ꝛ viceuersa non appeat siue cõstet dictũ quõdam Claudium gruelli habuisse titulũ, vel aliud, per quod presumi debeat fuisse bonefidei, ipse pſumitur ꝛ censetur fuisse malefidei possessor, per id quod no. Bar. ꝛ doct. in. l. celsus. ff. de vsucap. Bal. in. l. eum qui. §. pretor ait. ff. de publi. ꝛ cano. in. c. si diligenti. de prescrip. Hec aũt mala fides dicti Claudij gruelli nocuit successori, etiam particulari, quo ad hoc, vt prescribere non potuerit minori tẽpore triginta annorũ. aut. malefidei possessor C. de prescrip. lon. tempo.

Veruntamen quãuis prescri-

ptio huiusmodi dictis Gruello ꝛ Marino nõ suffragetur, puto tamẽ ꝙ processus non valeat, defectu libelli parte dicti magistri Lagerij in prima causa oblati, ex cuius tenore non appet aliquã aptam actionẽ extitisse deductã, saltem pertinẽter ꝛ cõgrue, ꝛ quidem non rei vendicationem: quia ꝙuis illa possit cedi ꝛ remitti,
3 † tamen ppter illius cessionẽ non trãsfertur dominiũ rei, p qua ceditur in cessionariũ, pro quo allegasse sufficiat qḋ no. Dyñ. in regula pro possessore. de reg. iu. in sexto. Bar. ꝛ docto. in. l. fin. C. de here. vel acti. vendi. ꝛ Sali. in. l. j. q. fina. C. de actio. ꝛ obligati. Quo fit vt, cum non appareat de expeditione ꝛ traditione terre in actis mentionate facta per dictũ Lagerij, non potuerit nec de iure debuerit idem magister Lagerij petere in conclusione dicti sui libellli declarari terram pdictam pro dimidia eius parte ad se pertinere, sed potius debuisset petere declarari illam pertinere ad prefatam Antonetam, vt apparet ex his que no. Bar. in dicta. l. fin. C. de here. vel actio. vendi. ꝛ Pet. Jaco. in suis libe. titu. de rei vendi. que compe. excessi. Dictus etiã libellus peccauit in alio, p eo videlicet quod inibi non est ppositum, terrã predictam spectasse ꝛ ptinuisse iure dominij ꝛc. prefato quõdã Bertrando grani, sed dictum est, quod ipse Bertrandꝰ habuit ꝛ possedit quandam terram ꝛc. p que non apparet esse deductum do-
4 miniũ, ꝛ quidẽ non per verbũ possedit, † qꝛ dominium ꝛ possessio sunt diuersa. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. pos-
5 sess. Etiam nec per verbum habuit: † qꝛ non solum habemus ea, quorũ dominia ad nos ptinent, sed etiam ea que nobis cõmodata, vel apud nos deposita existunt, ꝛ alia huiusmodi, vt no. Frãc. de are. in. l. si de eo. §. ꝛ si forte. ff. de acquiren. possess. Pro quo allegat. l. stipulatio ista habere licere. in princi. ff. de verb. obli. pec-
6 cauit itaqꝫ in altero ex extremis. ¶ † Etiam nec ptinẽter fuit deducta actio publiciana: quia illa non datur nisi ei, cui fuit res tradita vt no. Bald. in. d. l. eum qui. §. pretor ait. ff. de publi. ꝛ in l. cum res. C. de probatio. Bart. in dicta. l. celsus. ff. de vsucap. et Joan. fab. in. §. sed iste. instit. de actio. Hic autem nõ est deducta aliqua traditio: quinimo nec fuit propositum, ꝙ dicta quondam Antoneta, a qua causam habuit dictus magister Lagerij, vllo vnꝙ tempore possederit. Preterea publiciana non datur cõtra titulo possidentem, quando agens ꝛ possessor habent titulũ a diuersis, vt in casu, numero. l. sine autem. §. si duobus, ꝛ quod ibi p docto. ff. de publi. de quo etiam p docto. in. l. rez. que nobis. ff. de vsuca. ¶ Dictus etiam libellus non videtur posse adaptari alicui iudicio possessorio reintegrande possessionis, prout colligi potest ex discursu libelli huiusmodi. Ex quibus mihi videtur dictũ magistrũ Lagerij non posse in hac cã obtinere, nisi forte super desertione appellationis, super qua scribere non valeo, p eo qꝛ vt puto, erratũ est in principio processus appellationis. Et sic plene nec secure videre possum, si ex capite negligentie commisse in primo fatali sit appellatio deserta, vel non.

¶ Argumentum.

¶ Si fideicommisso grauauero eos, quibus nihil reliqueram, eo ipso reliquisse videor id, ad quod verba dispositionis accommodari possunt. V. F.

1 ¶ Honoratus oneratur.
2 Testator an ꝛ quando filios filiorum suorum possit grauare per fideicommissum.
3 Bastardo fideicommissum relictum an ꝛ quando valeat.
4 Filius omnino incapax an ꝛ quando possit heres institui.
5 Institutione corruente corruit ꝛ reliquum.

¶ De insti. ꝛ substi. Consi. lvij.



Nobilis quondam ꝛ generosa mulier Alisia de taulignano domina rupisfortis pridem, de Anno domini. M.ccccxxij. condidit eius vltimũ ꝛ nuncupatiuum testamentum sufficienti testium numero ꝛ alijs de iure requisitis fulcitũ ꝛ roboratum: in quo inter cetera heredẽ vniuersalem fecit, instituit, ꝛ nominauit nobilẽ ꝛ generosum virũ Eynerium de podio: ꝛ inter alia inibi disposita, ꝛ per ipsam fieri ordinata legauit, ꝛ iure legati reliquit nobili viro Joanni de vaesio filio naturali donato, nobilis quondã Ludouici de vaesio eiusdem nobilis Alisie filij naturalis ꝛ legitimi predefuncti certa bona immobilia, ac iura, ꝛ res alias inibi plenius expressas: si idem nobilis Joannes quandocunqꝫ sine libero seu liberis a suo proprio corpore, ꝛ de legitimo matrimonio procreatis seu pcreãdis aut sui liberi sine liberis, ꝛ liberi liberorũ suorũ sine alijs liberis ex legitimo matrimonio, put supra, procreãdis decederẽt eidẽ, sic decedenti, seu decedẽtibus substituit nobiles ꝛ generosos viros Joãnem, Antonium, ꝛ Aymarũ de voro nepotes suos, ꝛ ipsorum quemlibet equis partibus ꝛ portionibus inter eos diuidendis. Et post eos, eorum ꝛ cuiuslibet ipsorũ liberos ab eorum, seu alterius eorundẽ proprio corpore ꝛ ex legitimo matrimonio procreatos seu procreãdos, ꝛ liberos liberorũ suorũ ex legitimo matrimonio pcreandos, ꝛ sic successiue omnẽ eorũ ꝛ cuiuslibet ipsorum progeniẽ ex legitimo matrimonio procreandã, vsqꝫ in infinitũ. Deinde fecit reciprocas substitutiones inter eosdem nobiles Joannem, Antonium, ꝛ Aymarum, super quibus ꝛ alijs vlterioribus, sine sequentibus, vtpote non necessarijs, non insisto. ¶ Quesitum est an, si contingeret dictum nobilem Joannem ab humanis sine liberis decedere, superstitibus prefatis nobilibus Joanne, Antonio, ꝛ Aymaro, vel eorum liberis, esset locus substitutioni supra primo loco mentionate, ꝛ an in vim substitutionis huiusmodi possent ipsi nobiles Joannes, Antonius, ꝛ Aymarus, vel eorum liberi petere dicta bona. ¶ Secũdo quesitum est an, si contingeret dictum nobilem Joannẽ de vaesio decedere superstitibus liberis ex suo proprio corpore ꝛ de legitimo matrimonio procreatis: ꝛ deinde cõtingeret eosdem liberos sine liberis naturalibus ꝛ legitimis decedere, superstitibus prefatis nobilibus Joanne, Antonio, ꝛ Aymaro, vel eorum liberis, esset locus substitutioni, de qua supra, in personis eorũdem nobiliũ, vel dictorum suorum liberorum.

Viso casu de quo supra ac que

stionibus ꝛ dubijs ex eodem elicitis, dico ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum respondeo, ꝙ que-
1 situm huiusmodi nullam habet difficultatem. † Cum enim dicta nobilis Alisia eundẽ de Vaesio in his bonis honorauit, potuit vtiqꝫ eum in bonis hmõi onerare, ꝛ ipsum nobilẽ de Vaesio grauare de bonis hmõi restituendis dictis nobilibus Joãni, Antonio, ꝛ Aymaro, vel eorũ liberis, pro quo allegasse sufficiat id qḋ habetur in. l. cum hi. §. idem erit dicendũ. ff. de transl. l. cũ pater. §. eorum. ff. de leg. ij. facit. l. conficiuntur. in prin. ff. de iu. codi. l. si docueris. C. de fal. ꝛ quod habetur per tex. a contrario sensu, gl. ꝛ doct. in. l. ab eo. C. de fideicom. Et cum eadẽ nobilis Alisia voluerit, ꝛ in dicto suo vltimo testamento disposuerit, ꝙ moriente sine liberis dicto nobili de Vaesio, prefati nobiles Joãnes, Antonius, ꝛ Aymarus in dictis bonis succedant, hoc erit obseruãdum. l. j. C. de sacros. eccle. ꝛ auth. de nup. §. disponat. cum suis si. collat. iiij. facit. l. in re mandata. C. manda.

2 † Venio ad secundum quesitũ

super quo dico, ꝙ difficultas huiusmodi videtur adangeri propterea que no. Bar. in. l. centurio. versic. quero vlterius, ꝛ qḋ ibi per doc. ff. de vulg. ꝛ pup. Bar. in. l. sed ꝛ si sic. §. j. ff. de leg. iij. ꝛ qḋ ibi Bal. Bar. in. l. codicillis. ff. de vsufruc. lega. Bal. ꝛ Sali. in. l. precibus, circa fi. C. de impube. ꝛ alijs substit. Bal. in. d. l. ab eo. C. de fideicom. Jo. de imo. ꝛ alij in ca. raynutius. de testa. super illa q. de qua inibi querunt, an, si testator filium heredẽ instituerit, ꝛ si filius sine liberis decesserit, vel eius liberi sine liberis, substitue-

rit

rit titiũ,ꝛ deinde contingat filium heredem institutum mori su-perstitibus liberis,ꝛ postea cõtingat liberos hmõi quibus ꝑ testatorẽ nihil relictum extiterat decedere sine liberis supstite titio substituto,debeat idem titius succedere.Sup quo articulo,vt apparet ex his que no.doct.prefati in locis superius allegatis,ꝛ alij in alijs,sunt varie opiniones verũtamen doct.videtur communiter in hoc conuenire,ꝙ vbi onus fideicõmissi iniũctũ fuit heredi instituto,ꝛ sic per testatorẽ honorato,valet fideicõmissum,nõ solũ si sine liberis moriat̃ filius:sed etiã si filius moriatur superstitibus liberis qui postea moriãtur ꝛ decedãt sine liberis.censetur enim filius eo casu sub duplici cõditione alternatiua grauatꝰ,scilicet si ipse sine liberis decesserit,vel si eiꝰ liberi sine liberis decesserint,hoc casu enim reperitur grauatus qui fuit honoratus:licet in persona heredis istius primi filij existat conditio.Et ita voluit.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.ꝛ pupil.l.legato sub conditione.ff.de condi.ꝛ demonstra.ꝛ ita voluit Bar.in.d.l.centurio,versi.quero vlterius,quẽ docto.sequũtur communiter in locis superius allegatis,ꝛ psertim ꝛ maxime Bal.ꝛ Sali.in.d.l.precibus,ꝛ Alex.in.d.l.centurio,qui etiam sic vna vice consuluit,ꝛ Bart.in quodam suo consilio exordiente,Andreas ꝛc.ꝛ Lanfran.in repeti.c.si pater.ver.septimo queritur de questione sepius in facto cõtingente ꝛc.de testa.Sed vbi onus fideicommissi siue grauaminis huiusmodi iniũctum extitisset liberis liberorũ,quibus nihil videtur relictum,esset maius dubiũ quo casu tamen Bar.in dicto ver.quero vlteriꝰ,adhuc dicit valere fideicommissum:adijciẽs ꝙ ex quo testator grauauit filios filiorũ,videtur etiã eisdem reliquisse.l.denique.§.interdum.ff.de pecul.lega.pro quo secundum eum facit.l.alio,in fine.ff.de ali.ꝛ cibarijs lega.ꝛ.l.si ita stipulatio.in princi.ff.de ope.liberto.quẽ sequitur Ange.are.insti.de pupil.substi.§.extraneo,ver.quid si non tantum.de quo articulo vide Alex.de Jmol.in.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad trebel.Et eo fortius procederet hoc,si verũ esset ꝙ liberi positi in conditione censeãtur substituti:prout olim,secũdum ꝙ referũt docto.in.l.j.C.de condi.inser.voluit Oldr.ꝛ idẽ voluit Bal.in antiquis recollectis in.d.l.j.prout refert Pau.de cast.consi.mihi.cccxxxvj.exordiente,Dubitatio vertitur de bonis dicti quondam Frãcisci ꝛc.Pet.de ancha.consi.mihi.lxxij.exordientẽ,Contra Philippum faciũt no.ꝛc.ꝛ plenissime Barba.in repetitione.l.cũ acutissimi.C.de fideicom.Et ꝗuis multi docto.quo ad hoc vltimũ dictum,teneant contra Barto.cuius magna fuit autoritas:illud tamẽ non obest:qꝛ,vt apparet ex forma substitutionis superius relate,fideicommissum.de quo supra fuit iniunctũ non solum liberis dicti nobilis de Vaesio.sed etiaꝫ eidem de Vaesio:quod,vt prediximus,fieri potuit,vt tenẽt communiter omnes doct.ꝛ vltra preallegatos hoc voluit Pau.de cast.cõsilio mihi.xxxviij.exordiente,Dubium facit ꝛc.ꝛ Ange.consi.mihi.vij.ꝛ Alex.de imol.consil.cv.exordiente,Ser Franciscus,de specis Mantuanus ꝛc.

3 †Nec opponat aliquis dictuꝫ fideicommissum non valuisse,pro eo quia fortasse pretenditur dictum nobilem de Vaesio fuisse bastardũ,seu spuriũ dicti quondam nobilis Ludouici,ꝛ propterea fuisse incapacẽ dictorũ legatorum:quoniam respondeo ꝙ istud non obstat.Tum quia dato citra preiudiciuꝫ veritatis,ꝙ ipse fuisset spurius:non tamẽ fuit spurius aut bastardus dicte quondam nobilis Alisie.Et sic ipsa dici non potest in illius generatione deliquisse.l.fin.C.de natu.libe.propter quod non est locus aut.ex complexu.C.de ince.nupt.Tum ꝛ qꝛ dato,ꝙ nos essemus in terminis illius aut.prout non sumus,adhuc non obstaret,pro eo quia,cum saltem legatum valuisset vsqꝫ ad alimenta necessaria,vt sentit Bar.in dicta authẽ.ex complexu.ꝛ in.l.fi.ff.de his quib.vt indi.Mar.laudẽsi.in suo tracta.de legiti.fo.mihi.53.ver.an pater ꝛc.Bal.in.l.eam quam.C.de fideicommis.ꝛ Panor.in.c.cum haberet.vbi text.de eo qui du.in matri.quam polu.per adulte.non fuisset idem Joãnes omnino incapax,ꝛ sic non debet,nec potest,etiam si quoad aliquam partem reperiretur incapax.dictuꝫ fideicommissum esse nullum vel alias inualidum.l.cogi.§.hi qui insolidũ,ꝛ quod ibi per docto.ff.ad trebel.quinimo voluerunt Ange.ꝛ Jo.de Jmol.in.l.in

4 tempus.ff.de heredi.instit.†quod filius omnino incapax potest heres institui:si grauetur per fideicõmissum de restituendo alteri capaci.Et quicquid sit de institutione facta de omnino incapace,ꝛ grauamine sibi iniuncto,que dicit gloss.in dicta lege,eam quam.non valere:istud tamen non habet locum in casu nostro in quo non est dubitatio de viribus institutionis:non enim dubitatur quin heres institutus fuerit ꝛ sit capax,ſꝫ dubitat̃ de capacitate legatarij grauati.que non sic inficit fideicommissum sibi iniunctum,prout illud inficit institutio heredis,a cuius vali-

5 ditate omnia dependent:†ꝛ hinc dicimus quod quando institutio non valet,que est caput testamenti,nihil inibi scriptum valet.l.proxime.ff.de his que in testa.delen.

¶Argumentum.

¶Ob dilapidationis iustum metum de bonis restitutioni subiectis fieri debet descriptio,etiam casu quo fieri non posset sequestratio. V. F.

1 ☞Bonorum descriptio nõ prohibetur,licet sequestratio prohibeatur etiam lite pendente.
2 Fideicommissarius pendente conditione descriptioneꝫ bonorũ quando petere potest.
3 Substitutio purificatur per conditionis euentum.
4 Sequestratio potest fieri propter contumaciam.
5 Judex penali iudicio defendere potest suam iurisdictionem. Sequestratio est pena.
6 Judex quid potest in contumacem,ꝛ nu.seq.
7 Pena eris ꝛ persone quid importat.
8 Sequestratio potest fieri ratione dilapidatiõis rei aut fructuũ,vel suspitionis contra possessorem.
9 Plena probatio dilapidationis,aut suspitionis in sequestratione fienda cur non requiritur.
10 Casus,in quo cessat regula,nil nouari lite vel appellatione pendente.
11 Attentata vel innouata per tertium non reuocantur per viam,attentati.
12 Justus timor quis censeatur ad sequestrationem obtinendam.
13 Paria sunt ad concedendũ sequestrũ,dilapidare,ꝛ in vsus proprios consumere,si possessor non sit soluendo.
14 Sequestrum propter cõtumaciam factam factum non est reuocandum,nisi refusis expensis.
15 Possessio non perditur per sequestrum iudiciale.
16 Appellans quando censeatur renuntiasse appellationi.
17 Appellatio interponi,ꝛ apostoli peti possunt die ob honorẽ dei feriata.
18 Fatalia currere prosecutio attentatorum an impediat.
19 Constitutiones seruari debent pro lege,ꝛ illis inherendũ quanuis dure sint.

¶De fideicommis. Consi.lviij.



PArum consulte mihi processisse videtur nobilis ꝛ generosa mulier domina Claudia de Claromonte,relicta nobilis et generosi quondã viri Georgij de castellana,alias de forcalquerio,ꝛ nobilis Emanuel de castellana eiusdẽ Georgij quondã frater,qui cum tot resistẽtijs ac processuum inuolucris,ꝛ tribus cõformibus expectatis sententijs,conati sunt impedire descriptionem bonorũ,que fuerũt bone memorie Reuerendi in Christo patris ꝛ do.do.Gaucherij de forcalquerio olim Vapinceñ.epi.Et non cõtenti resistentijs huiusmodi post dictas tres sentẽtias,adhuc se exhibuerunt resistentes,

1 quinimo,si dicere licet,inobediẽtes ꝛ rebelles.†Certũ est enĩ ꝙ etiam vbi lite pendente est prohibita sequestratio,fieri tñ potest bonorũ descriptio.ar.l.j.§.pe.ꝛ quod ibi per Barto.ff.de ven.in posses.mittẽ.no.idẽ Bar.Jac.rebuf.ꝛ Joã.de pla.in.l.facultas.C.de iur.fis.Bar.in.l.post cõtractũ.in fi.ff.de dona.ꝛ in.l.imperatores.§.fi.ff.de appel.ꝛ ideꝫ voluit ipse ꝛ alij doc.in.l.j.C.de prohi.seque.pecu.ꝛ Cano.in.c.ij.de sequest.posses.ꝛ fruc.Hec enĩ descriptio prodesse poterat nobili ꝛ potẽti viro Gaucherio de brãcassijs illã fieri postulanti,ꝛ prefatis nobilibus Claudij ꝛ Emanueli non oberat,fieri igitur poterat.arg.l.ij.§.iteꝫ varus.ff.de

2 aqua plu.arc.†Quinimo quod est longe amplius voluit Paul.de cast.ff.queadmo.vsufr.caue.ꝙ fideicommissarius dubitãs ne per heredẽ grauatum de restituendo dissipẽtur bona pendẽte,cõditione poterit petere fieri descriptionem de bonis.Quod si ita est,ꝛ sic eo tẽpore quo fideicõmissarius nondũ habet nisi spẽ,ꝛ quia fortasse frustrabitur per defectũ cõditionis,sub qua facta est substitutio,vel qꝛ ipse premorietur grauato de restituẽdo,l.cedere diem.ff.de verbo.signi.ꝛ.l.j.§.sinautem sub conditione,cuꝫ suis simi.C.de cadu.tollen.multo fortius potuit peti descriptio

3 in casu nostro per dictũ do.de Brancassijs substitutũ:†ꝛ cuius substitutio purificata extiterat per euẽtum conditionis,sub qua inuitatus fuerat.aut.multo magis,cum suis simili,ꝛc.Male ergo,vt prediximus,parum consulte:quinimo ꝛ improbe,honore saluo dixerim,restiterũt ipsi nobiles de claromonte ꝛ Emanuel,ne fieret descriptio huiusmodi.Et quia etiam post dictas tres cõformes sentẽtias ipsi adhuc in resistentia perseuerãtes conati sunt descriptioneꝫ predictã impedire,ac sepius ꝛ moniti ꝛ iussi cõtu-

maciter, ⁊ cũ pertinaci inobedientia denegauerũt facere apertu
rã castri de Sezarista, non inmerito magnificus vir do. Joan-
nes mataroni iurium professor eximius ⁊ miles, magnus presi-
dens, decreuit bona ⁊c. sequestrãda, ⁊ ipsa sequestrauit, per id qđ
habetur. c. ex literis, ⁊ quod ibi per gl. Panor. ⁊ docto. magis cõ
muniter, de dolo ⁊ contu. per Archid. in. c. qr res. xj. q. j. per Jo.
and. post Joã. mona. in. c. locupletari, de reg. iur. in. vj. ⁊ Bal. in
4 d. l. si fideiussor. §. fina. ff. qui satisd. cogan. † No. enim docto. pre-
fati in locis predictis, ꝙ propter contumaciã potest fieri seque-
stratio, quod etiã voluit Inn. in. c. j. in fi. de sequest. posses. ⁊ fruc.
⁊ Bal. in. d. c. ex literis, ⁊ sentit in. l. consentaneũ. in. fi. no. C. quõ
⁊ quã iud. Cum enim cõtumacia quandoq; dãno litis coerceat.
l. cõtumacia. ff. de re iudi. l. diffamari. C. de inge. ⁊ manu. ⁊. c. licet.
de proba. multo magis potest puniri contumax per sequestratio
5 nem. † Judex enim potest penali iudicio suam iurisdictionez de
fendere. l. j. ⁊ quod ibi per doct. ff. si quis ius di. non obtempe. in-
ter quas penas est ⁊ pena sequestrationis, vt voluit Archi. in. d.
6 c. quia res, ⁊ sentiunt docto. in locis preallegatis. † Põt etiã iu-
dex propter contumaciam mandare, ꝙ actor missus in possessio
nẽ causa custodie lucretur sibi fructus, ⁊ illos faciat suos. l. fulci
nius. §. fina. ff. ex quib. cau. in posses. ea. Potest etiam contuma-
ci in omni sua causa denegare audiẽtiam. l. sed si p pretorẽ. §. sed
7 cum de certo. ff. ex quib. cau. maio. † Põt nihilominus iudex com
minari contumaci sub pena eris ⁊ psone, que importat mortem ⁊
bonorum publicationem, vt no. gl. in aut. de armis, ad fi. coll. vj.
quã commemorauit ⁊ de ea exclamauit Anze. consi. mihi. cxxxv.
potest ⁊ alia iudex propter cõtumaciam, vt apparet ex his que
habentur in. l. is cum quo. ff. fami. erciscũ. ⁊ quod no. Bal. in con
clusionibus iuris canonici, ⁊ Rom. in repetitione rubri. ff. de ar
bi. curauit enim idem vir magnific⁹ ⁊ curare debuit ne impune
pretoris maiestas cõtẽneretur. l. si quis id quod, ⁊. l. si familia. ff.
de iur. om. iud. in contumacia enim psistentibus seueros nos es-
se conuenit. c. quanto. ij. q. v. Non habent ergo dicti do. Claudia
⁊ Emanuel vnde cõquererẽtur de prefato magnifico do. Mataro
ni, aut de sequestratione per eum facta: sed conquerentur de se-
ipsis ⁊ eorũ cõtumacijs: imo poti⁹ rebelliõib⁹ p eosdẽ cõmissis.

8 † **Preterea illud certum est qđ**

ratione dilapidationis rei, aut fructuũ, vel etiã suspitionis ha-
bite contra possessorem, potest fieri sequestratio. d. l. si fideiussor.
§. fin. ⁊. l. imperatores. c. fi. vbi per doct. ff. de appell. no. Cano. in
c. ij. de sequest. posses. ⁊ fruc. ⁊ docto. in. l. j. C. de probi. seque. pecu.
quo fit vt cum prefati domina Claudia ⁊ Emanuel nõ solum ha
berentur suspecti de dilapidatione bonorum ⁊ fructuũ, sed etiaz
apparet sufficienter ad sequestrationem faciendam, ꝙ ipsi bona
⁊ fructus dissipabant, vt apparet per depositiones testium depo
nentium de venditione certe partis aueris minuti, ⁊ quarundã
vaccarum, insuper ⁊ de transportu illorum trium mulorũ, ⁊ ni-
hilominus de dispersione annone, ⁊ alijs multis, que tendebant
ad dissipationem bonorum ⁊ fructuum, de quibus contẽditur: nõ
immerito fieri potuit ⁊ debuit sequestratio, circa quã, quoad hoc
multum versatur arbitrium iudicis, vt sic ex his causis, aut ali-
quibus earundem cum animo suo sedeat fieri faciat sequestra-
tionem. d. l. si fideiussor. §. fina. ¶ Quibus non obstat si dicatur,
ꝙ de dissipationibus ⁊ alijs predictis non plene appareat: quo-
niam respõdeo ꝙ presupposito, citra preiudiciũ veritatis, quod
9 hoc esset verum: hoc tamen non officeret: quia, cum in fienda se
questratione non agatur de magno preiudicio, non requiritur
plena probatio dilapidationis, aut suspitionis. Sed sufficit se-
miplena: quinimo ⁊ forte iuramẽtum partis, vt sensisse videntur
Roma. ⁊ Alex. in dicta. l. si fideiussor. §. fina. ad quod facit. l. the-
saurus, cum suis simi. ff. ad exhibendũ. Ex quibus omnibus op-
portune infertur, vt opinor, prefatos de Claromonte ⁊ Ema-
nuelem male ⁊ inciuiliter petijsse, ⁊ petere sequestrationez huius
modi ex capite attentatorum, seu innouatorum reuocari. Tum
quia, vt predixi, illa facta est, ⁊ fieri potuit in penam contuma-
cie. Et sic non potuit nec potest dictus do. presidens contempsis
se ius, iudicem, ⁊ partem, quos alias cõtemnere censetur inno-
uans, vel attentans in preiudicium litis: ⁊ propter quẽ solet ser-
uari ille rigor. de quo in iure, contra innouantem, ⁊ magis fauo-
ri ei, contra quem facta est innouatio, q̃ spoliato. Tũ ⁊ qr, vt pre
dixi, ratione dilapidationis ⁊ suspitionis fieri potuit, etiaz post
appellationem parte dictorum de Claromõte ⁊ Emanuelis in-
teriecte. d. l. imperatores: imo multo magis post eã q̃ pendente
cã pncipali, vt sentiũt doc. in locis supi⁹ allegatis, ⁊ psertiz Ar-
chi. in. d. c. qr res. Jo. mona. ⁊ Jo. an. in. d. c. locupletari, ⁊ facit ra
tio, quia si illa fieri possit cum nõdũ apparet de iure actoris, mul
to fortius censenda fieri posse post sententiã pro petitore pmul
10 gatam, ⁊ per quam declaratum est ius petitoris. † Et potuit fie-
ri dicta sequestratio per iudicem a quo etiam post appellationẽ
ante eam, siue causam eius inceptam, vt voluit Anto. de bnt. in
c. fina. de seque. posses. ⁊ fruc. quem refert ⁊ sequitur Alexand. de
imol. in. d. l. imperatores. Quo fit vt dato, ꝙ sequestratio huius-
modi facta fuisset per eminens Regium cõsiliũ Aquis residens
vel eius mandato: non propterea debẽt ex capite innouatorum,
reuocari. iste est enim casus in quo cessat regula, qua cauetur, nil
nouari debere lite vel appellatione pendente. d. l. imperatores.
§. fina. ⁊ ponunt doc. vbi supra: quis sequestratio predicta facta
fuerit per dictum domi. presidentem etiam ex suo officio, ⁊ ratio
ne contumacie. vt predixi, ⁊ nõ per dictũ eminens Regium con
silium, per qđ fuit lata diffinitiua sentẽtia cõtra dictos de Cla-
romonte ⁊ Emanuelem super restitutione fideicommissi. Quo
fit vt non sit locus reuocationi attentatorum, etiam si predicta
11 sequestratio videretur esse, prout non est quid attentatum: † qr
attentata vel innouata per tertiũ non reuocantur per viã atten
tati. c. romana. §. in aliũ quoq;, de appel. in. vj. no. gl. ⁊ doct. in. c.
non solum, eo. tit. ⁊ lib. ⁊ doc. in. c. cum teneamur, illo. eo. ti.

Nec sibi persuadeant prefa-

ti domina Claudia ⁊ Emanuel ꝙ mediante asserta cautione, q̃
obtulisse pretenduntur, debuerit vel debeat sequestrum antedi-
ctũ reuocari etiam si essemus in casu, in quo alias mediante cau
tione idonea tolli deberet sequestrũ. Tum qr non solum teneban
tur ⁊ tenentur ipsi dña Claudia ⁊ Emanuel dare cautionẽ ido-
neam de cõseruandis ⁊ nõ alienãdis bonis dicti quondam reue-
rendi domi. Sauchberij, ⁊ ipsis restituẽdis in cãm in quã cogni-
tum extiterit: sed etiã tenebantur ⁊ tenentur cautionẽ idoneam
offerre ⁊ prestare de fructibus eorundẽ bonorum conseruãdis ⁊
non diminuẽdis, vt no. Bal. ⁊ Jo. de imol. in. d. l. diuortio. §. in-
terdum. glo. que est ibi. ff. sol. matr. ⁊ Alex. de imo. in. d. l. impera
12 tores. §. fina. † Non enim debent ipsi do. Claudia ⁊ Emanuel iaz
condemnati consumere fructus huiusmodi, ⁊ solus timor, ne in
alimoniã eorũdem sue familie ipsos fructus cõuertant, est iust⁹
timor ⁊ sufficiens ad sequestrationem obtinendam. l. diuus iun-
cta glo. ⁊ quod ibi per Angel. ff. de peti. heredi. no. Archid. in. d.
c. quia res, Panormi. in. d. c. ij. de seques. posses. ⁊ fruc. Ange. in
d. l. imperatores. §. fina. vbi per modernos docto. per Bald. in
d. l. si fideiussor. §. fina. ⁊ in. c. j. §. fin. in ti. quo tempo. mi. Et idem
voluerunt Bal. ⁊ Roma. in. l. si seruum. in fi. ff. de acquir. heredi.
13 † dicentes paria fore ad cõcedendum sequestrũ, vel ꝙ dilapidet,
vel ꝙ consumat in proprios vsus, quod sequitur Panor. ⁊ doct.
communiter post Inno. in. c. fi. de sequest. pos. ⁊ fruc. Saltem eo
casu, quo possessor non est alias soluendo: prout in casu nostro.
Non fuit igitur oblatio predicta sufficiens. ¶ Preterea etiam
fuit melius insufficiens: qr nõ sufficeret dare cautionem idoneã
de conseruandis ⁊ non alienandis dictis bonis ⁊ illis restituen-
dis in casum in quem fuerit cognitum, sed adijci debet de bonis
predictis restituendis absque vlla procrastinatione ⁊ mora, vt
voluit Bart. quẽ ibi sequitur Alex. de imo. in addit. ⁊ Jo. de pla.
in. l. litibus. C. de agric. ⁊ censi. lib. xj. Jo. de imo. ⁊ Ang. are. in. d.
l. imperatores. §. fi. in fi. Rom. ⁊ Alex. de imo. in. d. l. si fideiussor.
14 §. fi. ⁊ Panor. in. d. c. ij. de sequest. poss. ⁊ fruc. † Addo ꝙ, cum se-
questrum, de quo supra, fuerit etiã factum propter cõtumaciam
dictorum nobilium Claudie ⁊ Emanuelis, illud non est reuocã-
duz, nisi refusis expensis, pro quo allegasse sufficiat quod voluit
Panor. in. d. c. ex literis. de do. ⁊ contu. Et sic remanet ex predi-
ctis, ꝙ prefati domina Claudia ⁊ Emanuel non potuerunt nec
de iure possunt petere in vim pretensorum attentatorũ reuocari
sequestrationẽ superius mentionatam. Et idem dico de penis ⁊
mulctis eisdem impositis, ⁊ contra eos sua exigente cõtumacia
declaratis. Non etiam potuerunt neq; possunt petere sequestra-
tionem predictam reuocari sub pretextu oblate cautionis: qr, vt
predixi, illa est in multis defectuosa, ⁊ qr etiã facta est sequestra-
15 tio propter bonorũ dissipationẽ. ¶ † Illud autẽ certum est ꝙ in
dubio, secundum communẽ opinionẽ, per sequestrum iudiciale
non perditur possessio. l. interesse. cũ ibi no. per Jac. de are. Bar.
⁊ doct. ff. de acquir. poss. per glo. ⁊ doc. in. c. examinata. per Cyn.
Bar. ⁊ doc. in. d. l. j. C. de probi. seque. pecu. ⁊ per Bar. ⁊ Bal. in. l.
licet. ff. deposi. ⁊ per doct. in cle. j. de sequest. poss. ⁊ fruc. Propter
quod non vidẽtur prefati de Claromõte ⁊ Emanuel fuisse iuste
cõquesti ꝙ spoliati extiterint possessione bonorũ sequestratorũ,
⁊ sic male petierunt ⁊ petunt se tanquam pretensos spoliatos in
possessione reintegrari. Et hec quoad ea, de quibus incidenter
disputa inter partes predictas, super quibus vlterius non in-
sisto: nisi ꝙ ex his, ⁊ processu clare apparet de surreptionibus ⁊
obreptionibus rescripti regij parte dictorũ dñe Claudie ⁊ Ema
nuelis impetrati, ⁊ in processu cause appellationis inserti.

Quo vero ad materiam princi

palẽ, illud videtur esse certissimũ, ꝙ cum prefati dña Claudia ⁊
Emanuel

Emanuel, seu pro ipsis eorũ procurator non cõparuerint termino sibi assignato & prefixo pro recipiẽdis apostolis, eorũ pretẽsa appellatio censeri debeat deserta. cle. quãuis rigor. §. verũ si index &c. & quod ibi per gl. & doc. de appel. fuit enim sententia diffinitiua lata cõtra eosdem do. Claudiam & Emanuelẽ Anno dñi M.cccclxxxviij. & die. xv. mẽsis Decemb. & vt ex aduerso pretenditur eadem die a sententia hmõi appellatio interiecta, & tũc terminus assignatus pro recipiendis apostolis ad primam: debuerunt igitur ipsi, vel dictus eorũ procurator cõparere prima die, que fuit. xvi. eiusdẽ mensis, quod q2 non fecerũt, sed distulerunt hoc facere vsq3 ad. xix. diem predicti mensis Decemb. censentur hinc sue asserte appellationi renũtiasse. d. cle. quãuis. §. verũ. Cui non obstat quedã pretensa protestatio, quã fecisse pretendit nobilis & venerabilis vir do. Joannes raynaudi tẽpore petitionis apostolorum, quatenus pretendit fuisse tunc protestatus de die Mercurij &c. Tũ q2 presupposito q ex actu cause huius apparuisset & appareret illũ diẽ Mercurij fuisse feriatũ propter honorẽ dei &c. de quo nõ apparet, nõ propterea sequeretur quin eo

17 die debuissent cõparere & petere apostolos, † qui etiã die feriata ob honorẽ dei peti possunt, queadmodũ potest tali die appellatio interponi. l. j. & quod ibi per Bal. & doc. C. de fer. no. gl. in. c. fi. eo. tit. & Card. flo. in. d. cle. quãuis. §. similiter si iudex. Tum & q2 illa die Mercurij non fuit prima dies eisdẽ appellantibus assignata pro apostolis recipiẽdis, s3 fuit dies martis, que fuit. xvi. dicti mẽsis Decẽb. Et si fuerit dicta dies Mercurij feriata vel nõ feriata, nihil ad rem, q2 propter omissam comparationẽ & petitionẽ apostolorũ die Martis &c. que fuit prima dies, cẽsentur ipsi do. Claudia & Emanuel appellationi renũtiasse. d. §. verum.

¶ Preterea cu3 predicta sentẽtia lata extiterit Anno predicto lxxxviij. & die. xv. Decemb. & eadẽ die appellatio interiecta, palã infertur annu3 esse elapsum ab appellatione hmõi, & sic appellationem ipsam fuisse & esse desertã. auth. ei qui. C. de tempo. appel.

18 & c. ex ratione. cum suis si. de appell. † Nec persuadeant sibi dicti do. Claudia & Emanuel, q de primo fatali deduci debeant tẽpora, quibus ipse institerũt super reuocatione dictorũ pretensorũ attentatorũ. Quĩ respondeo q cum, vt predixi, illa nõ debuerint nec debeãt reputari attentata, & sic non fuerint nec sint tanquam attentata reuocanda, nõ debuit nec debet tẽpus predictũ de dicto primo anno deduci, per id qd voluerunt. d. de Rota conclusione sua mihi. cij. exordiẽte, Fatalia ad prosequendum & finiendum &c. no. Pano. d. Jo. de. s. Georg. & doct. in. d. c. ex ratione & sentit Bal. in. d. auth. ei qui. pro quo etiã facit qd ibi voluit idem Bal. & Sal. & ipse Bal. in. l. cõtra maiores. & de sancto Geor. in. c. ex ratione. de appel. disputante super ineptitudine libelli appellatorij, vel super defectu mãdati appellãtis. Nam si libellus vel mandatũ huiusmodi pronuntiati extiterint minus legitimi, nõ potest appellans pretendere quin tẽpore disputationis siue controuersie huiusmodi cucurrerit tẽpus: nõ enim his casibus dici debet appellãs impeditus ab aduersario, sed a seipso. Et idẽ dici debet in casu nostro, in quo nõ per dictum. d. Bellimontis, sed per seipsos, vtpote minus ciuiliter & iniuste petentes attentata reuocari, fuerunt impediti. Non igitur debet tempus predictu3 de medio deduci, ne ipsis appellantibus eorum temeritas prodesse videatur, que prodesse nõ debet. arg. l. negotiorum. ff. de re iudi. l. si longis. C. de execu. rei iudi. & l. tutor. in prin. ff. de vsu.

Preterea illud non videtur omittẽdũ q etiã vbi cessaret desertio, de qua supra, prout non cessat: adhuc tñ deberet dictus. d. Bellimõtis obtinere in materia principali. Tũ q2, vt apparet ex actis cãe huius, libellus fuit parte ipsius. d. Bellimõtis in eadẽ causa oblatus anno dñi. M. cccclxxxviij. & die. xiiij. mensis Septemb. & ipsis. d. Clau. & Emanueli decẽ dierũ spatiũ ad deliberandu3, & illi deliberate respondendũ assignatu3, iuxta regias constitutiones. Et deinde anno predicto & die. xxvi. predicti mẽsis Septẽbris, & sic post lapsum decem dierũ, prefatus. d. Jo. raynaudi petijt sibi aliã dilationem concedi: quã obtinuit ad primam diẽ iuridicam cum comminatione, q nisi responderet vel diceret, haberet pro responso & confesso: qui tandẽ termino assignato nec aliquid validu3 dixit, nec respõdit libello, sed diuersis subterfugijs protelauit causam vs-

19 que ad annum predictum & diem, xv. mensis Decembris. † Quo fit vt non immerito habitus fuerit pro responso & confesso iuxta regias constitutiones, quibus inherendum est, etiam si alias vel essent vel viderentur esse dure. l. prospexit. ff. qui & a qui. manu. Sunt enim ibi pro lege, imo lex & tanquã lex seruari debẽt a subditis: de quo non est dubiu3, ideo non insisto. ¶ Adijcio premissis, q etiã aliunde apparet de bono iure & plena intentione dicti do. Bellimontis, qui in vim substitutionis de eo facte per dictũ quõdam reuerendũ do. Vapiceñ. episcopum experitur, de cuius testamento & substitutione huiusmodi apparet publico instrumento in hac causa producto: apparet etiã per cõfessionẽ partis aduerse de morte prefati quondã nobilis Georgij heredis primo loco instituti & grauati de restituendo bona & hẽditatẽ, si ipse sine liberis masculis decederet, dicto do. Bellimontis, & q ipse sine liberis masculis decessserit: fuit igitur & est fuisseq3 & esse constat locum substitutioni antedicte, & sic bona & hereditatem dicti quondã. d. episcopi deberẽt reddi & restitui dicto. d. Bellimõtis: cum parte dictorũ do. Claudie & Emanuelis nihil fuerit probatum: quinimo nec apte propositum vel deductũ, per quod appareat vel apparere possit de aliquo bono iure vel iusta defensionis aut recusationis causa eorũdem Claudie & Emanuelis pretensorum heredũ dicti nobilis Georgij, vt apparet ex inspectione actorũ cause huius. Et sic debet sentẽtia dicti eminentis regij consilij stare: q2 licet negãtes debitores non oporteat armata vi terreri, conuictos tamẽ condemnari, ac iuris remedijs ad solutionem vrgeri conuenit. l. negantes. cum suis si. C. de actio. & obl. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. cui premissa submitto, & submissa esse volo.

1 ¶ Jurisdictio quando prorogetur.

2 Protestatio simpliciter facta ad quem actu3 porrigatur, & quid in protestatione facta per verba concernentia tempus futurum vel facta per verba generalia.

3 Protestatio vitiat & valet actus illi contrarius vbi protestatio est contraria actui, & protestans perficit actũ nemine repellente.

¶ De fideicommiss. Consi. lix.

Premissis adijcio qd licet prefati domina Claudia & Emanuel conati extiterint & conẽtur impugnare sententiam dicti eminentis consilij, etiam ex capite incompetentie iudicis: istud tamen eisdem non suffragatur neque prodest. Tum quia, vt apparet ex actis prime instantie, dictus venerabilis vir dominus Joannes raynaudi eorundem domi. Claudie & Emanuelis procurator comparuit coram dicto eminenti consilio Anno domini. M. cccclxxxviij. & die. iij. mensis

1 Septembris, † nulla premissa protestatione q in ipsum iurisdictionem prorogare non intenderet, petijt ab ipso eminenti consilio aliam dilationem sibi dari, per quod videtur iurisdictionẽ prorogasse, per id quod no. Bart. in. l. non videtur. la. ij. & Bald. in. l. & si susceperit. ff. de iudi. Et presupposito, citra preiudicium veritatis, q per premissa non videretur prorogata iurisdictio, saltem prorogata cẽseretur, per ea que acta sunt Anno predicto lxxxviij. & die prima mensis Octobris. Petijt enim idem domi. Raynaudi prefatum dominum de Branchassis cogi & compelli ad compromittendum de questionibus &c. iuxta & secundum formam & tenorem statuti, & super hoc petijt primo & ante omnia in casum recusationis fiende ius dici constante schedula exordiente, Quia secũdum edita statuta &c. dicta die producta. Per que videtur omnino proculdubio iurisdictionem prorogasse, per ea que voluit Bar. in. d. l. non videtur. & in. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. & Bald. in. d. l. sed & si susceperit. Et quanuis reperiatur q idem do. Raynaudi certo die precedenti diẽ date schedule huiusmodi protestatus extiterit: hoc tamen non profuit eisdẽ

2 de claromonte, nec nocuit dicto do. de Branchassis: † quia protestatio simpliciter facta non porrigitur nisi ad illum actum, qui tunc fit, vel qui postea incontinenti sequitur: non autem ad illũ, qui postea & ex interuallo fieret. l. per retentionem. cum glo. C. de vsur. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locat. secundum vnum intellectum, quem ad illum text. refert Barto. in. l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. ad quod facit quod not. Bart. in. l. item quia. §. fi. ff. de pactis. in. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. heredi. & in. l. titia. §. pen. ff. de verb. oblig. & Anto. de butr. & Joan. de imo. & in cap. cum. M. de constitutionibus. Nec opponat aliquis, q ante diẽ productionis schedule antedicte reperiatur facta vna protestatio, que non fuit simplex, sed per verba generalia, etiam concernentia tempus futurum: quoniam respondeo q istud nõ obstat. Tum q2 licet alias protestatio facta per verba etiam concernẽtia tempus futurum trahatur ad actum postea & ex interuallo secutum: hoc tamen videtur fallere in actibus iudicialibus, vt videtur sensisse Archidi. in. c. diaconi. xxviij. distin. & do. Cardi. in. d. c. cum. M. secundum. Jo. de imo. in dicto. §. morte. dicentem illam fuisse intentionem Archi. & Cardi. vbi supra, q etiã si fiat protestatio in iudicio per verba generalia concernentia de directo: tamen non trahitur ad actus iudiciales ex interuallo factos, imo per ipsos actus ex interuallo factos intelligitur recessum a protestatione, & q hoc sit speciale in actibus iudicialibus. Tum & quia presupposito, q propter verba generalia respicientia de directo tẽpus futurum dicta pretẽsa protestatio

cẽseretur repetita: q̄r tñ illa erat cõtraria actui, qui tũc gerebaẗ ⁊ fiebat, vel q̄ fieri petebaẗ per dictũ. d. Raynaudi, petentẽ eũdẽ d. de Branchassis cogi ⁊ cõpelli ad cõpromittendũ, ⁊ super hoc ius dici, quod per eum fuit obtentũ, fuit ꝓtestatio hmõi vitiata:
3 † q̄r vbi ꝓtestatio est cõtraria actui, ⁊ protestãs perficit actũ nemine repellẽte, vitiatur protestatio, ⁊ valet actus illi cõtrarius, in. d. c. cũ. M. ⁊ declarant doc. magis cõiter. in. c. solicitudinẽ. de appel. q̄d etiam voluit Alex. de imo. in. d. §. morte. ¶ Preterea, vt audio, dictũ eminens consilium est notorie in possessione, seu quasi cognoscẽdi de his causis: quapropter ea priuari nõ debuit. Et ideo, non obstante pretenso antiquo priuilegio, valuit ⁊ valet predicta sentẽtia, etiã si verum esset ꝙ iurisdictio dicti eminẽtis cõsilij tacite vel expresse ꝓrogata nõ extiterit, pro quo allegasse sufficiat quod not. Inno. ⁊ docto. in. c. cum dilectus. de relig. do. pro quo facit quod habetur in. c. consultationibus. de iur. patro.

His que superius dixi pro defensione sequestri, de quo in hac causa, ⁊ tenute bonorũ cõcesse dicto. d. Bellimontis, addo ꝙ etiã vbi sequestruꝫ ⁊ cõcessio tenute hmõi de iure nõ valuissent, vel al's essent ex aliqua cã reuocãda, prout nõ sunt causis ⁊ rõnibus superius allegatis, non tñ interfuit, nec interest dictorũ de Claromõte ⁊ Emanuelis illa petere declarari nulla vel al's reuocari. cũ si seq̄strũ hmõi factũ nõ esset, ⁊ ipsi do. Bellimõtis nõ esset data tenuta antedicta, deberet nũc dictũ sequestrũ fieri, ⁊ tenuta ipsi. d. Bellimõtis de nouo cõcedi in executionẽ literarũ regiaruꝫ nouissime parte eiusdẽ. d. Bellimontis obtentarũ, ⁊ interinari seu executioni demãdari petitarũ: ⁊ que debuerũt ⁊ debẽt interinari, ac sequestrũ ⁊ tenuta hmõi, si ⁊ quatenus prime nõ procederẽt, vel ex aliqua cã venirẽt reuocãde, debent de nouo fieri, ⁊ facte cõfirmari, iuxta theoricã Jac. butr. ꝙ commemorãt ⁊ sequũtur magis cõiter. docto. in. l. j. C. de carbo. edic. ⁊ in. l. fi. C. de edic. diui adri. toll. l. si finita. in princ. ff. de no. ope. nun. ⁊ Ang. are. in. §. quadrupli. in materia. d. l. fi. C. de edic. diui adria. ibi enim cũ sequũtur cõiter, ꝙ si quis fuerit nulliter, vt q̄r parte, cuius intererat, vel que possidebat, non citata, missus in tenutã, ⁊ pars, contra quam facta fuit missio hmõi, petat eam pronũtiari nullã, ⁊ quatenus de facto processit reuocari, poterit missus in tenutã, qui alias debebat immitti, opponere, ⁊ dicere ꝙ aduersarij non interfit hec petere, cum si idẽ opponens missus nõ esset in tenutã, nũc mitti deberet. Et nihilominus poterit petere vt quatenus opus est de nouo immittaẗ, vel de nouo deẗ sibi tenuta, ⁊ data cõfirmetur. Et q̄r doct. vbi supra, habẽtur vbiq̄, ⁊ pñt ibi videri, ne lõgiore tedio spectabiles dños cõmissarios afficiã, supersedeo ab vlteriori persecutione hmõi articuli.

¶ Argumentum.

¶ Ecclesiarũ solita fieri a predecessoribus raparatio debet etiã a successoribus fieri. A. F.

1 ¶ Reparationum fiendarum legitima prescriptio vim habet cogendi possessorem ad illas faciendas.

¶ De sacrosan. eccl. Consi. lx.



Etiam si esset verum ꝙ venerabilis vir. d. Petrus rathodi, sacrista venerabilis secularis ⁊ collegiate ecclesie loci de insula, non teneretur in vim statuti siue ordinationis duduʒ facte per reuerendũ quondã patrẽ ⁊ virum egregiũ do. Andreaꝫ sancij auditorẽ palatij apostolici Auenionis, ⁊ cõmissariũ deputatũ per bone memorie reuerẽdissimũ in Christo patrẽ ⁊ do. do. Cardinalẽ de fuxo, in his partib⁹ tunc apostolice sedis de latere legatũ ⁊ vicariũ summi põtificis, ad faciendũ reparationes, que nũc fieri postulãtur, ⁊ ad quas faciendũ petitur idẽ. d. Rathodi cogi, teneretur tñ ⁊ tenetur ipse d. Sacrista in vim cõsuetudinis legitime prescripte. Qm̄, vt apparet per instrumentũ quod exhibetur scriptũ ⁊ receptũ. Anno dñi. M. cccc xlij. ⁊ die. xxiiij. mẽsis Nouemb. venerabilis quondã vir do. Joannes bracheti tũc sacrista, ⁊ tanq̄ talis, precedentib⁹ informationibus sumptis in ipsius presentia, cum multis viris notabilibus, ⁊ maxime cum venerabili quõdam viro do. Petro raynerij predecessore in sacristia eiusdem do. Bracheti, fuit condemnatus per bone memorie reuerẽdum in Christo patrẽ ⁊ do. do. Petrum tunc Cauallicen. epm̄ ad faciendũ reparationes in instrumento predicto latius mẽtionatas ⁊ expressas, inter quas est sermo de reparatione librorũ. Deinde vero ⁊ successiue anno videlicet dñi. M. cccc xlvi. ⁊ die. xix. mẽsis Julij, ⁊ anno sequẽti, vt. M. cccc xlvij. ⁊ die. xxvj. mensis Maij, prefatus do. Sancij auditor ⁊ commissarius dominũ tunc Sacristam, etiam condẽnauit ad faciendum reparationes ⁊c. Cui condemnationi idem tunc Sacrista acquieuit. Et deinde, vt audio, successores eiusdẽ do. Sacriste, ⁊ predecessores huius do. Rathodi fecerunt reparationes opportunas, ⁊ pro tẽpore necessarias, eas videlicet, de quibus est sermo in dicto primo instrumẽto, ad quas, ꝑut inibi
1 apparet fuisse declaratũ, tenetur Sacrista. † Et sic, cũ super his late fuerint ordinationes huiusmodi, ⁊ postea sic fuerit obseruatum: quod etiã, prout deposuit prefatus quondam do. Petrus raynerij, fuerat suo tempore ⁊ predecessorũ eiusdem obseruatũ: non video quare in vim consuetudinis legitime perscripte non possit idem do Rathodi modernus Sacrista cogi ⁊ compelli ad faciendum predictas reparationes, pro quo allegasse sufficiat quod habetur in. c. fi. ⁊ quod ibi per doct. de consuetudine. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. ⁊ quod ibi per doc. C. que sit long. consuet.

Premissis nõ obstãt allegata pro parte dicti do. Rathodi: q̄r illa procederẽt ⁊ procedere possent vbi idem do. Rathodi peteretur cogi ⁊ cõpelli in vim ordinationis dicti quondã do. Sancij, tanq̄ in vim statuti. Sed hoc nõ fit ita: sed petitur cogi in vim cõsuetudinis, pro qua tam ipse quondam do. Sancij, quã dictus quondam reuerendus do. episcopus iudicarunt, vel in vim consuetudinis ex ordinationibus huiusmodi, ⁊ secuta obseruantia legitime introducte ⁊ ꝑscripte. Que dixerim breuiter ⁊ succincte alias autore dño plenius scripturus si opus sit, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. ¶ Verũ q̄r post scripta precedẽtia mihi exhibite extiterunt hine inde allegationes, siue schedule, quarũ vna exordiẗ, Sentẽtie statuto seu ordinationi ⁊c. ⁊ alia, Viso quodã tali quali instrumẽto ⁊c. parte dicti Rathodi dictate ⁊ scripte: dico ⁊ respõdeo ꝙ contenta in schedulis hmõi eidem Rathodi nõ suffragant, ea potissime rõne, qua, vt predixi, hic nõ pretenditur prefatus do. Sacrista teneri simpliciter ⁊ immediate in vim sentẽtie ⁊ modificationis predictarum teneri ad reparationes superius mentionatas, sed in vim cõsuetudinis legitime prescripte.

¶ Argumentum.

¶ Pascere animalia sua in alieno solo nemo potest nisi ius habeat seruitutis; quod si faciat, sine alia cause cognitione recte arcetur. A. F.

1 ¶ Inhibitiones seu preceptũ nulla cause cognitione premissa, ⁊ clausula iustificatiua, an sint nulle. ⁊ nu. 7.
2 Judex iudicium a quo debet incipere.
3 Preceptum quando resoluatur in vim simplicis citationis.
4 Jus depascẽdi pecoris in territorio alieno null⁹ hꝫ sine iusta cã.
5 Extraneum a pascuis sui territorij quilibet prohibere potest, ⁊ manu armata resistere.
6 Domini terrarum venturis in suuꝫ territorium possunt interdicere ingressum.
8 Prelatum dicere non posse precipere sine cause cognitione vani est capitis.
9 Inhibitiones, in quibus omissa est aliqua solennitas, quo casu debeant confirmari. ⁊ nu. seq.
10 Missus in possessionem nulliter quid potest petere parte impugnante, vt de possessione non corruat.
11 Inquilinus, colonus, conductor, ⁊ similes non possident.
12 Possessionis causam nullus sibi mutare potest, alia extrinsecus non accedente.
13 Jus pascendi pecoris quãdo dicatur personale, ⁊ qualiter prosequendum.
14 Actor succumbit, nisi causam in libello deductam probet.
15 Procurator non habet exercitium mandati, nisi a tempore receptionis illius.

¶ De pascuis. Consi. lxi.



Viso processu cause recursalis agitate per ⁊ inter prouidos viros Stephanum Bartholomei, ⁊ Stephanum Joãnis recurrentes ex vna, ac venerabilem ⁊ honorabiles viros dominum procuratorem reuerẽdi in Christo patris ⁊ domi. domini Gulielmi ademarij Vasionensis episcopi, decani ⁊ domini loci de Columzellis, ⁊ syndicos eiusdem loci recursos partibus ex altera, videẗ prima facie respondendum, ꝙ precepta siue penales inhibitiones facte per dominum Baiulum loci predicti de Columzellis prefatis recurrẽtibus, vtpote facte dictis recurrẽtibus nõ auditis, † ⁊ alias nulla
1 premissa

premissa cause cognitione, ⁊ clausula iustificatiua nõ adiecta, fue rint ⁊ sint nulle.l.ij.l.iudex.⁊.l.fi.C.cõmi.vel epi.⁊ alijs causis, iu ribus ⁊ rõnibus parte dictorũ recurrẽtium allegatis in schedu la exordicte, Apertissimo iure cauetur ⁊c. Cũ enim id qđ per di ctas inhibitiones prohibebat̃ esset preiudiciabile, ⁊ alias tale, in quo requirebatur cause cognitio, nõ videntur huiusmodi inhi bitiones valuisse, quinimo potuerunt contẽni. vt. C.commi. vel epi.per totum.cuius illa videtur ratio: qꝛ prefatus do. Baiulus
2 non seruauit formam a iure traditã, †que est vt procedatur cau sa cognita, ⁊ non incipiendo ab executione.l.iudices.C. de iud.l. j.⁊ quod ibi per Bar.C.de execu.rei iudi.⁊.l.prolatam.C.de sent. ⁊ interlocu.omn.iudi.not. Pau.de cast.in.l.de pupillo.§.memi nisse.ff.de no.ope.nun. Non enim sumus in casu in quo vt pluri mum loquuntur glo.⁊ doct.in.c.ex parte.le.j.de verb.signi.doct. in.d.l.de pupillo.§.meminisse.Barto.Sali.⁊ docto.in.d.l.j.C.de execu.rei iudi.Bal.C.commi.episto.super rubrica.Ang.Are.in §.curare.instit.de actio.⁊ Innocen.in.c.tua. de cohabita.cleri.⁊ mulie.quia doctor.prefati in dictis locis loquuntur in precepto iustificato per clausulam, ⁊ si senseris te grauatũ ⁊c. vel similem.
3 †Quo casu, vt not.doct.communiter, comparente parte, cui fa cta est inhibitio vel preceptum, resoluitur preceptum vel inhibi tio huiusmodi in vim simplicis citationis.si vero non cõpareat, tunc manet preceptum firmum, nec est quod iudici imputetur, postquam preceptum fuit iustificatum per clausulam, Et si sen seris ⁊c. Quamuis etiam hoc casu Jo.and.in addi. Specu.tit.de aduoca.quam secundum Roma.multi libri nõ habent, preceptũ factum sine cause cognitione sit in omni materia nullum, preter quam in materia nuntiationis noui operis, ⁊ idem voluit Ang. Aret.in.d.§.curare.⁊ fuit de mente Bar. in.d.l.j.C.de execu.rei iudi.vbi licet loquatur in precepto iustificato, tñ affirmat illud esse nullum. Ex quibus omnibus videtur inferri posse dictos Joannis ⁊ Bartholomei habuisse iustam causam recurrendi, ⁊ recurrendo impugnandi preceptum siue inhibitiones superius mentionatas, aut saltem postulandi ⁊ petẽdi preceptum, seu in hibitionem huiusmodi resolui in vim simplicis citationis, pro ut parte ipsorum extitit postulatum, ⁊ que inhibitiones viden tur debuisse resolui, etiam si illis adiecta extitisset clausula iusti ficatiua, vt voluit Bar.in.d.l.j.C.de execu.rei iudi.⁊ doct.magis communiter.in.d.§.meminisse. Ex quibus videtur vlterius in ferri posse prefatos do.procuratorem ⁊ syndicos, siue vniuersi tatem loci predicti de Columzellis debuisse ⁊ debere condẽnari in expensis: quia victum victori ⁊c.

Sed his non obstantibus vi detur, ꝙ preptum siue inhibitiones superius mẽtionate potue rint ⁊ possint de iure defendi, ꝙ que, si defendi non possent, quia tamen dicti Joannis ⁊ Bartholomei non solũ impugnauerunt inhibitiones superius mentionatas, sed etiam petierunt se ma nuteneri in pretensa quasi possessione immittendi ⁊ depascendi quecunqꝫ eorum animalia in territorio ⁊ districtu loci de Colũ zellis, quam tamen non videntur opportune probasse, est quod refragetur ⁊ obstet intentioni dictorũ Batholomei ⁊ Joannis in causa recurrentiũ, ⁊ cuius occasione venirent ⁊ deberent con demnari in parte expensarum.

Pro cuius dicti faciliore de claratione premitto ꝙ, prout alias scriptũ est in hac causa parte
17 extraua. ad reprimendum, in verbo, accusationem. † Non valuit igitur litis contestatio seu responsio facta per dictum do. cancellarium: et cum per litis contestationem vel post eam dicatur nomen accusati vel inquisiti recipi inter reos. l. adulteram, et quod ibi gl. C. de adulte. et l. si maritus. §. prescriptiones, vbi etiam glo. ff. eo. tit. quam secuti sunt Pet. et Dy. prout refert Salic. in l. j. ver. quero nunc quarto. C. qui accusa. non pos. et ita videtur fuisse de mente Bald. in l. quamuis. C. si pen. appella. quamuis aliter senserit Bart. in l. is qui rens. ff. de publi. iudi. si litis contestatio fuerit nulla, non videtur nomen dicti domini cancellarij fuisse receptum inter reos. quia ita demum dicitur lis contestata vel responsio facta, si legitime facta extiterit lege quarta. §. condemnatum, cum similibus. ff. de re iudicata. Et ita non potuit nec potest dicta pretensa suspensio ex eo capite defendi, et dici valida, quia facta post nomen receptum inter reos: quia imo factum est antequam illud receptum

18 extiterit, † cum data iudicij nullitate semper simus in principio cause. l. licet. et quod ibi Bald. et docto. C. de iudic. Ex quibus omnibus patet dictum dominum Marchionem male et nulliter processisse ad suspensionem, de qua supra, imo verius ad spoliationem et quidem non solum inique, quod tamen cum omnimoda reuerentia dixerim, sed etiam iuris ordine pretermisso, et contra ipsum, ipso etiam magnifico domino cancellario non audito, et legitimis defensionibus aduersus dictum pretensum titu. oppositis non admissis: quinimo saltem tacite repulsis, quatenus illis non obstantibus fuit idem do. cancellarius penarum grandium comminationibus et illarum metu compulsus ad respondendum titulo de iure nullo. Propter quod fuit et est idem dominus ad possessionem dicti eius officij, quatenus de facto illa priuatus extitit, omnia reintegrandus, et in ipsa restituendus, quemadmodum ad illam reintegrari deberet, si priuatio huiusmodi facta a priuato. c. cum venisset. et c. conquerente. de rest. spolia. pro quo facit quod habetur per glo. in l. meminerint cuncti. C. vnde vi. per Iaco. rebuf. et Ioan. de pla. in l. si coloni. C. de agrico. et censi. libro. xj. Et ita etiam fieri mandat serenissimus princeps dominus noster Francorum rex per suas patentes literas. Que omnia dixerim sub benigna supportatione reuerendorum patrum et virorum egregiorum dominorum commissariorum, et correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Argumentum.

Comparens coram iudice, a quo appellauit, et tentans ab eo reparationem grauaminis illati non censetur appellationi renuntiare. A. F.

1 Comparens et docens de grauamine coram iudice, a quo appellauit, an appellationi videatur renuntiasse.

2 Appellationi per acta, que aduersarius noluit recipere, an renuntiatum videatur.

De appel. Consi. lxxxiiij.



Quamuis post nulliter et de facto factam suspensionem per illustrem virum dominum Marchionem Saluciarum, contra magnificum et egregium virum dominum Aymericum de Andrea prouincie cancellarium, idem magnificus dominus de Andrea, seu pro eo et eius nomine egregius vir dominus Gulielmus Marquesij eius pretensus procurator pluries comparuisse pretenditur coram eodem domino Mar

1 chione, † non propterea censendus est idem magnificus dominus de Andrea renuntiasse appellationi parte ipsius interiecte Anno domini millesimo. cccclxxxix. et die. xxiiij. mensis Nouembris. Et quidem non quatenus petijt dictam pretensam suspensionem reuocari ex causis ipsius parte propositis et deductis: in hoc enim nihil directe egit contra dictam eius appellationem quia per appellationem insisterat vt reuocaretur grauamen per ipsum dominum Marchionem de facto sibi illatum: et ad hunc etiam effectum postea coram eo comparuit et comparendo instetit super reuocatione suspensionis, per quod non censetur idem sue appellationi renuntiasse, per id quod voluit gl. in c. si a iudice, de appell. in sexto. et Panormitanus in c. gratum. de offi. delega. et in c. cum venissent, de eo qui mitti. in possessio. cau. rei seruan. Nec etiam eidem appellationi renuntiauit, quatenus petijt se admitti ad dandum defensiones, et alias ad ostendendum de sua innocentia: quia, vt apparet ex discursu processus cause huiusmodi, ipse magnificus dominus de Andrea non fuit in hoc auditus, nec actus per eum gesti, approbati, vel recepti ab ipso Marchione, quinimo nec a domino procuratore

2 regio eius aduersario. † Non igitur censetur per actus huiusmodi renuntiasse dicte eius appellationi, dicto. c. cum venissent, et quod ibi per glo. super verbo, Obtulit. Et idem voluit ibi Panormitanus in secunda oppo. Adijciens quod per hoc limitatur dictum c. gratum. de offi. delega. et c. solicitudinem, in fi. de appella. Et allegat Panormita. pro dicta glo. c. cum pridem, et quod ibi no. de pactis. c. mulieri, de iureiuran. c. cum olim, de censi. et c. ex eo, de regulis iuris, in sexto. Addo no. per Alexandrum de Imol. et doct. in l. qui rome. §. seia. ff. de verbo. obligatio. et in remissionibus ibi positis. Et ita mihi videtur.

Argumentum.

¶Argumentum.

¶Quod approbo in teste reprobare nequeo.V.F.

1 ¶Testis varij nulla fides.
2 Responsio per verbum credo, non est absoluta, cum cauda.
3 Depositio testis ꝑ parte acceptari, z ꝑ parte refutari an possit.

¶De testib. Consil.lxxxv.

Blasius Busserie, qui in quibusdaz articulis exordientibus, Ut vobis reuerendo patri zc. parte eius cōtra et aduersus honorabilem virum Marcellum nayreti in quadaz ciuili causa inter eos pendente indecisa productis z oblatis opposuit ab vna parte de solutione vnius floreni du traict, et ab alia parte de solutione duorum florenorū, quas summas se soluisse affirmauit et pretendit in diminutionem summe parte eiusdem Nayreti ab ipso Busserie sibi solui postulante, non probauit eius intentionem. Et primo quidē nō probauit solutionē dicti floreni du traict: de illa enī solū testificari et deponere conatus est Corratus de puteo, cuius propterea depositio non probat, quia vox vni⁹ vox nullius. l. iurisiurandi C. de testi. z c. tam literis, eodem titulo. Dictus etiam Corratus reperitur in sua pretensa depositione varius, primo enim deponendo super quarto articulo dicit et deposuit cōtenta in eodez fore vera causam reddēs, qꝫ pro predicto Busserie dictū florenū du traict eidē Marcello expediuit, et alias prout in eodem articulo deducitur et ponitur. Quō fit vt, cum in articulo huiusmodi propositū extiterit, dictum florenum du traict, datum esse et solutum in diminutionē summe per Marcellum petite, idem Corratus dicens cōtenta in articulo esse vera, z alias prout in articulo ponitur, testificatus extiterit, et dixerit dictum florenum du traict datum fuisse et solutum in diminutionem dicte summe: et tamen cum postea interrogaretur pro qua causa florenum huiusmodi eidem Marcello dederit, respondit aliter se nescire, nisi qꝫ dict⁹ Marcellus veniebat post Blasium pro habendo pecunias, in quo palam fatetur se nescire an florenum huiusmodi in diminutionez
1 summe predicte dicto marcello soluerit. †Est igitur vari⁹ et tantū talis non probat. l. qui falsa. et quod ibi Alberic. ff. de testi. no. Specula. tit. de teste. §. primo. versic. Item ꝙ testes sunt varij. Joannes and. in. c. preterea. de testi. cogen. Et colligitur ex his que not. Bartolus in. l. eos. ff. de fal. non enim admittitur variatio huiusmodi, cum idem Corratus variās causam variationis huiusmodi dixerit, vt net. docto. in dicto. c. preterea. et Bartolus
2 in dicta. l. eos. †Nec sibi persuadeat prefatus Busserie. quod idez Marcellus nayreti respondendo dicto quarto articulo eidem respōnderit per verbum credit. Quoniam respondeo ꝙ huiusmodi respōsio, si et quatenus de ea appareat siue constet nen fuit absoluta, sed cum cauda, scilicet ꝙ credebat dictū florenū du traict sibi extitisse expeditum vel traditum pro et mediante alia pecuniaria summa dicto Blasio expedita, vel tradita, et alias prout
3 in responsione. †Que cum partim faciat pro eodem Blasio et cōtra dictū Marcellū, z partiz pro ipso Marcello et contra dictū Blasium non potest ipse Blasius confessionem seu responsiones huiusmodi quatenus pro eo facit acceptare, et quatenus contra eum facit refutare, pro quo allegasse sufficiat quod voluit Panormitanus in. c. bone memorie. le second. colūna penult. de postula. prela. legiīse in. l. aurelius. §. idez quesijt. ff. de libera. lega. et in. l. si quidem. C. de except. Jaco. rebuf. in. l. rura. C. de omni agro deserto. libro. xj. Cano. in. c. j. de confes. in. vj. in. l. j. C. de confessis. Ange. aret. in. §. item si quis postulante. insti. de acti. ¶Preterea presupposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ idem Busserie sufficienter probasset solutionem dicti floreni du traict, prout non probauit non tamen sequitur quin in alijs duobus florenis recte fuerit condemnatus quos pars aduersa sibi petijt. zc. ex quo petitionem fecit cum clausula, saluo tamen iure melioris computi: de qua alias latius dicetur.

¶Argumentum.

¶Clericus vel presbyter homicidium suadens postea secutum perpetuo carceri mancipandus. V.F.

1 ¶Occidisse quē interpretatiue quis et quādo dicatur, z mortis causam prebuisse.
2 Mandans eadem lege tenetur qua et mandatarius.
3 Tempus qui allegat, illud probare tenetur, fallit in delicto non reiterabili, vel semel tantum commisso. et nu. 5.
4 Imputet sibi qui se ad diem astringit.
6 Testes qualiter ad concordiam reducendi super tempore.
7 Statim inesse videntur que postea fiunt.
8 Penam carceris grauibus criminibus ecclesia infligit.
9 Carcer de iure ciuili non datur ad penam, secus de iure canonico, nec est contra naturam carceris, sed preter naturam.

¶De episco. audien. Consi. lxxxvj.

Ex processu cause inquisitionalis cepte, et aliquandiu continuate per et inter venerabilem virum dominum procuratorem fiscalez generalez episcopatus Vapincensis instantem z promouētem ex vna parte, et nobilem Joannez Lombardi inquisitum ex altera constat et apparet ꝙ pridez de Anno domini Millesimo. ccccxc. et de mense Maij, facta est rixa inter dictum nobilem Joannē Lombardi et Antonium de agintis ex vna z venerabilem quondam et religiosum virum dominum Gulielmum de petra priorem de Serro et loci Sigoterij: et ꝙ rixa huiusmodi facta est in cymiterio loci predicti de Sigoterio, z prope ripariam. Apparet preterea ex depositionibus dominorum Petri lagerij curati eiusdem loci, et fratris Hugonis vulbeti monachi, necnon Petri almeras et Martini gonelli, ꝙ de anno et mense predictis fuit solum et dūtaxat vnica rixa inter prefatos Lōbardi, Antonium de agintis, et dictum dominum Gulielmum de petra in cymeterio antedicto, aut saltem de vnica ac vna et eadem rixa, non de diuersis, deposuerunt et testificati extiterunt in prima eorum depositione prefati dominus Petrus legerij, frater Hugo vulbeti, necnō Petr⁹ almeras, z Martinus gonelli, qui huic rixe interfuerunt, et, vt deponunt super articulis nouissime productis exordientibus, Ad fines zc. se mutuo viderunt.

Preterea etiam constat z apparet ex processu huiusmodi. ꝙ dict⁹ Joānes Lombardi primo irruit in eundem dominum Gulielmum, et primo ipsum bina vice percussit cum baculo super eius brachio: de hoc enim deponūt multi testes super secundo articulo formate inquisitionis contra dictum Lombardi. Apparet insuper quod idem Joannes lombardi verba sua dirigendo ad dictum de Agintis dixit, Tue le ribault, tue le. De hoc enī deponūt prefati frater Hugo vulbeti Martinus gonelli, z Matthea relicta Stephani chabertini. Etiam et postremo constat et apparet dictum fratrem Gulielmum fuisse tunc occisū per dictum de Agintis, prout colligitur ex his, que deponunt testes tam super tertio articulo dicte formate inquisitionis, ꝙ etiam super dictis articulis nouissime produ-
1 ctis. †Quo fit vt prefatus Joannes lombardi censeatur eundez fratrem Gulielmum, saltem interpretatiue occidisse, et mortis causam prebuisse. l. j. §. deiecisse. ff. de vi et vi arma. not. Bartol. et docto. in. l. sed si vnius. §. seruus meus. ff. de iniu. Baldus, Salic. et doctores in. l. non ideo minus. C. de accusa. et Angelus aret. in suo tracta. malefic. in glos. super verbo, Sempronium mandatorem. et Dyn. in regula, qui facit per alium, de regulis iuris in. vj. et perinde videtur idem Joannes puniendus de z propter homi-
2 cidium huiusmodi, acsi ipsum commisisset: †tenetur enim ex homicidio propter mandatum, et eadem lege qua et mandatarius, hoc est ipse de Agintis, qui re vera eundem fratrem Gulielmum interfecit, et eadem pena, vt colligitur ex nota. per Barba. et docto. in dicta. l. non ideo minus. et Ange. super dicto verbo, Sempronium mandatorem.
3 †Fortasse dicet aliquis intētionem dicti domini procuratoris fiscalis ideo non esse sufficienter probatam, quia non apparent duo testes idonei, qui deposuerint vel dicant, ꝙ prefat⁹ Lombardi verba predicta, Tue le ribault zc. dixerit Anno predicto domini Millesimo. ccccxc. et die vicesimaprima mensis Maij, quod tamen videtur fuisse necessarium quia, licet necessarium non existeret, ꝙ dies verborum siue mandati z homicidij, de quibus supra, poneretur in inquisitione, seu titulis inquisitionalibus contra eundem Lombardi in hac causa oblatis, quia tamen dies huiusmodi in eis positus est, illum
4 probari oportuit ad victoriam obtinendam, †imputet enim sibi qui se ad diem astringit. l. habebat, in principio. ff. de instito. hoc determinauit Richardus malū. quem refert et sequitur Bart. et post eū alij in. l. is qui reus. ff. de publi. indi. Franciscus de are. in. c. qualiter et quando. le second. §. debet, de accusa. et Ange. arc. in suo tracta. malefi. Quī respondeo ꝙ hic sufficiēter apparuit z apparet ꝙ rixa, ac verba, seu mandatū z homicidiū superi⁹ nētionata facta, et perpetrata extiterunt Anno predicto Millesi-

mo. cccc. xc. et die vicesima prima mensis Maij. Et quidē de rixa et homicidio huiusmodi sufficienter apparuit & apparet ex depositionibus dictorum domini Petri lagerij, fratris Hugonis vulbeti, Petri almeras, et Martini goneli, et duarū aut triū mulierum. De verbis vero per eundem Lombardi prolatis, Tue le ribault &c. apparet depositionibus prefatorum fratris Hugonis, Martini gonelli, & Matthee relicte Stephani chabertini: et q̄ verba huiusmodi prolata extiterint anno, mense, & die predictis, probatur depositione dicti fratris Hugonis, iuncta depositione aliorum testium, scilicet prefatorū domini Petri lagerij, Petri almeras, et Martini gonelli deponentiū, q̄ vnica fuerit rixa anno predicto, &c. de mense Maij inter dictos Lombardi de agintis, et fratrem Gulielmum de petra. Et qui pro maiori parte deponunt. q̄ illa facta fuit anno predicto, & die vicesimaprima mensis Maij.

5 † Et ita nō obstat determinatio Richar. malum. et dictum Bart. que etiam, prout voluerunt aliqui moderni in dicta l. is qui reus. non procedūt in delicto non reiterabili, vel quando factus fuit articulus, q̄ de mense intentato in accusatione percussio vel delictum non fuit commissum nisi semel. Et q̄ eo casu etiam si dies positus extiterit in accusatione, necessariū nō existit q̄ ille probetur. Super quo tamen non insisto: cum, vt mihi videtur, dies mādati et perpetrati homicidij sufficiēter probatus extiterit. Non igitur obstat oppositio predicta.

Preterea nec etiam obstaret si ex aduerso preponeretur, q̄ prefatis domino Petro lagerij fratri Hugoni vulbeti, Petro almeras & Martino gonelli credi nō deaeat, ea videlicet ratione, quia super quinto dictorum articulorum nouissime productorum visi sunt deponere, q̄ prefatus frater Gulielmus vita functus decesserit, nō ante, sed post rixam inibi et alijs articulis plenius mentionatam, In sexto vero videntur deponere, q̄ ipse frater Gulielmus in rixa decesserit: et sic effectu aliter dixerunt eundem decessisse post rixam & in rixa, quod vi-

6 detur esse impossibile. † Quoniam respondeo, q̄ isti testes reducuntur ad concordiam, vt intelligantur super quinto deposuisse & dixisse prefatum quondam fratrem Gulielmum decessisse post rixam inter eum & prefatos Lombardi & de Agintis habitam non quidem post rixam finitam, sed post rixam inchoatā: quorum dicto sic intellecto non contrariatur id quod dicunt in dicto sexto articulo, et pro concordia huiusmodi adduco not. per Bar. & docto. in l. ij. §. creditum. ff. si certum petatur. et Jaco. de are. in. l. in insulam. §. j. ff. soluto matrimo. pro quo est bonus tex. in. c. cum tu. de testi. Addo q̄ etiam testes predicti super dicto quinto articulo, quatenus viderētur deposuisse dictum fratrem Gulielmū decessisse post rixam, non dixerunt simpliciter q̄ post rixam &c. sed adiecerūt q̄ ilico & incontinenti post &c. Cui dicto etiam non cōtrariatur id quod dixerūt in sexto, vbi dixerūt dictū fratrē Gu-

7 lielmū in rixa decessisse, † quia que postea fiunt ilico vel incontinēti inesse vidētur. l. lecta. §. dicebā, cū suis simili. ff. si certū petat.

Ex quibus omnibus concludo eundem nobilem Lombardi esse conuictum de mandato, de quo supra, et q̄ post mandatū huiusmodi cōmissum fuerit homicidiū p dictum de Agintis. Quo fit vt debeat idem nobilis Joānes Lombardi perinde puniri, acsi dictum fratrem Gulielmum

8 suis manibus occidisset, vt predixi: † quo casu videretur condemnandus ad penam carceris, quam pro grauibus criminibus ecclesia infligit. c. penulti. §. vlti. de hereti. not. Inno. in dicto. c. qualiter & quando. le second, super verbo, ad denuntiationem &c. de accusa. de quo hodie est bonus text. in. c. quanuis, de penis. in. vj. Et puto q̄ pensatis excessu huiusmodi ac personis dictorum fratris Gulielmi & Lombardi, et alijs circunstantijs, poterit reuerendus pater & vir egregius dominus Officialis Vapincensis dictum Joannem Lombardi in perpetuum, hoc est ad vitam. vel ad tempus prout viderit expedire, carceri mancipare ad penitentiam peragendam. d. c. Quis. Cui non obstat qđ habetur in. l. in-

9 credibile. C. de pe. † Quoniam respondeo q̄ text. ille procedit de iure ciuili, de quo carcer inuentus est ad custodiam, nō ad penā. Ex permissione aūt iuris canonici vtimur carcere, non solū ad custodiam, sed etiam ad penam. dicto. c. Quis. et ita ibi sensit Jo. de fan. et hoc non est contra naturam carceris, Quis fit preter naturam. Et ita, consulendo pro dicto domino procuratore, seu curia episcopali Vapincensi videtur mihi dicendum, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. Et presertim prefati egregij viri domini officialis, cui premissa submitto.

¶ Argumentum.

¶ Qui prior est tempore potior est iure. V. F.

1 ¶ Ratione possessionis presumitur pro possessore.

Magnum est possessionis commodum.

2 Collationem sibi factam de beneficio precessisse in tempore vel in hora qui probat, potior est iure.

¶ De interdict. Consi. lxxxvij.



Licet venerabilis vir dominus Antonius de homine pretensus presbyter pretendat beneficium parochialis ecclesie loci de Ryomis sibi fuisse collatum & donatum Anno domini millesimo. cccc. xcj. et die vicesima secunda mensis Aprilis, per reuerendissimum in Christo patrem et do. dominum Joannem Andream Sracensem episcopum, locumtēentem in spiritualibus et temporalibus reuerendissimi domini nostri Legati: seq̄ possessionem seu quasi beneficij huiusmodi apprehendisse & adeptum extitisse anno predicto et die prima mensis Maij: quia tamen beneficium huiusmodi donatum & collatum reperitur per reuerendum patrem et virum egregium dominum Michaelem Francisci, Vapincensem episcopum anno predicto, et dicta die vicesimanona mensis Aprilis, venerabili viro domino Bertrando payani presbytero: et sic eisdem anno. mēse, et die, quibus idem dominus de Homine dicit beneficium huiusmodi sibi fuisse collatum, debet de iure prefatus dominus, Payani in beneficio huiusmodi potior cēseri: cū illius possessionem, seu quasi, adeptus extiterit anno predicto millesimo. cccc. xcj. et die vltima mensis Aprilis: et sic antequā idem dn̄s de Homine illam adeptus extiterit, et hoc nisi ipse de Homine pbaret dictam pretensam collationem, quam pretendit sibi factam, precessisse in tempore, vel in hora, collationem factam dicto domino Bertran

1 do. c. si a sede apostolica, vbi est text. de hoc, de preben. in. vj. † ratione enim possessionis presumitur pro possessore, magnū est em̄ possessionis commodum. c. j. vt eccle. benefi. l. res alienas. C. de rei ven. §. retinēde. instit. de interdic. not. Joan. mona. Archi. glos. et

2 docto. in dicto. c. si a sede. † vbi vero probaret idem dominus de Homine dictam eius pretensam collationem precessisse in tempore, vel in hora, collationem factam dicto domino Bertrando, tūc proculdubio idem dominus de Homine prior existeret, vt nota. glo. in. c. j. de offic. lega. et in dicto. c. si a sede. Pro quo facit quod no. glo. in. c. duobus. de rescrip. in. vj. super quo vlterius nō insisto, paratus cum oportebit plenius scribere.

¶ Argumentum.

¶ Pactum de retrouendendo vbi modicum interuenit pretium habet nescio quid suspecti de vsura, quam presumi facit. V. F.

1 ¶ Pactum de retrouendendo eo, in quo est iustum pretium est validum, et emptor facit fructus suos pendente tempore rēdemptionis, secus aliter. & nu. 5.

2 Argumentum a contrario sensu est in iure fortissimum.

3 Contractus presumitur feneratitius ex modicitate pretij & pacto de retrouendendo.

4 Contractus qualitas presumitur ex qualitate pretij.

5 Venditio ex modicitate pretij per pactum redemptionis est potius pignoratio, in qua fructus veniunt in sortem, que lapso tempore redimi potest.

6 Juri offerendi debitum pro recuperatione rei pignori date non prescribitur, presertim longo tempore.

¶ De vsur. Consil. lxxxviij.



Ponitur in facto quod Petrus emit a Gulielmo quoddam predium certo pretio inter eosdem Petrum et Gulielmū concordato et conuento, et per eundem Gulielmum manualiter habito et recepto, et de quo idē Gulielmus eundem Petrum quittauit, et confessus est pretium huiusmodi esse iustum et sufficiens. Deinde vero idem Petrus pactum fecit dicto Gulielmo tunc presenti et acceptanti q̄ predium huiusmodi dicto pretio reuenderet, quoties et quandocunque illud vellet redimere infra tres annos tunc proxime sequentes, prout de pacto et conuentione huiusmodi constare asseritur, apocha siue schedula facta et scripta per dictum Petrum emptorem, quam idem Petrus nō diffitetur, nec denegat. ¶ Quesitum est, an post lapsum dictorum trium annorum, possit et valeat idem Gulielmus venditor dictum petrum compellere ad sibi reuendendum & reuenditum tradendum predium prementionatū, vel alias

vel alias predium huiusmodi ab ipso Petro auocare.

Uiso casu et dubio huiusmodi

1 ex eodem, elicito, dico breuiter et succincte† qd si pretium, quo predium huiusmodi venditum extitit, fuerit pretium iustum, dictum pactum valuit.l.ij. et quod ibi per docto.C. de pact.inter empto. et vendito.no.Archi.in.c.plerique.xiiij.q.iij.Panor.et docto. in.c. ad nostram, de empti.et vendi.docto.in.c.conquestus, de vsu.et sentit Bal.in.l.iij.C.plus vale. quod agitur, et in.d.l. si fundum. Et hoc casu fecit dictus Petrus fructus suos, vt colligitur ex not. per docto.in locis superius allegatis: et presertim per Archidia. in.d.c.plerique, per Panormita.et Ambros.de viua.in.d.c. ad nostram, superius allegato. Isto etiam casu puto q lapso predicto triennio, non posset dictus Gulielmus predium huiusmodi repe
2 tere.d.l. si fundum.† arguendo a contrario sensu, qui modus argendi est in iure fortissimus.l.j.§. huius rei, cum suis simili.ff. de offi.eius.cui man.est iurisdi. Si vero ptium non fuisset iustu, sed
3 modicum seu vile, tunc† dico q ex his duobus, scilicet pretij modicitate, et pacto de reuendendo presumeretur contractus feneratitius.not.glo.et post eam Joan.de ana.et docto.in.c.conquestus,
4 de vsu.† Ex qualitate enim pretij presumitur qualitas cotract⁹. l.per diuersas.C.manda.c.et si questiones, de symo.not. glo. in.l.j. ff.de super fi.Bar.in.l.eodem ferro.§.qui maximos.ff.de publi.fa
5 cit.l.cum hi.§.modus.ff.de transactioni.† Quo casu dicerem qd cum dicta pretensa venditio non deberet dici venditio, sed poti⁹ pignoratio, deberent fructus per Petrum percepti imputari in sortem.l.j.et.ij.C.de pigno.acti.et.c.j.cum suis simili.de vsu. dicere etiam isto casu quod post lapsum triennium posset idem Gulielmus a dicto Petro emptore, imo verius creditore, dictum predium repetere, supplendo id quod fructibus imputatis in sorte
6 deesset de pretio:† quia iuri offerendi debitum pro recuperatione rei pignori date non prescribitur, presertim longo tempore, pro quo pro nunc allegasse sufficiat not.per Cynum in.l.cum notissimi.§.sed cum illud.C.de prescriptio.trigin.anno.per Bart. in.l. pignori.ff.de vsuca.et per Angelum.aret.§.actionum, in materia pignoratitie actionis.institu.de acti.et Panor.in.c. cum non deceat.de prescri. Quod vlteri⁹ no psequor donec habuero pleniorem facti informationem.

¶ Argumentum.

¶ Donatio facta a fratre fratri no scripta, nec probata nisi per famulos donatarij absentis, si pro illo nemo stipuletur, non valet. A.F.

1 ☞ Fratres ad successionem fratris qualiter vocentur ab intestato.
2 Donatio ad sui validitate vsque ad quam summam scriptura no indigeat.
3 Depositioni testis producti non vocata parte no est credendum.
4 Seruitoribus an et qualiter credatur.
5 Donationi causa mortis an noceat absentia no interueniete epistola vel nuntio vel acceptatore.
6 Infirmus an in dubio videatur facere actum inter viuos vel vltime voluntatis.

¶ De dona. Consilium.lxxxix.



Ognito casu mihi exhibito, exordiente, Symo trucbeti de Fyorto &c. et dubijs ex casu hmoi subtiliter elicitis, dico et respodeo q si Goffred⁹, de q in casu huiusmodi, ab intestato, et als nulla dispositione habita fine facta de eius bonis decesserit, eide Goffredo equis portionibus successerunt Petrus eiusde Goffredi quodam frater, et Helias nepos ex Andrea altero quodam fratre eiusde quonda Goffre
1 di:† si tame ipsi Goffredus, Andreas, et Petrus fuerint fratres vtrinque coiuncti.aut.de here.ab intest.§.reliquum, colla.ix. aut.vt fra.filij.in prin.eade colla.aut.cessante, aut.post fratres ex vtroque parete, et aut.seq.C.de legi.here. Veru qr in casus positioe enarrant quosda seruitores et famulas dicti petri trucbeti testificatos extitisse, dictu quoda Goffredu oia ei⁹ bona fratri suo donasse, pot esse aliqd dubium, an in vim donatiois hmoi possit ide Petrus petere bona huiusmodi, et ipsum Heliam nepotem suu repel
2 lere. Super quo dico in primis, salua pleniori deliberatione,† qd licet donatio ad sui validitatem scriptura non indigeat, vt colligitur ex not.per glossam magistram super verbo, in scriptis, et ibi notant Petrus de ancha.et Gemi.in.c.j.§. postquam autem, de censi.in.vj.que glo.enumerat trigintaquatuor casus, in quib⁹ scriptura requiritur: quos casus sequit sed alio modo Gulielm⁹ duran.in Specul. titulo.de instru.editio. libro.ij. particula.ij.§. restat, versicu.quid si dum attestationes publicantur in.ij. parte. ad quod facit quod habetur in.l.pactum quod bona fide, et quod ibi glos.super verbo, secundum ius, et doctores.C. de pact.et precipue Salicetus qui dicit fidem non scriptam seruadam vt scriptam, quia scriptura fit ad probandum et demonstrandum.l. cotrahitur.ff.de pigno.et.l.cum res.C. de probationibus. Etia hoc dictum corroborant scribentes in.l.siue apud acta.C. de transac. et canoniste in.c.inter dilectos, de fide instrumento. nisi forte res donate excederent summam quindecim aureorum.l.si quis argetum.§.sin autem amplioris summe.C.de donationibus, secundum glo.in dicto.c.j.de censibus, vel secundum Speculatore.in dicto §.restat, de instru. edi.in.l.in donationibus. C. de donationibus, vel secundum Salicetum in .l.donatio.C.illo titulo. Et dicit Bartolus in.l.quoties.ff.ad legem Falcidiam, quod donatio vltra quingetos aureos sine insinuatione valet, si soluta et detracta gabella remanserint tantummodo quingenti aurei. Insuper ex alio latere, vt clare et apertissime etiam lippis et tonsoribus patet, vt est adagium.glo.in.l.quidam cum filium, super verbo, comittetur stipulatio.ff.de verborum obligationibus, dicta pretensa
3 donatio non videtur obesse dicto Helie trucbeti.† Tum quia de illa non constat, non enim credendum est depositioni sine dicto predictorum testium, pro eo quia non vocato ipso Helia producti extiterunt, qui vocari debuit.l.si quando.C.de testibus, et.c.in
4 nomine domini, extra eodem titulo.† Et quia etiam tempore productionis et depositionis eorundem erant seruitores familiares et domestici dicti Petri trucbeti: propter quod vel eis omnino no creditur, vel proculdubio minus creditur.c. in literis, et quod ibi per glossam et doctores, de testibus: nam testes de familia sua producti non sunt idonei et sufficientes, quos Paulo iurisconsulto interrogari non placuit.l.testes eos.ff.de testibus, et sunt domestici, vt dicit predicta glossa, quibus productor imperare potest et iubere ratione dominice vel patrie potestatis. Tum etiam non videtur huiusmodi pretensa donatio dicto Petro prodesse: quia vt existimo, illa facta est si facta probetur, Petro absenti non interueniente epistola vel nuntio, aut alio qui donatione huiusmodi pro eodem Petro acceptauerit: quod tamen erat necessarium ad illius validitatem, vt not.glossa.et omnes doctores in.l.illud.
5 C.de sacrosanctis ecclesijs.† quod procedit etiam si fuisset donatio causa mortis, vt no.Bar.in.l. inter mortis.ff. de donationibus causa mortis quamuis hec, quatenus de ea costaret, inter deberet presumi in dubio, etiam si facta sit ab infirmo, donatio viuos.l. seia.§. finali, et quod ibi glossa.ff. de donationibus causa mortis, de quo Dynus, Bartolus, Baldus, Joannes de Imola, Alexander de Imola, et communiter doctores in.l. que dotis, in principio.ff.soluto matrimonio, quamuis Antonius de Butrio
6 in.c.ij.per illum textum de consue.† Dixerit quod infirmus non videtur in dubio facere actum inter viuos, sed vltime voluntatis pro quo facit quod notat glossa in.l.j.C.de fal.cau.adiec.lega.sed in hoc reprehenditur a Joanne de Imola.in.d.c.ij.et ab Alexandro in.d.l.que dotis, et cotra eum est casus in allegata.l.seia.§.fi. de donationibus causa mortis. Possunt alie multe rationes ad inualiditatem huiusmodi pretese donationis, etia si de ea appareret, aliegari.sed quia velle plenius informari, qua informatus extiterim per dicti casus narrationem, ego vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Donatio patris filio in potestate existenti facta simpliciter sine retentione vsusfructus censetur facta vt extraneo, et non cofertur. A.F.

1 ☞ Pater donans filio in potestate in dubio simpliciter donare, non in peculium concedere an videatur.et nu.6. vel ex meritis precedentibus.et nu.7.
Donatio est alienatio.
2 Uerbum donare quid importat.
3 Donatum filio a patre, donatum vt extraneo quando intelligatur, vt non debeat conferri.
4 Tituli acquisitio non conuenit nisi inter extraneos.
5 Juramentum rem pro posse validat.
7 Uerbum dono a patre filio prolatum simpliciter, in quo resoluat.
8 Donans ad sustentationem an in peculium videatur concessisse.
9 Donatio patris filio in potestate, cum vsusfructus retentione, an et cur valeat.et nu. seq.
10 Concessio peculij requirit administrationem.
11 Dominium rei donate, et possessio, seu quasi, an transferatur per vsusfructus retentionem.
Peculij concessio non est alienatio, sed administrationis quaru dam rerum commissio.

¶ De dona. Consilium. xc.



Viso instrumēto seu nota donationis olim facte nobili et generoso viro Raymundo de Viennesio, per nobilem et potentem virum dominum Franciscum de Viennesio militē eius patrem, in cuius patris potestate tempore facte donationis huiusmodi existebat et existit, primito q idem dominus Franciscus fecit eidem nobili Raymundo duas donationes, vnam videlicet de domo forti loci Visilie, cum omnibus redditibus, censib⁹, dominijs directis, et alijs inibi mētionatis, et aliam de segnoria et castro de Colungijs, domib⁹, pratis, et alijs inibi mentionatis, que idem dominus Franciscus habebat in mandamento Parisius, Clayssij, et Cassenatici, cuz omnibus homagijs, censibus, et alijs ibi expressis: ibi tamē reseruato et retento vsufructu dictorū dominij, hereditatis, segnorie, censuum, et redditū existentium in predictis mandamentis Parisius, Clayssij, et Cassenatici ad vitam ipsius domini Francisci de Viennesio duntaxat. ¶ Quibus premissis hic dubitatur de efficacia donationū huiusmodi, an videlicet ille debuerint et debeāt fuisse et esse concesse in peculium profectitium, et sic commissio administrationis rerum, iurium et bonorum in instrumento predicto latius expressarum: an ve censeri debuerint et debeāt donationes rerum, bonorum, et iurium huiusmodi: et presertim hoc dubitatur de prima donatione, sup quo articulo dico q vt refert Cy-
1 nus in. l. si donatione. C. de colla. Dy. fuit in opinione † q, vbi pater donat. filio in ipsius potestate existenti, ipse videtur in dubio donare simpliciter, non in peculium concedere, quia donatio est alienatio: sed peculij concessio non est alienatio, sed potius administrationis quarundam rerum commissio. l. filie licet. C. de colla. et not. in. l. peculij, in prin. ff. de pecul. et. l. certum. C. familie erciscū de. et facit pro opinione Dy. l. filie cuius, eod. ti. put plenius prosequitur Cynus referens opinionem huiusmodi, et vt mihi videtur hanc sententiam Dy. sequutus est Jacobus but. in. d. l. si do-
2 natione. † Dicit enim q vbi pater vtitur verbo donationis, tunc videatur simpliciter donare, quia hoc importat verbuz donare. vt. l. j. ff. de donātionibus, et in dubio standum est verbis. l. j. §. si is qui nauē: ibi in re igitur dubia. ff. de exerci. actio. et in. l. prospexit. ff. qui et a qui. idem fuit de mente Baldi in. d. l. si donatione, col. ij.
3 † dicit enim q vbi per concessionem quaz facit pater acquiritur filio titulus, vt quia nomen ei emitur a patre, vel conceditur ei cū titulo, vt quia dicit pater dono tibi, tunc intelligatur donatū vt extraneo, et qd tunc debet hoc habere precipuum, et non tenetur conferre. d. l. filie cuius. et. l. donationes. C. de donationibus inter virum et vxorem, hoc enim ipso quod pater titulum cōcedit filio, apparet secundum Baldum quod intelligitur factum tanquam
4 extraneo, † cum talis actus siue tituli acquisitio non conueniat, nisi inter extraneos. arg. l. proinde. §. si seruus. ff. de stipul. seruo. et per hoc apparet quod talem actum exercendo in filium hoc facit non tanquam in filium, sed tanquam in extraneum. argu. l. nō codicillum. C. de testa. et. l. j. §. sed et si quis. C. de lati. libe. tollen. dicta etiam opinio Dyni videtur fuisse de mente Saliceti in. d. l. filie cuius, col. iiij. versiculo, tertio casu et c. vbi dicit quod quando pater dicit dono, tunc certum est propter significationē verbi qd pater voluit transferre dominium in filium. l. in edibus. §. donari. ff. de donationibus. et idem videtur ibi voluisse Paulus de castro. Ex quibus infertur quod cum in predictis donationibus prefatus dominus Franciscus vsus fuerit verbo dono, cēseri debeat eidem nobili Raymundo simpliciter donasse, non in pecu-
5 lium concessisse: et o† maxime quia in donationib⁹ huiusmodi interuenit iuramentum, quod facit rē valere omni eo meliore modo quo valere potest. l. cum pater. §. filius matrez. ff. de legatis. ij. et quia etiam donationes huiusmodi facte fuerunt cōtemplatione matrimonij tunc contracti per et inter eundez nobilem Raymundum ex vna parte, et nobilem et generosam mulierem Margaretam de bernesio ex alia: que propterea valuit, vt plene prosequitur dominus Guido pape decisionibus magnifici Delphinalis parlamēti, decisione. cxlv. exordiēte, Fuit etiam alia orta que-
6 stio et c. vbi refert ita fuisse iudicatū. † Glossa vero in dicta. l. si donatione, videtur aliter sensisse, et voluisse quod ex verbis non cognoscitur an donetur, an cōcedatur filio vt in peculium habeat, vel extra peculium, et tanq extraneo: sed ex meritis precedētibus, quod etiam, vt ibi refert Cynus, voluit Jacobus de rauē. ad qd facit. l. si vero non remunerandi. §. papinianus. ff. manda. et si non precesserint merita, presumitur patrem non donasse: sed in peculium concessisse. Bartolus etiam in dicta. l. si donatione, videtur
7 aliter loqui, quā Dynus et sequaces. sunt etiam qui † dicunt quod ad hoc, vt pater intelligat donare res vel bona filio, oportet qd vel eas emerit nomine eiusdem filij et filio tradiderit, dicta. l. filie cuius. aut quod donet propter precedentia bene merita filij: et qd si nō appareat quod pater emerit nomine filij, vel quod bene merita eisdem precesserint, pater dando simpliciter rem filio, etiam si vtatur verbo dono, non tamen intelligatur donare, sed in peculium concedere. l. quod fructuarius. ff. de acquirendo re. domi. l. final. ff. de pecul. lega. et. l. cum pater. §. pater pluribus, et quod ibi glo. et Bart. ff. de legatis. ij. Et sic apparet quod iste casus non est sine difficultate, signanter quatenus concernit donationem factā de domo forti loci Visilie, cum redditibus, censibus et c. existētib⁹ in mādamentis Visilie et Sechbiline: eo maxime quia in donatione huiusmodi dictum est, quod idez dominus Franciscus donabat dicto nobili Raymundo eius filio pro intertenendo eius sta-
8 tum. † Et sic videtur donasse ad sustentationem eiusdem nobilis Raymundi: ergo videtur in peculium cōcessisse, per id quod not. Albe. in dicta. l. si donatione, col. ij. ibi, si vero pater dedit filio ad sui sustentationem. Facit tamē magnam presumptionem pro eodem nobili Raymundo transactio celebrata et inita per et inter ipsum nobilem Raymunduz ex vna parte, et nobilem Gulielmū de viennesio eius fratrem ex alia, sub presentia dicti domini canonici sic fieri volentis, consentientis, et iubentis, in qua commemorate extiterunt donationes antedicte, et dictum in sui presentia, quod ipse res iura et bona predicta dicto nobili Raymundo donauerat donatione inter viuos et c. et quia, vt predixi, iste articulus est dubius, consulerem ipsi nobili Raymundo, vt procuret de nouo sibi, et pro se, et eius heredibus donari predictam domū fortem Visilie, cum censibus, redditibus, et alijs existentibus in dictis mandamentis Visilie et Secbiline, citra preiudicium dicte prime donationis: et si aliter fieri non possit, patiatur dictus nobilis Raymundus, qd idē do. Franciscus sibijpsi reseruet vsumfructum domus et bonorum huiusmodi.

9 † Quo vero ad donationem factam de segnoria et castro Colungijs, domibus, pratis, et alijs existentibus in mandamentis Parisius, Clayssij, et Cassenatici, dico et respondeo quod proculdubio ista videtur fuisse et esse vera donatio, non concessio in peculium: quod ex eo maxime apparet, qa dictus dominus Franciscus sibi retinuit vsumfructuz quandiu viueret, et sic non videtur res, bona, et iura huiusmodi dicto Raymundo concessa ad sui sustentationem, viuente donatore: vel aliqua administratio in bonis, rebus, et iuribus huiusmodi eidem
10 attributa aut concessa, † quod tamē requirit et exigit donatio seu concessio in peculium, vt apparet per ea que notant doctores in dicta. l. si donationē. Et quāuis donatio huiusmodi facta extiterit filio in potestate domini donatoris existenti, illa tamē valuit et valet de iure ratione iuramenti prestiti per ipsum dominū donatorem. per ea que no. Baldus in. l. iij. C. de vsucapi. pro dona. et in repetitione. l. ij. char. xv. col. iij. versic. et idem credo quando pater donat filio et c. ff. de iureiurando. plenius consilio. cclxv. exordiente, Premittendum est qd euidentiam et c. in tertia parte, vbi allegat multas, et pulchras rationes. et Alexāder de imo. in dicta l. si donatione. col. v. versic. vtrum autem donatio et c. et cōsilio. cx. exordiente, Ponderatis his que in themate et c. in tertio volumine. et pro hoc optime faciunt rationes et decisio allegate per dom.
11 Gui. pape. in dicta decisione. cxlv. vbi videri potest. † Puto etiā quod, cuz idē dominus Francisc⁹ donator sibi retinuerit vsumfructum rerum et iurium predictarum, fuerint dominiū et possessio earūdem, seu quasi, translata in ipsum nobilem Raymundū. l. quisquis, et quod ibi glos. Salice. et doctores, et in. l. si quis argentum. C. sed si quidem. C. de donatio. Et non videntur mihi habere dubium, que dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.


¶ Extraneus heres sub conditione institutus, ea pendente substitutis satisdare tenetur de restituendo, et nihilominus inuentarium conficere. V. F.

1 ☞ Inuentarium est caput rationis.
2 Heres de restituendo grauatus inuentarium non conficiens, ad quod compelli potest, perdit trebellianicam.
3 Substituti copiam inuentarij habere debent propter metum bonorum mobilium.
4 Substituti iuncto etiam fideicommissario possunt cōficere inuētarium.
5 Extraneus institutus, grauatus de restituendo, an substitut⁹ teneatur satisdationem prestare.
6 Substituti in possessionem iure pignoris mitti possunt, extraneo fideicommissario non satisdante.
7 In codicillis quid legari potest,

Hereditas

8 Hereditas quo iure in codicillis relinqui possit.
9 Alienationes per fideicommissarium an currant usque ad quartã trebellianicam.

¶ De insti. et substi. Consi. xcj.



Ponitur in facto qd ho nesta quondam mulier Chatharina relicta Ioãnis boneti de guilbestra Ebredunensis diecesis fecit et condidit eius ultimum et nuncupatiuum testamentum, in quo inter alia per eam disposita et fieri ordinata instituit et ore proprio nominauit eius heredem vniuersalem Nicolaum Michaelis, filium quondam naturalem et legitimum magistri Turini Michaelis, voluitque et ordinauit quod, si contingeret eundem Nicolaum decedere sine herede vel heredibus a suo corpore legitime procreato aut procreatis, hereditas et bona eiusdem Catharine testatricis pleno iure deuoluerentur et peruenirent ad prouidos viros Antonium michaelis filiũ quõdam Audrati michaelis, et Marconum et Petrum michaelis fratres, filios quondam naturales et legitimos Gulielmi Michaelis equis portionibus inter eos diuidẽda seu ad eorum liberos: quod testamentum voluit valere iure nuncupatiui testamenti vel codicillorum, aut iure donationis causa mortis, seu cuiuscunque vltime voluntatis, et omni alio iure, quo melius valere et tenere posset.

Preterea ponitur in facto qd dicta Catharina testatrix post testamentum huiusmodi fecit et cõdidit codicillum, in quo inter cetera voluit et ordinauit quod prefatus Nicolaus heres vniuersalis per eam institutus fieret ecclesiasticus, et missam pro eius anima, ac parentum et benefactorum suorum celebraret: et casu quo non fieret ecclesiasticus, et ordines sacros non reciperet, et missam non celebraret, eadem Catharina legauit pfatis Antonio michaelis, ac Petro et Marco michaelis, et iure legati reliquit medietatem omnium bonorum suorum tam mobilium, quam immobilium: in quo etiaz codicillo dictum suum vltimum testamentum, et omnia alia vniuersa et singula in eo cõtẽta et descripta obtinere voluit atque iussit, premissis et aliis in codicillo cõtentis in omnibus aliis capitulis plenissimam roboris firmitatem addens. Predicta autem Catharina testatrice in voluntate huiusmodi vita functa, idem Nicolaus bona et hereditatem huiusmodi adiuit et acceptauit, proque ipsius vniuersali herede se gessit, et representauit, ac etiam gerit et representat.

¶ Questitum est de multis, et primo quidem an dictus Nicolaus teneatur et debeat inuentarium conficere de bonis rebus et iuribus dicte quondam Catharine testatricis. ¶ Secundo, an idem Nicolaus heres institutus cogi posset et valeat ad satisdandum de dandis et restituendis legatis et fideicõmisso superius mentionatis in euentum conditionum, de quibus supra. ¶ Tertio, an codicillis de iure valeat. ¶ Quarto an de quota parte et portione bonorum et hereditatis dicte quõdam Catharine possit et valeat prefatus Nicolaus disponere.

Christi nomine inuocato: viso casu superius mẽtionato, et dubiis ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum qd, cum prefatus Nicolaus heres grauatus extiterit de restituendis bonis et hereditate prefate Catharine in euentum cõditionis, de qua in substitutione per eã facta, et propterea, si locus fuerit substitutioni huiusmodi, tenebit prefatis Antonio Marcono et Petro Michaelis facere et reddere rationem. l. cum tale. §. j. et quod ibi glos. Barto. Bald. et doctores. ff. de conditionibus et demonstrationibus. not. Cy. in authẽ. sed cum testator, versiculo, octauo queritur. C. ad legem falcidiam: ipse Nicolaus tene-
1 tur et debet de bonis huiusmodi inuentarium conficere: † quia inuentarium est caput rationis, quod etiam voluerũt Iacobus de are. Richardus malum. et Cynus in dicta authen. sed cum testator. et idem voluit Bald. in dicta. l. cum tale. §. j. hinc dicunt Iacobus de are. Richar. malum. Cynus et moderni magis communiter in dicta authen. sed cum testator, et alii in aliis locis, quod,
2 † nisi heres de restituendo grauatus inuentarium conficiat, ipse perdit trebellianicã: et nõ soluz tenetur ipse Nicolaus heres grauatus inuentarium cõficere, sed etiã ad hoc faciendum potest cogi et compelli ad instantiam dictorum Antonii Petri et Marconi, vt voluit Ioan. Pet. ferra. in sua practica. tit. for. libel. quo agi ex substi. in glossa super verbo, ac per fideicommissuz. versi. ex quibus decidit istud quotidianum. ecce quod extraneus est institutus &c. Paulus de castro in dicta. l. cum tale. §. j. vbi etiam se dicit ita consuluisse per dictum. §. j. vbi etiam secundum eum doct. videntur hoc terminare: quia in eo dicitur quod heres grauatus tenetur reddere rationem, vt predixi, ergo conficere inuentariuz, quod est caput rationũ. arg. l. j. §. officio. ff. de tute. et ratio. distra-
3 hen. et † debebunt ipsi substituti, secundum mentem Paul. habere copiam inuentarii huiusmodi, presertim propter bona mobilia, ne dissipentur, et vt adueniente conditione, si fuerunt dissipata, petantur per prefatos substitutos ab heredibus eiusdem Ni-
4 colai. † Illud autẽ certum est, quod prefati Antonius Petrus et Marconus substituti, si velint, poterunt inuentarium conficere de dictis bonis, etiam inuito eo Nicolao, per id quod not. Paulus de castro. ff. quemadmodum vsufruct. caue. super rubrica, pro quo facit quod notat Iacobus rebuf. et Ioannes de pla. in. l. defensionis facultas. C. de iur. fis. cum enim hoc prosit prefatis substitutis, et eidem Nicolao non noceat, hoc non est prohibendum. ar. l. ij. §. item varus. ff. de aqua pluuia arcen.

5 † Ad secundum questitum dico et respondeo quod, cum idem Nicolaus non sit de liberis primi gradus dicte quondam Catharine, quinimo nec de liberis eiusdem, sed sit sibi extraneus, ipse tenetur prestare satisdationem huiusmodi. l. ij. l. si postque. et. l. cum archimedoram, cum suis simili. C. vt in possess. lega. vel fideicom. et. l. iubemus. arguendo a contrario sensu, seu casus specialitate. C. ad trebel. not. Barto. in dicta. l. cum tale. §. primo. ff. de conditionibus et demonstrationibus. quod etiam ibi voluit Paulus de castro. Et quamuis gloss. ibi dicat se hoc non inuenire iure nouo, scilicet quod heres grauatus satisdare teneatur: tamen subaudiendum est quod etiam hoc non reperitur iure nouo prohibitum, nisi quãdo pater rogatus est restituere filiis. aut frater fratri. dicta. l. iubemus, in principio. ergo in aliis remanet incorrectus. titulus vt lega. nomi. cauea. l. j. §. finali. ff. ad municipa. et ita notatur in dicta. l. cum archimedorã. facit. l. san-
6 cimus. C. de testa. et. l. precipimus. C. de appellationibus. † Et si idem Nicolaus non satisdet, debebunt prefati substituti mitti in possessionem bonorum defuncte Catharine, vt sic in ea sint iure pignoris, non vt heredem expellant dicta. l. si postque. l. qui legati. et l. certa, cum simili. C. vt in possess. lega.

Ad tertium dico et respondeo quod sic: cum in eo fuerit sufficiens testium numerus, et fuerint
7 alia requisita obseruata. † Illud autem certum est quod non solũ possunt legari res particulares, sed etiam pars, seu quota omniũ bonorum. l. nõ amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis. j. et. l. cum autem pars. ff. de legatis. ij. potest etiaz legari pars hereditatis. l. si quis seruum. §. fina. eodem titulo. et potest hoc fieri non soluz
8 in testamento, sed etiã in codicillis: † quemadmodum et in eis relinqui potest hereditas per fideicommissum. quamuis non iure directo. l. hereditatem, et quod ibi glo. et docto. C. de codicillis.

9 † Venio ad quartũ: super quo dico quod bene faciet prefatus Nicolaus si ab omni alienatione interim abstineat. l. fina. §. sinautem sub conditione. C. communi. de lega. et si contrarium faciat, deinde contingat conditionẽ substitutionis euenire, reuocabuntur alienationes ipso iure. dicta. l. fina. versi. sinautem auaritie cupidus &c. saltem quatenus in alienando excessisset quartam trebellianicam: hoc est, vbi alienasset vltra quartam huiusmodi, quia fortasse vsque ad hanc quartam tenerentur alienationes, per id quod voluit Alexã. de Imo. consilio. iij. exordiente, Viso processu cause principalis, in tertio volu. Bar. in. l. in quartã. ff. ad. l. falcidiam. Pau. de cast. in. l. filiũ quez, col. iij. C. familie erciscun. et Panormi. in. c. Raynaldus, colũ. antepenultima, de testa. tenebitur tamen idem Nicolaus, seu heres eius imputare in quartam trebellianicam fructus, quos ipse Nicolaus perceperit. l. in fideicommissariam, in princi. et quod ibi docto. ff. ad trebel. et. l. iubemus, et quod ibi glo. et docto. C. eod. titulo.

¶ Argumentum.

¶ Heres instituta vxor quandiu vixerit, nullo adiecto substituto semper heres est, et suos heredes facit: cui ad secunda vota conuolãti infra annum luctus hodie pene ciuiles nõ infligende. V. F.

1 ¶ Hereditas dari aut relinqui in diẽ incertã non potest, si nullus alius reperiatur institutus.
2 Institutio, quandiu vixerit, temporis adiectionem cur expellat etiam in codicillis.
3 Multe et varie summorum virorum opiniones, an mulier infra annum luctus secũdo nubens incurrat infamiam, et penas a lege statutas. et. 4. et. 5. vbi distinguitur. et. 6.
4 Cõtra successiones, que sunt de iure ciuili, seruatas in foro iustiniani, an possit dispensare ius canonicum.

5 Nec ad apostolum nec ad conditorem canonis pertinet corrigere leges ciuiles vbi nõ est questio de peccato, sed de bonis moribus.
6 Mulier, que renupsit, tanq̃ ingrata animam defuncti offendere dicitur.
7 Ueritatem inuenire difficile est vbi sapientes discordant.
8 In bonis indiuisis quando, ⁊ in quibus fratres succedãt vel participent.
9 Conditionalis dispositio adueniente conditione sumit effectum.
10 Aduersus possessores bonorum vno libello quando agi possit.

¶ De secund.nup. Consilium.xcij.



Christi nomine inuocato: viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Bertrane bertbone filie quondam naturalis ⁊ ltie defuncti viri Hugonis bertbonis ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, necnõ etiã testamento ⁊ codicillis dudum factis per prouidum quondam virum Joannem bertbonis eiusdem Bertrane patruum, dico ⁊ respõdeo ad dubia huiusmodi, put ecce. Et primo ad secundũ, omisso primo, quod licet honesta quondam mulier Joãna carbonerie dicti Joannis bertbonis quondam vxor heres instituta extiterit p ipsuz Joannem eius maritum ad ipsius Joanne vitam tantum, ipsa tamen censeri debuit vera heres, si tamen illius hereditatẽ adiue
1 rit, † quia vt voluerũt Bar. Ange. ⁊ Joan. de imo. in. l. hereditas. ff. de here. institu. hereditas alicui dari aut relinqui non potest in
2 diem incertam, si nullus alius reperiatur institut⁹, ⁊ per hoc † dicit Joã. de imo. in. d. l. hereditas, videri q̃, si quis instituat vxorẽ vel alium donec vixerit ipsa vxor vel alius institutus, remoueri debet temporis adiectio, ⁊ durabit heres etiam post mortem, ⁊ sic remanebit hereditas penes heredem instituti, ⁊ hoc expresse voluit Bal. in. d. l. hereditas: cui quo ad hoc nõ videt contradicere Joannes de imo. Quo fit vt, cum dictus quondam Joãnes bertbonis testator nullum heredẽ instituerit post mortẽ dicte Joanne eius heredis, hoc est nullum heredem instituerit, qui eidẽ Joãni post mortem eiusdem Joãne iure hereditario, seu vt illius heres succedere potuerit, fuerit eadẽ Joanna eius heres: ⁊ nõ soluz cum in humanis agebat, sed etiam post eius mortem: quinimo etiam si prefatus quondam Joannes testator eandem Joannam eius vxorem suam heredem instituisset ad eius vitam duntaxat, ⁊ post ipsius Joanne mortem aliquem alium, adhuc verum esset ipsam Joannam fuisse heredem, ⁊ esse non desijsse. l. ei qui soluendo. ff. de here. instit. ⁊ vt voluit Marti. siluia. in dicta. l. hereditas quem ibi sequitur Bal. ⁊ Joan. de imo. detrahi debuisset tempus appositum in institutione eiusdem Joãne: ⁊ sic, non obstãte adiectione temporis, ipsa fuisset heres pure ⁊ perpetuo, ⁊ per institutionem alterius heredis post eius mortem visa fuisset esse rogata de restituenda hereditate post ipsius Joannis mortem illi herede instituto, ⁊ per hoc apparet non oportere insistere super tertio quesito, quia esto q̃ in codicillis non possit verbis directis relinqui hereditas. l. hereditatem, cuz suis similibus. C. de codicil. hoc tamen non nocuit ipsi Joanne in dicto testamento institute.

Ad quartum dico ⁊ respondeo q̃ per codicillos, de quibus in eo, nõ cassatur per dictum testamẽtum, sed potius in eis confirmatur per dictum testatorẽ: nisi forte quis dixerit q̃ imo cassetur pro eo, qz in testamento erat Joãna heres instituta ad eius vitam tãtũ, sed in dictis codicillis instituitur insolidum. sed istud non obstat: quia, vt predixi, etiaz sine codicillis reijcienda erat adiectio temporis, ⁊ quia etiaz in testamento heres instituta extiterat insolidum. non enim in illo datus est sibi coheres, qui cum ea viuente concurreret, vel etiam qui post ipsius mortem dicto Joanni testatori succederet.

3 † Uenio ad quintum quesitum super quo dico q̃ hic non est dubium quin, secundum dispositionem iuris ciuilis, dicta Joanna perdiderit sibi relicta per viruz. l. j. ⁊ ij. C. de secundis nuptijs. sed in hoc stat, dubium an pene, de quibus in dicta. l. faciant q̃ in bonis huiusmodi succedere debuerint fratres prefati testatoris, postquam ei non superfuerunt liberi aut parentes. dicta. l. j. versicu. his etiam admittendis. ⁊ aut. de nuptijs. §. prime siquidem nuptie: ibi, que vero a priore marito ⁊c. colla. iiij. sed cum beatus Paul⁹ apostolus dicat prime ad Corin. c. vij. Mulier mortuo viro soluta est lege viri, ideo nubat in dño cui vult. de quo habetur in. c. penul. ⁊. c. fi. de secun. nup. remanet difficultas an pene huiusmodi, hoc est, que mulieri imponuntur pro eo quia nimis festinãter, hoc est infra annum luctus, secundum matrimonium contraxit, sint hodie sublate per ius canonicum, super quo reperiuntur varie opiniones. Innocẽtius enim in dicto. c. fina. quem ibi ⁊ in dicto. c. penultimo communiter sequuntur canoniste, tenuit quod sic. idem voluit glossa in. l. liberorum, quam etiaz aliqui legiste ibi sequuntur. ff. de his qui notan. infa. ⁊ idem voluit glossa, ⁊ post eam Bartolus, Angelus, ⁊ Salicetus in. l. j. C. de secundis nuptijs. ⁊ pro hac opinione ponit multas rationes Hostien. in dicto. c. penultimo, quam etiam refert Cynus in dicta. l. j. C. de secundis nuptijs. Alia vero fuit opinio, quod dicte pene non sint hodie sublate, ⁊ hanc videtur sensisse glossam in. l. decreto. C. ex quib. cau. infami. irroga. ⁊ hãc apertius tenuit Godoffre. in dicta. l. j. C. de secundis nuptijs: motus rationibus de quibus ibi. Illam etiã tenuit Jacobus de rauẽ. prout ibi refert Cynus, qui etiam eam sequitur respondens rationibus Hostien. allegatis in dicto. c. fina. Petrus vero de bellaperti. prout refert Baldus in dicta. l. j. col. iij. versiculo primo quero de eo quod querit glossa, dicit quod mulier secundo nubẽs infra annum luctus incurrit omnes penas eiusdem. l. j. excepta infamia: dicẽs quod ius canonicum quãtum ad alias penas in dicta
4 l. insertas non potest dispensare contra illam. l. ⁊ maxime † quo ad successiones, que sunt de iure ciuili. ⁊ dicit Petr. quod dicta. l. seruari debet in foro Justiniani, ⁊ cuiuslibet domini temporalis. ⁊ hanc opinionem videtur sequi Baldus in dicto versiculo primo quero de eo ⁊c. hanc opinionem etiam sequutus est Paulus de castro in dicta. l. decreto. in fi. vbi dicit, secundum eius consciẽtiam putare veriorem esse glossam dicte. l. decreto, et rationem
5 adijciens † dicit quod nec ad apostolum, nec ad conditorem canonis pertinet corrigere. ll. ciuiles vbi non est questio de peccato, sed de bonis moribus. Baldus vero in dicta. l. decreto, refert opiniones: ⁊ inter alias dicit se vidisse consilium Rayne. de frol. ⁊ Pau. de lia. qui distinguebãt, q̃ aut tempore quo secundo nubit mulier poterat esse periculum perturbationis sanguinis, ⁊ tunc fit infamis, ⁊ consequenter etiam alias penas incurrat, de quibus in dicta. l. j. C. de secũdis nuptijs: aut tempore quo nubit non poterat esse periculum perturbationis sanguinis, ⁊ tunc non fit infamis. Et hãc opiniõẽ firmauit Baldus in dicta. l. liberorum, ad finez principij. vbi etiam refert cõsiliũ Rayne. ⁊ Pau. de lia. Reperio aũt quod Alexander de imola in dicta. l. j. C. de secundis nuptijs, refert ⁊ affirmat Angelum consuluisse quod, si maritus vxorem heredem instituit, que postea infra annum transeat ad scda vota,
6 ipsa priuatur hereditate † tanq̃ ingrata ⁊ offendens animã defuncti, non quia durent dicte pene legales: ⁊ incipit consilium huiusmodi, maritus veniens ad mortem ⁊c. dicit etiam ibi Alexan. quod idem consuluit Bal. consilio incipiente, In Christi nomine amen, proponitur in facto ⁊c. Ego tamen, vt verum fatear, nullũ ex his cõsilijs reperio inter mea. Ex premissis patet quod iste articulus non est sine grãdi difficultate: quia, vt dicit Aristoteles.
7 Difficile est inuenire veritatem vbi sapientes discordãt. si appareret quod seruari consueuerit in prouincia, illud sine dubio esset seruandum si autem nõ appareat, manet difficultas, habet enim quelibet ex dictis opinionibus defensores, ⁊ quidem non contemnende, sed maxime autoritatis. ⁊ fortissimis rationibus fulcitos. His igitur deterritus super hoc articulo consulere non audeo, quanuis potius existimem dictas penas sublatas.

Ad sextum non oportet respõdere, pro eo quia, vt apparet ex his que predixi super secũdo quesito, hereditas dicti quondam Joãnis berthonis testatoris adiri potuit ex dicto testamento per quod fuit eidem quõdam Joanne delata hereditas.

† Ad septimum dico et respondeo quod, licet post mortem patris prefati testatoris remanserit idez testator, ⁊ quatuor eius fratres, ⁊ bona paterna inter eos indiuisa non propterea debuerunt fratres huius Joannis testatoris habere partem in bonis per eum acquisitis: in prouincia eniz seorsum ⁊ ad partem maneret, nisi inter eos interuenissent promiscui actus societatis negotiando, ⁊ omnia lucra inuicem cõferẽdo, vel nisi essent quesita suo ⁊ dictorum fratrum nominibus, pro quo allegasse sufficiat. l. cum duobus. §. papinianus, ⁊ quod ibi doctores. ff. pro so. Bar. in. l. titium ⁊ meuium. §. altero. ff. de administra. tut. Barto. ⁊ docto. in. l. si patruus. C. cõmuni. vtriusq; iudi. ⁊ Bal. in. c. j. §. si duo fratres de duob⁹ fratri. de nouo benefi. inuesti. ⁊ in. l. finali, vbi etiam per alios. C. de colla. ⁊ in. l. j. C. qui testa. face. pos. Ex quibus infero eũdem quondã Joãnem de dictis bonis insolidum testari potuisse.

Ad octauum dico in primis vt predixi, quod testamentum ⁊ codicilli predicti nõ se inuicem impugnãt. Ad id vero quod inibi queritur, an honesta mulier Bertrana

trana barthone neptis ex fratre prefati quondam Joānis testatoris eidem Joanni ab intestato succedere valeat. Dico ꝙ nō, quia ille nō est mortuus intestatus: sed an alio iure, hoc est, pro eo quia Joanna heres instituta conuolauit ad secūda vota infra annum luctus, apparet ex his, que predixi super quinto quesito, ꝙ super hoc est magna difficultas si enim manerent pene dicte. l. j. C. de secun. nup. vt multi voluerunt, dicta bona fuissent deuoluta ad fratres eiusdem quondam Joannis, dicta. l. j. et aut. de nup. §. prime si quidem nuptie: ibi, que vero a priore marito ⁊c. quo ad id vero, quod ibi querit de bonis donatis vel acquisitis à Bertrando carbonerie vigore adoptionis, vel filiationis ⁊c. dicam in fine, cum respondebo ad primum quesitum.

Ad nonum non possum bene respondere. cum non viderim quittantiam, de qua ibi, nec intellexerim sub qua conditione Hugo barthonis quittauerit ⁊ liberauerit Joannem eius fratrem. Dico tamē ꝙ, si conditio huiusmodi expirauerit, vel adimpleta non extiterit, ipsa quittantia nō est
9 sortita effectum: † quia conditionalis dispositio adueniente conditione sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verbo. sign. l. pecuniam. ff. si certū peta. ⁊. l. qui heredi. §. fi. ⁊ multis. ll. eiusdem tituli. ff. de condi. ⁊ demon. de quo per Alexan. de Jmo. consilio. lxxviij. exordiēte, Visis ꝙ eleganter ⁊ in facto ⁊ in iure ⁊c. ad fi. in. iiij. volumi. etiam si prefatus quondam Joannes bona fide promisisset, vel iurasset aliquid facere, vel dare dicto quōdā Hugoni, ⁊ ipse vel eius heres postea hoc nō fecisset, nō est locus predicte quittātie. l. si qs maior. iunctis ibi not. per docto. C. de trāsac. ⁊ quod ponit Pau. de ca. consilio. lxvij. exordiente, Visis ⁊ consideratis omnibus de quibus ⁊c. et Ange. consi. cclxxviij. quod incipit, Ex themate et actis ⁊ agitatis ⁊c. Cū videro pdictā quittantiā securius loquar.

10 † Venio ad decimū in quo queritur de multis, Primo an cōtra omnes possessores bonorum dicti quondam testatoris possit agi vno libello. Ad quod respondeo ꝙ, si bona huiusmodi essent eis simul vēdita, et ipsi ea pro indiuiso possiderent, illi possent vno libello conueniri: alias nō, pro quo allegare sufficiat not. per Specu. titu. de libelli concep. §. fin. versicu. sed pone titius agit ⁊c. per Bal. in. l. si quis. §. vnius, in princ. ff. de procura. et per Ang. in. l. j. §. quinimo. ff. si pars heredita. peta. multas remissiones ponit Alexan. de Jmol. in. l. edita. colū. ix. versi. an autē tunc indicetur: ibi, vbi autem vnus ageret vna actione ⁊c. C. de eden. Secundo ibi queritur, vtrum sit agendū via possessorij, aut petitorij. Ad quod respondeo, ꝙ via petitorij nō, cum video, etiam supposito ꝙ dicte pene sine dubio manerent, qđ hec Bertrana possit intentare possessorium, et quidem non retinende, quia non possidet: non etiam retinende, quia non possedit non etiam adipiscende, vt colligitur ex predictis: nō etiam agere potest petitione hereditatis. Tum quia vt dixi non est heres. Tum et quia illa regulariter non datur contra titulo possidenté, cuiusmodi sunt isti possessores, vt ponitur in facto: ⁊ eadem ratione nō videtur posse agi publiciana. Remanet igitur ꝙ agendum esset rei vendicatione, ⁊ sic probandum esset dominium dicti quōdam Joannis barthonis.

Ad primum quod supra obmisi, dico ꝙ, nisi cōstitutio dotis facta fuisset per prefatum Bertrādum carbonerie de omnibus bonis ⁊ iuribus suis tunc presentibus ⁊ futuris quibusdā de quibus ibi exceptis inquiri poterat de effectu illius pacti, per quod idem Bertrandus tenebatur ⁊ debebat extunc in antea recipere prefatum Joannem testatorē, ac etiā habere ⁊ tenere extunc in antea in eius filium adoptiuum, ipsum tractando tanꝙ filiū, ⁊ de eo faciendo ac si esset eius filius naturalis ⁊ legitimus: super quo videri poterant not. per Barto. et alios in. l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig. sed quia idem Bertrādus dicta omnia eius bona, ⁊ iura tunc presentia et futura eidem Joanni in dotem constituit, pro et nomine dicte Joanne eius filie, quibusdā paucis exceptis, nō video quid idem Joannes petere potuerit in illis bonis post mortem Bertrandi vita functi superstite filia.

¶ Argumentum.

¶ Libellus inepte conceptus actionem alioqui iustam reddit inutilem, vnde de integro totam oportet causam incipere: melior igitur concordia. V. F.

1 ☞ In negatoria actione quid deduci debeat in negante seruitutem, ⁊ quid sufficiat probasse ad victoriam obtinendam.
2 Quelibet res presumit esse libera, que presumptio transfert onus probandi in aduersarium.
3 De rebus inter alios gestis nihil ad extraneum possessorem.
4 Verba enuntiatiua quibus noceant aut prosint.
5 Personalis obligatio fundum non sequitur.
6 Possessor in actione hypothecaria qualiter conuenitur.
7 Extractura ex libris calculorum an ⁊ quando fidem faciat.
8 Veritas vincere debet.
9 Libellum ineptum producens appellationem non prosequatur, sed noua agat lite.

¶ De seruitu. et aqua. Consi. xciiij.



1 IN † negotiaria actione deduci debet dominium, seu quasi, illius rei, quam actor negat debere seruitutem, vel quam pretendit esse liberam vel immunem: sufficit tamen ad victoriam obtinēdam ꝙ ipse probet possessionem rei huiusmodi de presenti. Quia, cum in dicta actione sicuti ⁊ in cōfessoria deducatur dominium incidenter, non principaliter ex probatione possessionis huiusmodi presumitur actor dominus secundum glos. quam ita intelligit Barto. in. l. quidam in suo. ff. de condi. institu. not. glo. Bart. ⁊ doc. in. l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si seruitus vendi. ⁊ est bonus tex. cum gloss. in. l. j. ff. famil. ercis. ad quod facit quod no. Cy. in. l. ij. in. iiij. q. principali. C. que sit no. consue. quod etiam voluit Bal. in. l. cum res. in fi. C. de probatio. et Ange. in. §. sic itaque, versicu. quero secundo, institu. de actioni. non autem tenetur probare ꝙ predium sit liberum, quia presum-
2 ptionem pro se habet: † quelibet enim res presumitur esse libera. l. altius, ⁊ quod ibi glo. Pau. de Castro ⁊ docto. C. de seruitu. et aqua: ⁊ in dicto. §. sed si queratur. ⁊ huiusmodi presumptio transfert onus probandi in aduersarium, vt voluit glo. in. l. circa. ff. de probationi. Pet. Jaco. in suis libel. sua rubrica de negato. actio. post sententiam, ver. recte dicitur ꝙ reus nō probauit ⁊c. ⁊ Alex. de Jmol. in. l. si prius, col. vj. versicu. et similiter in secundo casu attento ꝙ agēs in negatoria ⁊c. ff. de no. oper. nuntiatio. Ex quibus infero ꝙ, si libellus parte prouideri viri Jacobi bedini, cōtra et aduersus venerabilem virum dominum procuratorem seu yconomum venerabilis ecclesie collegiate sancti Petri de burgo Valentie, oblatus et productus, fuisset bene cōceptus, et vt oportebat formatus, satis videtur eundem Bedini potuisse facile obtinere victoriam: si enim deductum esset dominium, seu quasi domus, de qua in actis, prout deduci debuit, probatio illius in dicta actione requisita erat facilis: quia, vt predixi, ad hoc sufficiebat probatio possessionis de presenti, que erat facilis: quinimo de ea apparet ex assertione partis aduerse, et sic non erat in probatione dominij multum elaborandum, prout nec super libertate eiusdem domus, cum illa presumatur, nisi appareat de pretenso onere, de quo non apparet, saltē sufficienter ad victoriam obtinendā.

Quamuis enim idem dominus yconomus deduxerit ipsam venerabilem ecclesiam fuisse in possessione, seu quasi per tanti temporis spatium, ꝙ de contrario hominū memoria non existit, percipiendi, ⁊ exigendi annis singulis a possessoribus dicte domus, et pro ea duos florenos: hoc tamen non est probatum. Nullus enim ex testibus parte eiusdē domini yconomi de possessione huius temporis deposuit, vt clare videri potest per discursum attestationum predictorum testium: quibus etiam non suffragātur duo pretensa instrumenta, primum videlicet cuiusdam pretense venditionis facte, vt in eo asseritur, pridem de anno domini millesimo. ccccxxvj. et die. xiij. mensis Februarij per religiosum virum fratrem Gulielmum de barcelone, ordinis conuentus fratrum minorum Valentie, honorabili quōdam viro Petro borcerij: et aliud cuiusdam pretensi appēsionamēti facti, vt asseritur, per Aymarum borcerij Jaquemeto boleti Anno dominice incarnationis millesimo. ccccxlij. die. vij. men-
3 sis Januarij. † Tum quia de venditione et appensionamento huiusmodi, et contentis in eisdem, vtpote de rebus inter alios gestis, nihil ad dictum Jacobum Bedini extraneum possessorem. c. inter dilectos, de fide instru. l. j. C. res inter alios acta, ⁊ qđ ibi in rubri. c. ꝙuis, ⁊ quod ibi glos. ⁊ doc. de re iudi. ⁊. l. si vnus. §. in summa. ff. de pac. de quo in terminis magis vicinis per Spec. ti. de loca. §. nūc aliqua, ver. quinquagesimoseptimo queritur ⁊c. et Old. cōsi. mihi. ccxx. exordiēte, Qđ attēto processu cause vertētis inter nobilē Gulielmū agentem ⁊c. Tū ⁊ quia, quatenus in dictis pretensis instrumentis sermo factus pretēditur de dictis pretēsis duobus florenis, ille factus est enuntiatiue, qui propterea nō probat
4 contra extraneum: † nec verba enuntiatiua, nocent aut prosunt alijs, preterꝙ contrahētibus. l. optimam. C. de cōtrahen. ⁊ cōmitten. stipu. c. si Papa, de priuileg. in. vj. ⁊. c. cum in iure peritus, de offic. deleg. ⁊ ibi per Inno. Tum et quia dicta pretensa instrumēta non sunt antiqua ea antiquitate, qua opus est in hoc casu, vbi

videlicet instans pro pensione se fundat in sola pretensa possessione seu quasi, prout hic, pro quo sufficiunt not. per Cano. in c. pervenit. de censi.

Nec opponat aliquis quod in instrumento dicte pretense venditionis facte dicto Boleti dictū & expressam extiterit, quod ultra hec tenebitur idem Boleti, & sui in dicta domo successores solvere duos florenos annuos & pēsionales, quos ecclesia beati Petri de burgo Valentie in & super dicta domo singulis annis percipit & percipere consuevit: qd post ea subiuncta est stipulatio generalis omnium precedentium, ac etiam iuramentum, & hypotheca generalis omniū bonorū, & specialis eiusdem domus pro observatione omniū & singulorum &c. quoniā hoc nō obstat. Et primo quidem nō quo ad promissionem
5 aut iuramentū de solvendo, † quia personalis obligatio fundum non sequitur. l. fi. §. fi. ff. de cōtrahen. emp. & l. j. §. si heres, cum suis simil. ff. ad trebel. hec enim obligatio, & actio ex ea orta, si que orta extiterit, concernunt dictum Boleti, si vivat, alias eius heredem, nō dictum Bedini extraneum possessorem: ad quē nihil pertinet ꝙ idem Boleti solvere promiserit, seu etiam iuraverit: quia ut predixi res inter alios &c. & q alteri per alterum, cū suis simil. non etiā quo ad pretēsam hypothecā generalē omniū bonorum, aut specialem eius domus. Tum quia super huiuscemodi pretensa hypotheca nō se fundavit aut fundat nomine, quo in actis idem
6 do. Yconomus. † Tum & quia hac actione cōveniri nō posset precise ad solvēdum dict. Bedini possessor, sed alternative ad solvēdum &c. aut restituendum rem hypothecatam: prout satis colligitur ex his que no. Bar. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. Tū & quia hac actione de iure conveniri non potest idem Bedini, nisi prius discusso debitore principali, hoc est dicto Jaquemeto si vivat, aut suis heredibus, & hoc per iura vulgaria.

Nec multum proderat prefate venerabili ecclesie quedam pretensa extractura ex libris calculorum seu computorum eiusdē venerabilis ecclesie ad probandum dicta m pretensam possessionē seu quasi, quinimo eis refragatur & obstat, & impugnat dicta pretensa instrumenta. Pretēdit enim prefatus do. Yconomus quo supra nomine dictos duos florenos fuisse solutos eidem ecclesie, & pro dicta domo, primo per quandā Alisiam clavelle certis annis ab anno domini. M.cccc.xc. usque ad annum domini. M.cccc. vel circa: & quod deinde frater Gulielmus clavelli ordinis minorum, filius & heres eiusdē Alisie, illos solverit ab anno predicto. M.cccc. usque ad annum. M.ccccxiij. si tamen idem ipse qui primo dicitur frater Gulielmus clavelli ordinis minorum postea nominetur frater Gulielmus de barcelone eorundem ordinis & conventus. Successive vero, ut reperitur in dictis pretēsis calculis, tam Joannes blache, alias penel, quam eius heres, solverunt dictam pretensam pensionem multis annis, & pro illa pretensa domo, que fuerat prefati fratris Gulielmi ab anno. M.ccccxxiij. usque ad annum. xxxvi. inclusive. Que si ita se habeant, quomodo est verū, ꝙ dictus Gulielmus de barcelone domum in actis mentionatam, & quam se possidere confessus est. idē Bedini vendiderit anno. xxxvj. cum per dictos pretēsos libros computorum pretendatur eundem Joannem blache, & heredem eius ante, & multis annis solvisse dictam assertam pensionem. & pro domo, que inibi dicitur fuisse dicti fratris Gulielmi, non bene video. ¶ Ubi etiam est advertendum ꝙ, omissis cōputis redditis ab anno. xxxvi. usque ad annum. lj. idem Yconom. extrahi fecit computa dicti anni. lj. & quorundam sequentium, qd puto factum non sine causa & studiose, ne videlicet appareret qd non pro hac domo, de qua in actis, sed pro alia solui consueverat
8 dicta pēsio. q pro habēda veritate, q vincere debet, vidēda esset, & ipa venerabilis ecclesia seu dict. Yconom. illā exhibere tenet.

9 † Non cōsulo tamē quod dict. Bedini prosequatur appellationē per eum interiectā: q, quāvis gravatus extiterit pro eo quia cōdemnatus est in omnibus expēsis, in quibus neutra partium &c. tamen quia eius libellus fuit ineptus, obtinere non poterit in principali: sed opus esset nova instantia, & sic alia lite, que esse non poterit non sumptuosa & quasi insupportabilis eidem Bedini: & si visis dictis computis possit res componi, ego hoc laudarem, & consulo quantum possum ne
☞ Litibus insanis vitam consumat & aurum.

¶ Argumentum.

¶ Supplementum legitime, non obstante prohibitione, peti potest: & nepotes in stirpes succedunt cum patruo. A. F.

1 ☞ Nepotes, sublato de medio eorum patre, qualiter cum filijs in legitima succedant.
2 Supplementum legitime non obstante prohibitione an peti possit, & super quibus bonis.
3 Supplemento legitime quanto tempore prescribatur.

¶ De inofficio. testa. Consilium. xciiij.



Dudum fuit in humanis honorabilis quondam vir Antonius crote habens tempore eius vite & mortis quinque liberos, filium videlicet, & unam filiam, & ex defuncto quondā viro Petro crote ei. filio tres nepotes seu felezenas, scilicet Margaretam, Catharinam, & Antonetam naturales & legitimas, & valorem quatuor millium florenorum monete tunc currentis in provincia deducto ere alieno & funeris impensa, qui anno incarnationis dominice millesimo. cccclxxxviij. & de mense Maij, fecit & condidit eius ultimum & nuncupativum testamentum: in quo inter cetera heredem universalem instituit dominum Antonium crote eius filium naturalem & legitimum. dictis vero tribus neptib. & Huguete eius filie naturali & legitime, & cuilibet earundem legavit, et iure institutionis reliquit certam pecunie quantitatem, qua eas, & earum quālibet voluit esse tacitas & contentas: qa prefata Catharina dicit summam sibi legatam & relictam non esse sufficientem & legitimam, quesitum est de sequentibus. ¶ Primo quanta sit dictorū quinque liberorū legitima, an videlicet semis, aut triēs bonorum eiusdē quōdā Antonij testatoris. ¶ Secundo an obstante prohibitione, quam fecit idem testator, possit eadem Catharina agere ad supplementum dicte eius legitime, si quantitas sibi relicta ad illam nō sufficiat. ¶ Tertio de qb. aut in qb. bonis debetur supplementum. ¶ Quarto quāto tēpore prescribatur.

Christi nomine invocato viso casu predicto, & dubijs, que ex eo elicita extiterunt, dico & respondeo breviter & succincte prout infra. Et primo ad primum ꝙ cum in hoc casu superfuerint & supersint dico quondam Antonio nō
1 solum dicte neptes, sed etiam filius & filia, † & sic succedere non potuerint dicte neptes ex earum persona, sed ex persona pfati quōdam Petri earum patris, & sic succedunt in stirpes, nō in capita ipse & dicti filius & filia. §. cum fili. institu. de heredi. que ab intest. defe. & sic habētur dicte tres neptes pro una persona, legitima dictorum quinque liberorum, hoc est prefatorum filij, filie, & neptium fuit & est triens, seu tertia pars bonorum dicti quondam Antonij testatoris, dividenda in tres partes, quarum unā habet filius aliam filia, aliam vero prefate tres neptes: qd etiam voluit Salic. in aut. novissima. versicu. quero sexto ab extra. C. de inofficiō. testa. Alexan. de imo. consilio. lxiij. exordiente, Super primo dubio quo queritur quanta sit legitima &c. in secundo volumine. Si igitur, prout ponitur in casu, bona dicti quondā Antonij testatoris, deducto ere alieno, & funeris impensa, erāt valoris quatuor millium florenorum, predicta legitima dictorum quinque liberorū erat valoris mille trecentorum trigintatrium florenorum & quatuor grossorum, qui debent dividi in tres partes, quarum altera duntaxat spectat dictis tribus neptibus pro earū legitima, que in universo non ascendit ad trecentos quinquaginta florenos: et sic, visa quātitate eisdē & eax cuilibet relicta per dictū Antoniū, nō puto prefatam Catharinam posse aliquid petere pro supplemēto legitime, & p hoc apparet nō oportere rñdere ad alia q̄sita.

2 † Ad secūdum dico & respōdeo qd, ubi essemus in casu, in quo dos, vel quantitas relicta nō sufficeret ad legitimam, posset eadem Catharina, non obstāte prohibitione facta per dictum quondam Antonium testatorem, petere supplementum eiusdem legitime, iuxta doctrinam omnium scribentium. in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. testa. & istud non habet dubium.

Ad tertium dico et respondeo ꝙ illud debetur de omnibus, & in omnibus rebus dicti quondam Antonij testatoris: verūtamē potest exigi in aliquibus ex bonis illius, vel melioribus, vel ut quidā senserūt, & ut puto melius, mediocribus arbitrio boni viri, pro quo allegasse sufficiat. no. p Jaco. de belloui. in aut. de resti. & ea q̄ parit &c. in princi. in. iij. q. p. §. quāobrem, eo. ti. de quo. Barto. & alij. in. l. suus quoque, in princi. ff. de heredi. institu. Jo. de imo. & Barto. in. l. in quartam. ff. ad leg. falci. Bald. in. l. sancimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. & plenius in. l. filium quem habentem, col. mihi. ix. ver. ulterius queritur de tali questione &c. C. famil. ercis. et Alexand. de Imol. consil. cxxv. exordiēte, Visis & consideratis statutis &c. colum. ult. in primo volumi.

mo volumine.

3 Ad quartū † dico et respondeo ꝙ, licet Bart. tam in consulendo, ꝙ etiam in legendo dixerit ꝙ iure agendi ad supplementum legitime prescribitur quinquennio, prout ipse not. in. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. Bald. tamē, Salice. Ange. et omnes moderni communiter damnant ibi opinionem Bart. et vbiqꝫ tenent communiter docto. contra Bart. sentientes requiri. xxx. annos. Sup quo non me extēdo, ratio patet. ¶ Preterea quia reperi in memoriali dubitatum ⁊ quesitum, an in dicta dote eiusdem Catharine debeat imputari, dico et respōdeo ꝙ sic. l. quoniam nouella. et. l. omnimodo. §. fi. C. eo. ti. de quo Bart. in dicta. l. in quartam. col. v. ver. venio ad quartā debitam iure nature. ff. ad leg. falci.

¶ Argumentum

¶ Donatio per vxorem filio in potestate mariti eius existenti hodie valet saltem interim quoad proprietatem. V. F.

1 ¶ Donatio facta per matrem de bonis dotalibus filio in potestate an valet, ⁊ quid si cum iuramento ⁊ patre consentiente. nu. 3. ⁊ in quo valeat, ⁊. nu. 5.
2 Alienationem fundorum dotalium lex prohibuit.
4 Alienatio rei dotalis facta per vxorem constante matrimonio, an confirmetur eo soluto per ius superueniens.
6 Lex vbi habet vnicam rationem finalem, si ratio huiusmodi corrigatur, corrigitur ⁊ lex.

¶ De dona. Consilium. xcv.



1 Honesta † mulier domina Antoneta fabresse matrimoniū contraxit cū honorabili viro Antonio fabri, eius secundo viro, cui in dotem constituit omnia eius bona tunc presentia ⁊ futura: que susceptis quibusdā liberis ex eodem Antonio donauit alteri ex illis, scilicet honorabili viro domino Thome fabri ipsius et dicti Antonij filio naturali ⁊ legitimo, et in eiusdem Antonij patria potestate existenti, donatione inter viuos, certa bona immobilia ⁊ quedā mobilia ascendētia in vniuerso ad valorē tertie partis oīm bonorū, eiusdē, ⁊ iurauit donationē huiusmodi seruare et attendere, ⁊ contra eam nullo vnꝙ tempore facere aut venire. Quesitū est an donatio huiusmodi valuerit, aut valeat. Dubium facit: qꝛ facta est de preiudi-
2 cijs dotalibus, † quorum alienationem lex prohibuit. l. lex iulia. ff. de fundo dota. ⁊ authen. siue a me, cum suis simili. C. ad velleia. Fuit etiam facta per matrem filio existēti in patria potestate mariti donatoris, quod lex fieri prohibuit. l. iij. §. qui in eiusdem: ibi secundum hoc si mater ⁊c. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. et. l. nec inter eas. C. eod. titu. quod etiam voluerunt glos. et Odof. in. l. si constāte. C. eo. tit.

3 Super † quo dubio dico et respondeo ꝙ, si donatio huiusmodi facta fuisset sine iuramento, illa non valuisset, etiam si facta esset de consensu viri. l. si prediū iunctis ibi not. per Barto. et docto. communiter. C. de iur. dot. quod etiam voluit Joan. de Jmol. in solenni repeti. c. cum contingat, versicul. nunc restat videre quid econtra, quando mulier alienat ⁊c. de iureiuran. Sed quia facta est cum iuramento, licet illa non preiudicet marito, si non consenserit. d. c. cum contingat, ⁊ allegat. l. si predium: tamen matrimonio soluto confirmabitur cum effectu predictā donatio, pro eo quia prefata Antoneta donatrix obstante iuramento non poterit contrauenire. d. c. cum contingat quod etiam iurauit Joan. de Jmol. in. d. c. cum contingat, versicu. si autem mulier iurasset ⁊c. Et hoc casu dicit Joan. de Jmol. posse saluari glos. que est in. l. constante. C. de dona. quam visi sunt
4 sequi Cuma. Bald. et Salic. in. d. l. si predium C. de iure dot. † qui visi sunt dicere indistincte, ꝙ alienatio rei dotalis facta per vxorem constante matrimonio confirmatur eo soluto propter ius superueniens eidem mulieri, prō quo dicto allegari solet. l. cum vir. ff. de vsuca. quod dictum Joan. de Jmol. vbi supra limitat, vt predixi: dicta ita demum procedere, si mulier alienans iurauerit: illud autem certum est ꝙ si mulier alienet fundum dotalem cum iuramēto viro ɔsentiēte, tūc neqꝫ vir neqꝫ mulier admittit ad reuocandum alienatum. dicto. c. cum contingat: maxime si vir etiam iurauit, ⁊ idem credit Joan. de Jmol. etiam si vir non iurauerit, ex quo mulier iurauit. cuius fauore lex alienationē prohibuit, vt patet in. d. c. cum contingat. Et sic apparet quid dicendum sit ad primam oppositionem.

Secunda ratio seu oppositio non obstat: qꝛ, licet mater olim nō posset donare filio in patria potestate eius mariti existēti, per iura pro hac parte allegata: quod ideo contingebat, quia illud donatum querebatur patri, et sic ipso nescui donatrix donare prohibebatur. ff. et. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. per totū: quia tamē hodie donata filio ipsi filio, quo ad ꝓprietatē, nō patri acquiruntur. l. j. C. de bo. mater. et. l. cum oportet. C.
5 de bo. que libe. † hodie valet donatio saltē quo ad ꝓprietatem facta per matrē filio in potestate mariti existenti, quod etiā voluit Azo. in summa tit. de dona. inter vi. ⁊ vxo. versi. item que contingunt cōiuges. ⁊ post Jac. de rauē. ⁊ Marti. siluia. Cy. in. d. l. si cōstante. C. de donatio. inter vir. et vxo. et idem tenuerunt ibi Albe. Joan. fab. Bald. Sali. ⁊ doct. cōmuniter. Nō obstat ratio gl. que est, vt etiam hodie inhibeatur donatio hmōi, ne mutuo amore ⁊c. l. j. ⁊. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. qꝛ, vt refert Cyn. in. d. l. si constante, Marti. siluia. respōdet, ⁊ vt videt egregie, ꝙ hec ratio nō attēditur. ⁊ probat sic, vbi mater donat filio eunti ad castra, tenet donatio. l. iij. §. eunti. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ ratio huius est, qꝛ patri nō queritur, nec in ea attēditur predicta ratio gl. ne videlicet mutuo amore ⁊c. Ergo idē dicendum est in aduentitijs, vt nō obstāte ratione hmōi valeat donatio ꝙtum ad proprietatē, nō ꝙtū ad vsumfructū: vt sic vbi est eadē ratio, sit etiam idem ius. l. illud, cum suis simi. ff. ad leg. aquil. et pro opinione Azo. Jaco. de rauē. Marti. siluia. Cy. ⁊ sequacium sentiētiū illud, ꝙ in potestate existenti per matrē donari nequeat hodie nō procedat bene facit qđ
6 no. Jo. de imo. in. l. si vo. §. de viro. col. iiij. ff. sol. mat. dicit enī, † qđ vbi lex hꝫ vnicā rationē finalē, si ratio hmōi corrigat corrigit et lex, ꝓ quo allegat. c. miramur, de seruis nō ordinan. Et hoc satis videtur de mēte glo. ⁊ Bar. in. l. j. in prin. ff. de legiti. tuto. Ratio vero finalis ⁊ vnica predicti versi. secundū hoc ⁊c. et si. fuit, qꝛ donatum filio in patria potestate mariti donatoris existenti querebatur ipsi marito de iure antiquo. l. placet, cum suis simili. ff. de acquir. here. cui mulier erat donare ꝓhibita: que ratio hodie correcta est, qꝛ nō querit patri quo ad ꝓprietatē, sed filio donatario. dicta. l. j. C. de bo. mater. ⁊. l. cum oportet. C. de bo. que liber. est ergo dictus versic. correctus, ⁊ sic valet donatio, quod etiam tenuit Bald. in. d. §. qui in eiusdem. qui tamen in. d. l. si constante. consulit volenti procedere sine scrupulo vt in donatione apponi faciat ista verba, ꝙ patri non queratur vsusfructus. quod hic nō fuit necessariū. Tum quia res erāt dotales. Tū ⁊ qꝛ mater donatrix illum sibi retinuit. Tum ⁊ quia dicta donatrix iurauit: propter qđ, etiam si patri acquiri debuisset, esset firma donatio, secundū magis communem sententiam in iure scribentium, super quo non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Testamentum etiam a secunda institutione vires assumit, liberis in priore preteritis, ⁊ in altera cōpendiose vocatis: hocqꝫ propter vulgarē expressam in generalibus verbis compendiose substitutionis existentem. V. F.

1 ¶ Substitutio vulgaris expressa verbis generalibus comprehenditur in compendiosa.
2 Substitutio pro pura institutione quando habeatur.
3 Clausula codicillaris quid operat ratione obmisse institutionis in primo gradu.
4 Legitima detrahi, ⁊ non due quarte, quando possit.
5 Heres grauatus an teneatur satisdare.
6 Conditio ⁊ dies tollunt quoad legitimā relictā ꝑ fideicōmissum.

¶ De insti. ⁊ substi. ¶ Consilium. xcvj.



Ponitur in casu qđ honorabilis quondam vir Joānes bruni gypserius ciuis Aquensis condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum in quo quibusdam eius filiabus naturalibus et legitimis et earum cuilibet legauit, ⁊ iure institutionis reliquit certas pecuniarū quantitates seu summas: et deinde non facta mentione de prouidis viris Jacobo ⁊ Pontio bruni etiā filijs naturalibus et legitimis, nisi prout infra heredem vniuersalem sibi instituit et nominauit honestā mulierē Cericiā brune eius vxorē ad eius vitā dūtaxat, seu ꝙdiu vitam duceret corporalem, statum tamen seruando vidualem sub nomine eiusdem Bruni testatoris, et post ipsius Cericie vxoris obitum siue mortem heredes suos vniuersales fecit et instituit dictos Jacobum ⁊ Pontium eius filios, ⁊ deinde quasdā substitutiones subiungit, quas tñ qꝛ proposito nō seruiunt, recita

re nolo. Deinde vero etiam apposuit se velle testamentum huiusmodi valere iure codicillorum, & donationis causa mortis, & alijs iure quo melius & firmius valere posset, si iure testamenti non valeret. Quesitum est an testamentum huiusmodi fuerit vel sit nullum, quasi in eo preteriti extiterint prefati Jacobus & Pontius.

Super quo respondeo quod licet prima facie testamentum predictum videatur fuisse vel esse nullum; propter preteritionem dictorum Jacobi & Pontij. l. inter cetera, & duabus sequentibus. ff. de lib. & posthu. l. j. ff. de iniust. rup. & irri. testamen. & aut. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum, iuncto. §. ceterum. colla. viij. et transumptiue, in authē. ex causa. C. de libe. preteri. vel exhere. de quo plene Alexander de Imo. in c. Raynutius. col. xiiij. de testa. tamē quia reperio eosdē Jacobum & Pontium extitisse cōpendiose substitutos, existimo testamentum huiusmodi valuisse & valere: pro eo quia, vt dicunt
1 docto. † in compendiosa substitutione comprehenditur vulgaris expressa verbis generalibus, vt not. docto. in. l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. et in. l. centurio. ff. de vulga. & pupilla. a qua potest predictum testamentum vires assumere, per ea que no. docto. in. l. si pater filium. ff. de vulga. et pupilla. ad quod facit. l. iij. §. fina. ff. de libe. & posthu. l. gallus, fere per totam legem. ff. de lib. & posthu. & l. thais. §. splendopborus. ff. de fideicommis. liberta. Et quod eo casu testamentum valeat videtur voluisse Alexand. de imo. in dicta. l. inter cetera, ad fin. et in. l. si pater impuberes. colū. iij. versicu. in glo. in verbo substituit &c. ff. de vulga. & pupilla. Et quamuis dicti Jacobus & Pontius reperiantur substituti post mor-
2 tem: † hoc tamē nō officit, quia dilatio huiusmodi, vtpote onus, tollitur quoad legitimam: vt sic quoad eam substitutio huiusmodi habeatur pro pura institutione, & sic valet testamentum. per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. pro quo facit quod in simili voluit glos. & post eam Barto. & multi alij in. l. si pater. C. de institu. & substitu. vbi plene per Alexan. de Imo. col. xj. versi. in ea ad fi. glo. &c. Super quo articulo nō me vlterius extēdo, vtpote non necessario: quia esto quod testamentum huiusmodi non valuisset ratione omisse institutionis in primo gradu dictorum Jaco-
3 bi & Pontij filiorum testatoris: tamen † quia in ipso testamento posita est clausula codicillaris, si non valeret iure testamenti &c. censendi sunt ipsi Jacobus, & Pontius, & filie prefati testatoris, tanquam proximiores ab intestato fuisse rogati de restituendo bona & hereditatem dicte Cericie eorum matri heredi institute. l. ex testamento, & quod ibi not. C. de fideicom. & l. ex ea scriptura. §. j. et quod ibi not. ff. de testamen. de quo Joan. de imol. in. d. c. Raynutius. colum. xiiij. de testa. & doct. in. l. authen. ex causa. C. de libe. pre-
4 teri. vel exhere. † Possunt tamen ipsi Jacobus & Pontius detrahere legitimam, nō duas quartas: quia grauamen est purum, per ea que not. gloss. Barto. & docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testamen. glo. & Barto. in. l. quoniam. C. ad legem falci. Dicta etiam Cericia censetur granata de restituenda hereditate dicti Bruni post eius mortem dictis Jacobo & Pontio, per ea que post Marti. silnia. not. Bald. & Joan. de imol. in. l. hereditas. ff.
5 de heredi. instituen. † & puto quod ipsa Cericia cogi possit ad satisdādum eisdem Jacobo & Pontio de restituendo eisdem fideicommissum vniuersale bonorum testatoris post suam ipsius Cericie mortem. l. cum archimedoram, & quod ibi gloss. C. vt legato. seu fideicom. nomi. not. Barto. & Paul. de castr. in. l. cum tale. §. j. ff. de conditio. & demonstra. & quamuis glos. ibi dicat se non inuenire iure nouo, quod heres grauatus satisdare teneatur: tamen subaudiendam est, quod etiam hoc nō reperitur iure nouo prohibitum: nisi quādo filius idēque pater rogatus est restituere hereditatem suijpsius rogati filio aut filijs, idemque frater rogatus est restituere suijpsius rogati fratri. l. iubemus. in princip. C. ad trebel. que non extenditur ad alios casus. d. l. iubemus. in fi. remanet. ergo in alijs incorrectus titulus, vt legato nomine caue. l. j. §. fi. ff. ad municipa. & ita no. in. d. l. cum archimedoram. facit. l. sancimus. C. de testa. & l. precipimus. C. de appella. Et si ipsa Cericia non satisdet, debebunt prefati Jacobus & Pontius substituti mitti in possessionem bonorum prefati testatoris vt sic in ea sint iure pignoris non vt dictam heredem expellant. l. si post. §. l. qui legati. & l. certa. cum fi. C. vt in posses. lega. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Inaduertenter circa principium responsionis dubij de quo queritur, presupposui supra quod dicti Jacobus & Pontius fuerant prefate Cericie eorum matri post mortem eius substituti: qui tamen non substituti, sed instituti leguntur, sed propter hoc non mutatur in effectu quod dixi,
6 † quia etiam isto casu tollitur dies huiuscemodi institutionis, quoad legitimam, per dictam. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. pro quo videri potest Bartol. & moderni magis communiter. d. l. si pater. de insti. & substi. & quod habetur in. l. scimus. §. cum autē. C. de inoffi. testa. vbi hoc probatur: nisi forte quis dixerit illum. §. esse correctum per. §. aliud quoque capitulum superius allegatum. sed istud non obstat, quia licet dictus. §. cum autē, sit hodie correctus quatenus disponebat sufficere filio quod sibi relinquatur legitima per fideicommissum, non est tamē correctus quatenus disponit conditionē & diem debere tolli, prout no. ibi Pau. de cast. & docto. de quo per docto. in. l. suus quoque, in princip. ff. de hered. insti. per Barto. & moder. in. d. l. si pater. Et istud sufficit ei quod dixit, quia sublata die remanet pura institutio facta de prefatis Jacobo & Pontio. Procederet autem oppositio si verbis obliquis esset relicta hereditas prefati testatoris dictis eius liberis post mortem Cericie: quia eo casu sublata die reperirentur ipsi filij habere legitimam non iure institutionis, & sic titulo honorabili; sed iure fideicommissi quod non sufficit.

¶ Argumentum.

¶ Nepos ex filia per nepotes ex filijs a testatore prius vocatos, nō excluditur si deficientibus alijs conditio euenerit in vnum ex filijs sine liberis decedentem: & filij fratrum, sublatis patribus in stirpes succedunt. V. F.

1 ¶ Fideicommisso locus est cōditione adueniente etiam ex persona vnius ex presumpta mente testatoris.
2 Due quarte quando detrahantur.
3 Nepotes diuersorum fratrum qualiter succedere debent patruis an per stirpes vel capita.

¶ De insti. & substi. Consi. xcvij.



Ponitur in facto quod dudū fuit in humanis honorabilis & prouidus quondam vir Rostagnus Penchenati apothecarius Aquensis qui pridē Anno incarnationis domini cc. M. cccclvij. & de mense Augusti fecit & condidit eius vltimum & nuncupatiuum testamentum, in quo inter cetera per eum disposita & fieri ordinata legauit, & iure institutionis reliquit honeste quondam mulieri Fauete eius filie naturali & legitime summam videlicet decem florenorum de rege curren. semel tantum in quibus vna cum dote sibi seu pro ea per eum assignata eandem Fauetam heredem sibi instituit, ita quod de dictis decem florenis & dote esset tacita & contenta, & quod nihil amplius in bonis suis petere posset. In omnibus autem alijs bonis suis heredes vniuersales fecit & instituit, & suo ore nominauit eius heredes vniuersales prouidos viros Jacobum, Joannem, & Petrum penchenati filios suos naturales & legitimos equis portionibus: ita tamen quod si contingeret alterū dictorum filiorum & heredum mori quādocūque sine prole legitima & ex suo corpore legitime procreata, substituit illi sic decedenti videlicet alios superstites vel superuiuentes, sic vnum alteri substituendo. Et si cōtingeret omnes ipsos filios & heredes suos mori sine prole legitima ex eorum corporibus legitime procreata, eo casu cōtingente substituit eis sic decedētibus Dulcelinam vxorem suam matrem filie & filiorum predictorū ad eius vitam duntaxat: & post eius mortem seu post finem dierum suorum voluit & ordinauit, quod omnia bona sua peruenirent et peruenire deberent absolute ad predictam Fauetam eius filiā & suos. Successu vero temporis, idem Rostagnus vita functus est & decessit superstitibus prefatis Jacobo, Joanne, & Petro, qui bonis & hereditati eiusdem se immiscuerūt, & pro ipsis heredibus se gesserunt. Deinde vero vita functe sunt & decesserunt prefate Dulcelina & Faueta, ipsa videlicet, Faueta superstitibus Andrea, Ludouica, & Jacobo eius filijs naturalibus & legitimis relictis. Cōsequenter autem vita functi sunt & decesserunt vnus post alium dicti Joannes, & Petrus, dictus videlicet Joannes superstitibus & sibi relictis sex liberis, scilicet tribus filijs & tribus filiabus: & prefatus Petrus superstitibus & sibi superuiuētibus vno filio & tribus filiabus. Successu tēporis & finaliter vita functus est & ab humanis intestatus decessit dictus Jacobus pēchenati sine liberis & parētibus, sibi vero superstitibus & relictis Andrea nepote ex dicta quondā Faueta eius sorore, & dictis tribus nepotibus & de tribus neptibus ex dicto quondā Joāne: & vno nepote, & tribus neptibus ex dicto quondā Petro. ¶ Quesitū est de duobus, primū vtrū dictus Andreas filius Fauete fuerit & sit inuitatus per dictū quondā testatorē in vim substitutionū per eundē factarum, aut alicuius earundē. ¶ Secundū an prefati liberi dictorū fauete Joannis, et Petri debuerint & debeāt dicto quondā Jacobo eorū auunculo & patruo singula singulis opportune referendo, succedere in stir-

pes ve

pes vel in capita.

1 Christi† nomine inuocato Uiso casu predi-
cto, et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad du-
bia predicta prout infra. Et primo quidem ad primum omissis
argumentationibus dico quod, licet conditio, sub qua substituti exti
terunt Faueta, et sui defecerit in persona dictorum Joannis et
Petri pro eo quia illi non sine liberis decesserunt: quia tamen
Jacobus vltimati vita functus sine liberis, fuit et est locus sub-
stitutioni, non quidem in persona dicte Fauete, que predecessit,
sed in persona Andree eius filij. l. heredes mei. §. cum ita, vbi de
hoc est tex. et ita ibi sentiunt omnes doct. ff. ad trebellia. not. Bar-
to. et omnes communiter in. l. penul. C. de impube. et alijs substitu.
Poterit igitur idem Andreas petere bona ad eundem quondam
2 Jacobum ex paterna successione peruenta. † Uerum quia idem
Jacobus vita functus est et decessit nondum factum pubes, et sic
minor quatuordecim annis, poterunt de bonis huiusmodi detra
hi due quarte, scilicet legitima et trebellianica. c. raynaldus, et. c.
raynutius, de testamen. not. glos. Barto. et docto. in. l. papinia-
nus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa gl. Bar. et alij in. l. quoniam quidem. C. ad le-
gem falci. et alij in alijs locis, que legitima, cum quatuor liberi exi-
sterent, est quarta pars trientis: et sic duodecima pars seu vncia
bonorum dicti quondam Rostagni testatoris. aut. de trien. et se-
mis. §. j. colla. iij. et transumptiue in authenti. nouissima. C. de in-
offi. testamen. trebellanica vero est quarta pars residui bonorum,
que ad eundem Jacobum peruenerunt de bonis dicti quondam
Rostagni testatoris. not. glo. in dicto. c. raynaldus, super verbo,
licet totas, et Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vul
ga. et pupilla. Residuum vero bonorum huiusmodi debet reddi
et restitui in vim substitutionis, de qua supra, dicto Andree sub-
stituto. Nisi forte quis dicere contendat, quod eidem Andree obstet,
quod prefata quondam Dulcelina vita functa sit, et decesserit viuen
te et superstite dicto quondam Jacobo: sed hoc non obstat, per id
quod not. Barto. in. l. quod diu. la vlti. circa fin. et quod ibi doct. ff. de
acqui. heredit. Non etiam obstat si forte opponatur ex aduerso, quod
hic supersunt liberi dictorum quondam Joannis et Petri nepo
tes et neptes testatoris: qui ex tacita mente eisdem testatoris de-
bent repellere Andream substitutum, per theoricam, quam ponit
Bart. et multi alij in. d. l. pen. C. de impube. et alijs substi. et multi
in. d. §. cum ita. Quoniam respondeo, quod istud procederet vbi idem
Andreas esset extraneus testatori, vel fortasse eidem attineret in
gradu remotiori quam liberi dictorum Joannis et Petri: sed idem
Andreas est de liberis ipsius testatoris, et eidem attinet in eo gra
du, in quo ei attinent liberi Joannis et Petri: non ergo per eos re
pellitur. d. §. cum ita. vbi secundum communem intellectum om-
nium scribentium est de hoc casus. Dicte veri due quarte, et alia bo
na per prefatum Jacobum acquisita si que sint, delata extiterunt
dicto Andree, et alijs nepotibus et neptibus eiusdem quondam
Jacobi, tanquam proximioribus ab intestato.

3 Uenio ad †secundum quesitum:
vbi effectualiter queritur, quomodo nepotes aut neptes ex diuer
sis fratribus aut sororibus succedere debeant patruo vel auuncu-
lo. eo casu, quo ipsi nepotes seu neptes soli succedunt, hoc est sine
patruo vel amita auunculo aut matertera: super quo articulo fue
runt et sunt opiniones inter Azo. et Accur. gl. Azo enim in sum-
ma ti. de legi. hered. §. item iure nouissimo, ver. illud dubitari po-
test, tenuit quod illi succedant in capita, cuius opinionem sequutus
est Roffre. eius discipulus tit. de bono. pos. vnde cogna. §. vlti. cu
ius verba retulit Spec. ti. de succes. ab intest. et nihil firmat. Bald.
etiam nihil firmat in. l. j. §. interdum. ff. si pars heredi. pe. Hostien.
vero in summa, tit. de successio. ab intesta. §. viso igitur, ver. quid
si fratrum filij, sequitur opinionem Azo. Bal. etiam. in aut. cessan
te. C. de legi. here. dicit quod opinio Azo. sibi videtur magis conso-
na nature. Contrariam autem opinionem, scilicet quod prefati nepo
tes et neptes succedere debeant in stirpes, tenuit glos. in authen.
de here. ab intest. §. reliquum, colla. ix. in. d. aut. cessante. C. de legit. he
re. quam opinionem sequuti sunt Jac. de are. Dy. et Cyn. vt patet
ex not. per Cy. in. d. aut. cessante. Jac. de belloui. et Angel. in. d. §.
reliquum. Barto. in. d. l. j. §. interdum. ff. si pars here. peta. et ple-
nius in. l. post consanguineos. ff. de suis et legiti. libe. Et hanc opi
nionem etiam sequutus est Pau. de cast. in. d. §. interdum. et Nico.
de vbal. in suo tractatu de successio. ab intest. in principio tertie
partis principalis, vbi dicit istam opinionem esse communiorem
pro qua etiam, vt refert Bart. in. d. l. post consanguineos, consu-
luit Accur. et dicit Bart. se hoc vidisse in consilijs eiusdem Accur.
pro ea etiam consuluit idem Barto. in ciuitate Assisij, consilio inci
pi. Jn nomine domini amen. Super hereditate domine belle etc. pro
ea etiam consuluit Bal. sed a libris remotus consilium cotare non
valeo. pro dicta opinione optime facit aut. de heredi. ab intest. §. si
vero neque fratres. vbi dicit tex. quod quando non supersunt fratres,
nec filij fratrum, alij agnati et cognati succedunt in capita: ergo
vbi supersunt illi succedunt in stirpes, nec aliter distinguit tex. an
veniant cum patruis, amitis, auunculis, aut materteris, vel si-
ne: ergo nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de pupli. et. l.
quos prohibet, cum suis simili. ff. de post. Facit etiam idem aut. in
§. illud. qui precedit dictum. §. si vero: vbi expresse dicit tex. quod quan
do nulli supersunt filij masculi vel femine, tunc filij fratrum succedunt
in locum parentum suorum, qui erant in secundo gradu, et exclu-
dunt alios, qui in tertio existunt, licet et ipsi in tertio existant. hoc
etiam dicitur in authenti. cessante. ver. hi autem etc. alias incipit post
fratres ex vtroque etc. Apparet igitur ex predictis quod, etiam quan-
do nepotes vel neptes succedunt cum his, qui sunt pares in gra-
du, ipsi succedunt in locum patrum eorum, et sic in stirpes. pro hac
etiam opinione inducit Bart. alias rationes in. d. l. post consangui-
neos. et hec mihi videtur de iure verior et communis, a qua propter
ea non videtur in consulendo aut iudicando recedendum, per ea
que not. multi docto. in. c. j. de constitu. in. c. prudentiam, in prin-
cip. de offi. delega. et in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. Que omnia di-
xerim sub correctione, cuiuslibet domini melius sentientis, et sal-
ua librorum reuolutione, qui mihi hic peregrino desunt.

Argumentum.

Dotis promissio si se ad aliam quandam referant censetur eius
modi, cuius et illi alia fuit. et secum mundum et iocalia trahit vbi
illa prestari solent. U. F.

1 Dos pacta per instrumentum ad formulam et modum alte
rius declarate per instrumentum, relatiue se habet, et tenet.
2 Testator legans quod scriptum est in quadam scheda penes ter-
tium, grauat heredem de soluendo, et valet relictum.
3 Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita an et quan-
do fieri possit.
4 Argumentatio de vltimis voluntatibus ad contractus quo casu
est bona.
5 Eligens loca, quibus assignetur solutio debiti, an causa demon-
strationis aut taxationis vel conditionis videatur elegisse.
6 Ex separatis non infertur.
7 Jn contractibus non est recedendum a genuina verborum signi
ficatione.
8 Jn dubio interpretatio fit contra illum qui se fundat ex verbis contractus.
9 Soluens in diminutionem non in toto, sed in tanto se liberat.
10 Diminuo quid significet.
11 Qui ad soluendum se submisit rigoribus certarum curiarum il-
los seruare debet, etiam si duri videantur.
12 Per sublationem exceptionis prescriptionis, an intelligatur re-
mota prescriptio centum annorum.
13 Uir, qui vxori promisit dotem, an etiam mundum muliebrem vi-
deatur promisisse.
14 Jn dotis constitutione si nulla facta fuerit mentio de augmento,
an debeatur, et vbi.
15 Quod in contractu apponi solet pro apposito habetur.
16 Clausule in bullis apostolicis obmisse subintelliguntur, et pro ex-
pressis habentur.
17 Contrahentium conuentiones facte intelliguntur secundum con-
suetudinem tunc obseruatam.
18 Non verisimile est quedam falsitatis imago.

De do. promis. Consilium. xcviij.



Uisis duobus instrumentis matrimonialium contractuum, vno videlicet
matrimonij contracti per verba de futuro, per et
inter nobilem et potentem quondam virum Carolum de
grolea dominum Castrinoui ex vna parte, ac nobilem et
egregiam mulierem Margaretam de pictauia ex alia, et hoc anno in-
carnationis dominice. M. cccc. xxxiij. et die. xvj. mensis Octobris al
tero vero matrimonij olim contracti etiam per verba de futuro, per et
inter magnificum quondam virum dominum Philippum de leuis dominum de
Florensaco ex vna parte, et magnificam dominam Jsabellam de pictauia
ex alia, seu copijs instrumentorum huiusmodi, et hoc anno domini Mille-
simo. cccc. xxxix. et die. xvj. mensis Januarij, vna cum casu mihi ex-
hibito, et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad ea
dem dubia prout infra. Premittens quod licet prefatus magnificus
do. Philippus nihil certum et determinatum videatur explicite do-
nasse, aut promisisse pro doario, seu dote eiusdem domine Jsabelle: quia tamen
conuenit, promisit, et iurauit facere, dare, constituere, et assignare ei-
dem domine Jsabelle doarium, seu dotem modo et forma, ac etiam in valore

declaratis in instrumento & contractu matrimoniali dictorũ do. Caroli de grolea & Margarete de pictauia, & put in ipso matrimoniali contractu eorundẽ dominorũ promissum, cõuentum, inuratum, & factũ extitit: & de promissione certi & determinati doarij seu dotis dari & assignari conuente in dicto proxime mentionato matrimoniali contractu manifeste appareat, censendus est idem do. Philippus illam eandem quantitatem doarij implicite donasse & assignasse, & sub eisdem formis &c. ipsi domine Isabelle aut dare & assignare promisisse, quam antea in dicto matrimoniali contractu, ad quem fit relatio, dare & assignare promiserat prefatus do. Carolus de grolea, seu magnificus quondam vir dominus Humbertus de grolea eius pater dicte domine Margarete. Et hec implicita datio & assignatio, seu promissio de dando & assignando doarium predictum habenda est, perinde acsi specificata & expresse declarata extitisset in matrimoniali contractu inito, & celebrato per & inter eosdem dominũ Philippuz de leuis
1 & do. Isabellam: † postq̃ per instrumentum in dicta promissione mentionatũ apparet de certo doario dato, vel promisso dicte do. Margarete, q2 in instrumento matrimonij cõtracti inter dictos do. Philippum & Isabellam videtur contineri illa eadem quantitas pro doario, que continenẽ in instrumento matrimonij cõtracti inter dictũ do. Carolũ & Margaretã de pictauia, & alia cõcernentia doariũ. l. asse toto, & quod ibi glo. Bal. Ange. Jo. de imo. & docto. ff. de heredi. insti. & l. si ita scripsero, & quod ibi plene Bar.
2 ff. de condi. & demonstra. † dicit enĩ Bart. in d. l. si ita scripsero, q̃ licet ea, que relinquuntur in testamẽto nuncupatiuo, exaudiri debeant per testes presentes. l. heredes palam, in princip. ff. de testa. si tamen in testamẽto huiusmodi, & sub testium presentia dicat testator, volo q̃ heres meus det illud quod scriptum est in schedula, quam reliqui apud Gardianum fratrum minorum, & de schedula huiusmodi appareat ex legitima literarũ comparatione, vel alijs legitimis indicijs, q̃ illa sit testatoris, valet relictũ, d. l. si ita scripsero. pro quo etiam allegat. l. quem heredi. in princip. ff. de reb.
3 dub. et. l. his verbis, in princip. ff. de lega. iij. † & procedit hoc non solum in legatis, sed etiam in institutione heredis, vt verbi gratia: dicit testator coram septem testibus, instituo heredem, vel facio testamentum meum in omnibus & per omnia prout continetur in quadam scriptura manu mea confecta, quam dimisi penes Gardianum fratrum minorum. Nam valet hoc, & est testamentuz nuncupatiuum nuncupatione implicita, & est perinde acsi expressisset omnia, que in illa scriptura continentur. l. asse toto. & l. si ita scripsero, superius allegatis. quod etiam voluit Paul. de cast. in dicta. l. heredes palam. in princip. & idem etiam voluerunt Bal. &
4 Ange. in dicta. l. asse toto. Et cum hec procedant in vltima voluntate procedunt etiam in contractibus, † quia vbi vtrobiq̃ est eadem ratio, bona est argumentatio de vltimis voluntatibus ad cõtractus, & contra. l. pactum inter heredem. ff. de pact. l. seruum filij. §. cum qui chirographum, & l. que delegato. ff. de leg. j. l. si lega ti causa. & l. ita stipulatus. §. sabinus. ff. de verbo. obligatio. l. fin. C. de loca. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obligatio. et l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Censetur igitur dictus quondam domi. Philippus dedisse & assignasse, seu dare et assignare promisisse prefate domine Isabelle pro suo doario quadringentos florenos auri annuos, si eum premori contingeret & q̃diu a secundis nuptijs ipsa domina Isabella abstineret: q2 tanta summa ac sub conditione & qualitate huiusmodi promissa extiterat dicte domi. Margarete. Et idem quod dictum est de datione & assignatione seu promissione doarij & illius validitate dicendum est per premissa de assignatione seu promissione castri, quod ipsa domi. Isabella elegisset.

Quibus premissis dico & respõ

deo q̃ cum vt ponitur in facto, idem domi. Philippus ab humanis decesserit Anno domini Millesimo quatercentesimo quadragesimosecundo, & certo mense illius anni, superstite eadem domi. Isabella, & que nihil habuit pro dicto suo doario vsq̃ ad annum domini Millesimum quatercentesimum sexagesimũsecundũ tenetur magnificus & potẽs vir domi. Jacobus de Crussolio nepos & heres vniuersalis dicti domini Philippi ad solutionem arreragiorum incursorum & debitorum a tempore mortis eiusdem domi. Philippi vsq̃ ad annum predictum millesimũ quatercentesimũ sexagesimũsecundũ, ad ratiõe quadringẽtorũ florenorũ auri pro singulis annis nõ obstãtibus his que parte eius allegantur. Et primo quidem non obstat quedam pretensa reductio ad manus Regias facta vt asseritur de castris dicti domi. Philippi. Tum causis & ratiõibus alias allegatis per egregium virũ do
5 minum Franciscum chaterelli, quas nõ refrico. † Tũ q2 id quod criptum est de dictis quadringentis florenis auri annui redditus in locis propinquioribus castri q̃ ipsa elegisset assignandis, dictum est causa demonstrationis, vt videlicet sciretur ex quibus locis posset eadem domina Isabella summam predictam cõmodius percipere, non gratia taxationis seu etiam conditionis propter quod fuerunt statim debiti dicti floreni quadringenti vel ex illis locis, vel ex alijs. l. lucius. ff. de alimen. & ciba. lega. l. quidam. in princip. ff. de lega. j. & l. paulo calimaco. §. fin. ff. de lega. iij. not. Pet. de bellaperti. Barto. & docto. communiter in. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. pro quo & illud. ff. de verbo. obliga. Cyn. & docto. cõmuniter in. l. si quis argentum. §. cum vero. ff. de dona. & Bald. in. c. j. in princi. de no. feu. Tum & quia si id quod dictum est de dictis quadringentis florenis auri assignãdis in dictis locis propinquioribus dictum esset gratia taxationis, ipsiq̃ fuissent super locis huiusmodi assignati, & deinde loca hec reducta ad manus Regias, & nulli pro tempore fructus percepti per heredẽ dicti quondam domi. Philippi: quia tamen assignatio seu promissio facta erat, non quidem de vnica, sed annua prestatione dictorũ cccc. florenorum auri, q̃diu eadem domina Isabella a nuptijs secundis abstineret, tenebatur idem domi. heres, factus postea possessor castrorum & locorum predictorum arreragia soluere de fructibus postea perceptis ex eisdem. dicta. l. inter stipulantem. §. sacram. & l. firmio. in princi. ff. quan. dies lega. cedat. quod etiam voluerunt Pe. Bar. & doct. communiter. in. d. §. sacram. Cy. & docto. in. d. l. si quis argentum. §. cum vero. & Bal. vbi supra. ad quod facit. l. legatum. §. vini falerni. ff. de an. & menstr. leg. & l. ex eo. de vino triti. & ole. lega.

Etiam nec obstat qd vlterius

opponitur parte dicti magnifici domini Crussolli de quodã pretẽso appũctuamẽto facto, vt ex aduerso asseritur, inter partes Anno dñi. M. cccclxi. de & super solutione predicti doarij, & in quo pretenditur conuentum, q̃ pro dictis quadringentis florenis auri annui redditus soluerentur annis singulis quingenti floreni monete Regie: et quod insuper opponitur de continuatis solutionibus dictorum quingentorum florenorum monete Regie per annos plurimos, prout cõstat plurimis quittãtijs, & quidem penes eundẽ do. Crussolij, vt parte eius pretenditur existentibus. Et quidẽ nõ quod de dicto appunctuamento: quia in illo, si de eo appareat, solum factus est sermo de prestationibus tunc futuris, et que fieri debebunt pro annis futuris, nõ p preteritis aut arreragijs iam incursis: quia super illis nihil appunctuare voluit idẽ domi. Crussolij, seu eius predecessor, is videlicet cũ quo factum fuisse pretenditur huiusmodi appunctuamentum: non igitur debet
6 idem appunctuamentum nocere quoad arreragia, † q2 ex separatis non infertur. d. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ver. sed hec dissimilia. & l. papinianus exuli, cum multis vulgaribus. ff. de mino. Ad
7 quod facit † quia in contractibus non est recedendum a propria verbo. signifi. l. quicquid adstringende. ff. de verb. obligatio. † Et
8 in dubio fieri debet interpretatio cõtra illum qui se fundat ex verbis cõtractus. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obligatio. et in. c. contra eum. de regu. iur. in sexto. de quo Alexand. de imol. in. l. si pascenda. C. de pac. et cõsil. lxi. exordiente, Super eo de quo queritur &c. in primo volumi. et Andre. sicul. vulgo. Barba. consilio. lxiij. colum. viij. in fi. in prima parte. Nõ etiam quod de cõtinuatis solutionibus: q2 vt audio dicti floreni quingenti supersunt recepti si & quatenus recepti probantur in diminutionem maioris summe, vel summe debite: & sic nõn facit pro eodem domino Crussolij. l. quicũque. C. de apochis publi. libro decimo. quia illud loquitur & procedit in eo, qui fidem facit de prestationibus trium coherentium seu proxime precedentium annorum simpliciter factis & receptis: quo casu presumitur de solutionibus factis annis precedentibus. hic autem nõ sunt facte vel recepte dicte pretense solutiones simpliciter vel absolute,
9 sed vt predixi in diminutionem: † & qui in diminutionem soluit nõ in toto, sed in tanto se liberat, quia verbum minuo, a quo vel com
10 ponitur vel deriuatur diminuo † significat idem quod minorem reddo. vnde Plinius. Radix commanducata dentium dolorem minuit: hoc est pro parte tollit: vel minorem reddit. Et quidem videtur significare diminuo quod etiam probatur instit. de satisda. tuto. in princip. & quod ibi glo. super verbo, diminuantur. no. Alberic. in suo dictionario. Qui ergo dicit se solutionem facere, vel recipere in diminutionem maioris debiti, vel summe debite, vel talis debiti, dicit se facere vel recipere partem illius, & sic diminuere debitum pro parte non summa igitur in terminis dicte. l. quicunque. C. de apo. public. Ergo dispositio illius non habet locum in hoc casu. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquiren. heredi. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotidi. & esti. l. iiij. §. quoties. ff. de dã. infec. l. ita autem. cum si. ff. de admini. tuto. & l. hos accusare. §. omnib⁹ cum suis si. ff. de accu. quod etiam voluit Pau. de cast. cõsilio. iiij. exordiente, De iure communi dictas hereditas &c. & cõsi. xj. quod exorditur, In casu presenti visis omnibus &c. col. j. vel. ij. Roma. consi. cccclij. & cõsi. cccclxij. in fi. & Andr. sicu. cõsi. xxi. col. iij. in

iij.in secunda parte.& consi.lxiij.col.vij.in eadem parte.

11 Preterea † etiaz non obstat qd
vlterius opponitur parte eiusdem domi. Crussolij, de preten-
sa prescriptione dictorum arreragiorum: quia, vt apparet ex te-
nore instrumenti &c.dictus quondam Philippus domi.de flo-
rensato se pro solutione predicti doarij submisit multis et varijs
curijs, et inter alias curijs Cabeoli, sancti Marcellini, et con-
uentionum Nemausi, que ita disponentibus statutis prescriptio
nis exceptionem non admittunt, que seruanda sunt, etiam si dura
viderentur.l.prospexit.ff.qui et a quibus, et.l.j.§.si is qui nauem.
ff.de exerci.actio.et quod voluit Bartol.in.l.j.§.j.ff.quod vi aut
12 clam.et Salice.in.l.ita nobis pudor.C.de adulte.†Et presupposi-
to q per sublationem exceptionis prescriptionis non intellige-
tur remota prescriptio centum annorum, secundum Angel.qui
ita not.in l.nemo potest.ff.de lega.j.per text.cum glos.in.l.j.C.de
prescrip.triginta annorũ:pro quo est melior text.in aut.vt dece-
tero.§.penulti.colla.v.hoc tamen non obesset, pro eo quia nondũ
cõcurrerunt centum anni, quinimo nec.lvj.ab anno mortis et de-
cessus dicti quondam do.Philippi.

13 Ad aliud † quesitũ quo queri-
tur de iocalibus & augmento dotis eiusdẽ domine Isabelle, dico
in primis q., quo ad iocalia, non est dubium quin prefatus quon-
dam dominus Philippus illa dare promiserit: quo vero ad au-
gmentum dotis, videtur aliquantulum magis difficultas, pro
eo quia in dicto matrimoniali contractu non legitur aliquid di-
14 ctum de augmento: † veruntamen qua et in Delphinatu in quo
factus est contractus huiusmodi, et in Regno dari solet per vi-
ros, aut ex virorum parte vxoribus aliquid in augmentum sua-
rum dotium, presumendum est q idipsum fecerit idẽ domi. Phi-
lippus.l.si filius.ff.de do.prelega.l.si seruus communis.§.locaui.
ff.de fur.l.j.C.de condi.ob caus.l.fin.in fin.ff.de fideiuss.l.vnica.§.
q et si quis.C.de latina liber.tol.l.traiectitie.in princi.ff.de actio.
et obligatio.l.j.§. dies.ff.quando appellan.sit.l.quod si nolit.§.
qui assidua.ff.de edil.edic.l.adhuc.§.si operas.ff.de vsufruc.per
que iura, et alia per eũ allega.dicit Alberi.in.l.vt liberis, ad fin.
super verbo, assolet.C.de colla.qd attendendum est ad id quod
fieri solet.vltra q̃ addit text.domi.Iason de may.in capitu.cum.
M.ferra.in versicu. sicut consueuit, de constitutio. quem text.
Bald.Anto.de butr.Ioan.de imol.et ceteri, secundum eum, di-
15 cunt esse meliorem text.de corpore iuris.† q illud quod solet ap-
poni in contractu habetur pro apposito, etiam si non sit apposi-
tum in instrumento contractus, pro quo facit text.in.l.si prius.§.
placuit non alias, et quod ibi Bart.ff.de aqua pluuia arcen.cuz
16 multis iuribus, que ad hoc solent allegari.allegat etiam † q om-
nes clausule, que solent apponi in bullis apostolicis, si sint omis-
se, subintelliguntur in eis, & habentur pro expressis.c.accepimus,
et quod ibi Anto.de butri.de etate et qualita.et dicto.c.cum.M.
ferra.Pro premissis bene facit quod plene ponit Alexand.de
Imol.consilio.cvij.exordiente, Pro inuestigatione predictorum
17 &c.colum.penulti.in secundo volumi.vbi dicit † q conuentiones
facte inter contrahentes, facte intelliguntur et inite secundum cõ
suetudinem et obseruantiam tunc vigentem, pro quo allegat.l.
excepto.&.l.licet.C.locati.dictam.l.quod si nolit.§.si assidua.ff.de
edili.edic.l.dominis prediorum.C.de agricol.et censi.lbro.xj.et
alia multa iura, et docto.notas, que ibi possunt videri. Multa
etiam, imo, vt ita dixerim, infinita similia, et facientia ad materiã
allegat domi.Iason. in dicta.l.vt liberis. que etiam possunt ibi
videri, et que gratia vitande prolixitatis referre omitto. Facit
etiam pro intentione eiusdem domi.Isabelle q non est verisimile
non fuisse factam promissionem etiam de augmento dotis: postq̃
vt predixi, ita communiter fiebat pro tempore & fieri consueuerat
18 ergo nec affirmandum, † quia non verisimile est quedaz falsitatis
imago, vt voluit Andre.sicul.consilio.vj.exordiente, Scriptum
est preclare primo Regũ.c.ij.&c.colum.iiij.pro quo allegat.Bal.
in.l.j.C.de serui.fugiti.& in rubrica.C.de pbatio.& in tractatu scis-
matis, quem posuit in rubrica.C.si quis aliquem testari prohibue
rit.allegat etiam Bald.in alijs locis, vbi videri potest hoc etiam
voluit Alexand.de Imol.consilio.xxvij.colum. vlti.in secundo
volumi.Per que dico, sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis, quicquid scriptum extiterit, q censendum sit non soluz
esse factam promissionem de iocalibus, sed etiam de augmẽto do-
tis, et q propterea domi.Crussolij pro illis dare et soluere tenea-
tur dicte domi.Isabelle summam duorum millium florenorum
monete mentionate in dicto matrimoniali contractu celebrato et
inito per et inter prefatos domi. Carolum de grolea et domi-
nam Margaretam de pictauia, et hoc propter relationem quam
habent pacta et conuentiones inite in contractu matrimonia-
li dictorũ do.Philippi & Isabelle ad dictũ precedentẽ contractũ.

Argumentum.

Leuires vsumfructum donare possunt vxori fratris eorũ quã
diu vixerit in viduitate ipsa autem de bene vtendo fruendo arbi-
trio boni viri cauere debet.V.S.
1 Donatio vsufructuũ ad vitaz, iurata, & facta vxori fratris
illorum, qui successerint, valet.
2 Statuto solennitatem exigente non obstante actus factus sine il
la quando valeat.
3 Notarius pro absente in donatione stipulari potest.
4 Vsufructuarius quid cauere debeat.

De vsufru.& habi. Consilium.xcix.



Christi nomine inuoca-
to. Viso quodam publico instrumento parte pro-
uidi viri Petri alibi mihi exhibito, et in quo cete
ra legi, et reperi contineri donationem dudum fa
ctam per dictum Petruz et Bartholomeum eius
fratrem &, fratres quondam defuncti Pontij albi, Fauete eiusdẽ
Pontij relicte, de vsufructu bonorum ipsius quondam Pontij
tantum quantum in humanis viueret, & vitam vidualem honeste
1 seruaret.† Dico et respondeo breuiter et succincte, q donatio hu
iusmodi valuit et valet, pro eo quia illa reperitur iurata, pro quo
allegare sufficiat qd voluit Frederi.de senẽ.consilio mihi.cclxxiij.
exordiente, Factum tale est statuto ciuitatis &c. Ioan.de Imol.et
2 alij in capit.cum contingat, de iureiurand.† vbi sermonem fa-
ciunt de statuto exigente solennitatẽ, quo nõ obstante valet actus
factus sine illa, si tamen interuenerit iuramẽtum. Nec etiam ob-
3 stat q prefata Faueta non fuerit presens.† Tum quia notarius
pro ea stipulatus est, quod facere potuit, pro quo videri potuerũt
decisiones magnifici Delphinalis parlamenti. Tum et quia di-
cti Petrus et Bartholomeus iurauerunt, pro quo videatur
Panormita.in proemio decretalium.et Alexand.de Imol.in.l.
4 stipulatio ista habere licere.§.alteri.ff.de verbo.obligatio.† de-
bet tamen dicta Faueta cauere idonee de vtendo fruẽdo arbitrio
boni viri, pro quo videri poterunt glos.et docto.in.l. vsufructu.
C.de de vsufruc.

Argumentum.

Abbas de bonis ecclesie seu monasterij ad vsum ecclesie neces-
sarium disponere potest: non affinibus pecunias quas habet re-
linquere.V.S.

1 Religioso interdicta est testandi facultas regulariter, etiaz
si sit abbas, aut cardinalis, de bonis intuitu ecclesie acquisitis, et
in quibus & quando fallit.& nu.3.
2 Monachum nulla dignitas liberat a substãtialibus regule, pro
pter descensum dignitati contrarium.
4 Prelati procuratores sunt rerum ecclesiasticarum, et nõ domini.
5 Occasio permissa nõ est pro causa sumenda.
6 Benemerita mensuranda sunt cum rebus ecclesie donatis pro
seruitio.
7 Donatio propter benemerita in donationem simplicem quando
resoluatur.
8 Dictio Aliqua, moderationem significat, et prodigalitatem in-
crepat, & quam naturam habeat copulata alicui termino.
9 Consuetudo in ecclesiasticis quando attendenda, et quibus dona
ri possit.
10 Iura quatenus permittant donare consanguineis de rebus ec-
clesie.
11 Abbas an possit relinquere pro fundatione capelle de bonis ec-
clesie, & quantum.
12 Vacante sede nihil debet disponi in preiudicium futuri prelati,
etiam in conuentuali ecclesia.
13 Pecunia quando annumeretur inter res que seruando seruari
non possunt.
14 Res que seruando seruari non possunt non prohibentur aliena-
ri sede vacante.
15 Credulitatis iusta causa est quod a psonis fide dignis dicitur.
16 A dolo excusat quecunq causa etiam iniusta.
17 Arma magis q̃ iura scire milites legislator estimauit.
18 Abbatis predecessoris factum successori cur non noceat.
19 Testis depositio ambigua et obscura reddit per disiunctiuã vel.
20 Testis dictum necessario concludere debet.
21 Argumentũ in probationib9 de instrumentis ad testes procedit.
22 Instrumenta duo discordantia in summa an concordari possint,
& in quo.

23 Iuramentum anteq̃ deferatur damnum passo quid requiritur.
24 Furtum sine dolo committi non potest.
25 Ius probandi per sacramentum quando transeat ad heredes.
26 Patrimonium anceps nemo debet subire.
27 Executor inuentarium tenetur cõficere de commissis suo officio: et quid si omittat. ꝛ nu. 30.
28 In penalibus de similibus ad similia quando procedi potest.
29 Pene sunt moliende.

¶ De sacrosan. eccle. ¶ Consilium. c.



Visis ppositis ꝛ deductis tam parte quondam Reuerendi patris domini Antonij de rupemaura decretoꝝ doctoris, olim abbatis religionis sancti Antonij vienensis. q̃ magnifici et potentis viri domini Petri contoris de Brione domini eiusdem loci, vna cum alijs scripturis, et casu parte eiusdem domini petri mihi transmissis ꝛ traditis, ac etiam dubijs ex casu predicto in primis qđ, cum informatus non extiterim de consuetudne elicitis, dico et respondeo ad eadem dubia prout infra. Premittens, statutis, aut reformationibus ordinis seu religionis antedicte, editis circa dispositiones, quas in morte, vel in infirmitate facere pōt Reuerendus do. abbas ipsius religioni, non possum de his aliquid respondere: solum igitur me conuertam ad dispositionem iuris communis. Quo premisso dico ꝛ respondeo ad primuꝫ ꝙ, licet recolende memorie Reuerendus pater dominus Antonius de brione, olim abbas predicte religionis, de bonis etiam mobilibus intuitu di
1 cte religionis acquisitis testari non potuerit: † tum quia vir religiosus, cui est interdicta testandi facultas. autbenti. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. c. quia ingredientibus. xix. questio. iij. ꝛ. c. qr ingredientibus in parte decisa. ꝛ quod ibi docto. de testa. quod procedit in religioso etiam facto abbate, quia talis non definit esse monachus. c. fina. et quod ibi p docto. de simo. Procedit etiam
2 in monacho facto Cardinali, † quia vt dicit Bald. in autben. licentiam, colum. j. C. de episco. et cleri. nulla dignitas liberat monachum a substantialibus regule, quia dignitas facit quem ascendere sed liberari a substantialibus regule esset descendere in deteriorem statum. allegat cap statutum. xviij. questio. prima. Tum ꝛ quia visis ecclesiasticis, saltē administrationem habentibus, in
3 terdictum est testari de bonis intuitu ecclesie acquisitis. ca. ad hec de testamē. † potuit tamē seruitoribus suis et benemeritis aliqua elargiri. c. possessiones. xvj. qđ. j. et qđ. vj. c. illud. c. ad hec. c. relatū. §. licet de testa. quod intelligo moderate, ꝛ iuxta seruitij merituꝫ. dicto. §. licet. prout dicitur de alijs administratoribus alienare prohibitis. l. cum plures. §. penulti. ff. de administratio. tuto. l. j. §. j. ff. de tute. ꝛ ratio. distrahen. aliter enim prelatis dare nō licet de
4 iure communi: † sunt enim procuratores, non domini. c. ij. de donatio. et quod ibi glos. et docto. et licet habeant liberam administrationem. c. cum nobis olim, in fine. de electio. regulariter tamē
5 non donat habens liberam. c. fina. de offi. vica. in sexto. † ꝛ cum ex casu istud permittitur, non est occasio pro causa sumenda cap. solite, de maio. et obedien. l. famosi. §. j. ff. ad legem iuli. maie. debet igitur apparere de seruitij et benemeritis dictorum seruitorum. ad quod etiam facit. l. iubemus. la. ij. vltra principium. C. de sacrosanc. eccle. ibi, Scientes nulla sibi occasione vel tempore ad vicissitudinem beneficij colorati ꝛc. In prohibitis enim certo casu permissis non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probatio. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de le
6 ga. iij. † Et puto ꝙ seruitia seu benemerita huiusmodi debeant commensurari his, que collata aut donata extiterunt his seruitoribus. d. c. relatum. §. licet. ibi iuxta seruitij meritum, quod etiā voluit Ioan. An. l. extra de rebus eccle. non alienand. in rubrica. ꝛ Oldra. consilio mihi. clxxv. exordiente, Quidam episcopus cuius mense ꝛc. Et ita intellexit dictum. §. licet, Alexand. de Imol. in. l. si donatione, colum. iij. versicu. quod non puto verum ꝛc. C. de collatio. Actus enim ex causa permissus debet commensurari cause permissionis in quantitate et tempore. dicto. c. relatum. §. licet. ꝛ. l. magis puto. §. nō passim. alias. §. itē pretor. ff. de reb. eo. q sub tute. vel cura. not. Ioan. Andr. in dicta rubrica, et Oldrad. in consilio predicto. facit ad premissa quod not. Bart. in. l. frater a fratre. colum. vltima. ff. de conditio. indebi. et in. l. si quis pro eo. §. j. in fine. ff. de fideiusso. et in autbenti. vnde si parens, et quod ibi Bal. C. de inofficio. testamen. Bal. ꝛ Alexand. de Imol. in dicta. l. si donatione. Gulielmus de cug. Bald. et Salicet. in. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. Ioan. And. in dicta rubrica de reb. eccle. non alie. in. l. aquilius. ff. de donatio. quatenus sentiunt docto. prefati qđ
7 † vbi donatio alias non valitura, valet propter merita, ipsa merita debent equiualere donationi: alias enim quatenus collatum vel donatum excederet benemerita vel seruitia, illud censeretur simpliciter donatum. vel collatum. l. sed si vir. §. si duo. et. l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. inter vi. et vxor. Huiusmodi vero nimplex donatio videtur prohibita a viris ecclesiasticis assertum habentibus administrationem. dicto cap. relatum. §. licet, quatenus ibi dicit iuxta seruitij meritum: et maxime quia etiam ibi adiecta
8 est dictio aliqua, † que, vt ibi not. Hostien. et docto. moderationem notat. ꝛ prodigalitatem reprehendit: et, vt dicit Oldrad. in dicto consilio. clxxv. arctat significatuꝫ orationis ad rem modicā. allegat. l. hanc legem. ff. de contrahen. emptio. et venditio. et. l. diuus. ff. de boñ. damna. quinimo de natura huius dictionis aliqua est, ꝙ quando adijcitur alicui termino, immutat eius naturam, et facit de quocunq̃ minimo intelligi, vt not. glo. in clementi. j. super verbo, aut earum parte. de fo. competen. quam not. Bald. in. l. j. colum. j. et colum. penulti. C. de inofficio. donat. Ex quibus infero ꝙ, vbi non appareret de seruitijs vel benemeritis illorum pretēsorum seruitorum, quibus idem domi. legauit, reliquit, aut donauit: vel vbi donatum, legatum, vel relictum excederet seruitium aut benemeritum, hoc de iure vel in totum, vel quatenus excessisset, singula singulis opportune referendo, non valuisset, per predi
9 cta, † et hoc nisi consuetudo aliter disponeret, quia in talibus consuetudo attendenda est dicto. c. ceterum. de donatio. et allegato. c. relatum. §. licet. ibi, consuetudinis tamen est non improbande ꝛc. facit. l. prohibere. §. non tantum. ff. quod vi aut clam. et. c. ea noscitur, de his que fiūt a prela. et ita etiam senserunt Hostien. Ioan. And. Ioan. de Imol. ꝛ docto. in dicto. c. ceterū. dicunt em̄ ꝙ si est consuetudo in certo loco, vbi sita est abbatia, ꝙ abbas possit dare viginti, vel quinquaginta, vel centum solidos, vel equū, vel aliam rem mobileꝫ, que superest de bonis ecclesie, alicui pauperi, vel egēsti, nobili verecundo, vel puelle maritande, vel alijs, hec consuetudo teneret, et faceret valere data aut relicta huiusmodi, siue in vita. dicto. c. ad hec. de testamen. c. aurum. et. c. gloria. xij. questio. ij. ꝛ ca. quoniam quicquid. xvj. questio. j. siue in morte. dicto. c. relatum. §. licet. per que et alia not. in dicto cap. ceterum, per prefatos docto. puto etiam valuisse illius relictum Alisone michaele filie magistri Ioannis michaelis, et aliud relictuꝫ cuidam Ioanne tunc degenti in hospitali frecherio sancti Antonij, que ēt intuitu pietatis, et pro earuꝫ dotibus relicta extiterunt. Quo vero ad summam mille scutorum, quam idem quondam domi. Antonius abbas zelo consanguinitatis donasse dicitur nobili ꝛ generoso iuueni Ioachimo filio dicti domini de Brione, existimo qđ donatio huiusmodi non valuerit. Cum quia de magna summa, et vt videtur, excessiua. Cum quia facta zelo consanguinitatis, vt in ca
10 exprimitur: † non enim permittunt iura passim et indistincte donari consanguineis, sed duntaxat consanguineis seruitoribus, aut alias benemeritis. dicto. §. licet. vel pauperibꝰ, quibus tenemur in necessitatibꝰ potissime. c. subuenire. c. nō satis. lxxxvi. distinctio. c. studeat. l. distinctio. et. c. j. de cohabitatio. cleri. et mulie. et quod ad pauperes indigentes, et pia loca, vt dicit Hostien. in dicto. c. relatum. §. licet, sufficit sola charitas: vbi tamē dicit cauendum ꝙ moderate fiat, ne ecclesia, cuius administrationem tenuit ipse qui donat, his rebus penitus defraudetur.

11 Etiam † quo ad summam duorum millium scutorum, quam idem quondam Reuerendus domi. Antonius abbas legitur dedisse, donasse, et legasse pro remedio sue anime, ac parentum, et benefactorum suorum, et pro dotatione et fundatione Capelle, de qua ibi: dico ꝙ, licet prima facie dispositio huiusmodi valere videatur, per id quod habetur in dicto ca. aurum. versicu. nemo potest accusare quia templum dei est edificatum. ꝛ arg. c. bone rei. xij. questio. ij. et. c. apostolice. de dona. ego. tamen vereor ne illa valuerit de iure communi, quia excessiua: et quia etiam vltra ꝛ preter condecentes exequias, quas fieri ordinauit in funere, et pro eo quia dedit, donauit, et legauit idem quondam domi. abbas dominus priori et conuētui monasterij predicti mille scuta auri Regia pro fundatione certarum missarum: que donata vel relicta simul iūcta faciunt magnas summas, nec refragantur huic dicto. c. bone rei. ꝛ apostolice: qr illa loquuntur in episcopo, qui in hoc priuilegiatus est, et in casibus, de quibus in illis textibus, et in dispositione inter viros, vt colliguntur hec ex his que not. docto. in dicto. c. apostolice, que hic cessant, vt patet intuenti.

Ad secundum dico et respondeo ꝙ, licet ex dispositione statutorum seu reformationum dicte religionis, domini vicarij, sede abbatiali vacante, et qui habent custodiam spolij seu peculij defuncti domini abbatis, possint satisfacere de debitis eiusdem legitime contractis: non videtur tamen ꝙ ipsi possint vacante ipsa sede inire aut celebrare cōtractū, per quē alienentur bona pertinentia ad prelatum: hoc est, que per-

12 nentura sunt ad futurum abbatem, quia † vacante sede nihil de-
bet disponi in preiudicium futuri prelati.c.si qua de rebus.xij.q.
ij.c.si quis episcopus.x.questio.ij.c.quoniam.lxxv.distinctio.c.j.
§.attendentes.⁊ quod ibi Innocen. Hostien. Joan.andr. Joan.
de imol. Panormi.⁊ docto.communiter.ne se.vacan.not. Hostiē.
in summa titu.ne sede vacan.§.⁊ in quibus,versi.sic patet:ibi nam
generaliter tibi trado ⁊c.⁊ q̄uis iura.predicta videātur loqui in
cathedrali ecclesia vacante,idem tamen est in cōuentuali,vt etiam
voluit Hostien.⁊ post eum Joan. andr.⁊ docto.communiter in
dicto.c.j.⁊ licet Innocen.videatur ibi velle in vna parte, ꝙ dicta
regula locum solum habeat in cathedralibus ecclesijs qđ etiā te-
tigit in.c.cum dilectus,de consuetudine.ipse tamen postea vide-
tur aliter dicere,videlicet ꝙ regula ista nō solū locum habeat in
cathedrali ecclesia,sed etiam in qualibet ecclesia collegiata,ad qđ
faciunt not.per Hostien.in summa titu.ne sede vacan.§.⁊ de qua
sede.Non igitur videtur valuisse transactio,de qua in dicto quesi-
to,quatenus per eum preiudicatum esset tunc futuro abbati, aut
sedi abbatiali.Non dico tamen,vt iam tetigi, quin dicti domini
vicarij,vel de eorum consensu prefatus dominus de Brione satis-
facere potuerint de expensis funeralibus et etiam soluere credi-
toribus defuncti abbatis,⁊ in satisfaciendo ⁊ soluendo alienare
pecuniam,que peruentura erat ad futurum abbatem,quatenus
expense ⁊ debita huiusmodi exigebant.Tum q: hoc satis dispo-
nunt statuta,seu reformationes dicte religionis.†Tum ⁊ q: pecu
nia quoad hoc vt afferat vtilitatem secundum eum vsum ad quē
est destinata,dicitur de rebus que seruando seruari non possunt,
vt colligitur ex not.per glo.in.l.j.§.fuit quesitum.ff.ad treb.⁊ in.l.
interdum,⁊ quod ibi Bar.ff.de condi.indebi.⁊ per Barto.in.l.po-
test pupillus.ff.de autorita.tuto.⁊ in.l.si ex legati causa.ff.de ver.
oblig.no.Panor.Andre.sicul.⁊ moder.in.c.nulli.de reb. eccle. nō
alie.⁊ Alexan.de imol.in.d.§.fuit quesitum.pro quo bene facit. §.
constituitur.instit.de vsufruc.l.aristo.§.si.cum.l.sequenti.ff.de iu-
re delib.† Res autem que seruando seruari non possunt non pro-
hibentur alienari sede vacan.vt not.Inn.⁊ alij in dicto.c.j.ne sede
vacan.Et sic non videtur dubium quin,quatenus opus erat pro
satisfactione expense ⁊ debitorū huiusmodi potuerit pecunia alie-
nari:residuum vero erat seruādum futuro abbati,per id quod ha
betur in.c.generali.de electio.in.vj.⁊ in.c.presenti.de offi.ordi.eo.
lib.⁊ quod not.glo.in.c.illud.xij.q.ij.⁊ Jo.de imol.in.d.c.j.col.vj.
in si.ne sede vacan.facit.l.tutores.la.ij.C.de alie.tuto.Puto tamē
quod prefatus dominus de Brione qui confisus de transactione
in casu mentionata ⁊ viribus illius pecunias penes eum tunc exi-
stentes,vel earum partem exbursauit,⁊ dedit, vel expendit,iuxta
transacta,debēt excusari ab illarum restitutione.Et primo quidē
quoad illam quantitatem pecunie,que vere debebatur q: quoad
eam liberauit dominū abbatem ⁊ sedem abbatialem:et sic nego-
tium vtiliter gessit.l.soluendo.cum suis simili.ff.de nego. gest.Et
idem dico quoad quantitates per dictum quondam domi. Anto
niū abbatem relictas vel legatas in sua vltima dispositione:cū em̄
ita dispositum extitisset per ipsum domi.abbatem,⁊ ipse domi.de
Brione ordinatus fuisset huius dispositionis executor,⁊ nihilo-
minus postea fuisset conuentum ⁊ transactum cū Reuerendis pa
tribus dominis vicarijs,de quorū numero fuerat ⁊ erat bone me-
morie Reuerendus pater domi.Antonius de rupemaura, antea
abbas electus insuper ⁊ cum alijs multis dominis religiosis dicti
venerabilis monasterij inter quos erāt multi viri periti,ꝙ idē do
mini de Brione teneretur ⁊ deberet satisfacere creditoribus dicti
quondam dom.Antonij abbatis de suis salarijs,⁊ de his,que sibi
deberi poterant,⁊ legata per eum relicta exequi ⁊ explere iuxta fa
cultatem pecuniarum eiusdem quondam do.Antonij abbatis in
potestate ipsius do.de Brione tunc existentium, non video qua
equitate siue ratione idem dominus de Brione teneatur ad resti-
tutionem pecuniarum per eum exbursatarum iuxta formam hu-
ius transactionis,non quia dicam eam simpliciter valuisse, sed
quia dico eum propter eam debere excusari ne ad restitutionem
5 teneatur:† si enim quod dicitur,a personis fidedignis si iusta cau-
sa credulitatis,vt voluit Cy.in.l.prima.versicu.quarto queritur:
ibi,predictus Jaco.dicit ⁊c.C.de seruitu.⁊ aqua. Barto.⁊ docto.
in.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.ff.de noui operis nuntiatio-
ne.Anto.de butrio.⁊ Joan.de imol.in capitu.fina.de appellatio.
pro quo facit gloss.not.in.l.titio fundus.ff.de conditionibus ⁊ de
monstrationibus.relata per Bald.in.l.iudicia.C.de rei vendica.⁊
Angel.in.l.prima.in principio.et ibi etiam Bald.in lectura anti-
qua.ff.de eo per quem fact.erit. Profecto dispositio predicta et
transactio subsecuta celebrata cum tot ⁊ talibus viris,⁊ ad tracta
tum ⁊ sub presentia spectabilium virorum dominorum Joannis
Raboeti et Antonij muleti consiliariorum Delphinalium etiā
non mediocriter peritorum induxit iustam causam credulitatis,
quod videlicet relicta ⁊ legata per dictum quondam dominum
Antonium abbatem deberentur saltem quatenus suppetebant
facultates pecuniarie dicti quondam domini abbatis existētes in
potestate eiusdem domini de Brione,⁊ quod consequenter ipse do
minus de Brione,⁊ iuxta dispositionem dicti quondam domini
abbatis ⁊ formam transactionis teneretur continuare executio-
nem dispositionis huiusmodi iam vtputo ceptam in distributio-
ne expensarum funeralium.Et ita nō debet sibi imputari si dispo
sita,transacta,quinimo ⁊ per eū iurata impleuerit,eo maxime q:
etiam presens fuit ⁊ contransigens dictus quondam domi.de Ru
pemaura,iam vtputo in concordia electus,⁊ qui propterea vide-
batur posse ⁊ poterat,in bonis spiritualibus ⁊ temporalibus ad-
6 ministrare.c.nihil.in fi.⁊ quod ibi per doct.de electio.† ⁊ quia etiā
quecunque causa etiam iniusta excusat quem a dolo.l.igitur.§.pe
nulti.ff.de libera.caus.no.gloss.in.l.j.in fin.ff.de abigeis,⁊ in.l.pla
gij.la seconde.C.ad legem flaui.de plagi.⁊ signanter excusari de-
17 bet iste dominus miles armate militie,†quia arma magis q̄ iura
scire milites sacratissimus legislator estimauit.l.fina.circa princi.
C.de iure deliberand.l.milites.C.locati.l.j.C.de iur.⁊ fac.igno. et
authen.quib.mod.natu.effi.legi.§. si quis.colla.vij.⁊ q: officium
non debet alicui esse damnosum.l.sed si quis.⁊ quod ibi gloss.quē-
admodum testa.aperi.Et per hec patet responsio ad secundum ⁊
tertium quesita.

Ad quartum dico in primis qđ
vbi alias appareret de summa non multum curaretur de tilletis
inibi mentionatis.Tum quia sunt,vt audio,scripture priuate, di
cti quondam do.abbatis,que propterea fidem non faciunt per iu
ra vulgata.Tum ⁊ quia fortasse sunt sine data vel de data ex lon-
18 go interuallo precedēte mortem dicti quondam do.abbatis.†Tū
⁊ quia licet domini abbates,qui postea fuerunt,⁊ modernus, eidē
quondam do.Antonio successerint in dicta abbatia:non tamen
habuerunt ab eo causam,sed a superiore,per ea que not. docto. in
c.quia.V.de iudi.Anto.de butric.in.c.si diligenti. de prescript.et
Panor.in c.ij.eo.titu.Quo fit vt factum scriptura,aut confessio
dicti quondā do.Antonij abbatis successoribus nō officiat.Etiā
illi testes qui dicuntur incohasse numeratione pecuniarum ⁊ eam
non perfecisse,non videntur multam stringere.Non enim possunt
secure ⁊ veraciter deponere de numero,nisi numerauerint,aut nu-
merari viderint.Etiam depositio illius testis, qui deponere niti
tur de summa septem vel octo millium scutorum,non multum re
19 leuat dictū do.abbatē,† q: depositio illius est ambigua ⁊ obscura
per dictionem disiunctiuam,vel.l.pretor edixit.§. quod autem.ff.
de iniu.l.vbi autem.§.qui id.ff.de verb.obliga.not.glo.in.§.cura-
re.institu.de actio.⁊ Bart.in.l.stipulationes non diuidūtur.q.fin.
ff.de verbo.obliga.⁊ sic non probat.c.in presentia. de probat. not.
Barto.⁊ docto.in.l.inter stipulantem.§.stichum.ff.de verbo.obli-
gat.Depositio etiam alterius deponentis ꝙ nō longe ante infir-
mitatem dicti quondam domini Antonij abbatis erant decē mil
le scuta,non multum stringit,vtpote non concludens necessario.
Esto enim ꝙ non longe ante habuisset idem quondā do. Abbas
summam predictam decem millium scutorum,non propterea in-
fertur ꝙ summam illam haberet tempore mortis eiusdem, vel ꝙ
summa huiusmodi ad manus eiusdem domi.de Brione peruene
rit:dicta igitur depositio non probat vtpote non concludens ne-
20 cessario, † quod facere debet dictum testis dicto.c.in presentia.
l.neque natales.C.de proba.⁊.l.non hoc,C.vnde legi.not. Bar.in
l.de minore.§.plurimum.versicu.quero quid si dicit testis ⁊c.ff.de
questio.Remanet igitur duntaxat depositio alterius deponētis
de summa decem millium:que tamen videtur inualidari per de-
positionem aliorum testium,sed tamen dicunt ⁊ deponunt pecu-
niam cum extracta fuit a loculis ⁊ bugetis non fuisse numeratam
sub eorum ⁊ istius testis presentia:se enim videntur adinuicem in
gulare quo fit vt non probent etiam si alias possent reduci ad con
cordiam,per id quod not. Jac.but.in.l.de etate.ff.de proba.Bar.
in.l.inter stipulantem.§.si stichum.ff.de verbo.obligat.⁊.in.l. ij.§.
fin.ff.si cer.pet.⁊ in.l.insulam.§.j.ff.solu.matri.⁊ alij in alijs locis.
preterea huic testi tanq̄ vnico ⁊ singulari non est credendum.l.iu
risiurandi.C.de testi.⁊.c.tam literis cum suis simili.eo.titu. Et si
verum esset ꝙ iste ⁊ primus viderentur aliquid probare, ipsi pro-
barent de summa decem milliū scutorum nō maiore,supposito ꝙ
ipsi deponere viderentur de eadem pretensa numeratione, cuius
illa est ratio;†quia procedit argumentū in probationibus de in-
21 strumentis ad testes.c.cum Joannes.de fi.instru.Sed sic est ꝙ † si
duo sint instrumenta eodē tempore cōfecta de eodē actu,⁊ in vno
contineatur maior summa q̄ in alio,hec instrumenta dicuntur
concordare in minori summa.l.sempronius procul.ff.de lega.ij. et
declarat Bal.in.l.imperator.ff.de sta.homi.ad quod facit qđ not.
Bal.in.l.falsus.C.de fur.vbi dicit ꝙ si reperiuntur duo instrumē
ta mandati eodem tempore ⁊ loco confecta,⁊ vnum est diuersum
ab altero,nec constat quod prius factum extiterit stabitur illi in
quo minor baillia seu distātia cōtinetur,alleg.Bal.d.l.semproni⁹.

quod etiam voluit Alexand. de Imol. in. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obliga.

23 **Ad† quintum quesitum dico &** respondeo q, ad hoc vt deferatur iuramentũ dãnũ passo, de quo in. l. si quando. C. vnde vi. & in. c. si. quod met. cau: opus est violentia expulsiua, de qua ibi, vel alia violẽtia, vt furtuz plene pbetur. dicta. l. si quando, in versi. patefacta. quod gl. exponit id est liquide probata. & hoc etiam probatur in. d. c. fina. ibi. verum post q de violentia per testes. Quo fit vt non debeat iuramentum predictũ deferri domino moderno abbati, si probetur pecunias, de quibus in casu, fuisse per dictum quondam do. Antonium abbatem, vel alium suo iussu & mãdato traditas & expeditas eidem domino de

24 Brione, quia si cessaret violentia, cessaret etiã† furtum, quod non cõmittitur sine dolo. no. Ange. in. l. plagij. C. de abige. & consequẽter cessaret delictum, ergo dispositio dicte. l. si quando: que vt not. gl. super verbo, manifestet; duo exigit, scilicet difficultatez probationis & delictum eius, contra quem preterea, vt dicit Bart. in dicta. l. si quando, & Cano. in. d. c. si. iuramẽtũ, de quo in eis, nõ est iuramẽtũ affectionis, sed vitatis: quo fit vt esto, q violẽtia, aut furtum vel aliud delictum probatuz extitisset aut probaretur, quod non fiet, quia istud non est verum: non tamẽ deberet hoc iuramentum deferri huic moderno domino abbati, nisi habuisset multuz notus circa pecunias dicti quondam dñi Antonij olim abbatis, per id quod not. Bald. in. c. j. colũ. j. si de feu. contro. inter do. & vas

25 sallos oria. vbi dicit † q, licet ius probandi per sacramentuz trãseat ad heredes, illud est verum quando heredes sunt in tali conditione, qui possunt iurare, eo q sunt bene informati, alias nõ oporteret igitur q dictus domi. modernus abbas esset talis, qui moratus extitisset in domo habitationis dicti quõdã do. Antonij oliz

26 abbatis, & qui gessisset eius negotia:† quia quis non debet subire anceps patrimonium, & hoc etiam referendo Bald. voluit domi. Iason may. in repeti. l. si quãdo, col. penul. Presupposito igitur, citra preiudicium veritatis, q facultas prestandi iuramentũ, de quo in. d. l. si quando, & ca. fin. quod met. cau. transeat ad heredem, vt multi voluerunt relati per Iaso. vbi supra, colum. antepenul. q idipsuz esset iudicandũ quoad hoc de successore in beneficio, quod de herede damnum passi, non tamẽ deberet eidem domi. moderno abbati deferri iuramentum: nisi, vt predixi, esset bene informatus de summis & quantitatibus pecuniarum &c. quia nec illud vt predixi, defertur heredi, nisi bene informato,

Forte autem dicet aliquis qd licet deferri non possit, vel de iure debeat iuramentum fidelitatis de quo in capi. fina. et. l. si quando, superius alleg. deferri tamen debet iuramentum in litem, forte propter non confectum inuen-

27 tarium de dictis pecunijs.† Certum est enim q executor vltime voluntatis tenetur inuentarium conficere de his, que eius officio sunt commissa. l. nulli. §. si quis autem. C. de episcop. & cleri. authẽti. vt cum de appella. cogno. §. si vnum, collatio. viij. et argu. l. penulti. ff. de bo. autorita. iudi. pos. l. j. §. eligere. ff. de vẽ. in possei. mitten. l. fin. C. de curato. furio. et. l. tutor qui repertorium, in princip, ff. de administra. tuto. not. Specu. titu. de instru. edi. §. nunc vero aliqua, charta. xij. versicu. sed an tenetur inuentarium conficere, et quod ibi Ioan. And. de quo etiam Albe. Bald. et docto. communiter in dicta. l. nulli. Et si non fecerit, videtur q, quemadmodum defertur iuramentum contra tutorem inuentarium facere omittentem, dicta. l. tutor qui repertorium, in princip. ita deferri

28 debeat contra hunc magnificum dominum militem, † pro eo quia etiam in penalibus proceditur de similibus ad similia. vt notat. Bald. in. c. j. §. j. in versicu. sed quia natura. titul. que fuit pri. cau. bene. amit. & in. l. his solis. C. de reuocan. donatio. Sed his nõ obstantibus dico hoc iuramentum non esse deferendum, quia qd dicimus in legibus penalibus fieri extensionem de similibus ad similia, per predicta, non habet locum quando pene imponuntur habito respectu ad priuilegium alicuius persone: quia tunc nulla potest fieri extẽsio de personis similibus ad similes personas, nec de casibus similibus ad similes casus, quia pene sunt moliende. l.

29 penulti. de pe. quod voluit glos.† quam aliqui dicũt esse singularem, in. §. item mixta, super verbo, in iudicium, institu. de actioni. quamuis habeat sociam in. l. fi. ff. de in ius vocand. & de dicta glos. facit Bald, magnum festum in dicto, c. j. §. porro, colum. iij. dictaz etiam glos. allegat Bald. in. c. vassal. le premier. colum. ij. versicu. extra quero, titu. si de feud. fuerit contro. inter do. et agna. de quo p domi. Iason. de may. in. §. ex maleficijs, colũ. x. institu. de actio. & in. l. fi. ff. de in ius vocã. vbi etiã refert Rayne. de Forli. & Nico. de neapo. idẽ voluisse. Et quod hoc modo debet intelligi gloss. dicte l. fina. idem etiam voluit Alexã. de Imol. in. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem falcid. Pena vero de qua in dicta. l. tutor. qui repertorium. in princip. que est, vt iuramentuz deferatur contra tutorem, qui inuentarium facere omisit, imponitur habito respectu ad priuilegium persone, vt voluit Alexand. de Imol. in loco proxime allegato. Non ergo debet hec pena extendi ad alias personas, vel alios casus, etiam si essent similes. Et q propter omissionem confectionis inuentarij non debeat deferri iuramentum in hoc casu satis videt colligere ex no. per Ioan. Andr. in dicto

30 versic. nunc vero aliqua, vñ. sed an teneat.† vbi dicit se nõ putare q omissio inuentarij obliget executorem ad soluendum vltra vires perceptorum: cuius tamen contrarium contingeret, si posset deferri iuramentum, de quo in. d. l. tutor qui repertoriuz. ¶ Ad sextum patet responsio ex his que superius dixi. ¶ Ad septimuz respondeo q, quatenus patitur penu, seu spolium dicti quondam do. Antonij abbatis, poterit do. modernus abbas recõueniri p fructibus p dictũ do. abbatẽ perceptis ex bonis & hereditatibus, de quibus ibi, per id quod no. Hostiẽ. & Ioan. And. in. c. cũ olim. le. ij. §. preterea. versi. quid de abbate. de priuileg.

¶ Argumentum.

¶ Testamentum ceci non obseruatis requisitis solennitatibus nullum, nisi ad pias causas: in quibus sunt et pauperibus relicta. A. F.

1 ☞ Legata ad pias causas relicta non seruata iuris solennitate valent, in quibus cessat suspitio falsitatis.
2 Pauperes propter egestatem sepe solent declinare ad delicta.
3 Iuris ciuilis pbibitio in testamẽtis ad pias causas non attẽdit.
4 Heres institui nutu potest pia causa.

¶ De sacrosan. eccle. Consilium. cj.



Licet testamentuz nuncupatiuuz, quod olim condidit nobilis quondaz vir Ludouicus suauis leprosus et cecus, tempore conditi per eum testamenti fuerit et sit nullum quoad heredis institutionem, pro eo quia in illo seruata non extitit iuris solennitas, de qua in. l. hac cõsultissima.

1 C. de testa. valuerunt† tamẽ & valent legata ad pias causas in eodez relicta pijs & venerabilibus locis, in quibus cessat suspitio falsitatis, secunduz Ange. qui hoc not. in. d. l. hac consultissima, versi. idẽ dicã in relictis ad pias causas. Et quis idẽ Ang. dicat se-

2 cus esse in legatis relictis priuatis personis pauperibus,† que p pter egestatẽ multoties solent declinare ad delicta: tamen Alexã. de imo. putat q indistincte valeãt legata ad pias causas relicta, etiam si nõ relinquantur pijs & venerabilibus locis, sed priuatis personis pauperibus: et sic qd in legatis ad pias causas relictis

3 non procedit dispositio dicte. l. hac consultissima,† quia prohibitio iuris ciuilis nõ attenditur in testamentis ad pias causas, sed seruatur ius naturale, seu diuinum, vel ius canonicum, vt. c. cum esses. et. c. relatũ. de testa. de quo plene per Bar. in repetitiõe. l. ad fin. C. sacrosanc. eccle. no. Alexan. de imol. in. l. captatorias, col. v. versi. puto veriorem. C. de testa. mili. sed cecus non est prohibitus iure communi testari p legez naturalẽ, diuinam, aut canonicam, ergo cecus testari potest iure communi. Et pro predictis faciunt multa similia, in quibus licet quis non possit regulariter vel testari, vel sic testari: potest tamẽ testari vel relinquere ad pias causas vt verbigratia, videmus in testamentis q licet non valeat regulariter dispositio captatoria, captatorias cũ suis simi. C. de testa. mili. valet tñ in relictis ad pias causas, quãdo cõmittitur in voluntatẽ tertij. vt no. Ioan. de Imol. in. d. l. captatorias, & in. l. captatorie. ff. de lega. j. Et huius dicti solet reddi ratio, quia in relictis ad pias causas non attendimus prouisiones iuris ciuilis, sed seruatur in eis ius naturale, seu diuinum, vel ius canonicũ, vt superius dixi. videmus etiam aliud simile q, licet non possit quis regulariter nutu heres institui. l. iubemus, et quod ibi Alexãder de Imol. in princip. C. de testa. hoc tamen fallit in testamento ad

4 pias causas,† quia potest pia causa heres nutu institui, vt voluit glo. in. c. cum tibi. per illum tex. secundum vnum intellectum, de testa. & illam glos. sequuntur ibi docto. communiter. idem voluit Bald. in. l. j. colum. ij. in lectura ordinaria illius. l. C. de sacrosanc. eccle. multas remissiones ponit Alexan. qui hoc dictum sequitur in dicta. l. iubemus, in princip. Etiam videmus q, licet mutus et surdus a natura regulariter testari non valeant. C. qui testa. face. poss. istud tñ non procedit in testamentis ad pias causas: supposito q surdus et mutus huiusmodi habeat intellectum, quod etiaz voluit Alexand. de Imol. in dicta. l. discretis. vbi videri possunt alie remissiones. Ergo a simili dicamus q, licet testamentuz ceci regulariter nõ valeat, nisi fuerit obseruata solẽnitas, de qua, in. d. l. hac consultissima: valet tamen, in relictis ad pias causas: que, vt predixi,


prediri, ad sui validitatem non requirunt obseruantiam iuris ciuilis:sed regulantur secundum ius naturale, aut diuinum, vel ius canonicum. Et ita mihi videtur ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Donatio pura ⁊ simplex de consensu donatarij ad pias causas conuersa, etiam non seruatis solẽnitatibus, valet: presertim codicillis confirmata. U. F.

1 ¶ Moderator rei sue quilibet est regulariter.
2 In donatione non est inserenda causa, quia in ea pro ratione est voluntas.
3 Donatio vsq; ad quam summam non indiget insinuatione.
4 Iuramentum firmat donationem nullam propter solennitatis defectum.
5 Affectionis gratia neq; honeste neq; inhoneste donatiões prohibentur.
6 Acquisita cum scelere confiscantur.
7 In dato ob turpem causam licet potior sit conditio possidentis, illud tamen sibi aufertur, ⁊ fisco applicatur.

¶ De sacrosan.eccl. Consi.cij.



Ponitur in facto ꝙ dudum fuit in humanis nobilis quondam mulier Antoneta. N. relicta nobilis Raymundi giraudi, que pridem de anno incarnationis dominice M.cccclxxix. ⁊ de mense Martij, dedit ⁊ donauit donatione inter viuos nobili viro Ludouico suauis tũc presenti, stipulanti solenniter, ⁊ recipienti cũ solennitate in talibus obseruari consueta, mille florenos monete tunc curreñ. Deinde vero eadem nobilis Antoneta condidit codicillos, in quibus inter cetera legauit, ⁊ reliquit dictos mille florenos venerabili vniuersitati venerabilium dominorum Capellanorum ecclesie parochialis sancti Gregorij loci de Talardo, ⁊ hoc pro fundatione vnius misse singulis diebus perpetuis temporibus dicende ⁊ celebrande per eosdẽ dominos Capellanos, qui tunc erant, ⁊ qui erunt pro tempore, pro redemptione animarum dictorum nobilis Ludouici suauis, Antonete, ⁊ parentum, cõsanguineorum, benefactorum, ⁊ amicorum ipsoruz Ludouici ⁊ Antonete, ⁊ cuiuslibet eorundem. Successu vero temporis prefatus nobilis Ludouicus informatus de dictis codicillis, ⁊ legato seu relicto dictorum mille florenorum, ipsos codicillos ⁊ legatum huiusmodi ratificauit, approbauit, ⁊ confirmauit, voluitq; dictos mille florenos sibi antea, vt premissum est, donatos cõuerti ⁊ implicari in dictum diuinum vsum. Et nihilominus idẽ Ludouicus summam predictam, ac iura, ⁊ actiones sibi pro ea cõpetentes cessit, ⁊ donauit predicte vniuersitati donatione pura, ⁊ inter viuos, debitis interueniẽtibus stipulationibus, qui nobilis Ludouicus etiam conuenit, promisit, ⁊ ad sancta Dei Euangelia iurauit ratificationẽ, confirmationẽ, ⁊ donationẽ huiusmodi semper ratam habere, ⁊ nunquam venire cõtra eas. ¶ Est verũ ꝙ prefata nobilis Antoneta vita functa est, ⁊ decessit ante dictũ nobilem Ludouicum, superstite ⁊ sibi superuiuẽte Martha. N. vxore Gulielmi Guidelini herede testamentaria ipsius nobilis Antonete: ⁊ quã, vtpote pauperem ⁊ bastardã, eadẽ Antoneta nutriuit. recusat ⁊ cõtradicit soluere eidem vniuersitati dictos mille florenos, assumẽs occasionem pro causa in duobus fundamentis. Primum est q2, vt dicit, in donatione non est seruata solennitas statutaria, vel forte seruari consueta in donationibus inter viuos. Secundum fundamentum est, pro eo q2 donatio, de qua supra, in primo loco facta est ob turpẽ causam, scilicet propter libidinem. Quesitum est quid iuris.

1 †Ad quod respõdeo sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝙ cum quilibet sit regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mandat. l. dudum. C. de contrahen. empti. capi. de his. in fi. de sepul. in. l. generaliter. §. fi. ⁊. l. hac edictali. §. fi. C. de secun. nup. not. Hostien. in summa. tit. de consti. §. constitutio. versi. si tangat ius meum: potuit ipsa nobilis Antoneta donare eidem nobili Ludouico di-
2 ctos mille florenos, †nec in donatione est inserenda causa: q2 in ea pro ratione est voluntas. l. j. ff. de dona. qđ voluit Oldr. consi. mihi. lxxij. exordiente, Factuz tale est quedam certe ⁊ nominate persone. Huic autem donationi opponi nõ potest de defectu in-
3 sinuationis. †Tum q2 illa non excedit summam quingentorum aureorum, vsq; ad quam fieri potest donatio inter viuos sine insinuatione. l. pen. C. de dona. no. glo. ⁊ doct. in. l. illud. C. de sacros. eccl. Tum q2 illa fuit insinuata, vt satis patet in principio instrumenti eiusdẽ donationis: ⁊ eadem ratione opponi non potest dẽ defectu solennitatis statutarie, q2 huic solennitati satisfactũ est, vt etiam apparet ex tenore ipsius instrumenti. Preterea in pre-
4 dicta donatione interuenit iuramentũ, †per quod firmata fuisset predicta donatio, etiam si alias fuisset nulla propter defectuz solennitatis vbi iuramentum non interuenisset, per ea que not. doct. in. c. cum contingat. de iureiu. pro quo pro nunc, q2 temporis opportunitas non occurrit, remittere sufficiat ad ea, que plene ponit Alex. de imo. cons. mihi. lix. exordiẽte, Viso instrumẽto ⁊ titulo questionis ⁊c. in. j. vol. ⁊ cons. cij. exordiente, Cum statutum dirigit prohibitionem ⁊c. in. iiij. volu. in quibus plenissime videri poterit de hac materia: ⁊ ꝙ non obstante defectu solennitatis statutarie, possint qui contraxerũt cogi ⁊ compelli ad obseruantiam contractuum, vel iuramentorum prestitorum, ⁊ hoc procedit, vt dicit idem Alex. in d. cons. lix. non solum quoad contrahentes, sed etiam quoad eorum heredes.

Etiam nec huic donationi opponi potest, ꝙ illa facta extiterit ob turpem causam, scilicet ob causam libidinis: etiam si, quod tamen non puto, verum esset, ꝙ propter amorẽ illicituz dicta quondam nobilis Antoneta summam predictã donasset dicto nobili Ludouico. l. affectionis. ff.
5 de donat. †vbi habetur ꝙ affectionis gratia neq; honeste neque inhoneste donationes sunt prohibite: inutiliter igitur ⁊ minus verecunde opponit predicta Martha de turpi cã, ⁊ miror quomodo post tanta beneficia ipsa olim pauper ⁊ pãnosa, ⁊ que forte nunc mendicaret, in tantam insolẽtiam ⁊ cecitatẽ deducta extiterit, ꝙ cõtra nutricem suam, benefactricem suam, cõtra matrẽ suam, imo plusquam matrem os audet aperire, ⁊ dicere de huiusmodi nutrice, benefactrice, ⁊ matre, ꝙ illa fuerit impudica, ꝙ inhonesta, ꝙ meretrix, ⁊ ꝙ propter huiusmodi turpem causam illam summam donauerit, hoc est ꝙ Catho precepit, Beneficij accepti memor esto: imo non esto, sed quale ponitur de iudeis. in c. ⁊ si iudeos. de iudeis. pro gratia enim contumeliam retribuit, ⁊ de familiaritate contemptum. Uerum ipsa facit quod sui similes facere dicit beatus Augusti. in. c. si gens anglorum. dist. lvj.

Preterea ingratissima mulier deberet aduertere ꝙ, vbi donatio predicta non valuisset tanquã facta ob turpem causam, ipsa non propterea hanc summam reti-
6 neret: sed illam daret fisco. †q2 ea, que cum scelere acquiruntur, confiscantur, ⁊ vbicunque reperiantur auferuntur possidenti, ⁊ applicantur fisco. l. in heredem. ff. de calum. l. quod diximus. §. fi. ff. ꝙ met. cã. l. fi. §. fi. ff. de bon. dam. ⁊. l. lucius. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doc. ff. de iur. fis. ad quod facit quod per. d. l. lucius. not. gl. ⁊ doct. in. l.
7 ij. C. de condi. ob turp. cau. vbi not. †ꝙ licet in dato ob turpem causam potior sit conditio possidentis: illud tamẽ sibi aufertur, ⁊ fisco applicatur, facit ad premissa. l. cum hic status. §. fina. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Possunt ⁊ alia, vel infinita, vel admodum plura induci, per que probatur ꝙ, vbi donatio predicta non valeret, vtpote facta ob turpem causam: prefata tamen Martha heres instituta per dictam nobilẽ Antonetam commodũ non reportaret, nec faceret quominus dictã summam exbursaret, vel dicte venerabili vniuersitati dominorum Capellanorũ, vel fisco. Et ita ⁊ male ⁊ perperam ⁊ inhoneste, etiã inutiliter de premissis opponere nititur dicta Martha, parũ attendens ad ea que predixi: ⁊ ꝙ ipsa nobilis Antoneta postremo dictam summã mille florenoruz legauit ⁊ reliquit dicte venerabili vniuersitati dominorum Capellanorum, ⁊ quidẽ non pro ludis Circensibus, aut alijs mũdi nenijs, ⁊ stolidis voluptatibus: sed pro iustis ⁊ religiosis parentationibus ⁊ inferijs animarũ suijpsius ac dicti nobilis Ludouici, suorumq; parentum, cõsanguineorum, benefactorum, ⁊ amicorum.

Preterea aduertere debet ⁊ aduertat dicta Martha, ꝙ etiã vbi essemus in casu, in quo predicta donatio facta dicto nobili Ludouico suauis nõ valuisset, propter illam pretensam turpem causam. valuissent tamen codicilli, de quibus supra, ⁊ legatuz factum per eãdem nobilem Antonetã dicte venerabili vniuersitati de dicta summa. Nulli enim dubium, quin eadem Antoneta potuerit disponere ⁊ in codicillis relinquere dictos mille florenos. l. j. C. de sacrosan. eccl. ⁊ cap. vltima volũtas. cum suis si. xiij. q. iij. Quod si donatio valuerit, potest etiam dicta venerabilis vniuersitas summam predictam petere: cum, vt predixi, idem quondam nobilis Ludouicus ratum habuerit, cõfirmauerit, ⁊ approbauerit legatum de ea factũ eidem vniuersitati. Pro quo allegasse sufficiat breuiter ⁊ succincte not. per Bart. in. l. cum quis decedens. in princ. ff. de lega. iij. Pau. de cast. consi. cclij. exordiente, Circa primum quesituz ⁊c.

Parto. in quodam suo cons. exordiente, Quidam sibi filios suos
heredes instituit: ⁊ Jas. in. l. cum proponas. la. j. C. de pactis. Et
sic quocunque caput vertat dicta Martha, ipsa cogi potest ⁊ com
pelli ad soluendum dictam summam.

¶ Argumentum.

¶ Minor. xxv. annis vendens, ⁊ maiorem valorem rei donans
cum iuramento, illius dispensationem obtinere non debet, nisi
aduersarij dolus adsit. A. F.

1 ☞ Ratio testis regulat, limitat, ⁊ restringit eius dictum.
2 Testis etiam non interrogatus de quo deponere debet.
3 Absolutio ⁊ dispensatio a iuramento ratione lesionis, quo casu
peti non possit. ⁊ nu. 5.
4 Minor qui iurauit super contractu, an possit petere restitutio-
nem in integrum, ⁊ absolutionem a iuramento.
6 Probi ad estimationem bonorum non prestito iuramento, ⁊ par-
te non vocata, an procedere possint.
7 Per donationem maioris valoris in venditione tollitur reme-
dium. l. ij. C. de rescind. vendi.
8 Donans ⁊ iurans non contrauenire nõ debet postea audiri, ni-
si arguatur dolus ex proposito.

¶ De in integr. resti. mi. Cons. ciij.



NIhil reperio probatum parte Antonij lamberti, cõtra ⁊ aduersus prouidos viros Joannem ⁊ Honoratum eius fratres, ex quo inferri posset iuramentum per eundem Antonium prestitum fuisse vel esse eidem relaxandũ, vel de iuramento huiusmodi cum ipso Antonio dispensatum, ⁊ maxime ad eos fines, ad quos in quibusdã eius pretensis articulis exordiẽtibus, At euidentius appareat ⁊c. illud sibi remitti, vel de eo cum ipso dispensari petijt ⁊ postulauit, ad fines videlicet ⁊ effectus agendi ad rescisionem venditionis, de qua in processu, seu intentandi ⁊ petendi restitutionem in integrum aduersus venditionem huiusmodi. Primo quidem qꝛ ex actis cause huius non apparet probatum, ꝙ tẽpore facte venditionis idẽ Antonius fuerit minor. xxv. annis; de hoc enim nihil testificantur vel deponunt nisi tres primi testes, scilicet Joãnes blache, Aynardus lobeti, ⁊ Claudius clauelli: sed depositiones duorum primorum ideo non probant, qꝛ non testificãtur vel deponunt ipsi duo testes de propria scientia, sed de auditu dici. l. testium. cum suis si. C. de testib. Dictus autem clauelli ideo non probat, qꝛ solus ⁊ vnicus est, igitur vox eius vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testib. ⁊ c. tam literis. cum suis si. eo. ti. Non est igitur probatum fundamentum, hoc est, minor etas: cuius pretextu idem Antonius pretendit iuramentum sibi debere remitti, vel cum ipso de eo dispensari: ⁊ consequenter, facta remissione vel dispensatione huiusmodi, se posse petere in integrum restitui aduersus venditionem per se factam, quod si ita est: imo qꝛ ita est, non est iuramentum eidem relaxandũ. l. qui accusare. C. de eden. ⁊ l. actor. cum suis si. C. de probat.

Preterea quanuis propositum extiterit parte dicti Antonij in primo dictorum pretensorũ articulorum, ꝙ ipse dolo inductus extiterit per dictos Joannem ⁊ Honoratum ad vendendum bona, de quibus in dictis articulis, ⁊ in processu cause huius: hoc tamẽ probatum non extitit, vt apparet ex depositionibus testium parte eiusdẽ Antonij in causa productorum, quorum nullus de hoc deposuit: nisi forte quis dixerit ꝙ imo de eo deposuit prefatus Joannes blache primus testis, quatenus videlicet pretenderetur deposuisse, ⁊ dixisse articulum predictum fore ⁊ esse verum: sed hoc non obstat. Tum quia, vt apparet ex pretensa redditione cause scientie eiusdem Joannis blache, illa solum concernit venditionem predictorum bonorum. ⁊ pretium pro eis dari conuentum, non autem pretensam dolosam inductionem ad vendendum. Quo fit vt idem Joannes blache censeatur ⁊ censeri debeat deposuisse solum ⁊ duntaxat, articulum predictum fore ⁊ esse verum quoad dictam ven
1 ditionem, ⁊ quantitatem seu summam pretij dari conuenti: † qꝛ
ratio quam testis reddit regulat, limitat, ⁊ restringit eius dictũ.
Tum ⁊ qꝛ idem Joannes blache deponit de auditu dici a quodam Michaele saureti: ⁊ sic nihil probat, etiam si sua huiusmodi pretensa depositio extendi posset ad dictam pretensam dolosam
2 inductionem. d. l. testium. cum suis simi. C. de testi. † Tum ⁊ quia
non reddit causam aptam sue pretense scientie concludentẽ quo
ad dolosam inductionem: quod tamẽ fieri oportebat, etiam si nõ fuisset de ea interrogatus: pro eo qꝛ dolus, vtpote existẽs in animo, non potest percipi sensu corporeo, pro quo allegasse sufficiat theoricam Inno. quam communiter sequuntur Cano. in. c. cum causa. de testi. ⁊ legiste in. l. solam. C. eo. ti. Tum ⁊ qꝛ idem blache, quatenus de huiusmodi pretensa dolosa inductione dici posset deposuisse, prout tamen non videtur, fuisset ⁊ esset in hoc singularis ⁊ vnicus, ⁊ sic vox eius vox nullius. d. l. iurisiurandi. C. de testi. Non est igitur plene probatum, quinimo nec semiplene, ꝙ idem Antonius dolo inductus extiterit ad vẽdendum, vel etiã
3 ad vendendum pretio minus iusto. † Quo fit vt ipse teneatur ⁊
debeat inuiolabiliter obseruare iuramentũ per eundem prestitũ de tenendo ⁊ obseruando prefatam venditionem, ⁊ de non contraueniẽdo, etiam si re ipsa vel damnificatus vel lesus extitisset in dicta venditione. auth. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend. nec possit idem Ant. petere dispensationẽ huiusmodi iuramẽti, vt colligitur ex his que no. Bald. in. l. j. ad fi. C. si aduer. vend. qđ etiam voluit Ang. in. l. si quis pro eo. in princ. vers. item adde ⁊c. ff. de fideiuss. ad quod facit ꝙ no. Archi. in. c. quanuis. de pac. in vj. vbi voluit ꝙ in casu illius. c. ⁊ c. cum contingat. de iureiur. nõ possit peti absolutio a iuramento ratione lesionis: qđ etiam fuit de mente Bal. in. l. fi. in fi. ff. qui satisda. cogan. vbi voluit ꝙ, licet quando vertitur peccatum creditoris, possit debitor iurans petere absolutionem a iuramento. c. j. de iureiuran. tamen vbi non vertitur peccatum creditoris, licet iurãs enormiter ledatur, nõ potest peti relatio iuramenti. d. c. quanuis pactum. ⁊ in. c. mulieres. de iureiur. in. vj. sed in proposito nostro prefati Joannes ⁊ Honoratus non sunt in peccato, per id quod voluit Inno. in. c.
4 plerique. vers. sed quid dices. de immu. eccle. † Et ꝙ minor, qui iu-
rauit super contractu nõ possit petere restitutionem in integrũ, nec absolutionem a iuramẽto, firmat late post alios Jo. de imo. in repetit. d. c. cum contingat, in. iij. membro. ⁊ in. c. quintauallis. circa char. pen. de iureiu. quia alias dispositio dicte auth. sacramenta puberum, esset imposita verbis, ⁊ non rebus contra. l. ij. C. commu. de lega. ⁊ c. commissa. de elect. in. vj. Et ita videtur de mente. Jo. de imo. in. l. cum vir. ff. de vsucap. Roma. in. l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. Jo. de imo. ⁊ Gemin. in. d. c. quãuis pactum. pro ista parte consuluit. Nam si deberet fieri relaxatio a iuramento, sequeretur ꝙ iuramentum nõ obseruaretur inuiolabiliter, vt voluit tex. qui tollit restitutionem in integrũ, secundum communem intellectum, ⁊ ita etiam consuluit Pau. de cast. consilio. cccvj. exordiente, Orta lite inter spectabilem ⁊c. Et hoc etiam videtur fuisse de mente Bart. in. d. l. si quis pro eo. in. iiij. ⁊
5 v. membro, † quatenus inibi facit differentiam an contractus sit
prohibitus in odium creditoris, quo casu vult posse peti absolutionem a iuramento: an vero sit prohibitus principaliter fauore persone prohibite. vt. d. auth. sacramẽta puberum, quo casu sentit Bar. ꝙ non possit peti absolutio. Et hoc etiam fuit, vt predixi, de mente Bal. in. d. l. j. ad fi. C. si aduer. vendi. nisi dolus interuenisset. ⁊ Panor. in. d. c. cum contingat. vbi etiam reprehendit Frederi. in consi. inibi mentionato. Et hec procedunt quatenus prefatus Antonius pretenderet, prout pretendit, se fuisse minorem. xxv. annis tempore facte vẽditionis, ⁊ lesum ⁊c. propterea secum de iuramento dispensandum ad fines obtinendi rescisionem predicte venditionis ex capite minoris etatis.

Forte autem dicet aliquis qđ etiam petere potest prefatus Antonius dispensationem iuramenti ad fines obtinendi rescisionem ex capite lesionis excedentis dimidiam iusti pretij per remedium. l. ij. C. de rescind. vendi. ⁊ c. cum causa. de empt. ⁊ vend. sed istud non obstat. Tum quia si discurrantur depositiones testium parte dicti Antonij in hac causa productorum, ipse nõ probauit illum pretensum valorem per eum allegatum. aliqui enim ex testibus per eum productis interrogati de causa sue scientie responderũt, ideo se scire, qꝛ ad tantum fuerunt per probos estimata: per quod apparet eos deponere de auditu dici, quorum propterea depositio non valet.
6 † Potuerunt enim, non dico de iure, sed de facto illi probi iura-
mento per eos nõ prestito, ⁊ parte non vocata procedere ad estimationem bonorum huiusmodi, quod fieri non potuit nisi nulliter, pro quo allegare sufficiat ꝙ in simili voluit Ang. in. §. quedam institu. de actio. Bal. Sali. ⁊ doct. in. l. comparationes. C. de fide instru. ⁊ Floria. in. l. si irruptione. ff. fi. regun. alij vero interrogati an bona huiusmodi tantum valerẽt, deductis, seu solutis debitis, legatis, ⁊ alijs oneribus, dicũt se nescire, vtpote nesciẽtes que sint onera, ⁊ tamen certũ est ꝙ bona dicuntur que supersunt deducto ere alieno. l. subsignatum. §. bona. cum suis simi. ff. de verb. signi. Alij vero licet respõderint se nescire de oneribus: frontose tamen ⁊ animose testificantur ⁊ deponunt bona tantum valuisse, vnde apparet eos parum prudẽter deposuisse: cũ enim,

vt predixi

vt predixi, bona dicuntur que supersunt deducto ere alieno, non possunt ipsi intelligere vel scire quantum valerent bona eiusdem Antonij, nisi sciant quantum existat es alienum. Alij vero se referunt, non ad valorem qui fuisse pretenditur tempore facte venditionis, sed tempore eorum pretense depositionis, quod fieri non debuit. dicto ca. cum causa. in fi. τ cap. cum dilecti. τ quod ibi glo. de empt. τ vend.

7 †Preterea idem Antonius nō solum vendidit bona predicta, sed etiam si plus valerent precio sex viginti florenorum, donauit illud plus, quantūcunq; tamen esset vel postea foret, prefatis emptoribus, per qđ fuit idem Antonius exclusus a remedio. d. l. ij. C. de rescind. vendi. vt voluit ibi Bal. in vers. septimo quero, quid si in contractu τc. Bar. τ moder. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. τ Ange. aret. in. §. actio. instit. de actio. Et quidem conqueri nō potest ꝙ deceptus vel lesus extiterit in venditione, q2 ipse donauit plus valens: τ sic id quod venditum est commensuratū extitit pretio auri conuento, residuum vero donatum est, de quo conqueri non potest,
8 postquam donauit totum plus quantūcunq; esset: †q2 donans, τ iurans non contrauenire non debet postea audiri, nisi arguatur dolus ex proposito. vt not. Jo. de imol. in. d. c. cum contingat. in tertio membro: pro quo allegat glo. τ docto. in dicta auth. sacramenta puberum. de quo videri potest Alexā. de imo. consi. cxxv. exordiente, Visis τ consideratis statutis τc. in. j. volu. Illud autem certum est ꝙ, vbi pretēdi posset aliqua lesio, illa plus attendi deberet interuenisse in donatione, vt colligitur ex nota. per Bar. in. d. l. ij. C. de rescinden. vendi. τ ex not. in allegata. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.

¶ Argumentum.

¶ Restitutio in integrum vēditionis rei maiori datur, si vltra dimidiam iusti pretij lesus sit: minori vero. xxv. annis non excedenti. xix. etiam si non lesus vltra dimidiam fuerit, datur actio supplementi iusti pretij vel rei ipsius, si expediebat eam vendi: si vero non expediebat, potest rem ipsam consequi precise. V. F.

1 ¶ Debitori damnificato vltra dimidium per subhastationem rerum suarum instante creditore quod remedium competat.
2 Fraus emptoris arguitur per probationem lesionis vltra dimidium.
3 Dolus presumitur vbi est lesio in magna quantitate.
4 Valor lesionis vltra dimidiam ad tempus vēditionis refertur, nisi minoritas obsit.
5 Minoritas lesa etiam non vltra dimidiam, duo remedia habet.

¶ De in integr. resti. mi. Consi. ciiij.

1 Etiam †si ad instātiam creditorum vendantur res τ bona debitoris ad inquantum publicum: potest nihilominus ipse debitor, si in venditione lesus aut damnificatus extiterit vltra dimidiam iusti pretij, intentare remedium. l. ij. C. de rescind. vendi. vt probatur in. l. si quos. vbi est bonus tex. C. eo. tit. quod per illum tex. etiam voluit Bart. in l. j. C. de prescr. xxx. vel. xl. anno. Jo. de imo. Pau. de cast. τ Alex. de imo. in. l. pretia reruz. ff. ad legem falc. Roma. τ Alex. de imo. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. τ Ang. aret. in. §. si quis agens. vers. quarto etiam casu secundum Ang. τc. insti. de actio. Fateor tamen ꝙ Ange. perusi. sensit contrarium in repetitione. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. τ in. d. l. pretia rerum. τ in. l. j. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. superius allegatis. motus principaliter per. l. j. C. de pred. curia. lib. x. que tamen. l. non obstat, q2 ibi non negatur quin possit contrarium probari, τ ꝙ vēditor deceptus extiterit vltra dimidiam iusti pretij, sed bene dicit text. illius. l. ꝙ si emptor probauerit venditionem esse factam ex necessitate rei familiaris, τ cum decreto iudicis, ꝙ non potest venditor allegare se dolo inductum ad vendēdum, vel oppressum per potentiam emptoris, etiam in. d. l. nō interuenit subhastatio seu
2 inquantus, sed decretuz iudicis. †Preterea esto ꝙ pro facto iudicis presumendum esset, τ sic ꝙ prima facie venditio facta cum subhastatione, seu ad inquantum publicum, presumi deberet facta esse pro iusto pretio: tamen vbi probatum de valore rei, τ ex probatione huiusmodi apparet venditorem seu debitorem, cuius res seu bona pro debitis vendita sunt, fuisse lesum vel dānificatum vltra dimidiam iusti pretij, satis apparet de fraude emptoris. vt dicit Alex. de imo. in. d. l. si quis cum aliter. τ in alleg.
3 l. pretia rerum. †q2 vbicunq; est lesio in magna quantitate presumitur dolus. l. omnes. §. Lucius. ff. de his que in fraud. credi. pro quo faciunt not. per Bar. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. τ in. l. fi. ff. de preto. stipul. Et ad predictam decisionem facit, quia si verum esset ꝙ re vendita ad subhastationem, seu publicum inquantum, nō posset lesus seu damnificatus vltra dimidiam iusti pretij intentare remedium. l. ij. quasi esset presumptio iuris τ de iure ꝙ ipse damnificatus aut lesus non extiterit, iam sequeretur ꝙ re vēdita per minorem cum subhastatione, ac etiā autoritate curatoris, τ decreto iudicis, nō posset per in integrū restitutionem venditio retractari: quod est falsum, vt est bonus text. in. l. siquidem. C. de predi. mino. Quāuis igitur domus, que olim fuisse dicitur honorabilis quondā viri Michaelis bodruti, τ postea suorum liberorum, fuerit vēdita ad publicum inquātum: si tamen in venditione huiusmodi fuerint ipsi liberi damnificati seu lesi vltra dimidiam iusti pretij: vt verbi gratia, si tempore venditionis valebat vltra quadringentos florenos monete tunc currentis, τ illa vendita nō fuerit nisi florenis ducentis, possent liberi, qui supersunt, agere τ experiri contra τ aduersus Antonium τ Gulielmum de turnone dicte domus emptores ad supplemētum iusti pretij, vel rescisionem predicte venditionis. d. l. ij. C. de rescind. vend. c. cum dilecti. τ c. cum causa. de emptio.
4 τ vendi. †Et aduertendum est, vt predixi, ꝙ hic debet inspici valor qui fuit tempore venditionis, non ille qui nunc est. d. ca. cum dilecti. τ quod ibi glo. τ docto. in. c. cum causa. de emptio. τ vend. pro quo facit text. in. l. ex mille. §. j. ff. de euictio. τ. l. si voluntate. cum suis simil. C. de rescind. vendi. Et hec omnia procederent, si tēpore facte venditionis dicti liberi erant maiores. xxv. annis.
5 †Si vero tempore facte venditionis erant minores. xxv. annis, τ ipsi nondum excesserant. xix. annum, ipsi possent per remediuz restitutionis in integrum consequi vel domū ipsam, vel supplementum iusti pretij, etiam si nō fuissent damnificati vltra dimidiam iusti pretij, per id quod habetur in. l. siquidem. τ quod ibi glo. Bar. τ Sal. C. de predijs mino. τ hoc si ipsis liberis expediebat vendere dictam domum, alias vero si non expediebat posset peti domus precise per beneficium restitutionis in integrum, vt etiam no. ibi doct. prefati. Rich. vero malumb. τ post eum Cyn. τ Alb. ibi not. ꝙ indistincte potest peti domus, sed quod primo dixi videtur verius.

¶ Argumentum.

¶ Filia future patris successioni de consensu patris renūtiare potest: τ mater filio ab intestato mortuo sine liberis vna cum fratribus eius in capita succedit. V. F.

1 ¶ Pactum filie renuntiantis future successioni quādo valeat.

¶ De legiti. hered. Consi. cv.



Christi nomine inuocato: viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Catharine relicte prouidi quondam viri Petri cusini, τ Antonie cusine ipsius Catharine τ dicti quondam Petri filie naturali τ legitime, τ dubio ex casu huiusmodi elicito, dico τ respondeo ꝙ hereditas quōdam Stephani ab intestato vita functi deuoluta est τ delata ad dictum Petrū eius quondā filium naturalē τ legitimum. auth. de hered. ab intest. §. j. colla. ix. τ trāsumptiue. in auth. in successione. C. de suis τ legi. lib. τ instit. de hered. que ab intest. deferun. circa principium. Per que iura fuerat Charlota eiusdem Petri soror, τ filia naturalis τ legitima eiusdem Stephani ipsi Stephano successura: nisi fecisset pactū, per quod de voluntate τ consensu eiusdem Stephani patris ipsa quittauit, cessit, τ remisit dicto Petro, τ Honono fabri suis fratribus omnia τ singula iura, omnesq; τ singulas actiones eidem Charlote tunc cōpetentia τ competentes, vel ex tunc in antea competitura τ competituras in τ super omnibus τ singulis bonis paternis vbicū-
1 que existentibus, †τ quod pactum censetur fuisse donatio, per id quod no. Dy. in. l. patrem. ff. de his que in frau. credi. Bal. τ doc. in. l. ij. C. ne lice. poten. τ vtpote factū de consensu eius, de cuius hereditate paciscebatur, valuit τ valet de iure. l. fin. vbi est casus de hoc, τ quod ibi per Bal. τ doct. C. de pact. no. Bart. in. l. stipulatio hoc modo concepta. in fi. vbi etiam per alios. ff. de verborū oblig. τ Panor. in. c. ij. de concessio. preben. per quod pactum dicta Charlota fuit τ est exclusa a paterna successione, τ sic dictus Petrus eidem Stephano patri suo insolidum successit. Non tamen nego quin dicta Charlota posset petere supplementum legitime, si ducenti floreni non sufficerent pro sua legitima, que est tertia pars trientis, hoc est nona pars bonorum dicti quondam

Stephani tempore eius mortis: bonorũ: inquam, que supersunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, q2 legitima debetur illis detractis. l. papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testa. Et in qua debet dos computari. l. quoniam nouella. ⁊. l. omnimodo. §. fi. C. de inoff. testa. de quo per docto. in. l. in quartam. ff. ad legem falcid.

Ceterum viso alio casu ⁊ quesito ex illo illicito, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, prout egregius vir do. Balthasar acbardi, scilicet ꝙ prefata Catharina successit dicto Petro in quatuor vnciis, hoc est in tertia parte bonorum ⁊ hereditatis eiusdẽ, ⁊ prefata Antonia in octo vnciis, hoc est in duobus tertiis partibus eorũdem bonorum. ⁊ istud non habet dubium: q2, cum dictus quondam Petrus mortuus fuerit intestatus superstitib9 tribus liberis; scilicet Agōto ⁊ Philippa iam natis, ⁊ prefata Antonia adhuc existente in vtero, quilibet sibi successit pro tertia parte: ⁊ sic in quatuor vnciis. dicta auth. de hered. ab intest. §. j. collat. ix. ⁊ instit. de hered. que ab intesta. deferun. circa prin. Dicta igitur Antonia successit ex sua persona in quatuor vnciis, ⁊ alii duo liberi in octo: quibus postea ab intestato morientibus successerunt equaliter Catharina mater, ⁊ Antonia soror eorundem. auth. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad tertul.

Argumentum.

Donantes extraneo propter benemerita tametsi de illis non appareat, donationem huiusmodi temere reuocare non possunt. V. F.

1 Oppositio contra donationem propter benemerita quãdo non procedat.
2 Solennitas statuti Delphinalis super donationibus faciẽdis quo casu non consideretur, si minus seruata fuerint.

De reuocan. dona. Consi. cvj.



Prouidus vir Jacob9 dalmacii, ⁊ honesta mulier Joãna amorerie eius vxor de multis opponunt aduersus petitionem ⁊ intentionem heredum Joannis sablonis, presertim ad impugnationẽ donationis per ipsos Jacobum ⁊ Joannam olim facte dicto Joanni sablonis, ⁊ blanchie eius vxori. Et primo quidem opponunt de inefficacia ⁊ in-
1 utilitate donationis huiusmodi ex eo capite, † quia nõ apparuit nec apparet de meritis in instrumento donationis huiusmodi in genere mentionatis: sed ista oppositio non procedit in hoc casu, postquam non apparet rem donatam valuisse tempore facte donationis vltra quingentos aureos, vt voluit Bal. in. l. ii. C. ne liceat poten. Panor. in. c. ex parte. vers. sexto dubitatur in donatione. de aliena. mutan. iudic. cau. ⁊ alii in aliis locis: pro quo videri poterunt multe remissiones not. per do. Guid. pape decisi. xcv. exordiente, Dubitabatur si in instrumento donationis fiat
2 mentio in genere vel in specie ⁊c. † Secundo opponũt de nullitate eiusdem donationis ex eo capite, quia in ea non est seruata solennitas statuti Delphinalis editi super donationibus nõ faciendis ⁊c. que oppositio optime procederet, nisi in donatione antedicta interuenisset iuramentum parte dictorum coniuguz; sed quia iuramentum in ea interuenit, nõ puto eam de iure procedere, per multas rationes quas ponit Alex. de imo. consil. lix. exordiente, Viso instrumento ⁊ titulo questionis ⁊c. in. j. volu. ⁊ cons. cii. exordiente, Cum statutum dirigit prohibitionem ⁊c. in quarto volu. super quibus me vlterius nõ extendo, ratio patet. Tertio opposuerunt dicti coniuges ꝙ prefati heredes de donatione predicta opponere non poterant, pro eo quia idem quondã Joannes sablonis olim tutor seu curator Juliani amorerii in inuentario per eum confecto de bonis eiusdem Juliani posuit ⁊ descripsit hortum, de cuius limitatione ⁊c. que exceptio videbatur de iure procedere, si vera esset. l. fi. C. arbit. tute. sed nõ reperio eam veram, q2 illa pars inuentarii mihi exhibiti, in qua reperitur hoc descriptum, non fuit confecta per dictum Joannem sablonis, sed per prefatum Joãnem, vt videri potest ex his que habentur in dicto inuentario. fol. 4. in princi. ibi, post que anno incarnationis ⁊c. Preterea, ⁊ quarto, opponũt effectualiter in multis articulis, ꝙ donatio predicta non valuit, pro eo quia tempore, quo illa facta pretenditur, non competebat ius in horto donato dictis Jacobo ⁊ Joanni, sed dicto Juliano tunc viuenti, ⁊ hec videbatur de iure procedere. l. fi. C. de pact. ⁊. l. quidam. §. fi. ff. de donat. sed hec non est tuta, q2 si essemus in casu illarum legum, auferretur successio substitutis. d. l. quidam. §. fi. ⁊ l. seq. ⁊ per id quod no. doct. in. d. l. fi. C. de pac. Preterea cũ dicti coniuges donauerint, non licet eis venire contra eorum factuz. l. cum vir. cũ multis simili. ff. de vsuca. de quo Albe. in. l. nec nos. C. de capt. ⁊ postlim. reuer. ⁊ debet hoc maxime procedere in hoc casu, q2 in dicta dona. interuenit iuramentum quod seruari sine interitu ⁊c. ⁊ ideo seruandum est. c. cum contingat. cum suis similibus. de iureiu. Et sic finaliter existimo non posse dictos coniuges ex causis allegatis obtinere, quod displicet, signanter contẽplatione vestri egregii viri domini ⁊ amici singularissimi, qui tunc Jacobum ad me destinatis: sed queritis veritatẽ, ⁊ ego debeo eam dicere, si scio. Quanuis a capite multorum articulorum dicatur, per attestationes signatas per literam. E. ego tamen non tenui illas: nescio si per inaduertentiam, vel alias, non fuerint transmisse: sed quicquid sit, hoc est, siue probentur illa, de quibus in articulis, siue non, non mutatur quod dixi.

Argumentum.

A sacrilego rem furtiuam emens eculeo subiici non debet etiam si res penes eũ deprehendatur, ⁊ a sacrilego de se confesso socius criminis esse dicatur. V. F.

1 Superfluum est pandere rem satis patentem.
2 Error non presumendus, nisi fuerit allegatus.
3 Sacrilegium quando committatur.
4 Foro cesareo seruanda est sua lex, si peccatum non nutriat.
5 Crimen sponte confesso, ⁊ alium inculpanti an credendũ, ⁊ contra alium an faciat iudicium. ⁊ nu. 7.
6 Infami an, ⁊ in quibus non credatur.
7 Testis vnus qualis oporteat ꝙ sit, vt faciat sufficiens indiciuz ad torturam.
8 Indicium probandum est ad minus per duos testes.
9 Consuetus res furtiuas emere presumptionem de se facit, rem furtiuam penes se existentem scienter recepisse.
10 Clam ⁊ modico pretio emens presumptionem prebet.
11 Indicia plura ad perficiendam vnam integram probationem.

De questio. Cons. cvij.



Si post dictamẽ ⁊ consilium venerabilis ⁊ egregii viri do. Jacobi bochoni iuriuz professoris eximii aliquid dixero, aut dicere voluero super meritis cause cepte ⁊ pendentis indecise ꝑ ⁊ inter venerabiles viros dominos procuratores fiscales curie temporalis Valentie, pro pretensis iuribus ⁊ interesse fiscalibus eiusdem curie, ⁊ venerabilis cõuentus fratrum carmelitarum oppidi seu castri de turnone ex vna parte, ⁊ honorabilem viruz Antoniũ cociolis aurifabrũ predicte ciuitatis ex alia, mihi fortasse dicetur, ⁊ profecto dici poterit illud Horatii, quod beatus Hieronymus in omni facultate doctissimus in fine tertii dialogii libri cõtra pellagianos sibi dici verebatur, Ne, videlicet, in syluam ligna feras. Aut enim eadem dicam ex superfluo, aut si noua dicere voluero a clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Decreueram itaq3 viso ꝓcessu cause huius nihil aliud scribere, ⁊ sola subscriptione esse
1 contentus: quod ⁊ ita faciendum videbatur, † q2 plenitudo adiectione non indiget, ⁊ rei satis demonstrate frustratorium est demonstrationem adiicere. c. bene quidem. xcvj. dist. ⁊. l. j. in fi. ff. de do. prele. que eadem voluit Fred. de se. cons. mihi. cccx. exordiente, Scriptum est ⁊c. ⁊ Pau. de cast. consi. cccxvj. exordiẽte, Quoniam adiectione non indiget ⁊c. Verũ vt votis prefati Antonii in aliquo satisfacere valeam, scribã aliquid, velut post terga metentium spicarum manipulos collecturus, que falcis aciem effugerunt, vt dicitur Ruth. c. ii. verba sunt Bal. in. l. precibus. vers. vii. dico ꝙ ⁊ si rigor ⁊c. item interpretatio prudentum ⁊c. C. de impub. ⁊ aliis substit. Premitto igitur ꝙ in processu cause huius non fuit idẽ Cociolis intitulatus, vel inquisitus ꝙ ipse substraxerit, aut sacrilegium committendo abstulerit, seu substrahi vel auferri mandauerit, seu etiam cõsuluerit ab ecclesia, ⁊ archa dicti cõuentus cruces, calices, ⁊ alia pretensa iocalia in processu cause huius plenius mentionata: sed fuit intitulatus ⁊ inquisitus de, ⁊ pro eo q2 pretenditur cruces, calices, ⁊ alia huiusmodi scienter cõparasse ⁊ emisse a quibusdã Claudio de fabrica, alias magat, Frãcisco perrini, ⁊ nuncupato Janot le gascon, pretẽsis sacrilegis ⁊ substractoribus reruz ⁊ bonorũ huiusmodi. Quo fit vt esto ꝙ, licet cruces, calices, ⁊ alia predicta, aut aliquid de eisdem

dem reperta extitissent penes eundem Antoniuz, non debuerit
nec debeat idem Antonius presumi rerum & bonoruz huiusmo-
di, aut eius rei, que penes eum reperta pretenditur, fuisse sacri-
legus, substractor vel ablator: sit etiam, vt dici nõ posset sacrile-
gus de iure ciuili. Et quia ad peritissimuz est mihi sermo, allegasse
2 sufficiat ꝙ not. Bar. † de non presumendo errore nisi fuerit alle-
gatus in. l. si adulteriũ cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult.
& Bal. in. l. venia. C. de in ius vocan. & Alex. de imo. de non presu-
menda bona fide, etiã si cause subsint, nisi allegetur in. l. rem alie-
nam. ff. de pigno. actio. & idem Alex. in. l. certum. §. sed si funduz.
ff. de confess. sit etiam, vt idem Antonius cociolis dici non pos-
sit, aut debeat, secundum dispositionem iuris ciuilis: commisisse
sacrilegium, etiam si probaretur, prout tamen nullo modo pro-
batur, ꝙ ipse etiam sciẽter res predictas, vel aliquas de eisdem
3 comparasset: † quia illud ita demum committitur, secundũ dispo-
sitionem iuris ciuilis, si auferatur sacrum de sacro, vt voluit gl.
Bar. Bal. Pau. de cast. & doct. in. l. si mundum. C. de fur. Azo in
summa. C. de crimi. sacril. §. j. & Sal. eo. tit. super rub. locus enim
facit, vt idem crimen sit furtum, vel sacrilegium: & capite luen-
dum, vel minore supplicio. l. diui. ff. ad. l. iuli. pecul. & l. aut facta.
§. locus. ff. de pe. quamuis cano. aliter sentiant. vt no. glo. in. c. sa-
4 crilegium. xvij. q. iiij. & c. quisquis. eadem causa & questi. † sed cuz
simus in foro cesareo, seruanda est lex, postquã in sua dispositio-
ne peccatum non nutrit, per ea que no. doc. in. l. priuilegia. C. de
sacros. eccl. in. c. j. de no. ope. nun. Ex quibus sequitur ꝙ, licet re-
periretur aliquid specialitatis secundũ dispositionẽ iuris cano.
circa probationem sacrilegij, hoc tñ non officeret eidẽ cociolis.

5 † Preterea etiam premitto quod
nullus ex pretensis testibus parte dictorum do. procuratoris fi-
scalis, & conuentus deposuit prefatum Cociolis res predictas,
aut aliquid de eisdem emisse, aut comparasse a prefatis de fabri-
ca, Perrini, & dicto Janot pretensis sacrilegis, excepto dicto
Claudio de se sponte confesso, cuius propterea depositioni, seu
dicto, aut inculpationi non est fides adhibẽda. l. fi. & quod ibi gl.
C. de accus. c. j. & quod ibi gl. de confes. l. repeti. §. j. & l. diuus. §. ex
qui. cau. ff. de questio. est enim regula iuris, ꝙ in se vel de se crimẽ
confessus de aliorum conscientia inculpari non debet: nec mirũ,
6 quia est infamis, facinorosus, vilis persona, & suspecta: † vnde ei nõ
creditur, & signãter in criminalibus, in quibus probationes de-
bent esse luce meridiana clariores. l. sciant. C. de proba. l. absentẽ.
7 ff. de pe. & l. qui sententiam. C. eo. tit. † in quibus vnus testis, nisi
sit integre opinionis & fame, non facit sufficiẽs indicium ad tor-
turam. vt no. Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur. & Bald. in. c. sa-
cramentum. de consuet. recti. feu. & dicit Bar. in. l. cunctos popu
los. C. de sum. trin. ꝙ infames etiam infamia facti repelluntur a
testimonio in criminalibus, per. d. l. sciãt. & per id quod habetur
in. c. testimonium. de testi. de quo articulo multa dicit Alexã. de
imo. consil. mihi. xj. exordiente, Circa primum dubium &c. vbi si
placet videatur. Uerum quia hunc articulum plenissime prosecu-
tus est prefatus egregius do. doctor, ego vlterius nõ insisto: hoc
excepto ꝙ, quamuis dictum, de quo in. d. l. fi. C. de collat. fallat in
casibus, de quibus in ea per gl. illud tamen dictum est regulari-
ter verum, prout ibi senserunt glo. Cy. Bar. & Albe. & vt ibi dicit
Albe. post Gabr. de osele, in suo tractatu de fama. §. proxime su-
pra. vers. subijcio etiam aliam questionem &c. in hanc partem vi-
detur inclinare gl. Azo, & Hugo. in. l. j. §. si quis vltro. ff. de que-
stio. dicit enim ibi glo. super verbo. peruenires non vt alijs pre-
iudicares. loquens de iudice. idem voluit glo. in. l. si filium. C. de
libe. cau. idem Gandi. in tractatu malefic. super rub. de questio. &
tormen. versi. bonas questiones. de tormẽtis &c. vbi querens nũ-
quid stetur dicti & depositioni hominis de se cõfessi, & alium in-
culpantis, concludit veram esse opin. Azo. ꝙ dictum illius non
facit indiciuz, nisi in certis casibus specialibus enumeratis, per
gl. in. d. l. fi. & istam sententiam etiam tenet Gui. de suza. in tract.
malefi. sub rub. quali. rei sub. tormen. in fi. & concludunt Gandi. &
Gui. ꝙ etiam si persona nominata vel inculpata per eum, qui de
se confessus est, esset male conditionis & fame: nõ tamen propter
talem nominationem potest subijci tormentis, exceptis casibus
exceptuatis, & nimirum, quia vt post Gabri. de osele, dicit Albe.
in. d. l. fi. in alijs casibus, de se confessis nullum facit indiciũ con-
tra alium, & ita fuit de mente Q doff. in suo tracta. de questio. qui
positus est in Gandino de questio. & tormen. vers. nunc restat for
mare. & Bal. cons. lxxxj. exordiente, Regula iuris est &c. in tertia
parte. post Spec. tit. de inquisitio. §. j. vers. sed scias. Quo fit vt,
cum casus presens de numero exceptorũ non existat, non debue-
rit, nec debeat eidem de fabrica de se confesso credi in preiudiciũ
prefati Antonij, etiam si liceret se, ac prefatos Perrini, & dictuz
Janot le gascon vẽdidisse & tradidisse prefato Antonio res pre
dictas, aut aliquas ex eisdem: eo maxime quia non solũ non appa-
ret eum idem Antonium fuisse ante inculpationem ipsius de fa
brica male fame vel conditionis, sed etiam apparet, per deposi-
tionem plurimorum testium suorum conciuium, & virorũ hone-
storũ, fuisse bone fame ac conditionis, & conuersationis honeste.


Preterea vt egregie dicit idẽ
dominus doctor, prefatus de fabrica non dicit se interfuisse pre-
tensis venditioni & expeditioni rerum predictarum factis, vt ex
aduerso asseritur, prefato Antonio: sed duntaxat deponit & effe-
ctualiter testificatur de pretensa assertione seu cõfessione corã
eo facta: & sic nõ de negotio principali, sed de indicio: quo casu, vt
eleganter allegatum est, depositio vnius testis nõ facit indiciuz,
8 † quia indicium probandũ est ad minus per duos testes, vt est glo.
reputata singularis in. l. fi. & ibi per alios. C. fami. ercisc. secundũ
quam sepe consuluit Alexan. de imo. & quidem consil. v. in. j. vol.
consil. xj. exordiente, Sentio in dubium reuocari &c. & consil. xix.
exordiente, In his que in themate narrata sunt &c. in. iiij. volu.
& etiam consil. clxxx. per dictum do. scribentem allegato. ¶ In-
super eidem Antonio non obstat, nec contra eum presumptionẽ
facit, ꝙ penes eũ reperta extiterit patena, de qua in actis: etiam
si illa sufficienter probaretur fuisse de bonis in inquisitione ple-
9 nius mentionatis. † quia licet, vbi quis erat cõsuetus emere res
furtiuas, presumatur rem furtiuam penes se existentem scien-
ter recepisse. l. inciuilem. & l. ciuile. C. de fur. not. Joan. de imo. in
l. fi. ff. de hered. instit. tamen vbi non apparet ꝙ ille consueuisset
de tali delicto participare, vel tales negotiationes facere, tunc
secundum Bart. in. d. l. inciuilem. attendi debent circunstantie:
10 † quia si emit modico pretio, & clandestine, presumitur contra eum.
arg. l. fi. ff. de rit. nup. & l. existimo. ff. de admini. tut. secus si palã,
& pretio mediocri: vel saltem palam, per ea que habẽtur in dictis
iuribus, quod etiam voluit Joan. de imol. vbi supra. Cum ergo
parte prefati Antonij sufficienter probatum extiterit dictam
patenam fuisse eidem Antonio palam venalẽ expositam, & ipsuz
palam illam forisfasse, & quidem non cũ prefatis de fabrica, Per-
rini, & dicto Janot le gascon, nec eo tempore, quo pretenduntur
res predictas vẽdidisse prefato Antonio, sed diu postea, palam
infertur nullam presumptionem ex hoc exortam extitisse cõtra
ipsum Antonium ꝙ penes eum reperta extiterit dicta patena:
& eo maxime quia non apparet ꝙ illa vel pro vili pretio, vel alia
re vili comparãta vel habita extiterit, & quia etiam non solum
non apparet eam fuisse comparatam siue emptam a dictis pre-
tensis sacrilegis, sed etiam apparet de contrario, scilicet ꝙ ab
alio vel empta, vel alias acquisita extiterit: & post tẽpus, de quo
in pretensis inquisitionalibus titulis contra eũdem Antonium
in hac causa oblatis.

Et quod dixi de predicta pana
idipsum dico, & maiori ratione, de illis laminis, seu lingonis,
quos vendidisse, aut vendi fecisse pretenditur prefatus Anto-
nius, ꝙ scilicet presumptionem non fecerint, vel faciant contra
eundem Antonium causis & rationibus per eundem dominum
primo scribentem plenissime allegatis, quas non refrico, quia non
oportet. Et idem dici potest de singulis alijs pretensis indicijs,
que, vt alias per quem supra plenissime scriptum reperio, eidem
Antonio non refragantur, neque obstant: & quidem non singula-
tim, causis & rationibus allegatis: non etiam, vt ita loquar, co-
☞ pulatiue vel coniunctim assumptis. Cui dicto non obstat quod
dici solet, Que singula non iuuant multa prosunt. c. cum causam.
cum suis si. de probat. & ꝙ not. in. l. iij. in princ. ff. de excusat. tuto.
11 Quoniam respondeo † ꝙ solum eo casu iunguntur plura indicia
ad perficiendam vnam integram probationem, quando vnum-
quodque indicium per se sufficienter probatum est. no. Bal. in. l. si
quis ex argẽtarijs. §. j. ff. de eden. ad quod facit. l. j. C. qui nume-
tur. & ita sepe consuluit Alex. de imol. consilio videlicet. clxxx. in
ij. vol. iam alleg. & dicto consil. xj. exordiente, Sentio in dubium
reuocari &c. cons. xix. in. iiij. vol. Motus igitur premissis & alijs
rationibus plenissime allegatis, adherendo conclusioni dicti do
mini doctoris, dico & respondeo quod, secundum acta & probata
in processu predicto, non est idem Antonius condemnandus,
quinimo nec torquendus, cum non appareat esse probatum ali-
quod indicium non purgatum, aut indicia aliqua, propter que
possit, aut de iure debeat prefatus Antonius torture subijci. Et
ita mihi videtur de iure respondendum, sub correctione cuiusli-
bet domini melius sentientis, cui premissa submitto.

¶ Argumentum.

¶ Substitutio compẽdiosa verbis communibus sub conditio-
ne si sine liberis facta expirat illis existentibus, licet postea mo-
riatur. U. F.

¶ De insti. ⁊ substi. Consi. cviij.



Christi nomine inuo-
cato: viso casu mihi exhibito parte honeste mu-
lieris Pontie collete relicte Jacobi gontardi
⁊ Jacobi colleti, ⁊ dubio ex casu huiusmodi eli-
cito, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, sub
correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ substitutio,
de qua in casu huiusmodi, locum non habuit neqꝫ habet, ⁊ conse-
quenter ꝙ in vim illius nihil petere potuit, nec potest honesta
mulier Margareta gontarde, ⁊ illam assigno rationem: qꝛ per
verba eiusdem pretēse substitutionis, ⁊ in vim cuius agere ⁊ ex-
periri nititur eadem Margareta, reperiuntur duntaxat gra-
uati ⁊ fideicommisso onerati Stephanus, Gulielmus, ⁊ Duro-
1 nus gontardi. † Dixit enim testator post factam institutionem
de eisdem, ⁊ reciprocam substitutionem factam inter eos, ⁊ si o-
mnes tres filij mei ⁊ heredes decederent quandocunqꝫ sine libe-
ro, vel liberis ex suo, vel suis corpore, vel corporibus legitime
procreato, vel procreatis, eidē, vel eisdē substituo propinquiorē
generis mei. Quo fit vt, cum prefatus Stephanus alter ex di-
ctis filijs ⁊ heredibus vltimate vita functis decesserit, non qui-
dem sine liberis, sed relictis ⁊ sibi superstitibus Gulielmo ⁊ Ja-
cobo eius filijs naturalibus ⁊ legitimis, euanuerit substitutio
facta de propinquiore generis, etiam si postea ipsi Gulielmus ⁊
Jacobus filij eiusdem Stephani, aut alter eorundem sine libe-
ris decesserit. l. cum vxori vsufructus. C. quan. di. leg. cedat. l. si
quis heredem. C. de instit. ⁊ substit. ⁊ .l. heredibus. in princ. ff. ad
trebel. ⁊ arg. a contrario. l. ex facto. §. si quis autem. eo. ti. Quod
etiam voluit Oldr. consi. lxiij. exordiente, Thema tale est, testa-
tor habebat vnum fratrem ⁊c. Joan. and. in addit. Specu. tit. de
testa. §. in primis, in addi. incipiēte, Huic questioni accedit. ver.
quinta questio. Pet. Jaco. in suis libellis. titulo de compendio.
substit. vers. quidam testator ⁊c. ⁊ Paul. de cast. consi. cxlvj. exor-
diente, Super secūdo puncto ⁊c. pro quorum omniū dicto opti-
me faciunt. not. per Bart. in. l. sed ⁊ si sic. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. centu-
rio. iij. q. principali: vbi de compendiosa facta per verbum com-
mune. versi. quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus
decesserit sine liberis vel liberi sine liberis ⁊c. ff. de vulg. ⁊ pupil.
Possent ⁊ alia multa dici, sed quia premissa sufficiunt, ego vlte-
rius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Municipio, in quo quis habitat, potius vintenum soluere
debet, quam in quo bona habet, vel vnde originarius est. V. F.

1 ☞ Bona mobilia an magis concernant personam, quam ter-
ritorium.
2 Domiciliū duplex habens originis scilicet, ⁊ incolatus in quo
vintenum soluere debet.

¶ De municip. ⁊ origi. Consi. cix.



1 Etiam † si verum esset ꝙ
dictū Baldi positū. in. l. mercatores. C. de com-
merca. volentis quod bona mobilia magis con-
cernant personam, quam territoriū, non omni-
no pcederet, ⁊ de quo videtur dubitasse Alex.
de imo. consi. xvj. exordiente, Viso titulo questionis ⁊c. in. j. vol. ⁊
de quo alias aliquid scribetur: ex hoc tamē non inferretur quin
Antonius martini incole loci Mirabelli, ⁊ cuius animalia de-
pascuntur in territorio eiusdem loci, debeat inibi cum alijs mu-
nicipibus, siue habitatoribus ⁊ incolis contribuere in vintenis
agnorum, hedulorum, ⁊ aliorum animaliū, qꝛ, vt alibi dicit Bal.
2 † vbi quis habet duplex domicilium, vnum ratione originis, ⁊
aliud ratione incolatus, semper consideramus potius locuꝫ in-
colatus in his, in quibus persona est in consideratione, vt patet
ex his que not. gl. in. c. statutum. §. cum vero. super verbo, vnam
dictam, ⁊ quod ibi doct. de rescript. in. vj. quod etiā voluit Alex.
de imo in. d. consi. xvj. Si est ergo verum ꝙ vintena imponantur
personis pro rebus, palam est ꝙ in impositione vinteni habetur
cōsideratio persone. Debet igitur in impositione vinteni, qua-
tenus concernit prefatum Antonium, potius attendi locum do-
micilij, quam locus originis: ⁊ sic potius debet solui vintenum
agnorum, hedulorū, ⁊ aliorum animaliū in loco incolatus ipsius
Antonij, ⁊ sic in Mirabello, quam in pretenso loco originis: eo
maxime qꝛ tempore facte impositionis per illos de Mirabello
animalia ipsius Antonij erant in loco, vel territorio eiusdē loci,
⁊ sic nititur vniuersitas Mirabelli, seu emptores vinteni per
eam impositi duplici ratione, scilicet persone ratione incolatus,
⁊ rei tunc, hoc est, tempore facte impositionis penes eum existē-
tis: non ergo mirū si locus domicilij preferri debeat in hoc vin-
teno loco originis. l. vltima. C. de adopt. ⁊ auth. de consanguin. ⁊
vteri. fratri. §. vltimo. collat. vj. Possunt ⁊ alia induci, que cum
oportuerit inducentur autore domino.

¶ Argumentum.

¶ Deficientibus ascendentibus vel descendentibus fratres ⁊
sorores vtrinqꝫ coniuncti preferuntur, ⁊ fratrum filij in stirpes
vocantur. hodie vero, qꝛ proprio iure, non parentum predefun-
ctorum fratrum filij veniunt, in capita vocari moderni Azonē
secuti dicunt. Vide Zasium in intellectibus suis. V. F.

¶ De legit. hered. Consi. cx.



Ponitur in facto ꝙ Ja-
cobus garsini sine liberis ⁊ parentibus, hoc est,
ascendentibus intestatus ab humanis decessit,
superstitibus, ⁊ sibi superuiuētibus honesta mu-
liere Beatrisia garsine eius sorore vtrinqꝫ con-
iuncta, ac Joanne laurentij eius nepote ex honesta quondā mu-
liere Nesona garsine predefuncta, eiusdem Jacobi quondam so-
rore etiam vtrinqꝫ coniuncta, ⁊ multis alijs eius nepotibus ex
Honono garsini predefuncto dicti Jacobi quōdā fratre vtrin-
que coniuncto. Quesitū est ad quos hereditas dicti Jacobi de-
uoluta extiterit. Ad quod dubium breuiter ⁊ succincte respon-
deo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod
dicta hereditas deuoluta est ad prefatos Beatrisiam, Joānem
laurentij, ⁊ alios nepotes. Ad dictam videlicet Beatrisiam pro
tertia parte, ad dictum Joannem laurentij pro alia tertia par-
te, ⁊ ad filios ⁊ filias dicti quondam Hononi pro alia tertia par-
te. hec probantur. in auth. de heredib. ab intestato. §. reliquum.
collat. ix. ⁊ auth. vt fratrum filij. in princ. eadem colla. ⁊ authen.
cessante, cum duabus. aut. se. C. de legi. here. Et quia hec sunt si-
ne dubio, ego vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Clericus sacerdotij seu beneficij quod impetrat verū valorē
exprimere debet, alioqui de iure suo casurus. V. F.

1 ☞ Expressio valoris in beneficij impetratione an sit necessaria,
⁊ quid si minorem valorem exprimat.
2 Expressa nocent.
3 Locutio imperfecta plus nocet quam silentium, etiam vbi loqui
non est opus.
4 Causa adiecta in vim conditionis, si est falsa, vitiat.
5 Surreptio in literis beneficialibus vitiat gratias ⁊ literas ipso
facto.
6 Verus valor beneficij cur in literis impetrationis exprimen-
dus, ⁊ probandus non plus valere.
7 In literis ad beneficia si quis excipiat, ꝙ impetrans falsum ex-
presserit, habet impetrans probare narrata esse vera.
8 Quilibet regulariter probare debet id quod est causa sue inten-
tionis, ⁊ maxime quod asseruit.
9 Reus actore non probante etiā si nihil prestiterit absoluendus.

¶ De episc. ⁊ cler. Consi. cxj.



1 Etiam † si verum esset ꝙ
de iure communi non sit necessaria expressio valo-
ris in beneficiorum impetrationibus, vt voluit gl.
⁊ quod ibi Cardin. ⁊ Jo. de imo. in cle. j. de preben.
Cald. Ant. de butr. ⁊ Jo. de imo. in. c. nostra. de rescrip. si tamen
impetrans certum valorem exprimat, ⁊ beneficium impetratuꝫ
maioris valoris existat, non valet impetratio. vt voluit Rota
in antiquis. de rescript. xlj. ⁊ incipit decisio, Not. secundum opi-
2 nionem aliquorum ⁊c. † quia expressa nocent. Pro quo facit qđ
voluit glo. in cle. constitutionem, super verbo, de nouo, de elect.
3 quem dicit quod † plus nocet imperfecta locutio, quam silentiū,
etiam vbi loqui non est opus. idem voluit Cardin. consi. xxxiiij.
incipiente. M. ccclxxxij. die. x. mensis Julij ⁊c. vbi inducit. c. cui
de non. de preben. in. vj. Et qꝛ in gratijs apostolicis causa habet
vim conditionis, cum subintelligatur clausula si ita est. cap. ij. de
rescrip.

4 rescrip. † & causa adiecta in vim cōditionis, si est falsa, illam vitiat. l. demonstratio. §. j. ff. de cond. & demon. & ita dicit cōsuluisse Gaspar. Cald. & Jo. de fan. & ita se obtinuisse florētie in questione ardua: etiā si talis expressio falsi valoris fuerit facta per simplicitatem, pro quo allegat glo. in c. si motu proprio. de preben. in. vj. qr hic non potest pretendi ignorantia iusta: debuit enim impetrās se informare super valore, vt latius dicit idem Card. in d. consil. & in c. fi. de preben. vbi etiam per Panor. Quo fit vt, cum venerabilis vir do. Claudius de sancto Marcello in pretensa impetratione per eū facta de canonicatu & prebenda, quos tempore vite & mortis obtinebat venerabilis quondam vir do. Philippus Roberti Uapincensis canonicus, certum & non verum valorem expresserit, vt apparet ex tenore pretensarum literarum apostolicarum per eum obtētarum, & depositionibus testium parte nobilis & venerabilis viri domini Benedicti de rosseto productorum & examinatorum super articulis exordientibus, Ad dicendum de bono iure &c. & presertim super. vij. viij. & multis sequentibus articulis, non valuerit, nec valeat dicta as-
5 serta impetratio: fuit enim surreptitia. † surreptio autem in literis beneficialibus vitiat gratias, & literas ipso facto. cle. j. de preben. c. j. & ij. de fili. presb. in. vj. quod etiam voluit Hosti. in c. dilectus filius. le. j. de rescript. Panor. & alij scriben. in c. ad audientiam. le. ij. de rescriptis.

6 † Preterea quicquid sit de iure communi, illud tamen certum est q̄ de stylo curie debet exprimi verus valor beneficij quod impetratur, & ita statuit domi. papa Grego. vt refertur in antiquis decisionibus Rote decis. lxxiiij. secundum modernam compilationem. & incipit decisio, Dominus papa Gregorius &c. & idipsum voluit domi. Urba. papa. vj. prout refertur in nouis decisionibus decisione. cccxij. exordiēte, Licet impetrans certū corpus beneficij &c. de quo per Panor. in d. c. ad aures. nec fuit prouisio huiusmodi inutilis, qr dispensatio temporalium non debet cuicunq; committi, sed secundum qualitatem persone. Aliquis enim aptus est ad habēdum beneficium tenue, qui est omnino ineptus ad habēdum beneficiū pingue: & ideo quantitas redditūū posset principem substrahere a concessione gratie. Uidetur igitur necessarium vt fiat expressio valoris. ar. c. postulasti. de rescrip. quod etiam voluit Panor. in d. c. ad aures. & plenius in c. fina. de presumptioni. & Nicol. mil. in verbo, gratia. §. septimo. & non solum tenetur impetrans exprimere verum valorem, vel quod certum valorem annuū per eum expressum non excedat annuus valor beneficij quod impetrat: sed etiam tenetur probare beneficiū huiusmodi non valere plusquam expressit. vt not. Cardin. & post eum Panor. in c. fi. de presumptio. vbi etiā dicit idem Cardi. ita cōsuluisse Gaspar. Cald. & Jo. de fan. propter doctrinam Joā. and. in c. j. de litiscontesta.
7 in. vj. & in regula infami. eo. lib. † In literis enim ad beneficia, si quis excipiat q̄ impetrans falsum expresserit, habet impetrans probare narrata esse vera: qr excipiēs negat sicut debitor negat
8 pecuniam fuisse numeratam. l. iij. C. de non nume. pecu. † & quilibet debet regulariter probare id quod est causa sue intentionis. vt voluit Bar. & post eum alij in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. & signanter probare debet id quod asseruit, secūdum Cardi. in c. fi. de presumptio. & idem voluit consi. lxxj. incipiente, Uacante &c. in fi. Panor. in d. c. fi. & Mil. in verbo, gratia. §. septimo. Cum igitur dictus do. de sancto Marcello asseruerit annuum valorem canonicatus & prebende superius mentionatorum non excedere valorem. xxiiij. librarum turonen. paruarum, palam infertur dictum do. Benedictum debuisse & debere ab impetitis parte dicti de sancto Marcello absolui, etiam si ipse do. Benedictus nihil
9 probasset, † qr actore non probante reus etiam si nihil prestiterit absoluēdus est. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendi. l. negantes. C. de actio. & obli. c. j. cum suis si. vt eccl. benef.


¶ Argumentum.

¶ Coheres directi dñi vnum ex heredibus emphyteute etiam totam rem emphyteuticam possidentem tanquam heredem in solidum pro auocatione totius rei actione personali conuenire non potest: secus tanquam alium quemuis possessorem. U. F.

1 ¶ Jus accrescendi quando cesset.
2 Illi an standum sit, qui respondet per verbum non credit, & an hec negatio reuocari possit.
3 Fratrum filij ex iure representationis in gradum matris auunculo succedunt, & non adita per matrem hereditate.
4 Actiones hereditarie actiue & passiue nō transeunt in heredes, nisi pro quotis hereditarijs.

5 Emphyteute sine cōsensu domini rem emphyteuticam pro quibus partibus inter se diuidere possunt.

¶ De iure emphy. Consi. cxij.



Uto qd nemini dubiū existat quin actio intentata parte nobilis viri Jacobi de burnonibus, contra & aduersus probum virum Joannē prepositi loci de Cauisinōtibus, pretextu & ad causam vinearum in libello super hoc oblato plenius expressaruz, fuerit & sit actio personalis, condictio videlicet ex l. ij. C. de iure emphyt. Quod si ita est, imo qr ita est, non datur actio huiusmodi eidem Jacobo de burnonibus nisi pro ea quota & portione, pro qua reperitur & apparet esse heres Jordani de burnonibus eius quondam pretensi patris: & qr eidem Jordano superfuerunt quatuor liberi, dictus videlicet Jacobus, & Joannes, Bitrona & Catharina, quorum duo, scilicet dicti Joannes & Jacobus, fuerunt per ipsuz quondam Jordanum heredes vniuersales instituti: & qui, vt parte dicti Jacobi propositum extitit & deductū in tertio articulo schedule exordientis, Aduersus & contra schedulam &c. inserte. fol. 41. pretendere non potuit, neq; potest idem nobilis Jacobus se fuisse & esse vniuersalem heredem insolidū, & vnicum dicti quondam Jordani eius patris, etiam si verum esset q̄ idem Joānes eius frater postea ab humanis intestatus & sine liberis decesserit: cum enim eidē superfuerint ipsi Jacobus & Catharina eius fratres, & liberi dicte quondam Bitrone, nec proponatur ipsi Joanni facta fuisse substitutio, eius hereditas delata est non solum ipsi Jacobo, sed etiam prefatis Catharine & liberis Bitrone. auth. defuncto, & in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. & aut. vt fratrum filij. in prin. coll. ix. & auth. cessante. cum duabus aut. sequen. C. de legi. heredi. cui non obstat quod in sententia in hac causa promulgata pretenditur, scilicet q̄ portio dicto Joanni
1 delata accreuerit ipsi Jacobo: † quoniam, vt ponitur in dicto tertio articulo, ipsi Joannes & Jacobus se immiscuerunt hereditati dicti quondam Jordani, & pro illius heredibus se gesserūt, & sic cessat ius accrescendi: nisi forte quis dixerit q̄ dicto tertio articulo se iuuare non potuerit neq; possit dictus Joannes pre-
2 positi, pro eo † qr ipse illi respondit per verbum, non credit. per ea que voluit Spec. tit. de positio. §. viij. vers. sed secundum premissa. Alber. in l. non erit. §. fi. ff. de iureiur. Bar. in l. non vtiq;. ff. de excep. Oldr. cons. mihi. xliij. exordiente, Queritur vtrū &c. & Franc. de aret. in l. decem. ff. de verb. oblig. sed hoc non obstat, pro eo qr, licet prefatus Prepositi, seu pro eo & eius nomine spectabilis vir do. Pontius lartessuti eius procurator dicto tertio articulo primo responderit per verbum, non credit: ipse tamen responsionem seu negationē huiusmodi reuocauit, & qui respondit per verbum, credit. quod facere potuit. l. j. §. si quis simpliciter, & quod ibi per Ang. Alex. de imo. in fi. ff. de verbo. oblig. pro quo allegat no. per Bar. in l. post legatum. in princ. ff. de his qui. vt indi. Non etiam obstat quod pretenditur, prefatam quōdam Bitronam non adiuisse hereditatem dicti Joannis eius quondam fratris, nec illam transmisisse ad posteros. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. quoniam respondeo † q̄, etiam presuppo-
3 sito q̄ hereditas huiusmodi transmissa nō extiterit ad prefatos liberos dicte quondam Bitrone: poterunt tamen ipsi liberi ex sua persona, & iure representationis dicto quondam Joanni eorum auunculo succedere vna cum prefatis Jacobo & Bitrona eorum auunculo & matertera. d. aut. vt fratrum filij. in prin. coll. ix. succedunt enim in locum dicte quondam eorum matris, hoc est, in gradum ipsius, vt voluit Barto. in l. j. §. si sit nepos. ff. de colla. do. & in l. ij. C. de lib. pret. Alex. de imo. in l. illā. C. de collat. Franc. de aret. in l. qui superstitis. ff. de acquir. heredit. & alij in alijs locis, & quia non apparet de repudiatione horum liberorū, nec q̄ ipsi per cursum tēporis, vel alias, exclusi extiterint a successione prefati quōdam Joannis eorum auunculi, videtur idē Jacobus plus repetijsse.

Preterea non solus successisse prouido quōdam viro Hugonino preposito titulo hereditario pretenditur hic Joannes prepositi in hac causa reus, sed etiam alij, vt ponit pars aduersa in quarto articulo eius pretensi libelli. Quo fit vt, cum non fuerit, nec existat insolidum heres eiusdē Hugonini sui patris, conueniri non potuerit actione personali
4 pro auocatione totius rei in libello petite: † qr actiones hereditarie actiue & passiue non transeunt in heredes, nisi pro quotis hereditarijs. Nec obstat q̄ hic Joannes proponatur vineas insolidum possidere, & q̄ propterea possit & valeat insolidum con-

ueniri: quia istud procederet si conueniretur vt quilibet, seu vt possessor, secus vbi non vt possessor, sed vt heres recognoscētis, quia quoad alias partes habetur pro extraneo possessore, nec posset pro illis conueniri pro solutione census, pro quo videri poterit quod dicit do. Ias. de may. in l. si. versic. vj. quero: ibi, intelligit: tamen. C. de iure emphy. vbi voluit ꝙ id dici cōsuetum,
5 scilicet, † emphyteute possunt inter se rem emphyteuticam diuidere sine consensu domini, intelligi debeat, quādo diuisio huiusmodi fit pro his partibus, pro quibus emphyteute obligati existunt domino ad pensionem soluēdam: secus autem si in diuisione fuerit vni adiudicata pensio totius rei emphyteuticę, qꝛ tunc non posset fieri sine consensu domini: cuius dicti eam solam rationem reddit, qꝛ tunc cessarent fundamenta predicta, predicta inquam, que retulit idem Ias. in d. versi. vj. quero ꝛc. que si placet videbuntur. ꝛ pro supplemento videri poterūt que not. idem Iason. d. l. fin. vers. iste articulus qꝛ est multum disputabilis ꝛc. vbi sunt multa argumenta, que seruiunt huic proposito.

¶ Argumentum.

¶ Sententia prepropere ꝛ non visis actis lata est nulla. V. F.

1 ☞ Sententia lata non visis actis est ipso iure nulla, etiam probatorijs.
2 Cause cognitio est de substantia iudicij.
3 Sententia est nulla ex temporis breuitate propter presumptionem.
4 Tempore egemus vt aliquid maturius agamus.
5 Contra iudices fabricantes sententias non ruminato processu, quem de mane ad vesperam finiunt.
6 Decretum iudicis interpositum in alienatione bonorum minoris, dum peteretur, cur non valeat.

¶ De senten. ex breuic. recitan. Consi. cxiij.



Entētia promulgata per egregium virum dominum iudicem Draguignani, pro, ꝛ in fauorem Ioannis clerici, ꝛ contra prouidum virum Pōtium veteris, videtur fuisse ꝛ esse nulla, ea potissimum ratione, quia illa fuit lata non visis actis per egregium virum de. R. de burgo surrogatum in adiunctum, ꝛ sic in coniudicem: quod sic fuisse presumitur propter breuitatem temporis, intra quod non est verisimile eundē de Burgo processum cause huius ꝛ grossuꝫ
1 ꝛ intricatum videre potuisse, † sententia autem lata non visis actis est ipso iure nulla. l. hec autem. §. j. ff. ex qui. cau. in possess. ea. quod per illam. l. voluit Bar. in. l. is apud quem. C. de eden. ꝛ idem voluit Bar. in. l. ij. in princi. ff. de iudi. Ant. de but. in. c. ecclesia sancte Marie. de constitut. vbi concludit quod sententia lata non visis actis etiam probatorijs est nulla. per. c. cum Bertoldus. de re indi. quod etiam voluit Ioan. de imol. in. d. c. ecclesia sancte Marie, quia talis sententia videtur lata sine cause co
2 gnitione † que est de substantia iudicij. l. si causa. C. de transactio. l. iudices. C. de iudi. l. ij. C. de sentent. ex pericu. recitan. ꝛ. l. ex stipulatione. C. de senten. ꝛ glo. in. l. prolatum. C. eo. tit. idem voluerunt Fran. tigri. Alex. de imo. ꝛ moder. vbi etiam multa alia in
3 ducit idem Alex. in. d. l. is apud quem. C. de eden. † Quod autem ex temporis breuitate presumi debeat quod iudex subito processerit ad sententiam, ꝛ sic non potuerit acta mature videre, ꝛ consequenter quod talis sententia censeri debeat esse nulla, tanquam lata sine cause cognitione, voluit Barto. in. d. l. prolatam. arg. d. l. ij. C. de senten. ex peric. recitan. ꝛ. c. tam ex literis. de resti tutione in inte. quod dictum vbique sequuntur docto. vt refert Alex. de imo. vbi supra, pro quo allegat do. Ias. tex. in. c. ponde
4 ret. l. di. † vbi glo. dicit, quod tempore egemus vt aliquid maturius agamus: per quam arguit ibi Gemin. contra iudices, quibus de mane mittitur processus, ꝛ in vesperis sententias ferunt, quod sint ipso iure nulle: quia non presumitur ꝙ de causa cognouerint. addit etiam text. in. c. ad nostram. de consuetu. per quem Bal. inuehit contra iudices fabricantes sentētias non ruminato processu. Ad premissa facit quod per illam decisionem Bar. de qua supra, in. d. l. prolatam. consuluit Pet. de anch. cons. mihi
6 lxxxij. exordiente, Visis diligenter actis ꝛc. † Vbi dicit non valere decretuꝫ iudicis interpositum in alienatione bonorū minoris, quando fuit interpositū tunc, hoc est dum peteretur, prout quotidie faciunt iudices: cum enim in interpositione decreti requiratur cause cognitio. l. magis puto. §. ne passim. ff. de re. eo. ꝛ ex temporis breuitate presumatur cause cognitio non interuenisse, palam infertur decretum sic interpositum non valere.

¶ Argumentum.

¶ Inhibitiones parte non vocata nec audita facte tollende. V. F.

1 ☞ Inhibitio non vocata parte, ꝛ in suis iuribus non audita, ꝛ nulla cause cognitione premissa, an valeat.
2 Inhibitio preiudiciabilis iustificari debet per clausulam, nisi causam ꝛc.
3 Iudex ab executione incipere non debet.

¶ De senten. ex breuic. recitan. Consi. cxiiij.



Inhibitio quam fecisse dicitur nobilis vir do. Castellanus, siue Baiulus loci de Riperijs prouido viro Colano chaberti eiusdem loci, ꝛ ad instantiam proborum virorū Iacobi richani, ꝛ Bertrandi philioli, pretensorum operariorum confratrie loci predicti de Riperijs, ꝛ per quam idem do. Castellanus siue Baiulus inhibuisse dicitur dicto Colano chaberti, ne extunc in antea haberet aut possideret quandam terrā sitam loco dicto a Lafons nalays, in literis recursalibus parte dicti Chaberti ab hac sede impetratis ꝛ ob
1 tentis fuit ꝛ est nulla, † vtpote facta nō vocato, ꝛ in suis iuribus non audito eodem Chaberti recurrente, ꝛ alias nulla premissa cause cognitione, pro quo allegare sufficiat ꝙ not. Bar. in. l. j. C. de execu. rei iudi. Io. and. in addi. Specu. titu. de aduoca. in vna addi. quam multi libri non habent secundū Roma. in. d. l. de pupil. §. meminisse. ff. de no. oper. nunt. Pan. de cast. ꝛ alij communiter. in. d. §. meminisse. ꝛ Ang. aret. in. §. curare. vers. quid dicēdum est de eo quod quotidie iudices faciunt ꝛc. institu. de actio.
2 † Cum enim inhibitio huiusmodi esset eidem Chaberti recurrēti preiudiciabilis, illa debuit iustificari per clausulā, nisi causaꝫ. ꝛc. vel similem, quod quia factum non est, illa non valuit, ꝛ poterat contemni. C. commina. vel episto. per totum. quia prefatus do. Castellanus seu Baiulus nō seruauit formam a iure traditam,
3 que est, ꝙ procedat causa cognita, † ꝛ non incipiēdo ab executione. l. iudices. C. de iudi. l. prolatam. C. de sentent. ꝛ interlocu. om. iudi. ꝛ. d. l. j. C. de execu. rei iudi. ꝛ quod inhibitio predicta fuerit nulla colligitur ex not. per Bal. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons. Alex. de imo. in. d. §. meminisse. versi. potest concludi ꝛc. ꝛ Ioan. fa. in. l. ij. C. commina. vel episto. Nec opponat aliquis, ꝙ de huiusmodi inhibitione non plene appareat seu constet, cum de ea solum deposuerit vnus testis. Quoniam dico ꝛ respondeo, ꝙ super hoc debet iuramētum plenioris probationis suppletorium eidem Chaberti deferri, iuxta ea que habentur ꝛ not. per glo. ꝛ doct. in. l. admonendi. ff. de iureiur. in. l. in bonefidei. C. eo. tit. ꝛ cap. si. eo. titu.

¶ Argumentum.

¶ Qui rem emit, cum pacto de retrouendendo ad certum tempus, eo lapso, ad rem reddendam cogi non potest. V. F.

1 ☞ Magna est differentia inter positiones ꝛ interrogatoria, quia hec negotium principale concernūt, ille preparatoria litis.
2 Res iusto pretio vendita post lapsum tempus peti non potest ex gratia redemptitia.
3 Valor rei vendite cum gratia redemptitia refertur ad tempus venditionis.
4 Dispositio conditionalis adueniente cōditione sumit effectum.

¶ De pact. int. empt. Cons. cxv.



On tenebatur prouidus vir Petrus quiuidi respondere quibusdam pretensis interrogatorijs, parte nobilis ꝛ honorabilis viri Francisci parte domini sancti Albani contra eum in hac causa oblatis, eo presertim quia illa concernebant ꝛ concernunt, non quidem pre
1 paratoria litis, sed negotium principale. † Quo fit vt non per modum, vel sub forma interrogatoriorum, sed sub forma positionum, inter que est magna differentia, dari debuerint: pro quo allegasse sufficiat quod voluerunt do. de Rota decisione. xxxi. exordiente,

exordiente, Voluerūt et ordinauerūt oēs domini cōcorditer &c. Pau. de cast. consi. mihi. ccc. exordiēte, Ad primū quesitum dicendum est &c. et cano. in c. cum causam, de iura. calum. et Panor. in c. fi. colla. mihi. v. ff. de confes.

Preterea esto quod dictis interrogatorijs responsum extiterit prout scriptū comperio in casu mihi misso, exordiēte, Factum tale est &c. non propterea teneretur idem Petrus quinidi pratum, de quo in casu et interrogato-
2 rijs superius mentionatis, eidē nobili Frācisco reuēdere. † Tū quia preterijt tempus concesse gratie redemptitie, seu cōcessi reachati: post cuius temporis lapsum non licuit venerabili quondam viro domino Jordano artilherij, et cōsequenter eius ptenso heredi seu dicto nobili Frācisco asserto emptori dictum pratum redimere: quia cum, vt audio, pratum huiusmodi venditum extiterit pretio iusto et rationabili, et sic fuerit cōtractus iustus et licit' non obstante pacto de retrouendendo postea facto per prefatum Quinidi. l. si fundum. C. de pac. inter emptorem et venditorē, quod etiam voluit Archidia. in c. plerique. xiiij. q. iij. Panor. et doctores in c. ad nostram, de emptione et venditione: nō potuerūt prefati do. Jordanus, aut aliquis ex predictis, nec hodie pōt idem nobilis Franciscus pratum predictū redimere etiam si emisset hereditatem, seu eheuantiam dicti quondā do. Jordani. et dato etiam quod pratum esset nunc multo maioris valoris, quam venditum extiterit: quia ad tēpus concessum censetur post tēpus huiusmodi esse prohibitum. l. statuliberum. §. stichū. ff. de le. ij. l. pater. §. quesitum. ff. de lega. iij. et l. si ita quis substituatur. ff. de vulg. et
3 pupil. † et quia etiam hic inspici debet non valor temporis psentis, sed valor qui fuit tēpore facte vēditionis. c. cū dilecti. et quod ibi gl. et doctores, de emptione et vend. et l. ij. C. de rescin. vend. de quo Cy. in l. si minorem. C. de in integ. restit. mino. Tū et quia, vt audio illa pretensa promissio, quam fecisse dicitur idem Petrus quinidi dicto nobili Francisco, nō est purificata: hoc est, quia ipse nobilis Franciscus non fecit eidē Petro quinidi habere quoddam pratū situm in territorio sancte Euphemie, vulgo dictū le prat
4 de margues, et ita non est locus illi pretēse promissioni: † quia dispositio conditionalis adueniente conditione sumit effectū. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. l. pecuniam. ff. si cer. pe. et l. qui heredi. §. fina. ff. de condi. et demonst. Sunt et alia multa, que possunt pro hac parte allegari: sed quia premissa mihi videntur pro nunc sufficere, ego vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Decime saltem prediales, quacunque contraria consuetudine non obstante, integraliter debentur. V. F.

1 ¶ Decime de iure communi integraliter soluēde sunt ex precepto, maxime decime non personales.
2 Prescriptio an probata videatur, si testes articulos dicāt esse veros, et possessio dicatur continuata.
3 Per consuetudinē introduci non potest, quod decime integre saltem prediales non soluantur. et nu. 6.
4 Consuetudine soluendi certo modo decimas probata, an presumatur pro priuilegio, seu concessione apostolica, et quid si autorizetur. et nume. 10.
5 Titulus vt ex possessione presumatur quid requiritur.
7 Consuetudo quantumcunque longa non valet que absque mortali peccato seruari non potest, etiam si ab imperatore laicus sit priuilegiatus.
8 Ecclesia errare non potest.
9 Significatio verbi consideranda, que aliquid operari debet.

¶ De sacrosan. eccl. Consi. cxvj.

Illud est indubitatum quod de iure communi decime integraliter soluēde sunt ex precepto, vt voluit Inn. in c. fi. de parochijs (aliqui habēt in rubrica de decimis) et idē voluit ibi Jo. an. in nouel. pro quo allegauit multas rationes, ac etiam autoritates veteris et noui testamenti: quod saltem procedit, secundum Hostien. in summa, titu. de decimis. §. et vtrum, sub. §. vij. queritur. versi. magistri vero canonū &c. in decimis nō personalibus, pro quo allegat autoritates diuine legis ex veteri testamento decerptas, ac etiam priscorum patrum, et ius canonicū, vt ibi videri potest. Etiā quod decime integraliter soluende sint, tenuit gl. in c. in aliquibus, de deci. et in c. j. eo. ti. in vj. Ex quo infertur quod intentio reuerēdi patris domini prioris prioratus de Romolis in cā decimarum, quam mouit et prosequitur contra et aduersus vniuersitatē et homines eiusdem loci est de iure commum fundata: et ita solum restat videre, an parte dictorum vniuersitatis et hominum aliquid propositum extiterit, et probatum, per quod se tueri et defendere valeāt aduersus eosdem priorem et prioratum, quominus teneantur ad integram solutionem decime racemorum, de qua impresentiarū agit. Et vt mihi videtur, dicti vniuersitas et homines in duabus eorum schedulis quarum prima inserta est fo. 39. exordiens, Actor vniuersitatis &c. et scdā fo. 52. exordiens, Addēdo titulis &c. effectualiter solum opponūt de tribus: scilicet, de transactione, seu cōpositione celebrata et inita super solutione decime racemorum per et inter venerabilem quondam virum do. Nicolaum ex comitibus vintiuulij, tunc priorem eiusdē prioratus ex vna parte, et dictos vniuersitatem et homines, seu quosdam particulares ab eis facultatem et mandatum habentes ex alia et hoc de anno domini cccclij. et die. xviij. mensis Maij: necnon etiam de consuetudine non soluendi decimam racemorum, nisi ad rationem vnius oneris seu saumate trium quintalium pro quartariata vinee: et de cōcessione, seu priuilegio apostolico, super quib' insistere oportet. Et primo decreui insistere super articulo cōsuetudinis quaten' deducta est in dicta prima schedula: sup qua dico, quod illa etiam si pbata extitisset prout deducta est quod videre non potui cū nō habeam testium depositiones nō suffragaretur prefatis vniuer
2 sitati et hominib'. † Tum quia esto quod testes sup articulis illi' prime schedule producti et examinati dicerent articulos huiusmodi esse veros: non tamen probarent consuetudinem prescriptā pro eo quia esto quod vniuersitas et homines consueuissent dūtaxat a duobus annis soluere decimam racemorū prout in articulis non essent articuli per dicta testium pro eis deponentiū verificati per id quod not. Hostien. et Jo. and. in nouel. in c. licet super verbo. Et sequitur ibi Panor. et alij de proba. Bartolus in l. celsus. versi. videndum est quid si in libello dicatur &c. de vsu capio. Bald. in l. falsus, in tertia oppo. versic. sed quid si ipse &c. C. de fur. et in l. iudicia versi. sed nunquid: ibi idem si dicat &c. C. de rei vendicatione. et Allexander de Jmol. consilio. cx. exordien
3 te, Visis actis in primo volumine. † Tum et quia non potest introduci per consuetudinem, quominus integre decime saltem prediales soluantur: nisi illa esset per papam approbata, vt sentit Inn. in d. c. fi. de parochijs. glo. Inno. et doct. in alleg. c. in aliquibus. et Host. in dicto sub. §. septimo queritur. vers. si vero vis defendere te per consuetudinem &c.

4 † Quo vero ad id quod opponitur, de concessione seu priuilegio apostolico, dico et respondeo quod, vbi appareret de concessione seu priuilegio huiusmodi, nulla superesset difficultas: sed quia de priuilegio huiusmodi non apparet, remanet in hoc puncto difficultas, an probata possessione et consuetudine soluendi, prout optime deducta est in secūdo et sequentibus articulis dicte secunde schedule exordientis, Addendo &c. debeat presumi pro dicto priuilegio, seu concessione apostolica, quod prima facie videtur, per theoricam quam ponit gl. Bar. Flori. et doc. in l. seruitutes. ff. de seruitu. Bar. Fulg. Flori. et doct. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Bart. et Joan. de imo. in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arc. Joan. and. Anto. de but. et Panor. in cap. peruenit. de censi. Ange. areti. in §. eque. versi. cautela tamen singularis est quod tu debes allegare titulum &c. insti. de actio. et alij multi in locis multis. Sed nō obstante theorica huiusmodi ego, sub correctione tamen cuiuslibet alterius melius sentiētis, putarem quod hec non prosint vniuersitati et hominibus prefatis. Tum quia, cum vniuersitas et homines prefati sint laici, non possunt dici fuisse in possessione &c. c. causam que. et quod ibi glo. et doct. de prescript. et Ant. de butr. in c. statuimus. de transactio.
5 † Tum et quia ad hoc, quod ex possessione presumatur titulus, oportet quod actus factus extiterit per ipsum allegantem ex illo titulo, et ex illa causa quam allegat. l. ad probationem. et l. neque natales. C. de probat. secundum Sali. in l. si certis annis. versi. quero dicitur quod decennalis &c. et clarius in questione vltima. C. de pact. et in d. l. cum de in rem verso, in prima et quarta questione. ff. de vsur. vbi idem voluit Bar. et Allex. de imo. in d. l. si certis annis. ibi, alias enim si soluisset simpliciter &c. et consil. cviij. exordiente, Super primo dubio. in secundo volu. et dicit Salic. in dicta. l. cum de in rem verso. hanc probationem esse difficilem: et quoad casum, de quo agitur, puto hoc non esse probatum, quinimo nec propositum, vt apparet ex inspectione dictarum schedularum.

Posset autem dubitari an vbi

deducta ⁊ probata extitisset illa pretensa consuetudo, ꝙ vniuersitas ⁊ homines loci de Romolis cōsueuerūt a tēpore de cuius contrario, vel initio hominū memoria non existit, ⁊ citra, soluere ꝓ vera ⁊ integra decima vnā saumatā racemorū triū quintaliū pro singula quartariata vinee, ⁊ quod aliquādo ⁊ sepe istud cedat ⁊ cedere consueuerit in commodū ⁊ vtilitatem prioratus, ꝗ̄dicti, dicta cōsuetudo valuerit ⁊ valeat, vt verbi gratia. Ponamus in facto, quod tamen non est probatum, quinimo nec ꝓpositum, ꝙ id, quod idem prioratus, ⁊ priores illius percipere possint ⁊ percipere potuerunt de racemis singule quartariate non ascendat ad dictam saumatam trium quintalium seu valorem illius an hoc presupposito ⁊ probato valeret cōsuetudo huiusmodi: super quo articulo, ꝗ̄uis ex superfluo cū de hoc nihil
6 propositum extiterit, respondeo ꝙ non: † qꝛ nulla cōsuetudo suffragatur vel prodest, quominus decima saltem predialis, de qua pro nunc contenditur, soluatur cum integritate, vt sentit Inn. in. d. c. in aliquibus, de deci. pro quo allegat. c. quicunqꝫ. xvi. questione. vij. ⁊ c. cum homines, de deci. Idem voluit glo. in. d. c. cū aliquibus: ⁊ hoc nisi cōsuetudo huiusmodi approbata esset a papa.
7 † Et mouetur, quia non valet consuetudo que absqꝫ mortali peccato seruari non potest quantacunqꝫ longa existat. c. fi. de prescrip. Idem voluit Hostien. in. d. c. in aliquibus, super verbo, contradictione; vbi subaudit scilicet moris vel cōsuetudinis que in talibus, vt dicit, laicum non excusat, quantūcunqꝫ etiam ab imperatore priuilegiatus existat, vt legitur ⁊ nota per eundē Hostien. in. c. a nobis. ⁊. c. tua. de deci. ⁊ idem etiā voluit ipse Hostien. super verbo, cum integritate: vbi declarans tex. subiecit: quasi dicat, non solum non valet cōsuetudo ne aliquid pro decima detur, sed nec valet cōsuetudo ꝙ detur minus decima parte adijciens propterea videri reprobari per ecclesiam generalem,
8 † que errare nō potest. c. a recta fide. xxiiij. questione. j. opinionē magistri sententiarum Petri lombardi, qui scripsit preceptum de deci. esse mixtum, partim videlicet morale, vt decima, hoc est, aliquid pro decima detur, ⁊ sic ꝙ quo ad hoc nulla consuetudine tollatur: ⁊ partim cerimoniale, quantum ad hoc, videlicet quod pars decima detur, ⁊ sic quo ad hoc prescribatur, seu contraria cōsuetudine tollatur. Est enim capitulum seu cōsuetudo huiusmodi cōsilij generalis ⁊ pape Gregorij noni: ꝙ nunꝗ̄ tam signāter dixisset in eodem. c. respōso primo ſm suos ritus ⁊ de more, vt defraudantes ⁊c. que omnia verba sonant iudicium. c. fin. de baptis. c. cum secundum, ⁊. c. quod translationem. de tempo. ordinan. ⁊ etiam non dixisset cum integritate, nisi opinionē, de qua
9 supra, reprobare intenderet. † Est enim cōsideranda verbi significatio. l. labeo, ante fi. ff. de supelle. lega. que etiam aliquid operari debet. c. ad audientiam, ⁊ quod ibi Hostien. de deci. Quod etiam cōsuetudo non suffragetur quominus soluatur decima cū integritate, sensit gl. in. c. j. de deci. in sexto. vbi etiam reprehendit opiniones theologorum. Et idem fuit de mente Inn. in. d. c. fi. de parochijs: vel ſm alios, super rubrica, de deci. Et Hostiē. in summa, tit. de deci. §. ⁊ vtrum. sub. §. septimo. vbi plene. Pro quibus facit, quia cum, vt predixi ⁊ probaui, decima saltem predialis sit in ꝓcepto, ⁊ de iure cū integritate solui debeat. d. c. quicunqꝫ. xvj. questione. vij. c. cū homines, ⁊. c. in aliquibus. cū suis simili. de deci. si qui sint qui dicere velint contrarium, illi debent allegare casum expressum, per id quod in simili voluit Jo. and. in. c. salubriter, de vsuris. Ex quibus infero consuetudinē allegatam per Vincentium, prout refert, ⁊ quam sub verbo forte approbat Joan. and. in. d. c. ne aliquibus, de deci. nō valere. Et ꝗ̄uis Panor. ibi dicat se nō reperire opinionem huiusmodi per aliquem reprobatam: videtur tamen, salua reuerentia tanti doctoris, ꝙ imo illa reperiatur reprobata fere ab omnib⁹. Et primo quidem per Inn. in. d. c. in aliquibus: qui licet viderit Vincen. vtpote priorem; dicit tamen ibidem, in eo autē ꝙ nō soluantur decime, vel ꝙ soluatur minus decima nulla cōsuetudo valet vbi attendo ꝙ dixerit nulla, qꝛ si hoc verū est ꝙ nulla cōsuetudo valeat ergo nec hec, quam Vincen. allegat. ⁊ idem voluit ibi Hostien. in verbo, cōtradictione, vt ꝓdixi, subaudit moris vel cōsuetudinis, qꝛ hec equipollet vniuersali, ꝑ ea que no. gl. in. c. vt circa, de elec. ⁊ Bart. in. l. si pluribus. ff. de leg. Et perinde est acsi dictū esset ꝙ, cōtradictione cuiuslibet moris vel cōsuetudinis non obstante, ecclesijs decimas cum integritate persoluant. Puto preterea ꝙ gl. vtpote Vincentio posterior, etiam eū viderit, quē sepissime refert ⁊ allegat, ⁊ tamen dicit consuetudinē nō valere. Preterea ꝓsupposito ꝙ dicta pretēsa cōsuetudo valeret: illa tñ nō prodesset. alio non apparente, vel deducto, prefatis vniuersitati ⁊ hominibus: qꝛ, vt apparet ex eo qđ dicit Panor. in. d. c. in aliquibus, validitas illius pretense cōsuetudinis fundatur super incertitudine, vt quia ecclesia se potest habere ad lucrū ⁊ ad dāpnum, de qua incertitudine seu etiam illius deductione nō apparet. Esto igitur ꝙ nunc pertinenter allegaretur ⁊ probaret consuetudo huiusmodi, illa tamen nō videretur sufficientr suffragari prefatis vniuersitati ⁊ hominibus.

10 † Quo vero ad id quod de compositione opponitur, an videlicet illa valuerit: dico ⁊ respondeo ꝙ vbi compositio huiusmodi fuisset autorizata per papam, non esset dubium. Et in hoc conueniunt glo. ⁊ scribentes in. c. statuimus, de transactio. Et idem forte dici posset, si cōpositio huiusmodi facta fuisset in vtilitatem dicti prioratus, ⁊ de autoritate domini episcopi diecesis, infra quā idem prioratus existit, vt voluit gl. ⁊ post eam Hosti. Jo. and. in nouel. ⁊ Anto. de but. ⁊ idē voluit ibi Panor. eo casu, quo compositio huiusmodi fuisset facta super iure dubio dicti prioratus: vt quia forte tempore illius opponebatur de aliquo parte dictorū vniuersitatis ⁊ hominum propter quod dubiū erat an decima racemorū ex integro deberetur, vel reducta extitisset. Et idem putarē si dominus Abbas venerabilis monasterij Liriniēsis esset exemptus. ⁊ dict⁹ prioratus eidē pleno iure subijceretur, per id quod voluit Hosti. in. c. cū ⁊ plantare, de priuile. ⁊ gl. in cle. j. super verbo, ꝓprij, de reb⁹. eccle. nō aliena. Antonius de butr. in. d. c. statuim⁹. De materia compositionis, in. c. statuimus, de trāsactionibus, vide per doct.

Argumentum.

Debitor obligatus, non obstante arresto pecuniarum a minore magistratu antea facto, in vi statuti Delphinalis ad solutionem vrgetur cum expensis. V. F.

1 Literas compulsorias, non obstante facto arresto de summa, an quis possit obtinere, vt sibi soluatur in vim statuti Delphinalis, ⁊ contra illas obstare possit citra condemnationē expensarum.

2 Authoritas superioris cuiuscunqꝫ ab omni iuramento semper presumitur excepta, quod etiam procedit in omni pacto ⁊ conuentione.

3 Judicis iussus debet excusare a periurio, ⁊ ab omni pena, et a mora.

4 Jurans soluere in termino non est periurus, si iudex interdixerit ne solueret.

5 Litigandi iusta causa a condemnatione expensarum.

6 Precise cum expensis super compulsorijs, nō obstantibus saisinis per quācunqꝫ curiā factis, cum ꝑ statutum Delphinatus et eius parlamentum concessis.

Ut li. pend. Consi. cxvij.



Vidi casum mihi exhibitum ⁊ traditum parte vniuersitatis ⁊ hominum loci Petrelate, cum schedula, seu iuriū allegationibus ⁊ alijs scripturis mihi transmissis ⁊ delatis ⁊c. vt mihi videtur, dubiū stat in hoc, an non obstante arresto, quod fecisse dicitur honorabilis vir Antonius robini, locūtenens nobilis viri domini castellani Petrelate. potuerit ⁊ de iure debuerit Mattheus asterij obtinere literas precisas cōtra dominos syndicos loci predicti Petrelate, de ⁊ pro summa in literis cōpulsorijs parte eiusdē Asterij impetratis latius mentionata.
1 † Et quidem nisi esset statutum Delphinale de literis cōpulsorijs ⁊ precisis ⁊c. in casu predicto latius mētionatū ego satis putarem prefatos dominos syndicos habuisse iustam causam recusandi soluere eidem Asterij pecunias ꝑ eū sibi solui postulatas: nisi pri⁹ sublato arresto seu saisina, de qua in casu ⁊ ꝓpterea eos non debuisse cōdemnari. presertim in expensis, pro eo quia regu
2 la est, † ꝙ ab omni iuramēto intelligitur semp excepta superioris autoritas. c. venientes, ⁊ quod ibi docto. de iureiuran. l. imperatores, in principio. ff. ad municip. gl. ⁊ docto. in. c. constitutus, de rescrip. gl. in. c. de forma. xxij. q. v. ⁊ nedum intelligit de autoritate pape vel imperatoris, sꝫ de autoritate cuiuslibet superioris, ſm Panor. in dicto. c. venientes. docto. in dicto. capit. constitutus, ⁊ Pau. de cast. in. l. in operis. ff. loca. ⁊ quod dixi de iuramento eodē modo dico, ꝙ in omni pacto ⁊ conuētione semp intelligit excepta autoritas cuiuslibet superioris, ꝑ id ꝙ voluit gl. penult. ⁊ qđ ibi Heini. in. c. ꝗ cōtra maiores. di. viij. Preterea
3 facit, ꝑ premissis, † quia iussus iudicis debet excusare a periurio ⁊ ab omni pena. l. iuste possidet, vbi glo. ⁊ docto. ff. de acqui. poss. Etiam facit tex. in. l. fi. ff. de cōmissoria. quam Bald. reputat singularē in. c. fi. in fi. de sequestr. posses. ⁊ fruct. vbi est tex. ꝙ iussus iudicis vel superioris excusata mora. Postremo etiam facit ꝙ voluit

voluit Hostien.in summa, titu.de iureiur.§.quod species.versi.
4 Item si iuro.vbi dicit† quod qui iurauit soluere in termino,nõ
est piurus,si iudex interdixerit ne solueret,quod sequitur Ar⸗
chid.in.c.dixit dominus.xiiij.q.v.Ex quibus aperte infertur,
vt opinor,quod cessante statuto,p̃fati syndici inhibiti ne solue⸗
rent non viderentur morosi,nec deberent dici temerarij litiga
5 tores,ergo nec condẽnari debuerant in expensis,† quia iusta cã
litigandi a condemnatione excusat expensaruz,pro quo allegas
se sufficiat quod voluit Barto.consilio mihi.xxv. exordiente,
Andrutiolus egit contra Paulutiũ.Baldus consilio.lxxxiiij.
exordiente,Verba libelli ⁊c.in prima parte.Pet.de ancha.con⸗
silio mihi.clxxxij.exordiente,Videretur prima facie dicendum
primam sententiam ⁊c.

Sed quia superest Delphina

le statutum,de quo in casu:p quod,quibusdam exceptis,regula
riter ꝓhibetur obligatus vel submissus,⁊ de cuius obligatione
vel submissione apparet per publicum instrumentuz,opponere
peremptorias exceptiones,vt ponitur in casu,de quibus etiam
ponit do.Gui.pa.decisione.ccix.exordiente,In statuto Delphi
nali sub rubr.⁊c.est maius dubium an eo non obstante possit de⸗
bitor,in cuius manibus debitũ est arrestatum vel saisitum,op⸗
ponere de saisina,super quo dicit idẽ dominus Guili.deci.cccxl.
exordiente, Nõ dz quis ⁊c.⁊ plenius deci.ccx.exordiẽte.Anno,
6 dñi.M.cccc.⁊c.† vbi refert fuisse conclusum per dominos ma⸗
gnifici Delphinalis parlamenti,ꝙ saisine non deberẽt impedi⸗
re concessionẽ precisarũ,⁊ ꝙ ex tunc in antea in curia parlamẽti
concederentur p̃cise cum expẽsis super compulsorijs,nõ obstan
tibus saisinis per quancunq; curiam factis:attento quod de iu
re tales saisine sunt regulariter ꝓhibite,nisi in casibus videlicet
quãdo debitor est magnus delusor seu baratator vel in fuga,vel
est prodigus,vel propter inopiam.Et si ista verba,nisi in casib⁹
⁊c.essent verba conclusionis dicti magnifici parlamẽti,satis pu
tarẽ ꝙ prefati sindici Petrelate condẽnari non debuerint,si ta⸗
men articuli descripti in schedula,cui⁹ copia mihi missa est,pro⸗
bati extiterint:si vero sint verba eiusdẽ do.Guid.⁊ sic doctoris
tunc videretur maius dubium,attamẽ adhuc crederẽ isto casu:
si articuli predicti ꝓbati extiterint,ꝙ arrestum fuerit iustum ⁊
saisina licita,si tamẽ syndici cauerint iuxta morem ⁊c.⁊ sic quod
non debuerint condemnari,⁊ presertim in expensis.

¶ Argumentum.

¶ Hic se diffundit,vt pro diuite ecclesiastico:qui, et si peroptet
bona tamen ecclesie alienare non potest,nisi in expressis casibus
a iure ⁊ solennitatibus seruatis. V. F.

1 ¶ Alienatio rerum ⁊ bonorum immobilium ecclesie an ⁊ quan
do prohibita.numero.5.Et quid in rebus hospitalium.numero
6.11.7.12.
2 Defectus forme semp inducit nullitatem actus.
3 Alienatio est nulla in casu illicito,⁊ non seruata forma.
4 Cõsensus ecclesiasticorum in alienatione nõ dicitur legitimus,
nisi interponatur in casu licito.
7 Dicentis verbo quando non statur.
8 Prelatis ꝓhibitum est de iure res ecclesie de nouo concedere in
feudum.
9 Cõcessio quando presumatur fraudulenta.
10 Verba enuntiatiua non probant inter eo,qui non possunt libe⸗
re disponere.
13 Cõtractus illicitus nũq̃ obstat ecclesie quin possit sibi fieri rein
tegratio possessionis.
14 Hierosolymitanorum bona immobilia alienari per quos in⸗
terdicta.
15 Princeps est lex corporea simul ⁊ animata in terris.
16 Paria sunt lex prohibet,⁊ princeps prohibet.
17 Papa omnes mundi principes excedit ⁊ precedit.
18 Quicquid est contra decretum pape irritans,est regulariter
nullum.
19 Res alienari ꝓhibite non videntur posse prescribi.

¶ De sacrosan.eccle. Consi.cxviij.

1 

Lienatio † rerum ⁊ bo⸗
norum immobilium ecclesie est regulariter pro⸗
hibita.Iubemus.C.de sacrosan.eccle.aut.de non
alienan.reb.eccl.colla.ij.c.j.si qui presbyterorum
c.nulli.de rebus eccle.non alienan:not.gl.xij.q.ij.
in summa Goffre.in summa titu.de rebus eccl.circa principiũ.
⁊ Hostiẽ.in summa.eo.tit.§.q̃ res.Et licet alienatio huiusmodi
permittatur in quatuor casibus no.per gl.⁊ Goffre.in locis pre
allegatis,per Hostien.in summa,titu.de rebus eccl.non alienã.
§.⁊ quibus ex causis.⁊ per Panor.in.d.c.nulli.si tamen aliena⸗
tio fiat etiam in casibus huiusmodi vel eorum altero,nõ obser⸗
uata iuris solennitate,de qua in.c.sine exceptione.illa est nulla,
2 † qr defectus forme semper inducit nullitatem actus,qr forma
dat esse rei.c.tua,de his que fiunt prela.sine consen.c.⁊.d.c.sine
exceptione,quod etiam voluit gl.in summa.⁊ loco superius alle
gato.⁊ Panormi.in.d.c.nulli:⁊ ꝙ isto casu sit nulla.etiam si con
ditio ecclesie esset facta melior,tenuerunt Iaco.but.Albericus
Barto.Bald.Angel.Fulgo.Paul. de cast.⁊ cõmuniter omnes
in.l.cum hi.§.eam.ff.de transactio.Et alienatio rei ecclesiastice
facta in casu non permisso est nulla,etiam si in ea obseruata exti
terit iuris solennitas,vt voluit gl.quam docto.tam antiqui q̃
moderni communiter sequũtur,in.c.j.de in integrũ restit.Pro
quo Ioan.calde.adducit text.in cle.j.de re.eccle.non alie.vbi de
3 ciditur† ꝙ non valet alienatio,nisi fiat in casu licito,⁊ seruet̃ for
ma.ad idem facit tex.dicti.c.sine exceptione.vbi dicitur ꝙ prela
tus debet eligere id quod est profuturum ecclesie.ad idem.c.que
in ecclesiarum,de constitu.⁊.c.si.de re.eccle.non alie.vbi dicitur
ꝙ in alienatione debet interuenire legitimus consensus perso⸗
4 narum ecclesiasticarum,† qui non dicitur legitimus,nisi inter⸗
ponatur in casu licito:etiam facit pro hac opinione,qr vt predi⸗
xi.alienatio rei ecclesie est a iure prohibita,ergo illa est nulla,si
fiat in casu non concesso.l.non dubiuz.C.de legi.⁊ in regula,que
contra ius.de regulis iuris in.vj.Pro quo facit qđ voluit Bar
to.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.⁊ And.sicu.in repe⸗
titio.c.raynaldus,charta mihi.xvij.ver.aggredior, secundum
membrum distinctionis,videlicet quando alienatio prohibetur
a lege ⁊c.de testa.Et hanc opinionem tenet Archidia.⁊ Ioan.
andr.in.c.ij.de re.ecclesi.non alienan.in sexto.Panormi.in.d.c.
nulli.⁊.c.de in integrum restitu.q̃uis glo.xij.q.ij.in summa te⸗
5 nuerit contrarium,⁊ non bene per predicta.† Ad hoc igitur vt
res ecclesie immobiles efficaciter alienari valeant,opus est qđ
alienatio huiusmodi fiat in casu permisso,⁊ ꝙ in ea obseruetur
iuris solennitas.de qua in.d.c.sine exceptione.⁊ in. c.dudum.de
rebus eccl.nõ alie.in.vj. Et quod dixi de alienatione rerum im⸗
6 mobilium ecclesie,† procedit etiam in alienatione rerum hospi⸗
talis.vt not.Ant.de but.Io.de imo.⁊ Panor.in.d.c.nulli.Bal.
in authentica,hoc ius porrectum.C.de sacrosanctis ecclesi.⁊ po⸗
nit Alex.de imo.multas remissiones,etiam ad bonos tex.consi⸗
lio.ix.exordiente, Visis dicto themate vna cum instrumento ⁊c.
in secundo volumine,⁊ consi.iiij.exordiente,Viso processu cause
vertentis ⁊c.in tertio volu.

Cum igitur ex processu cause

cepte ⁊ pendentis indecise per ⁊ inter magnificum ⁊ strenuum
militem dominum fratrem Melchiorem costa ordinis sancti
Ioannis Hierosolymitani preceptorem Niciensem, actorem ex
vna parte,⁊ syndicos seu vniuersitatem de Bisoto ream ex alia,
non appareat quoddam pretẽsum accapitum,seu concessionem
in emphyteusim olim eidem vniuersitati factam de toto ⁊ quo⸗
cunque membro dicti loci de Bisoto ad preceptoriam Nicisie
quouismodo pertinente,vna cum omnibus ⁊ quibuscũque ter⸗
ris cultis, incultis, ⁊ alijs plenius declaratis ⁊ expressis in in⸗
strumento de ⁊ super concessione huiusmodi confecto, fuisse fa⸗
ctam in casu permisso,aut etiam in ea extitisse obseruatam solen
nitatem de iure requisitam,palam infertur ex predictis conces⸗
sionem huiusmodi non valuisse. Nec dicat aliquis, ꝙ imo con⸗
cessio huiusmodi facta extiterit in casu licito ⁊ permisso,cum,vt
Ponitur in facto qd cū nobilis quondam vir Ysnardus pictauini, habitator Tarasconis teneret et deberet nobili quondam viro Roberto crispini genero suo, etiaꝫ habitatori Tarasconis summam mille florenorum monete currentis in tarascone, ex causa reste dotis ipsi nobili roberto per ipsum nobilē Ysnardum constitute, pro et nomine nobilis Simonete ipsius Ysnardi filie naturalis et legitime ab vna parte. et ab alia parte, summam quingentorum sexagintaduorum florenorum eiusdem monete, tam ratione mutui per ipsum nobilem

lem Robertum dicto Ysnardo facti, quam finalium compoti, conclusionis, & concordie inter eosdem Ysnardum & Robertum factarum, de & super ac etiam pro omnibus vniuersis & singulis pecuniarum summis quātitatibus in, de, & pro quibus ipsi Ysnardus & Robertus, vnus videlicet alteri, & econtra, tenebatur & teneri poterat conuentione siue instrumentis, notis, apodexis, aut alijs scripturis publicis, seu priuatis, aut alias quoquomodo, ac quibusuis iure, ratione, occasione, titu. seu causa, vsq; in annum domini Millesimum. cccclvi. & diem vicesimam tertiam mensis Aprilis. Idē nobilis Ysnardus gratis, spōte & ex eius certa sciētia, anno, mense & die predictis pro summis predictis mille quingentorum septuagintaduorum florenorum tradidit & assignauit dicto nobili Roberto presenti & stipulanti pro se & suis heredibus, in pignore ac nomine & loco pignoris, seu gagerie oppida seu loca Māsi albi, & turris, de Cauilhaco ipsius nobilis Ysnardi, sita inter territoria dicte ville Tarasconis, & sancti Remigij, cū eorum iurisdictionibus, territorijs, districtibus, & alijs instrumento super his confecto latius mentionatis, tenenda per ipsum robertum & suos, ad suam, & suorum omnimodam vtilitatē, & absq; eo q fructus per eum, vel suos percipiendi & habēdi quoquomodo in sortem modo aliquo computarentur, quinimo pro oneribus matrimonij dictorum Roberti & Symonete per eundem Robertum melius supportandis, & dotis interesse euitandis, & hoc vsque ad integralem solutionem dictorum mille quingentorum & sexagintaduorum florenorum: quam satisfactionem voluit idem Ysnardus se facere teneri & debere illinc ad tres annos completos & reuolutos, alias ipsis tribus annis resolutis dicto Roberto venditionem puram facere de oppidis, seu locis prementionatis pro pretio dictorum mille quingentorum & sexagintaduorum florenorum, francorum dicto Ysnardo a solutione laudimij & trezeni. ¶ Deinde vero anno domini Millesimo. cccclix. & die. xix. mensis Iulij, & sic reuolutis dictis tribus annis, prefatus nobilis Ysnardus non coactus, non deceptus, sed gratis spōte & eius certa scientia & spōtanea voluntate, per se & suos heredes, in obseruantiam & executionem predictorum vendidit, & insolutum dedit, & tradidit dicto nobili Roberto presenti, stipulanti, & ementi pro se & suis heredibus Mansum, & Turrim, de quibus supra, cum suis pertinentijs, & iuribus, & alijs in instrumento de & super venditione, & in solutum datiōe huiusmodi confecto plenius mentionatis, quadam vinea excepta, pro pretio & nomine pretij dictorum mille quingentorum. lxij. florenorū. Uerum si Mansus, Turris & alia predicta plus tunc valerent pretio supra dicto, aut extunc in antea illa plus valere contingeret, idem nobilis Ysnardus per se & suos illud totum plus valēs quodcunq; esset, aut quātūcūq; postea extitisset, etiam si esset vel postea extitisset duplum, triplum, quadruplum, aut amplius, dedit & donauit dicto nobili Roberto donatione pura, mera, simplici & irreuocabili, que fit & fieri dicitur inter viuos: iurauit etiam venditionē & in solutum dationem huiusmodi tenere, attendere, & inuiolabiliter obseruare, & non contrauenire &c. sub cuius iuramenti virtute renuntiauit dictis iuribus, & inter alia iuri dicenti venditionem & in solutum dationē, in qua interuenit deceptio vltra dimidium iusti pretij debere rescindi, aut agi posse ad supplementum iusti pretij. Ex quo casu satis prolixo oriuntur dubia sequentia. ¶ Primum an, quo ad summam predictam quingentorum & sexagintaduorum florenorum, pretendi possit eam non fuisse debitam per dictum quondam nobilem Ysnardum ipsi nobili Roberto. supposito q de ea non constet, nisi per narrationē de illa factam in predictis instrumentis. ¶ Secundū, an pactū factū tpe pignorationis, de qua supra, scilicet q fructus percipiēdi per dictum nobilem Robertum, vel suos ex Manso, turri, et alijs predictis non deberent in sortem imputari, sed cederent pro supportatione onerum matrimonij dictorum nobilium Roberti & simonete, valuerit & valeat. ¶ Tertium, an venditio, & in solutum datio postea facte de Manso, turri, & alijs predictis de iure valuerint & valeant. ¶ Quartum, an illa possit rescindi ex capite lesionis, supposito q in illis idē nobilis Ysnardus deceptus extitisset vltra dimidiam iusti pretij.

Uiso casu predicto & dubijs ex

eo elicitis, dico & respondeo ad quesita huiusmodi prout infra. Et primo ad primum, q cum de dictis quingentis & sexagintaduobus florenis, & ex quibus causis deberentur fuerit narratiue
1 vel enuntiatiue facta expressa mentio, † huiusmodi verba narratiua inter partes contrahentes probant. l. optimam, & quod ibi Iaco. Butri. & docto. C. de contrahen. & committen. stipula. & qd not. Inno. in. c. cum in iure, de offi. delega. quod etiā voluit pet. de ancha. consilio. clxxix. exordiente, Prima facie videtur dicendum &c. Minus enim indignum esse indicamus, vt quod sua quisq; voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere. l. generaliter, in fi. C. de non numer. pecunia, & c. per tuas, de proba. Quod presertim procedere debet in hoc casu, in quo non solum facta est narratio huiusmodi tempore dicte facte pignorationis, & sic semel: sed etiam tempore fa-
2 cte venditionis de Manso, turri, & alijs predictis: † que reiteratio seu verba enuntiatiua, quia fuerunt geminata induxerunt dispositionem, vt apparet ex his que no. Bar. Io. de pla. & docto. in l. cum scimus. C. de agrico. & censi. lib. xj. Roma. cōsi. cccc. exordiē. In casu proposite consultationis &c. & in. l. gerit. ff. de acqui. here. & Iason de may. in. §. in personam, col. xj. institu. de actio. & in l. j. col. mihi. vi. ver. vnde verba enuntiatiua &c. C. de sacrosan. eccle. & quod voluit Panormi. in. c. si cautio, de fide instrumento. et in repeti. c. p tuas, col. ix. de arbi. Paul. de castro in. l. ex hac scriptura. ff. de dona.

Nec opponat aliquis q licet per

huiuscemodi verba enuntiatiua, seu narratiua censeri debeat idē quondam nobilis Ysnardus fuisse confessus se teneri eidem nobili Robertō in dicta summa quingentorum et. lxij. florenorum: potuerit nihilomin⁹ ipe nobilis Ysnardus, saltē quo ad mutuū
3 opponere exceptionem non numerate pecunie. Quoniam respōdeo q hoc non obstat. Tum quia lapsum est biennium a tempore confessionis huiusmodi, infra quod opponi debuisset. l. in contractibus, in prin. C. de non numera. pecu. Tum & quia post primam confessionem, quam fecisse censetur dictus nobilis Ysnardus tempore facte pignorationis de predictis, vt predixi, fecit postea aliam ex internallo duorum annorum, & fere trium mensiū non igitur postea potuit opponere dictam exceptionem. l. cum fidem, & quod ibi doc. C. de non numera. pecu. & quēadmodum non potuit ipse nobilis Ysnardus de ea opponere, ita nec potest eius heres, cum censeatur eadem persona. auth. de iureiuran. a moriē. presti. colla. v. Etiam nec opponat aliquis & dicat. q verba narratiua, de quibus supra, & confessio per ea facta, quatenus confessio huiusmodi concernit id, quod deberi dicebatur ratione & ex causa finalium compoti, conclusionis, & cōcordie factarū inter ipsos quondam nobiles Ysnardum & Rubertū, nō valuerit, quasi nuda ab insertione cause. l. nuda ratio, secundum lecturam glo. ff. de dona. Quoniam respondeo q imo valuit, vtpote habens causam annexam, per id quod voluit Sali. in. l. j. col. ij. versi. sed iuxta predicta quero &c. C. de confes. pro quo allegat. l. publia, ver. item ex ratione patris. ff. de depo. & l. cum seruus. ff. de conditio. & demonst. & idem voluit Io. Pet. ferra. in sua practica, ti. for. libel. ad compellē. serua. transac. super verbo, discussis rationibus. & idē fuit de mente Fran. de Are. in. l. triticum. col. ij. post medium, versi. et
4 adde quod diximus. ff. de verbo. obli. † standum est enim calculo, si error non probetur. l. j. C. de erro. calcu.

Ad secundum quesitū dico &

respondeo, q dictum pactum valuit, & q propterea prefati nobiles Federicus & Iulianus non tenentur imputare in sortem dotis predicte fructus per dictum quondam nobilem Robertum perceptos, & leuatos ex Manso, & alijs bonis superius mētionatis, si quos perceperit durante matrimonio, de quo supra: q: nec illos imputare tenebatur idem quondam Robertus, cum suos fecerit propter onera matrimonij, que pro tempore sustinui. c. salubriter, & quod ibi Inno. Hosti. Io. an. Panor. & Io. de ana. de vsur. Bar. & Ioan. de Imo. in. l. in insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimonio. Ange. are. & doc. in. §. fuerant, instit. de actio. & Hostiē. in summa, titu. de vsur. §. an aliquo casu, versi. sexto quādo socer. &c. de vsuris. Et istud non habet dubium: nisi forte quis dixerit, q Mansus, turris, & alia predicta non solum fuerunt obligata, & pignori data pro dictis mille florenis, sed & pro dictis quingētis sexaginta & duobus florenis: quo fit vt fructus ex dictis rebus percepti, quatenus concernunt summam predictam quingentorum & sexagintaduorum florenorum, debuerint & debeant hanc summam de iure diminuere. l. j. & ij. C. de pignor. actio. & c. j. cum suis simili. de vsur. sed istud non obstat, quia licet bona predicta obligata & pignori data extiterint pro dictis summis mille florenorum ex vna parte, ac quingentorum & lxij. florenorum ex alia: nō est tñ dictū q pretextu retardationis solutionis summarū hmōi idē Robertus faceret fructus suos, sz pretextu supportationis
5 onerū matrimonij de quo supra, † hmōi aūt onera multa sunt. no. glo. in. l. pro oneribus. C. de iure do. & ad que plerunq; non sufficiunt fructus dotis, vel qui percipiūtur ex re pignori data. dicto c. salubriter. & no. Hostien. in dicto. §. an aliquo casu, versic. sexto quando socer &c. vbi etiam dicit quod vbi dos est, ibi & onera matrimonij. dicta. l. pro oneribus. C. de iure do. nec videtur hic fuisse excessus, si pp̄ter retardatam solutionem mille florenorū, qui debebantur pro resta dotis, & pro oneribus dicti matrimonij interim supportandis, conuētum extiterit quod idē Robertus nō

teneretur imputare in sortem dotis fructus interim percipiendos, qui vno anno alium supportante non ascendunt ad triginta
6 ta florenos.† Illi enim, vt dicit Jo. and. ⁊ post eum alij doctores in. d. c. salubriter. subijciuntur diuino iudicio: et ideo aliquando percipiuntur plures, aliquando pauciores, aliquando nulli, vt etiam videmus per experientiam.

Ad tertium dico ⁊ respondeo

venditionem, de qua supra, seu in solutum dationem, que vicem venditionis obtinet. l. si predium. C. de euictio. valuisse, ⁊ de iure valere: est enim quilibet moderator rei sue. l. in re mādata. C. mā da. l. dudum. C. de contrahen. emptione ⁊ venditio. l. generaliter. §. fina. ⁊ l. hac edictali. §. fina. C. de secundis nuptijs. l. paula. C. de his quib. vt indig. ⁊ c. de his. in fi. de sepul. not. Hostien. in summa, titu. de constitu. §. quando constitutio. versicul. si tangit ius
7 meum.† ⁊ est adeo quis rei sue moderator ⁊ arbiter, vt etiam possit re huiusmodi abuti. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. here. not. Jaco. rebuf. in. l. j. C. de fun. patrimo. lib. xj. Nec opponat aliquis aduersus venditionem, seu in solutum dationem huiusmo
8 di, q̄ illa non valuerit, † quasi in ea interuenerit pactū legis cōmissorie. vel quasi per pactuz huiusmodi facta extiterit, quod est in pignoribus reprobatum. l. fi. per totum titulum. C. de pac. pigno. ⁊ c. significante. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ doctores. de pigno. de quo Bar. ⁊ doctores in. l. calipodius. alias incipit quamuis. ff. de solu. et doc. in. l. quoniam. C. de pact. pigno. sed istud non obstat. Tum quia hic non fuit pactum legis commissorie: non enim, vt apparet ex forma contractus, fuerunt bona, de quibus supra, vendita dicto Roberto, vel sibi data in solutum pro summis, de quibus supra, in casum, in quem dicte summe eidem non soluerentur infra dictos tres annos. Tum ⁊ quia venditio, seu in solutum datio huiusmodi facte sunt ex interuallo dicte pignorationis, vt apparet ex casus narratione: quo casu non est improbatum pactum legis commissorie in pignoribus. l. ij. secundum vnam lecturam. C. de pac. pig. not. doctores in. d. c. significante. de pigno. Nec iterum opponat aliquis, q̄ tempore facte pignorationis, de qua supra, conuētum extiterit, q̄ lapsis predictis tribus annis dictus nobilis Ysnardus teneretur ⁊ deberet facere ipsi nobili Roberto de bonis predictis puram venditionem pro pretio dictorum mille quingentorum ⁊ sexagintaduorum florenorum, eidem Ysnardo Frācorum de laudimio ⁊ trezeno: quoniam respondeo q̄d istud non obstat, non enim propter hoc cēsetur tempore facte pi
9 gnorationis vendidisse: † quia aliud est facere promissionem de vendendo, aliud est vendere: sicut aliud est promittere donare, aliud est donare. l. in bone fidei. versi. si tamen, ⁊ quod ibi glos. ff. de eo quod certo loco. not. Jaco. Butr. ⁊ post eum Ange. in. l. j. C. de pact. pigno. Angelus consilio. clxxvi. exordiente, Ex forma ⁊ serie dictorū instrumētorū. Alleand. de Jmo. in. l. iulianus. §. offerri, col. ij. ff. de actio. emp. quod etiam voluit Fran. de Are. consil. xxviij. exordiēte, Diligenter animaduersis ⁊c. col. j. versi. j. q̄r ⁊c. post Bar. in. l. singularia. ff. si certū peta. Joan. fa. in. §. alie. versi. quid ergo si quis dicit ⁊c. insti. de dona. ⁊ alij in alijs locis. Nō tamen contendo super validitate vel inualiditate eiusdem pacti, q̄r nihil ad rem: sed dico q̄ illo pacto non obstante valuit venditio q̄ quidē facta fuit nō tempore illius, sed post per tres annos, ⁊ fere tres menses: eo presertim, quia illa iurata est, ⁊ iuramento firmata. ⁊ q̄ seruari potuit sine interitu salutis eterne: ergo seruari debet, per ea que ponunt docto. in. c. cum contingat. de iureiur. c. q̄uis pactum, de pac. in. vj. ⁊ auth. sacramēta puberū. C. si aduer.
10 vendi.† que secundum aliquos, procederent etiaz in pacto legis commissorie in pignoribus apposito. vt voluit Bar. in. l. seius et augerius. ff. ad leg. fal. ⁊ Bal. in. d. l. j. C. de pac. pigno. post Frederi. de senis in suis consilijs. verum quia Barto. ⁊ Bald. videtur alibi aliter sensisse, ego super hac ratione non insisto, quia etiam non est opus.

11 † Ad quartum dico ⁊ respon-

deo, quod non. Tum q̄r ipse iurauit, iuramentum vero excludit maiorem vigintiquinq̄ annis cuiusmodi puto tūc fuisse dictum nobilē Ysnardū, a beneficio dicte. l. ij. C. de rescin. vendi. vt no. gl, ⁊ doct. cōmuniter in. d. l. ij. glo. ⁊ doct. in. d. c. cum causa, de emptione ⁊ venditione. Tū ⁊ quia idem nobilis Ysnardus expresse renuntiauit remedio. d. l. quod facere potuit. l. si quis in conscribendo, cum suis simili. C. de pac. Tum ⁊ quia ipse nobilis Ysnardus non solum vendidit: sed etiam, si plus valerent res predicte dicto pretio mille quingentorū ⁊ lxij. florenorum, etiam si in duplo, triplo, aut quadruplo ⁊c. illud plus quantūcūq̄ esset dedit ⁊ donauit dicto nobili Roberto. tunc presenti, stipulanti solēniter, ⁊ recipienti pro se ⁊ suis, per quod etiam fuit exclusus idem nobilis Ysnardus a remedio. d. l. ij. vt voluit ibi Bal. in ver. septimo quero quid si in contractu ⁊c. Bart. ⁊ moderni in. l. si quis cū alter. ff. de verbo. obliga. ⁊ Angel. are. in. §. actionum, institu. de actio. ⁊ ita mihi videtur sub correctione ⁊c.

Argumentum.

Donatio a patre filie nupture facta omnino valet, maxime si cum iuramento ⁊ retento vsufructu fiat. V. F.

1 Donatio facta per patrem filio in potestate propter iuramentum fit valida.
2 Donate rei dominium ⁊ possessio transferuntur per retentionez vsufructus,
3 Actio absenti fauore liberalitatē exercentis quo casu queratur.
4 Verbum perueniat quod verbum sit.
5 Tantum est dicere trades post tuam mortem, sicut heredes tui tradent.
6 Verba sic debent intelligi vt res potius valeat q̄ pereat.
7 Donatio propter nuptias fieri potest, etiam post contractū matrimonium.
8 Donatio propter nuptias a quo fiat, ⁊ propter quos effectus.
9 Maritus in donatione propter nuptias percipit fructus, dominio penes vxorem remanente.

De dona. ante nupt. Consi. cxxxv.



Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Joannis bonifilij, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, vna cum instrumento publico pro verificatione dicti casus exhibito, dico et respondeo breuiter ⁊ succincte ad predicta dubia prout infra. Premittens pro faciliore solutione dubiorum huiusmodi, q̄ donatio, quam fecisse dicitur prouidus vir Giraudus oyoni honeste quondam mulieri Mabilie eius filie naturali ⁊ legitime, ⁊ tūc sponse future venerabilis ⁊ circunspecti viri domini Antonij de coderio in legibus baccalarij, fuit de iure valida ⁊ efficax, videlicet cum eadem Mabilia in ipsius Giraudi sui patris patria po
1 testate existeret, † ⁊ hoc contingit propter iuramentum per ipm patrem prestituz, vt voluit Bal. in. l. fi. ⁊ quod ibi Alex. de Jmo. in addi. C. de vsuca. pro dona. ⁊ idem Bal. in repeti. l. ij. ff. de iureiuran. ⁊ Alexan. in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ in consil. clvij. exordiente, Viso instrumento donationis ⁊c. col. vlti. in secūdo vol. ⁊ consilio. xx. exordiēte pōderatis his que in themate narrant ⁊c. col. j. in tertio volumine. ⁊ idez consuluit Bal. cōsilio mihi. cccl xv. exordiente, Premittendum est ad euidentiam quod donatio facta filio in potestate ⁊c. vbi allegat multas ⁊ elegantes rationes. idem etiaz consuluit Ambro. de vina. in quodā suo consilio exordiente, Pridem contractum fuit matrimonium per verba de futuro ⁊c. vbi etiam in versi. tertio aduertendum est q̄ iuramentū ⁊c. refert q̄ idem voluit Guliel. de monte lauduno in clemen. romani, de iureiuran. Bart. Aul. ⁊ Cato. in. l. si quis pro eo. ff. de fideius. ⁊ idem dicit videri tenendum Fran. de are. cōsi. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi recte ⁊c. ver. circa tertiū. Pro hoc possent allegari ⁊ induci multe ⁊ valide rationes allegate ⁊ inducte per doc. vbi supra, ⁊ in alijs locis: sed q̄r hoc non videtur necessarium, ego non insisto, eo presertim q̄r ista videtur esse hodie communis sententia tam scribentium in iure, q̄ etiam consulentium q̄uis Pau. de ca. senserit contrariū cōsi. mihi. cv. exordiēte, Circa bona que fuerunt dn̄i Alberti ⁊c. cuius motiuis ⁊ rationibus optime respondet Alexan. de imo. in. d. l. si donatione. C. de colla. Et q̄r idē quodā Giraudus nō solū donauit domū, de qua in casu
2 prefate Mabilie eius filie, † sed etiā sibi reseruauit vsumfructū ad vitā suā ipsius donatoris, fuit translatum dominiū, ⁊ etiaz possessio in ipsam Mabiliam, q̄r hec transferuntur per retentionem vsufructus. l. quisquis, ⁊ quod ibi Sali. ⁊. l. si quis argentum. §. sz si quidem. C. de dona. quod etiā voluit Pau. de cast. consil. mihi xj. exordiente, In casu presenti visis omnibus ⁊c.

Quibus premissis dico ⁊ re-

spōdeo ad primū questitū, q̄ donatio, de qua ibi, nūc sibi locū vēdicat in personā dicti dn̄i de Coderio, ⁊ q̄ domus est sibi restituēda l. quoties, ⁊ quod ibi doc. C. de dona. que sub mō. vbi videt̄ de hoc esse casus: q̄uis enim non appareat ex contextu instrumēti mihi exhibiti q̄ dictus do. de Coderio presens extiterit: hoc tamē nō
3 videtur obesse, † quia iste casus, in quo fauore liberalitatem exercentis queritur actio absenti, per dictam. l. quoties. Nec etiā obstat q̄ nō videatur in pacto, de quo ibi, appositum verbū obligatiuū dicte Mabilie prime donatarie: nō enim dicit̄ ibi, q̄ ipsa teneretur vel reddere vel tradere hāc domū post mortē ipsi dn̄o de Coderio,

4 Coderio vel quid simile.† Quã respódeo q ibi positum est verbũ perueniat, quod vt dicit Bar. & post eum alij doc. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. Alexan. de imo. & alij in l. precibus. C. de impube. & alijs substi. & in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. & Bal. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. est verbum commune ad directaʒ & obliquã substitutionem: potest igitur hic accipi oblique, vt sit sensus, qđ idem do. de Coderio dictam domum haberet post mortem Mabilie per manus suorum heredũ, hoc est, q heredes ipsi teneren
5 tur illam expedire & tradere ipsi do. de Coderio,† qr tantum est dicere dabis vel trades talem rem post tuam mortem, ac si dicere tur, heredes tui dabunt vel tradẽt, per id quod not. glos. in l. j. C. vt actio. ab here. & contra here. incipi. & est melius q verbũ perue niat positum in dicto instrumento accipiatur oblique, vt predixi q̃ directe: qr forte pacisci non poterat, q mortua prefata Mabilia domus, de qua in casu, seu illius dñium ipso facto trãsiret in dictũ de Coderio, & quod ipse sua manu illã accipere posset, & au ferri heredi Mabilie possessori, vel etiam ab eo vel alio vendica ret, vt videť probari in d. l. quoties. quod voluit Fran. de are. in l. qui absenti. §. si quis col. iiij. ff. de acquiren. possessio. pacisci autem potuit vt ipsa Mabilia post eius mortem, & sic q heres ipsi⁹ Mabilie, domum predictam traderet & expediret ipsi domi. de Coderio, & sic per pactũ potuit ipsi de Coderio queri actio per sonalis, per quam mortua Mablia idem do. de Coderio experi
6 ri posset cõtra suos heredes. d. l. quoties.† debet ergo accipi ver bum perueniat non directe, sed oblique, vt sic res potius valeat q̃ pereat. l. quoties. ff. de re. dubi. & l. quoties. cum suis simili. & qđ vtrobiq no. ff. de verb. oblig.

7 †**Ad secundum quesitum dico** & respódeo q, q̃uis donatio ꝑpter nuptias fieri posset etiã post matrimonium contractum. l. penul. C. de donatio. propter nupt. & §. est & aliud. ver. sed primus quidem &c. insti. de dona. donatio tamen, quam fecisse dicitur dictus quondam Giraudus prefate Mabilie eius filie, nõ fuit donatio propter nuptias, ea videlicet
8 que fieri solet vxori,† quia illa fit a marito vel a parte mariti, & fit propter conseruationem dotis, & propter alios effectus de quib⁹ per Panormitanum post Abbatem anti. & Joannem andr. in c. fina. colũ. penultima. de donationibus inter virum & vxorem: de quo etiam aliqui not. Panor. in c. peruenit. col. fina. de emptio. & venditio. hec autem non est facta a marito, vel eius parte, non est etiam facta pro conseruatione dotis prefate Mabilie, non puto etiam quod si viuente eadẽ Mabilia dictus Giraudus donator & vsufructuari⁹ dicte domus vita functus extitisset fruct⁹ ipsi⁹ dom⁹ seu pẽsio illius pertinere debuisset ipsi do. de Coderio: sed ipsi Mabilie quod tamen nõ fit in rebus donatis donatione pro
9 pter nuptias vxori a viro vel parte viri,† quia licet dominium rerum huiusmodi penes vxorem existat, vir tamen fructus per cipit pro quo allegasse sufficiat no. per Panor. in c. fi. & c. perue nit. superius allegatis. Possent & alia multa super hoc dici, sed nec oportet: nec expedit: premissa dixerim sub correctione.

¶ Argumentum.

¶ Ager a flumine inter veterem & nouum alueum pretermissus eius est, cuius erat: antiquus vero alueus eorum, quorum vtrin que predijs inheret, pro latitudine cuiuscunq fundi que prope ripam sit. V. F.

1 ¶ Ager intermedius remanens inter duos alueos antiquum & nouum, cui remaneat.
2 Alueus fluminis antiquus relictus cui acquiratur.

¶ De alluuionib. Consi. cxxxvj.



Ponitur in facto quod hospitale Hierosolymitanum loci Ricobelli, ac venerabiles & religiosi viri domini illius preceptores qui fuerũt ꝓ tẽpore noĩe eiusdẽ hospitalis habue runt ab antiquissimis temporib⁹ predia rustica coherẽtia cuidã pereñi, seu perpetuo flumini, qui vulgo dicitur droma, qđ a cer to tempore citra idem flumen derelicto antiquo & priori alueo, simul & eodem contextu fecit alium alueum, derelicto grandi spatio seu agro inter alueum antiquum derelictum, & alueum quem nouiter fecit.

Quesitum est an alueus antiquus derelictus, et ager intermedius, qui, vt predixi, remanet inter dictos duos alueos, acquisitus extiterit predicto hospitali secundum latitudinem dictorum suorum prediorum, que ante aluei mutationem dicto flumini coherebat. Ad quod respondeo breuiter & succincte, sub correctione cuiuslibet domini meli⁹ sen
1 tientis, in primis † q ille ager intermedius remanẽs inter duos alueos antiquũ videlicet & nouũ remanet illi⁹ cuius erat prius. l. adeo. §. insula. versi. q si ex vno latere, & l. ergo. §. tribus modis in principio, iuncto versicu. primo autem illo modo. ff. de acquir. re. domi. quod etiam videtur fuisse de mente Bartol. in tractatu
2 de alueo, super verbo, prior.† Quo vero ad alueum antiquũ de relictũ dico q ille effectus est eorum, qui ab vtroq latere predia possidebant. dicta. l. adeo. §. quod si toto, & dicta. l. ergo. §. tribus modis, versicu. altero, iũcto ver. duobus &c. & §. insula. versicu. q si naturali alueo &c. institu. de rerum diuisione, not. in dicto tra ctatu de alueo, super versi. si vero alueus &c. & effectus est, alueus huiusmodi eorum, qui prope eum predia possidebant pro modo latitudinis cuiuslibet predij, que latitudo prope ripam erat, ita q si multi habebunt predia ab vno latere, magis habebit ille de media parte aluei ab illo latere existente, cuius predij latitudo maior est prope ripaʒ, q̃ ille cuius predij latitudo est minor pro pe ripam, & ita dicendum est de his, qui ab alio latere possidebãt dicto. §. q si toto, & versicu. q si naturali, superius allegato. Se cundũ igitur latitudineʒ prediorum predicti hospitalis, que est prope dictũ alueũ antiquũ, ipsi hospitali facta est acquisitio eius dem aluei a parte dictorum prediorum, & vsq ad medium aluei.

¶ Argumentum.

¶ Predia pupilli in eius damnum tutor alienare nõ potest, pre sertim in prouincie presidem alienas hereditates conuertere so litum. V. F.

1 ¶ Petitore suam intentionem plene probante defensor con demnandus.
2 Tutor de bonis pupilli alienare & vẽdere quando prohibeatur.
3 Difficilis probatio a cõiter accidentibus probationẽ per conie cturas, seu per ꝓbationes, que alias essent imperfecte, admittit.
4 Senatorum curia insignis iudicare potest, & forte debet, secun dum conscientiam.
5 Presens status concordans cum origine rei facit presumere in preteritum.
6 Reus in exceptionibus actor efficitur quo ad onus probandi.
7 Ratificans ratificati notitiam habere debet.

¶ De pred. & alijs reb. mino. Consil. cxxxvij.

Viso processu cause agitate per & inter nobilem quondam virum Rey nerium de Vro, dominũ sancti Maurici sup plicantẽ ex vna parte, & nobilem Henricũ gruel li dominum Laborelli heredem vniuersalẽ spe ctabilis quõdam viri dñi Petri Gruelli supplicatum ex alia, di co & respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽ tis, sententiã debuisse & debere ꝓferri pro dicto nobili Reynerio seu nobili & generoso viro Vmberto de Vro eius filio natura li & legitimo ac vniuersali herede insolidum & vnico, & contra di ctum nobilẽ Henricũ Gruelli heredẽ dicti quondaʒ do. Petri: qñ vt apparet ex actis cause huius, intentio dictorum nobilium Reynerij & Vmberti fuit & est sufficienter & legitime iustificata & probata. & primo quidẽ probatum est, q nobilis quondã vir Lu douicus de petra in bonis, rebus, & iuribus parte dicti quondaʒ nobilis Reynerij in hac causa petitis, & pro quibus idẽ Reyne rius, & post eum dictus nobilis Vmbertus egerũt, & agit, sibi he redẽ vniuersalẽ instituit nobilẽ Algontũ de petra eius filiũ natu ralẽ & legitimũ, & hoc per publicũ instrumentũ sumptũ & receptũ anno dñi. M. cccc. xxxiiij. & de mense Septẽbris, insertuʒ fol. 68. Probatur etiã testamentũ olim conditũ per nobilẽ quondã vi rum Antoniũ de petra, filiũ dicti Algonti de petra, & q in eo he redes vniuersales instituerit & nominauerit dictũ nobilẽ Rey neriũ de Vro, & nobilẽ desideriũ de petra, & hoc per instrumentũ publicũ sumptum & receptũ Anno domini Millesimo. cccclxxx. & de mense Aprilis, in hac causa productum, & insertum. fol. 101
¶ Preterea diuisiones parte dicti quondam nobilis Reynerij proposite et deducte in vicesimoprimo. xxij. et. xxiij. articulis schedule exordientis, Pro declaratione &c. parte dicti nobilis Reynerij in hac causa productis iustificantur, et probantur per aliud publicum instrumentum sumptum & receptum Anno do mini Millesimo. cccclxxxiiij. & die secũda mensis Augusti etiam productum in hac causa, & insertum folio. 88. reliqua vero par te eiusdem Reynerij proposita et deducta, tam in supplicatione parte eius oblata & ꝓducta in hac causa, q̃ in dicta schedula, seu articulis illius declaratorijs exordientibus, Pro declaratione

supplicationis &c. fuerunt & sunt sufficienter iustificata et proba-
ta per depositiones testium parte dicti nobilis Reynerij in hac
1 causa productorum. † Quo fit, vt cum ex aduerso nihil validũ sal
tem quod probatum appareat propositum extiterit, sequi debue
rit & debeat sententia condemnatoria contra dictum Henricum.
l. negantes. in fine. C. de actioni. & obliga. & C. sicuti. de probationi.

Cui non obstat quedam pretẽ
sa venditio facta (vt ex aduerso pretenditur) dicto quondam do
mino Petro gruelli tunc presidẽti huius insignis curie, per no-
bilem quondam virum Vincentium de petra, eiusdem Antonij
tutorem. Tum quia tempore facte dicte pretẽse vẽditionis idez
quondã nobilis Anto. erat minor quatuordecim annis, vt appa
ret per depositiones testiũ parte dicti Reynerij in hac causa pro
ductorũ, & deponentium super tertio articulo schedule exordien
tis, Replicãdo aduersus, inserte. fol. 27. & sic erat impubes. Quo
fit vt idem quondam nobilis Vincentius eiusdẽ Antonij de pe-
tra tutor, vt apparet per ea que deponunt multi testes super de-
cimotertio, decimoquarto, & xv. articulis schedule exordientis,
Pro declaratione supplicationis &c. nõ debuerit nec de iure po-
tuerit bona eiusdez Antonij eius pupilli in pcessu cause huius
pleni⁹ declarata & expresse vẽdere, vel alias alienare, & trãsferre
2 in dictũ dñs psidentẽ: † presertim nulla subsistẽte cã rõnabili & iu
ris solẽnitate nõ seruata, pro quo allegasse sufficiat. l. non est vo-
bis. & l. prediorũ, cũ suis simili. C. de predi. mino. Tum & quia pre
fatus quondã do. Pe. tẽpore facte vẽditionis, & ante tẽpus erat
presidẽs, & qui per impressionẽ ad contractus huiusmodi, & alios
cõpellere consueuerat, vt apparet ex his que deponũt testes par
te dicti nobilis Reynerij examinati & auditi sup quinto articulo
dicte schedule. Replicãdo aduersus &c. & qui p impressionẽ hmõi
seu minas eundẽ quondã nobilẽ Vincentiũ, vt deponũt aliqui te
stes, ad sibi vẽdẽdũ bona & iura predicta induxit pariter & cõpu-
lit, & qui per impressionẽ hmõi hoc fecisse presumit attẽtis his de
quibus deponũt dicti testes super quinto articulo, p ea que not.
Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori, versi. octauo quero, et
3 qd ibi per doctores. ff. de no. oper. nuntia. † vbi enim a communi-
ter accidentibus est difficilis probatio, sufficit probatio per con
iecturas, seu per pbationes que alias essent imperfecte, vt secũ-
dum Alexã. colligitur ex no. per Bar. in dicto versiculo octauo
quero &c. pro quo bene facit, ẽm eũ. l. non omnes. §. a barbaris. ff.
de re mili. quã ad hoc allegat Bar. in. l. in illa. in fi. ff. de ver. obli-
ga. & l. aliũ diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & po-
nit frede. de senis in consilio. cxxix. incipiẽte, Nulli dubiũ &c. & col
ligitur ex no. per gloss. in. c. j. versi. actores. de testibus. in. vj. quã
ibi ad hoc ponderat Gemi. & not. Barto. in. l. si quis ex argenta-
rijs. §. penulti. ff. de eden. & ita nõ obstãt iura, per que pretẽdi pos
set q officiarij perpetui possint contrahere cum subditis, plene
recitata per dominum Gui. pape decisione. cxcv. exordiente, Cõ
siliarij in curia parlamẽti &c. quoniã illa intelliguntur & intelligi
debent, vbi non interuenit impressio, qz tunc nõ procedũt. d. l. pe-
nulti. C. quod met. cau. quod etiam voluit Alexan. de Jmol. in. l.
principalibus. versi. tertio limita, ibi: intellige tñ semper nisi per
impressionẽ &c. ff. si cer. peta. Debẽt igitur res, bona, & iura huius
modi, nõ obstante dicta pretẽsa venditione eidem nobili Amber
to restitui. l. penul. C. qd met. cau. cui, vel dictis quondã nobilib⁹
Antonio de petra, & Reynerio de Vero eius heredi opponi non
potuit de prescriptione: pro eo qz q̃diu vixit idẽ quondaz domi-
nus Petrus, durauit causa metus, quia ipse remansit presidẽs
4 q̃diu vixit, vt nouit & insignis curia, † que potest, & forte dz iudi
care ẽm conscientiam, per ea que voluit Barto. in. l. j. ad fin. C. vt
que desunt aduoca. relata per do. Jaso. in. §. sed iste, charta. viij.
versi. item aduertite q papa, imperator &c. insti. de actio. & domi.
Gui. pape decisione. xxix. exordiente, Jn superiori cõsistorio cu-
rie &c. Dictus etiam quondam nobilis Antonius de petra pre-
decessor dictorum nobiliũ Reynerij & Amberti, fuit longo tẽpo-
re absẽns, & in armatis regijs: & sic pter rẽ publicã, vt deponũt
testes super nono articulo dicte schedule replicãdo aduersus &c.

Preterea etiam non refragan
tur, siue obstãt dicto nobili Amberto proposita & deducta in q-
busdam pretensis propositis exordiẽte, Ad fines & effectus sub-
scriptos &c. ex parte nobilis Gulielmi eschaffini in hac causa p-
ductis: & hoc ea potissime ratione, q & supplicatio, et articuli de-
claratorij parte dicti quondam Reynerij in hac causa oblati fue
rũt producti & oblati contra dictum nobilem Henricum gruelli
heredem dicti quondam nobilis Petri, & in quibus, vel etiaz ci-
tatione parte eiusdem Reynerij ab hac curia obtẽta, nulla est fa
cta mẽtio de dicto Eschaffini: quo fit vt per huiuscemodi articu-
los exordientes, Ad fines &c. productos non quidem per ipsum
Henricũ, aut ipsius nomine, vel pro eo, sed nomine prefati nobi-
lis Gulielmi Eschaffini, etiam si probarentur, non debeat idem
Gruelli releuari, imo potius grauari & onerari: eo maxime quia
in duodecimo articulo dicte schedule, cõtrariãdo &c. ipse Gruel-
li proposuit, & deduxit se. vt heredem dicti quõdam domi. Petri
Gruelli, tenere & possidere res, bona, & iura, de quib⁹ in actis cau
se huius. ar. l. si vnus. §. ante omnia. & quod ibi per doctores. ff. de
pac. iuncta. l. fina. C. de litigio. Tum & alijs rationibus, de quib⁹
infra. Et primo quidem qz non apparet sufficienter de dicta pre
tensa discussione bonorum dicti quondã nobilis Antonij de pe-
tra: etiam nec apparet de pretensa sententia contra eum promul
gata, & si de ea appareret, nõ apparet tamẽ q in processu huiusce
modi pretense discussionis, ipse quondam Antonius, qui nõ so-
lum minor vigintiquinqz annis, sz impubes existebat, fuerit le-
gitime defensus: qd tñ necessariũ erat, alias nõ valuisset, put nec
valuit dicta ptẽsa sententia, si que extitat. l. cũ & minores. C. si ad-
uersus rẽ iudicatã, & idẽ dicendũ est de illis pretẽsis pignoratio-
ne, inquãtibus, & liberatione factis, vt ex aduerso pretẽditur, ad
postulationẽ & instantiã magistrorũ Ludouici nicati, et alziarij
Eugerani tunc pretensorũ firmariorum curie de Burgo: ad quo-
rum impugnationem etiam videtur non modicum facere, quod
vt ponitur in. xv. articulo dicte schedule, ad fines &c. idez nobilis
Vincẽtius tũc tutor eiusdẽ Antonij dicit res bona & iura predi-
cta cõparasse & emisse a dictis Eugerani & Moriti, per quod sa-
tis presumi potest, q ipse cũ eis colluserit, si tñ, & vbi de premis-
sis appareret: ex ista enim pretensa emptione, in qua si de illa ap
pareat, videtur minus probe se gessisse, presumitur in preteritũ.
scilicet quod etiam minus probe se habuerit in defendendis bo-
nis & iuribus eiusdem Antonij, per theoricam quam post Oldr.
ponit Bal. in. l. j. §. si magistratus. ff. de magistra. cõuenien. et qd
no. idem Bald. in. l. ex persona. C. de probatio. & Fran. de arc. cõsi
5 lio. xv. versic. ex his videtur inferenduz &c. † quatenus dicunt, q
quando status presens potest cõcordare cum origine rei ex statu
presenti presumitur in preteritum, pro quo allegat Fran. de arc.
Bal. in dicta. l. ex persona, circa principium: & dicit probari in. l.
liberis. §. fin. ff. de libera. cau. allegat etiam Bald. in dicta. l. j. §. si
magistratus. ff. de magistra. conuenien. & qd no. moder. in. c. cum
ad sedem. de restit. spolia. ad quod facit quod ponit idem Fran.
consilio. clxv. col. antepenul. vers. & premitto pro declaratione &c.

Etiam non obstat, q vlterius
opponitur in dicta schedula, de pretensa venditione bonorum, &
rerum predictarum facta, vt pretẽditur per dictum quondã no-
bilem Vincẽtium dicto domino Gruelli, per rationes superius
allegatas: & eo maxime quia quicquid ibi dicatur, dictus tñ no-
bilis Henricus proposuit in primo & secũdo articulis dicte sche
dule, Cõtrariãdo q dictus Vincẽtius dicta bona vẽdiderat suo
& dicti nobilis Antonij eius nepotis nominibus, & sic nõ fuerant
antea vendita, vel in alium trãslata bona dicti Antonij, bona in-
quã de quibus in dictis supplicatione & articulis exordiẽtibus,
Pro declaratione &c. que siue nomine prefati Vincentij dũtaxat
siue suo & dicti Antonij nominibus vẽdita extiterint, non potuit
tamen eorum dominiũ trãsferri in emptorem, pro eo quia causa
faciende alienationis non subsistebat, & quia non fuit iuris solen
nitas obseruata, vt predixi. Preterea & postremo non obstat qd
opponitur de pretensa ratificatione facta, vt ex aduerso pretẽdi-
tur per quandam pretensam nobilem Catharinã de petra asser-
tam vxorez dicti quõdam nobilis Antonij, & sibi, vt dicitur sub-
stitutam: tũ quia non est probatum, quinimo nec propositum, q
ipsa Catharina eidem Antonio superuixerit, & sic nõ apparet di
ctã pretensam substitutionem sibi locum vendicasse in personam
eiusdem Catharine, qd tamen probandum erat per asserentẽ, qz
6 ei qui dicit &c. † & quia in exceptionibus reus actor efficitur quo
ad onus probandi. l. ij. & l. in exceptionibus. ff. de probatio. Tuz
quia non est probatum, quinimo nec propositum q dicta nobilis
Catharina agnouerit dictum pretensum fideicommissum, et q
illud saltem verbo sibi restitutum extiterit per heredes eiusdem
Antonij, ante cuius restitutionem, saltem verbalem, non trans-
ierunt actiones, siue iura in ipsam Catharinam. l. restituta, cuz
suis simili. ff. ad trebel. de quo doct. in. l. fin. C. de edic. diui adria.
7 tollen. † Tum quia non apparet q tempore dicte pretense trans-
actionis prefata Catharina habuerit notitiam dicti pretensi fi-
deicommissi, que tamen necessaria erat ad validitatem dicte as-
serte ratificationis. l. j. ff. quemadmodum testa. aperi. & l. de his.
cum suis similib. & quod ibi docto. ff. de transactio. de quo Bart.
& alij in. l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio.

¶ Argumentum.

¶ Testator filios filiorum suorum, quos honorauit, onerare fi-
deicommisso potest. V. F.

Dictio

1 ☞ Dictio eisdem in testamẽto posita ad quos referatur, ⁊ nu-
mero.3.5.7.9.
2 Heres testatoris an grauari possit sub conditione, si eius liberi
sine liberis decesserint.
4 Testator grauando filios filiorum, eis relinquere an censeatur.
6 Grauatus intelligi debet qui grauari potuit, non ille qui graua
ri non potuit.
7 Testator liberos liberorum onerare an possit. ⁊ nume.8.
8 Sermonis congruitas seruanda.

¶ De fideicommis. Consil.cxxxviij.



Christi nomine īuocato.
Viso testamento honorabilis quondam viri Vr-
bani Thome, vna cum casu mihi exhibito, et du-
bio ex casu huiusmodi elicito, dico ⁊ respõdeo ad
dubiuꝫ hmõi prout infra. Premittens pro illius
1 faciliore solutione, † ꝙ difficultas in hoc casu insurgit propter il
lã dictionem eisdẽ, positam in versi. ⁊ si forsan vnus, seu aliqui eo
rum ⁊c. si enim dictio huiusmodi referretur ad filios per eundeꝫ
Vrbanum heredes institutos, de quibus verbum facit in princ.
eiusdem versicu. nemini esset dubium, quin pars ⁊ portio bono-
rum prefati Vrbani testatoris, que ad Joannem filium peruene
rat, reddi ⁊ restitui deberet liberis Antonij, ⁊ honorati etiã filio
rum, ⁊ heredũ eiusdem testatoris, detractis de bonis ⁊ portione
hmõi per matrẽ Petri filij eiusdeꝫ Joannis legitima, ⁊ quarta
trebellianica: quia sic cẽseretur ipse Joannes non Petrus eius
filius oneratus de restituendo eius quotam ⁊ portionẽ suis fra-
tribus, si tunc viuerent, alias eorum liberis naturalibus ⁊ legi-
2 timis, † quem certum est potuisse grauari, ⁊ de hoc nullus dubi-
tat, vt apparet per ea que not. Bartol. in. l. centurio, versi. quero
vlterius quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine libe
ris, vel liberi sine liberis ⁊c. ⁊ quod ibi Joan. de Imol. ⁊ alij. ff. de
vulga. ⁊ pupil. Barto. ⁊ Bald. in. l. sed si sic. ff. de lega. iij. Joã. de
Imol. in. c. Raynutius. in materia compendiose, de testa. Bald.
⁊ alij in. l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substitu. ⁊ Lanfran. in re
peti. c. si pater. versi. septimo queritur de questione sepius in fa-
cto cõtingente ⁊c. de testa. in sexto. Et huius dicti ratio est, quia
dictus Joãnes fuit per prefatum testatorem honoratus: potuit
igitur onerari ⁊ grauari sub conditione, si eius liberi sine liberis
3 decederent. † Si vero dicta dictio eisdem, referatur non quidem
ad filios dicti quondam Vrbani, ⁊ per eum heredes institutos:
sed ad liberos dictorum filiorum, de quibus factus est sermo in
dicto versic. ⁊ si forsan: ibi. Et inde dicti liberi decederẽt ⁊c. tunc
remanet difficultas, an substitutio huiusmodi valuerit, hoc est
querere, an nepotes seu felezeni dicti quondam Vrbani testato-
ris grauari potuerint de restituendo bona ⁊ hereditatem eiusdẽ
testatoris suis filijs superstitibus, aut eoruꝫ liberis. Super quo
articulo sunt opiniones. Jac. enim de belloui. prout refert Bar.
in. d. l. centurio. versi. quero vlterius quid si testator ⁊c. dicit talẽ
4 substitutionẽ valere. Et idẽ voluit ibi Bar. motus ea rõne, † qꝛ
testator onerando vel grauando filios filiorum, hoc est eius ne-
potes siue felezenos, cẽsetur eis relinquere. l. deniqꝫ. §. interduꝫ.
ff. de pecu. lega. facit. l. alio. in fi. ff. de alimẽ ⁊ ciba. leg. ꝓ quo etiaꝫ
inducit Barto. l. si ita stipulatio a patrono facta fuerit, in princ.
ff. de ope. liber. ⁊ idem voluit Ang. ars. in. §. extraneo, ver. quid si
non tantũ in filium ⁊c. institu. de pupil. substitu. idem Bar. alibi
scilicet in. d. l. sed ⁊ si sic. ff. de leg. iij. reliquit hoc cogitandũ. Jo-
an. vero de imol. ⁊ docto. communiter in. d. l. centurio ⁊ idẽ Jo-
an. de imol. in. d. c. raynutius, charta penul. col. j. versi. tãgit etiã
Barto. videntur magis cõmuniter tenere cõtrariũ. ⁊ idẽ voluit
Alexã. de imol. consi. mihi. xcj. exordiente, Ponderatis his, de
quibus in themate ⁊c. co. ix. in primo volu. ⁊ cõsi. xxiiij. versi. attẽ
tis his que in themate ⁊c. in tertio volu. ⁊ Bal. in. d. l. ab eo. C. de
fideicõmis. scilicet ꝙ liberi liberorum, quos auus testator nõ ho-
norauit, non possunt per eũ onerari: ⁊ ꝙ non est verum indistin
cte ꝙ eo ipso ꝙ testator aliquẽ grauat siue onerat, ipse cẽseat eun
5 deꝫ honorare. † Expedit igit hic videre ad quos referri debeat
dictio eisdẽ, an veꝫ ad filios ꝑdicti testatoris, vel ad filios dicto
rum filiorũ. Sup quo pria facie vr dicẽdũ, ꝙ illa referri debeat
6 ad filios, nõ ad filios filioꝝ, ꝓ eo † qꝛ illa ꝑsona dꝫ intelligi gra
uata que grauari potuit, non illa que grauari nõ potuit. vt. l. si
seruus. §. qui margaritã. ff. de leg. i. ⁊ l. fi. C. ad trebel. hanc regu-
lam tradit Bar. in. d. l. cẽturio, charta penu. versi. mõ dubitatur
an illud onus ⁊c. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in. l. codicillis, in prin. ff. de
vsufru. lega. ⁊ Bald. in. d. l. ab eo, in fin. C. de fideicommis. ⁊ in. l.
precibꝰ, in vlti. charta. C. de impube. ⁊ alijs substitu. Et hoc fit ⁊
fieri dꝫ vt res potius valeat quã pereat. l. quoties. ff. de reb. du-
bijs, ⁊ l. quoties, cũ suis simili. ff. de verbo. obliga. sed vt predixi
filij dicti quondam Vrbani vtpote per eũ heredes instituti, ⁊ sic
honorati potuerunt ab eodem grauari. Liberis vero horũ filio-
rum nihil videtur relictum, ⁊ sic nõ videtur per testatorem hono
7 rati: ergo nõ poterunt onerari. † Presumendũ est igitur ꝙ testa-
tor onerare voluerit filios, quos onerare poterat, non liberos fi-
liorũ, quos secundũ opinionẽ magis cõmunem onerare nõ pote-
rat, sed huic rationi obstare videtur ꝙ in dicto versi. ⁊ si forsan,
cũ loqueretur de filio seu filijs dixit. Et si forsan vnus seu aliqui
eorũ decederet vel decederent: vbi apparet ꝙ supposito singulari
reddidit verbum singulare: ⁊ supposito plurali verbum plurale.
Propter quod videtur ꝙ, si ipse voluisset dictionẽ eisdẽ referri
ad filios, ipse dixisset eidem ⁊ eisdem sic decedenti vel sic deceden
8 tibꝰ, † vt sic redderet singula singulis, ⁊ seruaret congruitatẽ seu
rectitudinẽ sermonis. l. plautiꝰ. ff. de auro ⁊ arg. leg. facit. l. fi. ff.
ad trebel. eo maxime qꝛ hãc rectitudinẽ optime obseruauit in pri
ma substitutiõe in qua primo decedẽti, vel primo decedẽtibꝰ sine
liberis superstites substituit, vt colligi põt ex illius inspectione.
Et ꝑ hanc rationẽ si nõ desipio, potius puto dictum quondã Vr
banũ voluisse grauare liberos liberorũ: quod tamen, vt predixi,
facere non potuit, vtpote non honoratos. Nisi forte quis dicere
voluerit ꝙ imo fuerunt honorati, pro eo quia in prima substitu-
tione reperiuntur liberi hmõi positi in conditione, ibi. Sine libe
ro vel liberis ex eorum ⁊c. per que verba videtur ipsi liberi vbi su
peressent, substituti filijs testatoris, vt voluit Oldra. ⁊ ibi sequi-
tur Sali. in. l. j. C. de condi. inser. ⁊ vt referunt nonnulli. idem vo
luit ibi Bald. in lectura antiqua: pro hac parte consuluit Pe. de
ancha. consil. lxxiij. exordiente, Contra Philippum faciunt no.
per Bar. ⁊c. idem voluit Roma. in. l. si cum dotem, in princip. et
in. §. si mulier. cum. §. sequen. in fin. ff. solu. matri. ⁊ in consil. xxxij.
exordiente, Visa municipali constitutione ⁊c. pro hac parte con-
suluit Bald. cuius consilium incipit, Petrus heredem suum ⁊c.
motus maxime per. l. lucius, in fi. in verbo, pretulisse liberos sub-
stitutis. ff. de here. insti. idem sequutus est Pau. de cast. in. l. ex fa
cto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. ⁊ Andre. sic. vulgo. Barba. in
sua solenni repe. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi pro hac par
te multa inducit. Sed hoc non est tutum, quia quicquid dixerint
docto. prefati in locis preallegatis, communis sententia ⁊ scribẽ
tium ⁊ consulentium glos. ⁊ docto. est in contrarium, vt videri po
test in. d. l. lucius. vbi glo. Jaco. de are. Cyn. Rayne. Barto. Fran
ci. tigri. Nicola. de neapo. Bald. Angel. Rapha. cuma. ⁊ Joan.
de imol. tenent hanc contrariam sententiam. Joan. and. in addi.
Specu. titu. de testa. §. j. versi. huic questioni. Barto. in. d. l. centu
rio. ver. quero vlteriꝰ quid si testator, ⁊ alij multi in alijs multis
locis, vt videri potest per alexan. de imol. in. d. l. ex facto. §. ex fa
cto. col. ij. vbi etiam dicit Joan. de imo. hanc esse communem opi
nionem, quam etiam ibi sequuntur Paul. de castr. et Roma. vbi
etiam refert Roma. se alias disputãdo ita tenuisse. Sed forte op
ponetur ꝙ non solum positi fuerunt in conditione liberi in casu
9 de quo queritur, sed etiam fuerunt grauati de restituendo † sup-
ponendo, vt superius dixi, ꝙ verbum eisdem referatur ad hos li
beros quo casu videtur liberi substituti, vt voluit Bar. in. d. l. cẽ-
turio, ver. quero vlterius, ibi. Non obstat. l. preallegata lucius ⁊c.
vbi respondendo ad. d. l. lucius. ⁊ ad ibi no. dicit ꝙ illa procedũt
quando ipsis filijs filiorum nullum grauamen iniũctum est alias
secus secundum eum. Et idem voluit, vt referũt aliqui. Paul. de
castr. in. d. l. lucius, ⁊ in. l. hereditas ad statium. ff. de heredi. insti-
tuen. Quis ego non hoc reperiam in mea lectura. ⁊ idem prima fa
cie videtur voluisse Alexan. de imo. in. d. l. ex facto. §. ex facto co-
lum. iij. versi. posset limitari ⁊c. vbi primo dicit posse limitari cõ-
munẽ sententiam, de qua supra vt non habeat locum quando filij
positi in cõditione fuerũt grauati aliquo onere, quia testator tũc
videtur eos etiam ex testamento vocasse. allegat Bar. in. d. l. cen
turio. versi. quero vlterius quid si ⁊c. sed finaliter dicens hũc pas
sum esse arduum, ⁊ doct. in eo variasse remittit ad no. per se in di
cta. l. centurio. vbi colum. xlix. versi. item querit hic Barto. ⁊c. te-
nuit contrariũ, sequutus opinionẽ Jo. de imo. in. d. l. centurio, et
in. c. raynutius. superius allegato: vbi etiam respondet iuribus
allegatis per Bart. in. d. l. centurio. quod etiã consulendo tenuit
idem Alex. in dicto consilio. xxiiij. exordiẽte, Attẽtis his que in
themate ⁊c. col. iiij. versi. nec etiã obstat si diceretur ꝙ saltem vide
tur ⁊c. in. iij. vol. vbi etiam respondet motiuis Bar. propter que
mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis
ꝙ Petrus filius quondã dicti Joãnis thome dici nõ possit fuis
se substitutus. vel alias inuitatus per dictũ quõdã Vrbanũ eius
auũ paternum, ⁊ ꝙ propterea grauari nõ potuit. d. l. ab eo cũ suis
simili. C. de fideicõ. Ex quo sequitur ⁊ infertur responsio ad quesi
tũ ꝙ nõ obstante substitutione de qua supra, mater prefati Petri
deberet eidẽ Petro eius quõdã filio, exclusis liberis, ⁊ heredibꝰ
Antonij ⁊ Honorati thome, insolidũ succedere aut. defuncto. ⁊
in corpore vnde sumitur. C. ad tertu. Fateor tñ ꝙ iste articulꝰ nõ

est sine difficultate: sed vt mihi videtur ego sum sequutus opinionem magis communem.

¶ Argumentum.

¶ A fideicommisso conditionali, si sine liberis, filie non excluse in testamento excludi possunt in codicillis, addito verbo masculis. A. F.

1 ¶ Fideicōmissum vel vniuersale vel singulare, in persona morientium pendente conditione fideicommissi, extinguitur.
2 Nepotes obmissi haberi debent pro obmissis.
3 Due quarte a quibus ꝛ quando detrahende per proximiores.
4 Legitima non est quarta hereditatis, sed bonorum.
5 Testatoris mens in fideicommissis potius attēditur, ꝙ verba.
6 Grauata in dubio illa persona intelligi debet, que grauari pōt.

¶ De fideicommis. Consil. cxxxix.



Christi nomine inuocato. Visis publicis instrumentis testamenti ꝛ codicillorum prouidi quondam viri Antonij pini. loci de Pertusio, vna cum casu mihi exhibito, ꝛ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad predicta dubia breuiter ꝛ succincte, prout sequitur. ¶ Et primo ad primum ꝙ cum prefatus quondam Antonius testator in dicto eius testamento heredes vniuersales sibi instituerit, ꝛ nominauerit Nicolaum, Stephanum, Aubertum, Bernardum et Laurentium, eius filios naturales ꝛ legitimos, ꝛ illi vel illis qui primo sine heredibus legitimis ex eorum corporibus legitime procreatis ab humanis decederet aut decederent substituerit in eius portione seu eorū portionibus alios supuiuētes. dicto Laurētio postea vita functo, ꝛ mortuo, nullis relictis liberis, succedere debuerunt quo ad ea que veniebant in restitutione fideicōmissi, fratres superstites, scilicet Nicolaus, Stephanus et Bernardus substituti, repulso Petro pini eorum nepote ꝛ filio naturali ꝛ legitimo dicti quondam Auberti, qui in vim substitutiōis venire non potuit, neq; potest. Et quidem non ex persona eiusdē quondam Auberti eius patris, quia cum ille ab humanis decesserit superstite ꝛ viuente dicto quondam Laurentio, substitutio
1 facta est caduca, quo ad eum: † quia fideicōmissum in persona morientium pendente cōditione fideicommissi extinguitur, siue loquamur de fideicommisso vniuersali, siue de fideicommisso singulari. l. si in personam. C. de fideicommis. l. j. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tollen. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. recto. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ij. not. glo. in. l. vnica. C. de his qui ante apert. tabu. quod etiam voluit Oldra. consilio mihi xcix. exordiente, Quidā habens tres filias ꝛ duos filios. ꝛ Pau. de ca. consi. cccxliij. exordiēte, Visis omnibus pūctis mihi traditis ꝛc. Nec substitutus moriens pendēte conditione transmittit fideicōmissum ad suos liberos, vt no. glo. ꝛ doct. in. d. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. quis glo. alibi voluerit contrariū, sed quod predixi verius est. Nec etiā potuit idē Petrus pini ex sua persona succedere, qꝛ non fuit nominatus in substitutione solū enim substituit idem quondam Antonius filios per eum institutos,
2 ꝛ superstites, † ꝛ sic nepotes seu felezeni, vtpote obmissi haberi debēt pro obmissis. l. cōmodissime. ff. de libe. ꝛ posthu. eo maxime qꝛ facile erat verbum seu mētionē facere etiam de nepotibus, si hoc
3 facere voluisset, qđ quia non fecit ꝛc. c. ad audientiā. de deci. † Fateor ꝙ quo ad legitimā ꝛ trebellianicā, quas proximiores eiusdē quondam Auberti detrahere potuerūt de fideicommisso sub cōditione relicto. c. Raynutius. ꝛ. c. Raynaldus. de testamen. not. glo. Barto. ꝛ doc. in. l. papinianus. l. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. ꝛ Bar. in. l. ꝙꝙ. ff. ad legem falci. Bald. in. l. filium quē. C. familie erciscū. debuit ꝛ debet idem Petrus cū suis patruis, hoc est cū Nicolao, Stephano, ꝛ Bernardo, succedere ꝛ habere quartam partem quartarum huiusmodi, ꝛ bonorum per ipsum quondam Laurentium acquisitorum aliunde ꝙ ex paterna successione. autb. defuncto, ꝛ in corpore vnde sumitur. C. ad tertul.

Erat autem, ꝛ est legitima dicti quondam Laurentij decima quarta pars bonorū dicti quondam Antonij eius patris, cum vt audio eidem superfuerint septem liberi, quorum propterea omnium legitima est semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem Antonij equis partibus inter eos diuidenda. autben. nouissima. C. de inofficio. testamento. Et sic recte calculando legitima dicti quondam Laurentij est decimaquarta pars bonorum prefati Antonij, dico bonorum, non
4 bonorū ꝛ hereditatis: † quia legitima non est quota hereditatis sed bonorum, vt dicit Jacobus Butr. in. l. si quis in suo. C. de inofficioso testamento. ꝛ Bald. in. l. quoties. C. de heredi. instituen. ꝛ debetur deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. d. l. papinianus. §. quarta. ff. de inofficio. testamen. de quo Barto. in. l. ex facto. la ij. ff. de heredi. institu. ꝛ Alexand. de Jmol. in. l. quia poterat, colum. vj. vel circa. ff. ad trebellia. deducitur igitur pro dicta legitima hec decimaquarta pars de predicto fideicommisso. Et de residuo deducetur quarta pars eius quod supererit pro trebellianica, iuxta mentem gloss. in dicto. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. quod etiam voluit Joannes de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ꝛ pupilla. Et vt predixi iste due quarte, et alia bona acquisita per Laurentium, si que erant, debuerunt diuidi inter ipsos patruos, ꝛ Petrum nepotem. Residuum vero debuit restitui patruis in vim substitutionis, de qua supra. Et p hoc patet responsum ad primum quesitum.

Uenio ad secunduz quesitum super quo dico ꝛ respondeo ꝙ, licet prefatus quondā Antonius testator in dicto suo testamento substituerit primo ex dictis suis filijs per eum heredibus institutis decedenti, aut decedentibus sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, non tamen eidem vel eisdem primo decedenti, vel decedentibus superstitibus filia aut filiabus, ꝛ sine masculis: quod tamen postea facere voluit, ꝛ fecit in dictis suis codicillis, in quibus primo ex dictis filijs decedenti, aut decedentibus, superstite filia, aut filiabus, substituit vt ibi, filiam videlicet sic decedentis, si vna superesset, in florenis septuaginta, ꝛ filias, ꝛ earum quālibet, si due superessent, in quinquaginta florenis duntaxat: ꝛ in residuo alios suos heredes, reseruata optione, de qua ibi: quamuis vsq;quaq; non fuerint ver
5 ba multum ante concepta, † quia in fideicommissis potius attenditur mens testantis, quam verba. d. l. vnum ex familia. §. fina. ff. de lega. ij. l. l. fideicommissa. §. hec verba, ꝛ. l. pamphilo, in princi. ff. de lega. iij.

Nō opponat aliquis ꝙ substitutio huiusmodi fieri non poterit in codicillis, quia respōdeo ꝙ imo fieri potuit: quamuis enim in eis hereditas relinqui non valeat, potest tamen relinqui fideicommissum. l. hereditatem, cum suis simili. C. de codicil. Etiam nec opponat, ꝙ substitutio facta in dictis codicillis, pro eo quia per eaz videntur grauate neptes eiusdem quondam Antonij testatoris que tamen cum eis, vt pretenditur, nihil relictū extiterit grauari non potuerunt. l. plane. la. ij. in. fi. ff. de leg. j. ꝛ. l. ab eo, ꝛ quod ibi glo. ꝛ docto. C. de fideicō. non valuerit. quoniam respondeo ꝙ hoc non obstat. Nego enim ꝙ dicte neptes censeri debeant grauate, non enim ad eas dirigitur verbum grauaminis, vt clare patet recte intuenti in ea parte verba dictorum codicillorum. Quo fit vt non ipse, sed dicti eius
6 filij sic decedētes ab humanis censeātur grauati: † quia illa persona debet in dubio intelligi grauata, que grauari pōt. l. si seruꝰ. §. qui margaritā. ff. de leg. j. ꝛ. l. fi. C. ad trebel. ꝛ hāc regulā tradit Bar. in. l. centurio. charta penul. ff. de vulg. ꝛ pupilla. ꝛ in. l. codicillis. in prin. ff. de vsufru. lega. ꝛ Bal. in. d. l. ab eo. in fi. C. de fideicōmis. ꝛ in. l. precibus. in vltima charta. C. de impu. ꝛ alijs substitu. Nō igitur bene infertur si dicatur ꝙ dictus quōdā Antoniꝰ testator nō expressit se grauare dictū quōdā Stephanū, ergo eūdē non grauauit: quia vt dixi in dubio ille cēsetur grauatus, qui grauari potuit. Nec opponat aliqs ꝙ per dictos codicillos non appareat quē, vel quos idē quōdam Antonius substituerit aut substituere voluerit. Quoniā respondeo ꝙ imo bene apparet, si attēdatur ad verba eorundē codicillorū, ꝛ signāter ad ea que ponunt in articulo exordiēte, Itē voluit, iussit, ꝛ p viā codicilli ordinauit: ibi. Et ꝙ dicti sui heredes sint in libertate ꝛc. per illa eñ verba apparet ꝙ ipse Antonius substituere tēdebat ꝛ substituit eius heredes superstites, hoc est eos, q ex illis quinq; filijs suis per eū heredibus institutis tūc superessent vel viuerēt: eo presertim quia inibi expressum est ꝙ illi essent in libertate ꝛ optione ꝛc. pro quo facit qꝛ vt apparet ex tenore predicti articuli, idem quōdam Antonius voluit contēplatione suorū heredū superstitū ꝙ si moreretur vnus ex dictis suis filijs ꝛ heredibꝰ, superstite vna filia, ꝛ sine masculis, ꝙ illa dūtaxat haberet florenos septuaginta si vero moreref ipse filius, supstitibus duabus filiabus, ille ꝛ earū quelibet haberēt dūtaxat florenorū quinquaginta: voluit igitur ꝛ voluisse cēsef ipse Antonius ꝙ residuū bonorū eius filij sic decedētis, eorū vcz, que ad eum peruenissent de bonis suijpsius testatoris perueniret ad filios superstites ꝛ heredes p eū istitutos vtpote eos, quorū contēplatione idem Anto. pater sic disponebat. arg. l. fi. §. fi. ff. de litigio. ꝛ. l. diuus vaspasianus. §. fi. ff. de inre pa. pro quo bene faciūt. l. ij. §. si duo. ff. de collat. bono. l. post legatū. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. ꝛ. l. fi. C. de lega. Et puto ꝙ in hoc fideicōmisso solū succedere debeat dictus Bernardus repulsis

pulsis

pulsis dictis eius nepotibus:pro eo quia optio seu libertas de
qua supra, data est dictis suis heredibus, non autem fuerunt
dicti,vel expressi aliqui heredes in dictis codicillis,preterꝙ di-
cti eius filij,non autē nepotes aut felezeni.illi igitur soli filij su-
perfuerunt post mortem dicti quondam Stephani censent sub-
stituti.Pro quo allegasse sufficiat quod in simili posuit Alexan.
de Imol.in.l.fi.colum.ij.versi.sed aduerte quia Barto.⁊c.ibi,et
in questione Barto.fuit iniunctum nominatum,quia fuit habi-
tus ⁊c.C.de heredi.instituen.⁊ Rapha. Fulgo. consil.mihi.xvj.
exordiente,Proponitur ꝙ dominus Lucas de casalli ⁊c.

Argumentum.

Iniuriarum libellus sine precisa expressione ⁊ probatione tē-
poris est nullus,nam vt puto,que infamiā irrogare possunt cir-
cunspecte sunt proponenda.A.F.

1 Actio iniuriarum est famosa,que non solum de facto,sed de
iure infamat.
2 Tempus iniurie est de substantialibus libelli,et nō solum debet
specificari annus ⁊ mensis,sed etiā temporis qualitas probari.
3 Lex exigens certum locum vel tempus,illorum requirit liquido
⁊ punctualiter probationem.
4 Articulum qui semel negauit non potest eo amplius vti.
5 Qualitas seu accidens non est sine subiecto.

De iniurijs. Consil.cxl.



1 Ertuz † est ꝙ cum actio
iniuriarum famosa existat ⁊ infamet,non solum
de facto,sed de iure.l.prima.ff.de his qui notātur
infamia.not.docto.in.c.cum te.de re iudic.debuit
in libello iniuriarum parte prouidi Arnaudi de
fandono,contra et aduersus honorabilem virum Stephanum
Hugonis de Vapinco,coram egregio viro domino iudice ordi
nario Vapincensis ciuitatis oblato poni,⁊ describi annus ⁊ mē-
2 sis illate pretense iniurie,† vtpote qui de ipsius libelli substātia
existunt.l.libellorum.ff.de accusa.c.tue.⁊ quod ibi not.de procu-
rato.l.pretor edixit,in principio.⁊ quod ibi not.Barto.⁊ docto.
ff.de iniu.l.item exigit,⁊ quod ibi Bart.ff.de dolo.Et quēadmo-
dum tempus huiusmodi est de substātia ⁊c.ita et tēporis specifi-
cati probatio,adeo ꝙ licet pretēsum delictū seu iniuria ꝓbetur,
si tñ non probetur qualitas tēporis,actor debet succumbere,pro
quo videatur.l.denuntiasse.§.si tñ,⁊ quod ibi Barto.ff.de adult.
l.preter.§.docere.ff.vi bo.rap.⁊ quod not. Jaco.de are.⁊ Cyn.in
l.ij.C.de proba.Jaco.butri.⁊ Bal.in.l.⁊ si seuerior.C.ex qui.cau.
infami.irroga.Guli.de cug.⁊ Bal.in.l.qd ergo.§.pena grauior.
ff.co.ti.Bald.in.l.edita.in repeti.perusina,in.vj.q.principali.C.
de edē.Sali.in.l.ij.C.ad legē iul.de vi.vt enim dicit Ange.in.l.j.
3 §.fi.ff.de incen.rui.⁊ naufra.† vbi lex exigit certū locum vel tem-
pus oportet locum vel tempus huiusmodi deduci,⁊ etiam pun-
ctualiter probari.d.l.j.§.fi.⁊.l.si quis ex naufragio.ff.de incendi.
rui.⁊ naufra.⁊ allegata.l.libellorum,cum suis simili.ff.de accusa.
quod etiam voluit Ange.in.l.ij.C.de peti.heredi.dicit enim ibi
per illam.l.ꝙ vbicūꝗ aliquod tempus pūctualiter est de substā-
tia,opus est ad victoriam obtinēdam ꝙ illud tempus probetur
liquido ⁊ punctualiter,aliter succumbit.l.matrem.C.de proba.⁊
l.cum actum.vbi etiam idem not.ipse Ange.ff.de neg.gest.⁊ sub-
iungit ibi ꝙ alias succumbit vincere volens:facit quod not. In-
no.in.c.qualiter ⁊ quando.le.ij.colū.ij.de accusa.Quo fit,vt cum
prefatus Arnaudus proposuerit ⁊ deduxerit in septimo articu
lo eius pretensi libelli,ꝙ idem Stephanus pretēsa verba iniurio
sa,de quibus ibi,cōtra eū protulerat anno domini.M.cccc.xcij.
⁊ de mense Julij,debuerit idē Arnaudus probare,ꝙ his,anno
⁊ mense dicta verba protulerit:quod tamen non fecit.testes eñ
parte eius producti,excepto primo,responderunt de mense non
recordari vt clare patet ex dispositionibus eorundem.Primus
autem ideo mensem non probat,q2 est vnicus,vox ergo eius vox
nullius.l.iusiurandi.C.de testi.⁊.c.tam literis,eod.titu.debet er
go succumbere.l.matrem.⁊.l.cum actum,superius allegatis.

Nec opponat aliquis qd imo
apparet de mense per ea que parte dicti Hugonis deducta exti-
terūt in septimo articulo suarū exceptionū:in quo legitur arti-
culasse de anno ⁊ mense superius mentionatis,qm̄ rñdeo ꝙ istud
4 non suffragat dicto Arnaudo nec nocet prefato Stephano † pro
quo illa assignatur ratio,ꝙ idem Arnaudus negauit dictum se-
ptimum articulū,⁊ ita non potest eo vti.vt not.Specul.titul.de
positio.§.viij.versicu.sed secundum premissa.Albe.in.l.nō erit.
§.fi.ff.de iureiuran.Oldra.consilio.j.exordiente,In causa Ebo-
racensi attendendum est ⁊c.col.iij.versi.nec potest pars aduersa
Bar.in.l.nō vtiꝗ.ff.de excep.Ang.consi.mihi.cj.col.iij.⁊ Bar.
in.l.post legatum.versi.quero aliquis fecit vnam positionem ⁊c.
ff.de his quib.vt indig.Preterea in dicto septimo articulo hu-
ius Hugonis rei,non est factus aliquis sermo de illis pretensis
verbis iniuriosis dicto libello positis,scilicet, vous mauez esca-
la ma maison:hoc est scalis ad muros domus mee euasisti. Non
potest igitur dici ipse Hugonis fuisse confessus ꝙ verba huius-
5 modi protulerit anno ⁊ mense predictis,pro eo † q2 qualitas seu
accidens nō est sine subiecto,vt no.Bal.in.l. cogi.col.iij.ver. sed
est ratio de eo qd dixi.C.de peti.here.Sal.in.l.j.C.de ꝯfessis ⁊ i.l.
si quidē.C.de trāsact.Sal.eñ idē Hugonis dici nō possit fuisse
confessus ꝙ hec verba protulerit,que se habent per modum sub-
stantie:ergo nec dici potest fuisse confessus,ꝙ hec verba protule-
rit dicto pretenso mēse,Quis enim dictus Arnaudus dixerit,re
spondendo dicto septimo articulo dictarum defensionum se cre-
dere eundem Hugonis dixisse verba contenta in predicto libello
ipse tamen negauit cetera:⁊ sic tempus, de quo in dicto septimo
articulo.Non potest ergo,vt iam dixi,se iuuare presertim quoad
tempus vel alia negata,per ea que predixi,⁊ sic concluditur non
esse probatum de mense.Debuit igitur idem Hugonis et maxi-
me quoad illa verba,vous mauez escalat ma maison: hoc est sca-
lis domum meam pernasisti ab impetitis absolui.

Argumentum.

Municipes nobiles etsi debito non sunt honore fraudandi:
contribuere tamen debent in subsidijs,⁊ onera subire munici-
piorum in quibus priuati habitationis commoda capiūt.A.F.

1 Nobiles cum ignobilibus in quibus differant,remissiue.
2 Nobiles habitantes vbi non habent iurisdictionem non excusan
tur de iure cōmuni ab oneribus ⁊ muneribus personalibus, nec
debent habere immunitatem a patrimonialibus.
3 Nobiles quantum ad commoda sunt pares cum ignobilibus.
4 Uniuersitati qui nobiles nō subijciantur,⁊ nullā in eis respubli-
ca iurisdictionem habeat.
5 Ad que munera nemo excusetur.
6 Nobilis allegans collectam imponi pro subsidio in quo nō tene-
tur probare debet.
7 Actor probare debet fundamentum sue intentionis,etiā si sit ar-
ticulus negatiuus.
8 Dictio seu , est disiunctiua quoad verba , et coniunctiua quoad
sensum.
9 Dictio seu,⁊ dictio siue,eiusdem significationis sunt.
10 Declaratio sumitur ⁊ a priore ⁊ a posteriore.
11 Collecte municipales que sint,⁊ per quos imponantur.
12 Regula per exceptionem firmatur in alijs.
13 Copulatiua stat proprie vbi plura adiectiua copulantur respe-
ctu alicuius substantiui ⁊ requirit vtrunꝗ.
14 Argumentum a contrario sensu in quibus habeat locum.
15 Repugnantia vitanda.
16 Maior pars in preiudicium minoris quando nihil possit.

De municip.⁊ origi. Consi.cxlj.



Hristi nomine inuocato.
Uisis duobus publicis instrumētis parte vniuer
sitatis loci Montissecuri mihi exhibitis,vno vi-
delicet sententie arbitralis seu arbitramentalis
olim late per bone memorie Reuerendum patrē
dominum Guiotum ademarij commendatarium venerabilis
abbatie loci Belliloci lemouicensis diecesis, ac nobilem ⁊ gene-
rosum quondam virū Petrum Jerronis tunc dominū Auclero
nis,arbitros arbitratores,ac amicabiles pacis ⁊ cōcordie tracta
tores electos parte vniuersitatis ⁊ hominum loci Montissecuri
ex vna parte, ⁊ nobilis quondam viri Ludouici sauuage:ex alia
altero vero cuiusdam transactionis olim,⁊ post sententiam pre-
dictam celebrate,⁊ inter per ⁊ inter dictas partes.Uiso preterea
casu,⁊ dubijs ex illo elicitis,dico ⁊ rñdeo ad eadē dubia prout in-
1 fra.Premittens pro faciliore solutiōe primi quesiti † ꝙ licet no
bilium ⁊ ignobiliū,seu plebeiorū nō sit in omnib⁹ ⁊ per oīa equa cōdi
tio sed differant in multis,notatis per Pe.anti.in suo tract.mu
ne.charta mihi.xx.co.j.versi.est antē sciendū ꝙ credūt plebei ⁊c.
⁊ Jo.raynau.in suo tract.quē fecit de nobilitate.§.vidēdū est se-
2 ptimo ⁊ principalr de effectu nobilitatis:† ipsi eñ nobiles habita
tores ciuitatū aut castrorū,seu locorū aliorū nō hñtes vcꝫ i eis iuris

dictionem, nõ excusantur de iure communi a muneribus seu one
ribus ipsarum ciuitatũ, castrorũ, seu locorum: sed eadem suppor
tant, ⁊ pro eis contribuũt, ⁊ de iure contribuere debẽt, prout sup
portant, ⁊ cõtribuũt, ⁊ contribuere debent ignobiles ciuitatum
castrorum, ⁊ locorum huiusmodi. l. ⁊ qui originem. §. j. ver. ceteri
autẽ. ff. de muneri. ⁊ honori. l. ij. C. de priuile. domus Auguste. li
bro. xj. ⁊. l. fi. §. patrimoniorum. ff. de mune. ⁊ honori. Facit ad pre
dicta, qꝛ nobiles non excusantur a muneribus personalibus. au
then. de defenso. ciuita. §. penulti. ergo non debent habere immu
nitatem vel excusari a patrimonialibus. ar. l. qui indignus. ff. de
3 senatoribus. † Et ꝙ nobiles teneãtur contribuere cũ non nobili
bus, hoc est cũ plebeis, probatur, quia nobiles ꝗ̃tum ad commo
da, sunt pares cum ignobilibus. l. ij. §. deinde cum post. ff. de ori
gi. iur. Ergo debent esse pares ꝗ̃tum ad incommoda. l. secũdum
naturam. ff. de regu. iu. quod etiam vt refert Christo. de nicel. in
suo tracta. mune. ver. an autem nobiles excusantur a munerib⁹,
tenuit Alberi. ⁊ sequitur ipse de Nicel. ⁊ idem voluit Petr. anti.
in suo tracta. mune. fol. 19. colum. j. versi. iuxta hoc quero nũquid
nobiles a muneribus excusenť: vbi post Bertrã. de den. dicit no
biles nec a muneribus realibus, nec a personalib⁹ excusari, ꝑut
ibi prosequitur in singulis mẽbris, hoc est ⁊ in realibus, ⁊ in pso
nalibus: vbi etiam subiungit, ꝙ nobiles tenentur contribuere in
collectis, hoc est in tallijs, pro quo alleg. l. j. C. de offi. prefec. aug.
Et hec procedunt vt predixi in nobilibus existẽtibus in ciuitati
bus, vel castris, aut alijs locis, ⁊ nõ habẽtibus in illis aliquã iu
risdictionẽ, qꝛ isti sunt subditi sicuti ⁊ ignobiles, et ideo possunt
grauari quibuscũꝗ muneribus seu oneribus veluti ⁊ ignobiles
seu plebei, qꝛ eadẽ est ratio in ipsis, que est in ignobilibus. Secus
autem putat Nicel. in nobilibus habẽtibus merũ ⁊ mixtũ impe
4 rium, ⁊ omnimodã iurisdictionẽ in aliquo castro, † quia isti nobi
les nõ subijciũtur vniuersitati ipsius castri, nec vniuersitas ipsa
in eos aliquã habet iurisdictionẽ: ⁊ ideo ipsis nobilibus non põt
imponere munera personalia vel mixta, qꝛ persona nõ subijcitur
illi vniuersitati. Et est eadem ratio ſm eum quo ad tales nobiles
habentes merum ⁊ mixtum imperiũ, ⁊ omnimodã iurisdictionẽ
que est in forẽsibus, ⁊ ecclesijs, quib⁹ munera psonalia, vel mixta
imponi non pñt, quia non sunt subditi. l. rescripto. §. fi. ff. de mu
5 neri. ⁊ bono. † Ad realia autẽ que agnoscit princeps, seu in quibus
princeps contribuit, etiaꝫ contribuere debent nobiles, quantũ
cunꝗ iurisdictionem habeãt: qꝛ si imperator vel alius princeps,
qui non subijcitur iurisdictioni alterius, non excusetur a mune
ribus mere patrimonialibus, de quibus in. l. ad instructionẽ. C.
de sacrosanctis ecclesijs. ⁊ in. l. absit. C. de priuile. do. augu. libro
xj. ergo nec habẽtes iurisdictionẽ ab huiusmodi muneribus pa
trimonialibus pñt se excusare de iure, qꝛ eadẽ debet esse ratio, et
qꝛ tales nõ debẽt esse melioris cõditionis ꝙ̃ supremus princeps.

Quibus premissis respondeo

ad primũ quesitũ, ⁊ dico ꝙ heres dicti quondã nobilis Ludoui
ci põt talliari in subsidijs ⁊ collectis impositis ⁊ imponẽdis per
ipsam vniuersitatẽ, ⁊ pro bonis que tenet et possidet, aut pro tpe
tenebat ⁊ possidebat in dicto loco Mõtissecuri, vł ei⁹ territorio,
6 qꝛ regula facit pro vniuersitate ⁊ plebis: † vbi vero heres ipsius
nobilis Ludouici pretẽdet vel allegabit se nõ debere talliari pro
eo qꝛ fortasse dicet, ꝙ tallia vel collecta imponitur ꝓ aliquo sub
sidio, in quo nõ debẽt nobiles cõtribuere, ipse hoc ꝓbare debet. l.
ab ea parte. ff. de proba. qꝛ vt predixi, nobiles regulariter nõ ex
cusantur a cõtributione, seu supportatione munerũ ꝑ eos faciẽ
da cũ alijs: etiã si dicat se nõ debere talliari ⁊ quotizari ꝓ talibus
aut talibus bonis, que fortasse pretẽdit esse feudalia, frãca, nobi
lia, ⁊ honorata seu honorifica, de quibus loquitur Jo. and. in ad
di. Specu. ti. de prescri. super rubrica, ⁊ Alua. in preludijs feudo
rũ. ver. secũda diuisio: qm̃ illud est feudũ nobile, ⁊ ipẽ debebit hoc
probare, vtpote hoc quod est fundamentum sue intentionis. l. in
7 exceptionibus. ff. de proba. † sicuti ⁊ actor probare debet id quod
est fundamentũ sue intẽtionis, etiã si est positio, aut articulus ne
gatiuus, per id quod ponit Bar. ⁊ ibi Alex. ponens multas re
missiones in. l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. Pro quo facit, qꝛ qui
petit se admitti vt talẽ debet probare se esse talẽ. l. non ignorat, ⁊
quod ibi docto. C. qui accusa. nõ pos. l. fi. ff. de libe. agnoscen. ⁊. l. si
vero. §. qui pro rei quali. ff. qui satisda. cogan. not. Cy. in. l. cuꝫ te.
C. de proba. ⁊ voluit Pau. de cast. cõsi. lxix. exordiente, Super eo
vero quod queritur ⁊c. ⁊ Alex. de Jmol. cõsil. xli. exordiente, Ui
sis ⁊ optime discussis ⁊c. Ergo a simili si heres dicti nobilis Lu
douici dicat aliqua sua bona esse feudalia, nobilia, frãca, ⁊ hono
rata, ⁊ ꝓpterea pretẽdat ⁊ dicat se nõ debere, seu posse pro talib⁹
talliari, ⁊ ipse dꝫ probare illa esse tallia, hoc est feudalia, nobilia,
frãca, ⁊ honorata, siue honorifica, qꝛ hoc est fundamentũ sue intẽ
tionis: ⁊ si ipse nõ ꝓbet, ipse debebit cõtribuere etiã ꝓ illis, sicuti
pro alijs, ⁊ per hoc patet respõsio ad primaꝫ partẽ primi quesiti.

Ad secundã partem eiusdẽ pri

mi quesiti in qua queritur que sint tallie rurales: rñdeo mihi vi
deri ꝙ in casu nostro idẽ sit dicere tallie rurales, qð est dicere tal
lie municipales, ⁊ hoc ꝓbatur per id qð dicit in dicto primo in
strumẽto sentẽtie late per dictos quondã dñm Cõmendatariũ,
⁊ nobilẽ Uierronis, in. §. pro parte vero dicti nobilis Ludouici
ibi, ⁊ talliarũ ruraliũ seu municipaliũ. vbi propter illã dictionez
8 seu, illud verbũ ruraliũ, accipitur pro verbo municipaliũ, † quia
licet hec dictio seu, sit disiunctiua quo ad verba, est tamẽ cõiũcti
ua quoad sensum. l. fi. §. hec munera: ibi, Munera ciuilia seu pu
blica. ff. de mune. ⁊ bono. ⁊. l. j. ff. de his qui. vt indig. no. Barto. in
l. si is qui ducẽta. §. vtrũ. col. ij. versi. potest subsistere quia quedã
est ⁊c. ff. de reb. dub. ⁊ Joan. de Jmol. ff. de verbo. oblig. super ru
brica, colũ. vlti. ver. item not. de dictione seu: pro quo allegat gl.
in. c. bone. le. j. super verbo nominationem, in fin. de postula. pre
la. ad quod facit quod de dictione siue, not. glos. in. ad protegen
9 dam. C. de in li. dan. tuto. † quia vt dicit Bar. in. d. §. vtrũ, dictio
seu, ⁊ dictio siue, videntur idem significare. Et ꝗ̃uis in capitulis
predicte sententie, cum sit sermo de tallijs ruralibus non repe
10 tuntur illa verba, seu municipalibus, hoc nõ nocet, † qꝛ satis est
hoc fuisse semel dictũ ad declarationẽ, que sumitur et a priore et
a posteriore, vt no. Bald. in. l. demũ. col. j. C. de rei vendi. pro quo
allegat. l. si seruus plurium. §. fi. cum suis simi. ff. de lega. j. Idem
11 ergo est dicere tallie rurales, qð tallie municipales. † Tallie au
tẽ municipales mihi esse videntur que imponuntur per munici
pes, hoc est per homines et incolas municipij, id est oppidi seu
castri, vel que ipsis municipibus imponuntur: dicũtur autẽ mu
nicipes id est muneris participes. l. j. in princip. ff. ad municipa.

Ad secũdum quesitum dico et

respõdeo ꝙ nisi bona de quibus ibi, cõcedãtur heredi vel heredi
bus dicti quondã nobilis Ludouici in feudũ nobile, francũ ⁊ ho
noratũ seu honorificũ, ⁊ tenebit ⁊ debebit ipse heres contribuere
in subsidijs ⁊ alijs, ita ꝙ nõ sufficiet bona hmõi vel recognosci ꝑ
ipsum heredẽ, vel dari per magnificũ ⁊ potẽtẽ virũ do. Sreygna
ni in feudũ, ad hoc vt nõ teneatur idẽ heres pro his contribuere
cũ alijs: sed opus erit ꝙ illa recognoscanť vel concedãtur in feu
dum nobile, francũ, ⁊ honoratũ seu honorificũ. Et hoc secundum
verba dicte prime sentẽtie arbitramẽtalis, de quibus in articulo
exordiente, Jtẽ plus ordinamus ⁊ declaramus dictum nobilẽ et
suos a cõtributione ⁊c. in quo in versi. in ceteris aũt omnibus ⁊c.
ponitur regula, ⁊ in principio articuli ponitur exceptio de reb⁹,
que tenẽtur vel tenebuntur in feudũ nobile, francũ, ⁊ honorificũ,
12 † per quã exceptionẽ firmatur regula in oĩbus alijs. l. quesitũ. §.
deniꝗ. ff. de fun. instruc. auť. de nõ alienã. §. ꝙ aũt, colla. ij. ⁊ cũ in
exceptione solũ excipiantur bona, que tenẽtur, vel tenebũtur in
feudũ nobile, francũ, ⁊ honoratũ, omnia alia debebant talliari, et
sic, si que tenerenť in feudũ, illa debent talliari, nisi teneanť in feu
13 dum nobile ⁊c. † qꝛ vbi plura adiectiua copulãtur respectu alicu
ius substantiui, copulatiuꝗ stat ꝓprie, ⁊ requirit vtrũꝗ. l. seruis
vrbanis. in fi. ff. de le. ij. ⁊. l. titie textores. ff. de leg. j. no. Bar. in. d.
l. si is qui ducenta. §. vtrũ. col. iiij. versi. secũdo casu. ff. de reb. du.
Debet ergo predicta exceptio de bonis, que tenebũtur intelligi
copulatiue in feudũ nobile, ⁊ francũ, ⁊ honoratũ. Nisi quis fortas
se dicere voluerit, ꝙ imo sufficiat ꝙ illa teneãtur in feudũ, saltẽ
si sint ruralia, per id qð dr in instrumẽto dicte ꝑme sentẽtie, ver.
itẽ ꝙ si dictus nobilis in eisdeꝫ loco ⁊ territorio ⁊c. vbi ex verbis
inibi declaratis colligiť, ꝙ si idẽ Ludouicus tunc possidebat vel
postea possideret aliqua bona immobilia, ruralia, non feudalia,
ipse tenebatur pro bonis huiusmodi cõtribuere cũ alijs homini
14 bus ⁊ incolis dicti loci Montissecuri, per que verba, † arguẽdo
a cõtrario sensu, videtur ꝙ ipse Ludouicus nõ teneretur, vel ꝙ
hodie nõ teneatur eius heres pro bonis feudalibus, etiã si tallia
bona feudalia nõ sint nobilia, franca, ⁊ honorata. l. j. §. j. ff. de offi.
eius cui manda. est iurisdi. qð habet locũ non solũ in legibus, sta
tutis, ⁊ contractibus, sed etiã in sentẽtijs. l. põponius. §. sed ⁊ is.
ff. de procura. ⁊. l. inter me ⁊ te. ff. de re iudi. sed hoc nõ obstat. Tũ
ratione euitande repugnantie, que esset inter dictum ver. ⁊ pre
15 cedentem, † que vitanda est. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iu. ⁊ in
prima constitutione. C. §. quibus. de quo Bar. in. l. fi. §. idem que
siuit. ff. de condi. indebi. ⁊ Jas. in. l. cum falsa. in fi. C. de iur. ⁊ facti
ignoran. ⁊ Alexan. de Jmol. consil. xiiij. exordiente, Circa primũ
dubium de quo queritur ⁊c. col. ij. in primo volu. Tum ⁊ qꝛ non
est presumendum ꝙ prefati domini arbitratores voluerint se il
lico corrigere. l. nam ab ea. ff. de conditionibus ⁊ demonstra.

Ad tertium dico et respondeo

quo ad dona, de quibus ibi, ꝙ si illa dona fuerint facta ex mera li
beralitate hominum ⁊ incolarum dicti loci Mõtissecuri, dictus
heres

heres non tenetur, nisi consenserit q illa fierent: nec tenebit im
16 posterum pro illis que fient, nisi consentiat, †quia in eis que concernunt plures vt singulos, non vt vniuersos, nihil potest maior pars in preiudicium minoris. l. per fundum. ff. de serui. rusti. predio. not. Inno. & docto. in. c. cum omnes. de constit. Quo vero ad alia, tenetur idem heres contribuere, vt predixi, super primo dubio. Et q teneatur contribuere pro expensa, quam fecerunt armigeri Regij, videri possunt not. per Bald. in. l. neminem. C. de sacrosanct. eccle. & Joan. de pla. in. l. cum ad felicissimam. C. ex quibus mune. seu presta. nemi. lice. se excusa. libro. x. vbi tex. pulcherrimus et elegans. Que omnia dixerim sub benigno fauore cuiuslibet domini meliora sententis.

¶ Argumentum.

¶ Testes post didiscita testificata non producendi de eodem, vel de contrario: q si sententia feratur parte id opponente est nulla. V. F.

1 ¶ Exceptio in prima instantia proposita & deducta, an in secunda admitti debeat ad probandum per testes.
2 Dispositio conditionalis conditione adueniente effectum sumit, non ante.
3 Inadmissibilitatem articuli admissi non admittendi opponere potest is, contra quem imputari non valeat q illius admissioni consenserit, licet articulus conferat ad causam.
4 Clausula, saluo iure impertinentium & non admittendorum, quid operetur in disputatione articuli admissi per testes in tertia instantia.
5 Non solum omnis clausula, sed vnumquodque verbum a contrahentibus prolatum esse debet cum virtute operandi, quod procedit etiam in iudicijs, & in verbis prolatis a iudice.
6 Ordo iudicij peruertitur in exceptionibus preiudicialibus.
7 Positiones omnes, saluo iure impertinentium, cur admittantur in curia Romana.
8 Articulus quando dicatur impertinens, & etiam positio.
9 Exceptio dominij etiam impertinens opposita aduersus spoliatum petentem restitutionem quando releuat.
10 Rescriptum propter surreptionem nullum.
11 Surreptio procedit etiam in priuilegijs & in beneficijs principum.
12 Beneficia principis debent intelligi esse concessa sine alterius iniuria.
13 Justitia, & partis legitima defensio non intelligitur sublata per dationem arbitrij.
14 Testes super eisdem articulis, vel directo contrarijs in eadem instantia post publicatas attestationes cur non admittendi.
15 Statuentis, aut concedentis, aut testantis verba in dubio non debent adaptari ad impossibile.
16 Princeps aduersus ius commune non rescribit de ordinaria potestate.
17 Procedere sine figura & strepitu iudicij, & procedere sola facti veritate inspecta ad paria iudicantur, & quid operatur. & nume. 19.
18 Judex vt certus iudicare debet, non vt suspicans.
20 Testes deponentes de auditu illius, qui dicit instrumentum vidisse, ad hoc vt probent quid requiratur.
21 Tenore instrumenti quando probatio fienda.

¶ De senten. & interlo. omnium iudi. Consil. cxlij.



Qualia p dictamina & consilia magnifici, & spectabilium virorum dominorum Thossancij guarini, primarum appellationum prouincie & Forcalquerij comitatuum meritissimi iudicis, & Joannis Guilbonis iuris vtriusque doctorum famosissimorum plene & luculentissime comperio demonstratum & ostensum, duas pretensas diffinitiuas sententias, latas in processu dudum moto, & adhuc pendente per et inter nobiles & honorabiles viros Pauletum aydini ciuem Auenionis maritum & coniunctam personam ac dominum rerum dotalium nobilis & honeste mulieris Piere de plana, & Laurentium Rodulphi ex vna & Gulielmum Aycardi ex alia: vnam videlicet & primam per egregium virum dominum. N. de scalis, locumtenentem magnifici domini iudicis sententiarum: aliam vero & secundam, per eminentissimum Regium consilium Aquis residens, fuisse et esse, dictorum eminentissimi consilij & do. locumtenentis honore & reuerentia p me eis debitis semper saluis dixerim, inciuiles & iniustas, & propterea cassandas & reuocandas: si post dictamen & consilia huiusmodi aliqd dixero aut dicere voluero, mihi fortasse dicet, & profecto dici poterit illud Ouidij. Quod petis intus habes. Et certe illud sibi dici verebatur doctissimus simul atque gloriosissimus sacrum literarum interpres beatus Hieronymus aduersus Pelagianos stylum acutissime dictionis stringens quod Horati⁹ Lucillo obijciebat qui magnas grecorum malebat implere cateruas. Quapropter statueram apud me nihil prorsus super hac rescribere: quod & faciendum ita videbatur quia plenitudo adiectione non indiget. c. bene quidem. xcvj. distin. & quia rei satis demonstrate frustratorium est demonstrationem adijcere. l. j. in fin. de do. preleg. quod etiam voluerunt Federi. de senis consil. mihi cccx. exordiente, Scriptum est frustratorium &c. Pau. de cast. consi. cccxvj. exordiente, Quoniam adiectione non indiget. Uerum vt votis dicti nobilis Pauleti in aliquo satisfacere valeam scribam aliquid post terga mententium quasi spicas colligendo incedens, vt dicitur Ruth. ij. c. Dico igitur in primis illud fuisse & esse certo certius q post publicatas attestationes testium, & didiscita testificata non possunt ijdem testes, vel alij in illa, vel succedanea instantia sup eisdem articulis, aut directo contrarijs produci. c. fraternitatis. de testi. & cle. testibus. eo. tit. & q istud seruandum est non solum in terris ecclesie, sed etiam in foro Cesareo, per iura, rationes, & commune doct. sententiam in dictis consilijs plenissime allegata & inducta &
1 que refricare non oportet, quinimo nec expedit. † Quo fit vt exceptio cuiusdam pretense remissionis, siue cessionis parte dicti Aycardi proposita, & deducta in duodecimo & decimotertio articulis schedule exordientis, Ut clare appareat &c. in tertia instantia parte eius oblate & producte, de mero iure recipi vel admitti non debuerit ad probandum per testes: cum illa antea fuisset parte dicti Aycardi in prima instantia, & in quibusdam pretensis articulis exordientibus, In causa vertente &c. proposita & deducta, & sup ea testes producti & auditi, eorumque attestationes publicate, & etiam didiscite, constantibus actis publicis, non tamen damno admissionem de ea factam per dictum do. de Scalis, cum illa facta extiterit non quidem simpliciter & absolute, sed cum clausula, Saluo iure impertinentium, non releuantium, & non admittendorum: tum quia vt plurimum consueuerunt hodie in dubio admitti articuli, de quo gl. Hostien. Jo. and. & alij in. c. cum contingat. de offi. delega. Specu. tit. de positio. §. septimo videndum, versi. & not. &c. Barto. Alexand. de imol. & docto. in. l. si duo patroni. §. idem iulianus. ff. de iureiurando. glo. in cle. constitutionem, ad fi. super verbo legitime, & quod ibi per docto. de electio. Joan. an. in. c. ex parte, de testi. & domi. Prepo. in. c. solicitudinem, charta mihi. viij. col. iij. versi. & ideo per predicta infertur ad quod fit quotidie &c. de appella.

Sed cum vt predixi illa pretensa exceptio admittenda non esset ad probandum per testes, illiusque admissio non pura, sed conditionalis extiterit, admissio huiusmodi haberi debuit pro infecta, quasi defecerit conditio, sub qua ad-
2 missa extitit. † dispositio enim conditionalis conditione adueniente effectum sumit. non ante. l. cedere die. ff. de verbo. signi. l. pecuniam. ff. si cer. pet. & l. qui heredi. §. fi. & quasi per totum titulum. ff. de condi. & demo. facit. l. iubemus. §. sin autem. C. ad trebel. quod etiam voluit Bar. in quodam suo consi. exordiente, Perusine ciuitatis statuto &c. Pau. de cast. consi. mihi. cccxiij. exordiente, Uiso tenore suprascripte bulle &c. Alexan. de imol. consi. lxxviij. exordiente, Uisis quam elegater & in facto &c. in quarto volu. & q admissio pdicta haberi debeat pro infecta, & propterea non nocuerint, nec nocere debuerint depositiones testium super ipsa exceptione in dicta tertia instantia productorum, senserunt Bar. & Joan. de imo. in locis per pfatos dominos allegatis, quod etiam videtur satis fuisse de mente gl. in. d. cle. constitutionem, super verbo, legitime. Specu. in. d. §. septimo videndum. ver. & no. ibi. Et faciat hoc iudex premissa solita protestatione &c. glo. Host. & alij in. d. c. cum contingat. & Prepo. in allegato. c. solicitudinem, charta. viij. colum. iij. Bald. in. l. fi. in fi. C. qui legi. perso. & Bart. in. d. l. si duo patroni. §. idem in
3 lianus, ver. quero iuxta literam &c. † vbi voluit q licet articulus conferat ad causam: si tamen non erat admittendus & admittatur & ei contra quem, imputari non valeat q illius admissioni consenserit poterit ipse, contra quem, postea de huiusmodi inadmissibilitate opponere, & dicta testium non valebunt: & idem sequitur ibi Alexan. de
4 imo. in colum. penul. & subiungit ibi Bar. ex hoc apparere † q qn iudex precepit responderi positionibus, Saluo iure impertinentium & non admittendarum, tunc etiam post responsionem potest disputari an debuerit responderi vel non, quia apparet partem non consensisse. Et puto q de mente Bartol. extiterit q si super positione vel articulo sic admisso producantur & examinentur testes, & in disputatione que postea fit super admissibilitate vel inadmissibilitate positionis vel articuli hmoi appareat eum non fuisse admittendum testium depositiones non valeant: qr idem sentit ibi in casu simili, & in quo non est alia ro q in isto, sz vtrobique eadem vt colligitur ex pbis Bar. s. q i neutro parti imputari valeat: q admissioi consen

ferit, ergo vtrobiq; debet idē ius seruari. l. illud. cū suis si. ff. ad
legē aquil. alias autē si exceptio cū dicta clausula, saluo iure ⁊c. p
iudicē admissa, cēseri deberet, admissa etiā si impertinēs, vel nō
releuatoria, aut nō admittēda existeret illa clausula, cū qua, secū
dum docto. communem sententiam, facienda est admissio in du-
bio, seruiret nobis de vēto, ⁊ nihil operaretur, quod nō est dicen-
dū. Si enim vt dicit Bal. C. de contrahen. emptio. super rubrica
5 in. ix. q. † non solum vnaqueq; clausula, sed etiā vnūquodq; ver-
bum a contrahentibus prolatum esse debeat cum virtute operā-
di, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. emp. ⁊ l. si stipulatus.
in prin. ff. de vsur. quod etiam voluit Roma. consi. lxxxiij. in fi. et
Alexā. de Jmol. consi. cxvij. exordiente, Visis supra narratis in
themate, col. iiij. in primo volu. nō video cur nō idem dici debeat
in iudicijs, ⁊ in verbis prolatis a iudice: ⁊ maxime in hoc casu in
quo ab admissione dicte exceptionis facta cū dicta clausula ap-
pellare nō potuerūt dicti nobiles Aydini ⁊ Rodulphi, vt videt
voluisse glos. in. c. cum contingat, quam ita intellexit Alexan. de
Jmol. in. d. l. ille a quo. §. si testamento. colū. ij. Et idem sensisse vi
dentur quo ad casum nostrum, Quis in quibusdā dissentiāt Ho-
stien. Joā. And. ⁊ alij in. d. c. cum contingat. quatenus sentiūt ꝙ
vbi est dubium an exceptio sit de iure admittēda vel non, ⁊ exqui
rat proliziorem tractatū, potest iudex inuitis partibus vlterius
pcedere, ⁊ reseruare: quinimo secūdum eos, hoc potest facere iu-
6 dex regulariter, preterꝙ in preiudicialibus exceptionibus, † in
quibus ordo iudicij peruerteretur. Facit ad premissa aut. si di-
catur, ⁊ qd ibi Bald. ⁊ Sali. C. de testi. Preterea, ⁊ si verum esset
ꝙ ab admissione sic facta posset vel quandoq; vel indistincte ap-
pellari: nō tamen sequeretur quin postea posset ⁊ deberet dispu-
tari eo instante de pertinentia vel impertinentia exceptionum,
post ꝙ ille admisse extiterunt cū illa protestatione: hoc enim nul-
lus sentit, quinimo omnes sentiunt cōtrarium, vt refert Alberi.
in. l. fi. §. quod obseruari. C. de iura. calum. Gulielmus de Suza.
7 † dicit in curia Romana seruari ꝙ omnes positiones admittan-
tur, Saluo iure impertinētium, ne cause differātur super dispu-
tatione pertinentium vel impertinentiū: in fine tamē cause exa-
minantur que sint pertinentes, vel non.

Fortasse opponetur quod ex-
ceptio, de qua supra, seu articuli in quibus deducta fuit, nō fue-
rint impertinētes, vel non releuatorij; pro eo q̄ vt colligitur ex
8 doctrina doc. in. d. §. quod obseruari, † articulus vel positio tunc
videtur impertinens, quando nihil confert ad causam: cuiusmo-
di non videntur fuisse articuli predicti, cum in eis deduceret ex-
ceptio, per quā alias erant ipsi nobiles Aydini et Rodulphi ab
intentione excludendi. sed istud nō obstat, q̄ nō solum exceptio,
vel articulus dicitur impertinens quando omnino nihil cōfert
ad causam, sed etiā si conferat, duntamen non sit alias admittē-
dus, vt verbi gratia videri potest in exceptiōe dominij opposita
9 aduersus spoliatū petentem se in possessione restitui. † Ista eniz
cōfert ad causam, quia si patiente actore eodēq; spoliato, cui im-
putari valeat ꝙ admissioni cōsenserit, fuerit admissa, ⁊ probata
exceptio huiusmodi, absoluetur reus. c. j. ⁊ quod ibi doct. de resti
tu. spoliato. de quo Bart. in dicta. l. si duo. §. idem iulianus, ver-
sicu. quero iuxta literā. Confert igitur exceptio dominij ad cau-
sam super possessorio recuperande intentatam, ⁊ partem oppo-
nentem, si patiente actore admissa ⁊ probata extiterit, releuat: et
tamen dicitur impertinens in hoc iudicio, pro eo quia reluctāte
actore admitti non debebat, nec valet admissio, si eidē actori cul-
pa imputari non valeat, vt voluit Barto. in dicto versicu. quero
iuxta literam ⁊c. Adijcio ꝙ etiam si veruz esset ꝙ dicta exceptio
parte dicti Aycardi opposita, vel articuli illi, in quib⁹ extitit p-
posita, dici non deberent impertinētes, vel non releuatorij cuius
contrarium est veritas, illi saltem ⁊ sine dubio non erant admit-
tendi per superius dicta. ⁊ istud sufficit q̄ prefatus dominus de
Scalis in dicta per eū facta admissione nō solum reseruauit ius
impertinentium, ⁊ non releuantium: sed etiam ius non admittē-
dorum. Siue igitur conferrent ad causam, siue non, et siue essent
releuatorij siue non, nihil ad rez postꝙ illi nō erant admittendi.

Nec sibi persuadeat dict⁹ Gu-
lielmus Aycardi ꝙ dicti articuli fuerint admittēdi propter re-
scriptum parte eius impetratum, ⁊ in dicta tertia instantia exhi
bitum ⁊ productum. Quoniam respondeo quod istud nō obstat.
Tum quia vt elegantissime dixit dictus magnificus domi. pri-
marum, ⁊ ex actis colligitur, dictum pretensum rescriptum fuit
⁊ est subreptitium ⁊ obreptitium, expressa videlicet falsitate ⁊ ta-
10 cita veritate impetratum, † quod propterea fuit ⁊ est nullū, qua-
tenus pretendi posset ꝙ per illud data esset facultas dicto Gu-
lielmo Aycardi iterato deducendi dictam pretensam remissionē
pacti ⁊c. ⁊ super illa testes denuo producendi, non obstante ꝙ in
dicta prima instātia fuissent testes super huiuscemodi pretēsa re
missione producti, examinati, eorum attestationes publicate et
postea per partē opponentē didiscite: q̄ sic cōtinuisset ⁊ cōtine-
ret gratiā ⁊ beneficiū, ⁊ vt expressius loquar, dispensationē ⁊ re-
laxationē, seu sublationē iuris communis: talia autem rescripta
sunt nulla ipso iure propter surreptionem, per ea que habētur ⁊
quod ibi Joā. And. ⁊ docto. communiter in. c. ad audientiam, le
ij. de rescrip. ⁊ quod not. Innoc. ⁊ Joan. de Jmol. in. c. ad aures,
11 eo. ti. † Et quis hec videantur procedere in rescriptis ad benefi-
cia ecclesiastica: illa tamē procedunt etiam in priuilegijs, ⁊ in be-
neficijs principum, quia surreptio etiam in illis vitiat ipso facto
secundum Panor. post alios in. d. c. ad audientiam, allegat. l. j. ff.
de nata. restitu. l. ⁊ si non cognitio, ⁊ quod ibi not. C. si contra ius
vel vtili. publi. Et ita communiter tenent docto. secundum eum.
etiam allegat Inno. in. c. cum dilecta. de rescript. idem dicit Pa
nor. in. c. qd super his. col. j. de fide instru. multas remissiones po
nit Feli. in. d. c. ad audientiam, colum. xv. ver. amplia secūdo ⁊c.
Quod aūt rescriptū huiusmodi impetratū extiterit expressa fal
sitate clare constat, ⁊ apparet saltē ex eo. ꝙ idem Aycardi dixit ⁊
exposuit magnifico domi. magno prouincie senescallo, ꝙ instru-
mētum dicte pretēse remissionis substractum extiterat forte do-
lo partis sibi aduerse, ⁊ sic dictorum nobilium Aydini ⁊ Rodul-
phi, aut alterius eorundē, ⁊ ꝙ ad manus partis huiusmodi pue-
nerat ⁊ que illud restituere recusabat, que expositio multum mo-
uere potuit, aut mouisse presumitur dictum dominum concedē-
tem. l. si de possessione. C. de probat. que tamen probata non exti-
tit, nullus enim ex testibus parte dicti Aycardi in hac causa p-
ductis deposuit de huiusmodi pretensa substractione, aut peruē
tiōe ad manus dictorum nobiliū Aydini ⁊ Rodulphi, aut alte-
rius eorūdem: pro cuius dicti ostēsione remittere sufficiat ad ea
que testes per eiusdē Aycardi deposuerunt super vicesimopri-
mo, ⁊ quatuor sequentibus articulis dicte schedule. Vt clare ap-
pareat ⁊c. per quorū depositiones, si vt oportet attendant, nihil
pbatū extitit concludēte de dictis pretēsis substractione et per-
uentione ⁊c. ad manus ⁊c. Nihil etiā de his probatū est per quas-
dam pretensas reuelationes factas, vt pretēditur metu excōmu
nicationis: ⁊ non solum non est aliquid de illis probatum per di
ctas reuelationes, quinimo nec p reuelantes postea in testes p-
ductos: illi enim nihil effectualiter deponunt de pretenso instru
mēto dicte pretēse remissionis, preter id quod se audiuisse pretē
dunt a quodā magistro Blasio boquerij pretenso notario: a quo
vt dicūt, dici audiuerūt ꝙ ipse instrumentū huiusmodi remissio
nis viderat inter notas ⁊ protocolla cuiusdā magistri Gulielmi
vastonis: qui propterea ea ratione non probant, q̄ deponunt de
auditu dici. l. testium. C. de test. ⁊ quia etiam eorum autor hoc est
Blasius boquerij non probaret, etiam si iuratus deposuisset ea,
que isti pretendunt se ab eo audiuisse. pro quo allegasse sufficiat
quod not. glos. ⁊ docto. in. l. sicut iniquum. C. de fide instru. ⁊ Pa
nor. in. c. cum olim. de priuile. Et non solum exposuit falsum idē
Gulielmus Aycardi impetrando rescriptū, sed etiam tacuit ve
rum, scilicet ꝙ in prima instantia fuissent parte eius testes pdu-
cti, examinati, eorum attestationes publicate, ⁊ vise: que si expres
sa extitissent, non obtinuisset dictum pretensuz rescriptum qua-
tenus pretendi posset per ipsum fuisse derogatum dispositiōi di
cte cle. testibus, de testi. Tum etiam nō obstat dictum pretēsum
rescriptum, quia per ipsuz non apparet ꝙ magnificus dominus
Senescallus dispensare voluerit contra dictam cle. nec in dubio
12 presumi debet ꝙ ipse hoc facere voluerit, † quia beneficia princi
pis debent intelligi esse concessa sine alterius iniuria. l. j. §. meri-
to. ⁊ l. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi. pro quo faciunt
not. per glo. in cle. sepe. §. non sic tamen. super verbo, defensiones
legitime, ⁊ qd ibi Jo. de Jmol. ⁊ docto. de verbo. signific. vbi post
legistas alibi not. glos. ⁊ docto. ꝙ licet per statutum vel commis-
sionē concedatur potestati, vt in causa vel causis suo arbitrio p-
cedere valeat, non propterea censetur sibi concessum tantum, vel
tale arbitriū, quominus teneatur ⁊ debeat parti seruare iustitiā
aut ꝙ illam ledere, ⁊ contra iura vel iustitiā condemnare valeat:
13 † quia iustitia ⁊ legitima defensio partis nō intelligitur sublata
per dationem arbitrij. l. si quando. C. de inoffic. testa. ⁊ l. si procu-
rator, in princip. C. de condictio. indebi. cum alijs simili. in dicta
glos. allegatis. ad quod bene facit dicta clemen. sepe. §. non sic ta-
14 men, ⁊ clemen. pastoralis. §. ceterum. in fin. de re iudic. † Est antē
legitima defensio, ⁊ propter quandam naturalem equitatem in-
troducta, ne post publicatas ⁊ didiscitas attestationes ijdez te-
stes, vel alij super eisdem articulis aut directo cōtrarijs in eadē
instantia aut succedanea admittātur, ne videlicet alter alteri in-
sidietur, vt voluit Bartol. in extrauagan. ad reprimendū, super
verbo, ⁊ figura iudicij, versicu. sed an in hac causa postꝙ ⁊c. idez
voluit Roma. cōsilio. cccclxxix. exordiente, In eo quod queritur
an in eadem instantia ⁊c. in princip. vbi etiam refert Bart. in di-
cta extra-

cta extraua. idem etiam voluit Fracisc. de aret. in c. cõstitutus. le second. de testibus. ⁊ idem etiam voluit Georg. na. in repetit. dicte clementi. sepe. in v. qõ. principali, colum. vij. versicu. tertiodecimo queritur an post didiscita testificata ⁊c. vbi refert Pe. de ancha. Joan. de lign. et Joan. de imol. tenere idem quod Bartol. in dicta extraua. excluditur enim quis a pducẽdo testes post didiscita testificata propter dolum presumptũ. aut. de testi. §. quia vero, colla. vij. not. Francis. de are. in d. c. constitutis, col. fina. Non ergo dicendũ est quod per dictum pretensum rescriptum voluerit dictus domin⁹ Senescallus auferre prefatis Aydini ⁊ Rodulphi. exceptionem huiusmodi. Non est etiam dicendum, vt predixi, ꝙ idem domi. Senescallus exceptionem predictã eisdem nobilibus Aydini ⁊ Rodulphi tollere voluerit saltem per verba generalia qui
15 bus vsus est in dicto pretenso rescripto: quia queadmodum verba generalia statuentis, aut testatoris, seu etiam alterius dispone tis non adaptanť, nec adaptari debẽt in dubio ad ea, que impossibilia existebant statuenti. testatori aut alteri disponẽti. arg. l. si pater. ff. de his que in frau. credi. l. lucius. §. penul. ff. ad municipa. et l. §§. ff. de ritu nup. et c. tãa. de deci. et quod voluit Bart. in simili in. l. fina. §. in computatione, de iur. deliberan. ⁊ l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institu. Pau. de cast. consi. lxxxi. exordiente, Dicendum est ꝙ dicta fraternitas ⁊c. ⁊ Andre. neu. consilio. liij. exordiente, Preclare scripsit psalmista celebris ⁊c. colũ. penulti. versi. ⁊ si quispiam insistere ⁊c. in secunda parte, vbi plene: ⁊ consilio. lxiij. colum. vij. in eadem parte: ita nec debent huiuscemodi generalia verba adaptari ad ea, que nõ licebãt dicto domino Senescallo. arg. l. merito. ff. pro socio. dicto vero domi. Senescallo non licebat in specie, nec de ordinaria potestate rescribere vt, nõ obstantibus attestationibus sumptis in prima instantia, ac publicatione, ⁊ visione earũdem, iterum super eisdem articulis producerentur testes. authent. de testi. §. quia vero. versic. illud tamen ibi, nec si diuina iussio preceperit, colla. vij. ⁊ trãssumptũ c in aut. at qui semel. C. de probat. functa. l. rescripta. C. de preci. impera. offe. Per que apparet ꝙ ius commune derogat rescripto huius
16 modi: † ⁊ ita aduersus ipsam non rescribit princeps de ordinaria ptãte, sed opus est derogatiõe finis iuris, ⁊ sic plenitudine potestatis, per id quod not. Bal. in. l. si testamentum. C. de testa. Anto. de butri. ⁊ Joã. de imo. in. c. que in ecclesiarum, de constitu. quam facere non potest inferior. l. formam. ff. de offic. prefec. preto. not. glo. in. c. fin. versi. figura. cum simili. de her eti. in. vj. doct. in. c. fi. de offi. archi. ⁊ Bal. in. d. l. rescripta. Non possunt igitur predicte sententie defendi in vim dicti rescripti.

Etiam nec defendi pc test sentẽtia dicti eminentis consilij, ex eo quod pretenditur ipsum posse, ⁊ valere in vim Regie constitutionis procedere in causis sola facti ⁊c. prout ⁊ clare ⁊ plenissime demonstrauit, ei ostendit idem magnificus domi. iudex primarũ, ⁊ qui ad hoc opportune allegauit Barto. in dicta extraua. ad reprimendum. in versi. superius allegato: ⁊ Alegand. de Jmol. consil. xxiiij. exordiente, Consideratis his de quibus in themate ⁊c. colum. iiij. ver. quarto principaliter quia videtur ⁊c. ⁊ idem quod Barto. voluit Roma. in dicto consilio, ccccxxix. Franc. de arc. in dicto. c. constitutis. le. ij. et vt refert Geor. nã idem voluit Pet. de anchara. Joan. de lig. et Joan. de
17 imo. in dicta clemen. sepe. † Et q̃uis isti loqui videantur eo casu, quo potest iudex procedere sine strepitu ⁊ figura iudicij: qz tamẽ posse hoc modo procedere, et posse pcedere sola facti veritate inspecta, videntur ad paria iudicari, per id quod ponit Roma. cõsilio. ccccxix. exordiente, Jn casu proposite consultationis ⁊c. videtur ꝙ queadmodum hoc fieri non potest, secundum docto. prefatos, vbi proceditur sine strepitu ⁊ figura iudicij, ita nec fieri possit vbi proceditur sola facti veritate inspecta: quia etiã in hoc casu, sicuti ⁊ in alio, posset homo homini insidiari, quod ne fiat introductum est, vt predixi, propter quandam naturalem equitatem, ne post publicatas ⁊ didiscitas attestationes iisdem testes, vel alij sup eisdem articulis ⁊c. admittantur. Est igitur eadẽ ratio vtrobiq, ergo ⁊ idem ius. l. illud, et quod ibi glo. ff. ad legem aquil. l. j. §. interdum. ff. de fonte. ⁊ l. si stipulauerit. §. ratio. ff. de adul. Et facit p pmissis scilicet, ꝙ testibus sic pductis credi nõ debeat, ꝗ si metu facte subornatiõis, vt dicitur in dicta cle. testibus, testes sic producti admitti nõ debeant, nõ video quõ vel ipsum eminẽs cõsiliũ, vel alius quiuis, cui vel ex statuto, vel ex cõmissione speciali concessum est, vt sola facti veritate inspecta procedat, possit plene credere testibus, quos timet extitisse per partẽ producentẽ subornatos: hec enim repugnantiam habent, ⁊ que sub vno tecto. vel in eadem cõsciẽtia residere non possunt. si enim timet iudex, quod ornati extiterint, hoc est ne de aliquo falso exprimendo, ⁊ vero tacẽdo in testimonio fuerit eis per aliquẽ facta informatio, per ea que post Laudu. ⁊ Zenze. voluit Cardi. flo. in dicta cle. testi. col. j.

quomodo credit eis, vt secundũ eorum depositionẽ siue dictũ iudi
18 cet: † ⁊ si non credit, quomodo iudicat: cũ ad hoc vt iudex iudicet eum adduci oporteat ad firmã credulitatem absq aliquo dubio alicuius cõtrarij, alioquin nõ iudicaret vt certus, sed vt suspicãs vel opinans, pro quo allegasse sufficiat quod not. Bar. in. l. admonendi, col. v. versi. quero qñ dicatur, ⁊ duobus sequen. ff. de iureiu.
19 † **Preterea si credimus his que** no. Panor. in. c. dilecti. de iudi. per illa verba nõ solũ nõ remittuntur exceptiones legitime parti competentes, quinimo, nec videtur per ea remota vel sublata iuris positiui solennitas sed garrulatur ⁊ est superflua subtilitas qõ probat tribus rationibus, ibi plenius allegatis. Et presupposito, citra preiudiciũ veritatis, ꝙ verba hmõi operarentur sublationẽ iudiciarij ordinis: nõ tamen operãtur sublationẽ legitimarũ exceptionũ, queadmodũ nec illã operantur illa verba sine strepitu, ⁊ figura iudicij. d. cle. sepe. §. nõ sic tamẽ, pro quo allegasse sufficiat Roma. in dicto consi. cccccxix. do. de Rota in nouis decisionibus in decisione. xxxiij. exordiente, Quando cõmittitur causa in palatio ⁊c. ⁊ Alexan. de imol. in cõsi. lxxx. exordiente, Viso processu cause vertentis ⁊c. col. fin. in quarto volu. vbi multa inducit facientia ad materiam. ⁊ quod voluit Franc. de are. bene intellectus in. d. c. dilecti. in versi. sed venio ad sequentẽ articulũ, ⁊ versi. circa tertiũ articulum de iudi. vbi si placet videatur. ⁊ maxime in versi. circa tertium articulum.
20 † **Postremo illud certum est ꝙ** testes q deponũt se audiuisse a dicto magistro Blasio boqueri, ꝙ ipse viderat dictũ pretensum instrumẽtũ asserte remissioni ⁊c. nõ probant veritatẽ remissionis: quinimo nec illã probarẽt etiã si deponerent se vidisse ⁊ legisse instrumẽtum hmõi, nisi deponerẽt de tenore instrumẽti, per ea que no. D dof. Cy. Pau. de cast. ⁊ doct. in l. j. C. de fide instru. ⁊ multi in. d. l. sicut iniquũ. eo. ti. ⁊ in aut. si quis in aliquo documẽto. C. de edẽ. quinimo nec probarẽt si deponerẽt de tenore, vt voluit Azo. in sum. ti. de fi. instru. §. de admissiõe aũt ver. in secũdo casu: qõ saltem procedit, vt etiã tũc nõ probẽt plene, nisi essent homines valde experti, vt magni aduocati, magni doctores, vel notabiles notarij. c. cũ olim essemus, ⁊ qõ ibi Panor. de priui. ⁊ ita intellexit Bar. in. d. l. sicut iniquũ, ⁊ in allegata auth. si
21 quis in aliquo. † Preterea si est verum id qõ sentiũt Sali. ⁊ Pau. de cast. in. l. testiũ. C. de testi. ꝙ licet illa lex habeat locũ quẽcunq partes scripturam fieri fecerint de contractu, dũmodo ad debitũ probandũ producta extiterit, non sufficiebat, nec sufficeret in hoc casu pbare per duos testes plene deponẽtes de dicta pretensa remissione: sed opus esset probare tenorẽ instrumẽti ⁊ etiã amissionẽ illius. d. l. testiũ. postꝙ hic apparet p solẽne instrumentũ de pacto de retrouendendo: de quorũ tamen neutro apparuit vel apparet. Ex quibus omnibus adherendo sententie predictorũ dominorũ meorũ ⁊ cũ eis cõcludendo, dico, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prefatũ eminens consiliũ processisse inciuiliter ⁊ iniuste, ⁊ pptera eorũ sententiã reuocãdã. Et ita mihi videtur.

¶ Argumentum.

¶ Si vir vxori pro augmẽto annuum quid relinquat, ipso autem mortuo pro non reddita dote pignus assignetur, cuius fructus relictum annuum excedat, id in quo excedũt in sortem dotis imputatur contra ꝙ factum pactum vsurarium est. A. F.

1 ¶ Statutum quo cauetur ꝙ omnes detinentes dotes mulierum teneantur post annum dare alimenta vxoribus, an valeat.
2 Fructus pignoris dati pro dote post mortem viri computãtur in sortem dotis. ⁊ nu. 5.
3 Mulier non prestãs marito seruitia matrimonialia non debet de iure habere alimenta.
4 Statuto quod fieri non potest nec pacto.
6 Donatio per virũ vxori facta, vt per heredem centũ pro alimẽtis illi singulis annis elargirentur, an soluta dote solui debeat.
7 Filius ad alimenta matris egentis tenetur.
8 Transactio vsuraria ad lucrum faciendum de fructibus an iuramento validetur ⁊ teneat.
9 Dispensatio iuramenti super transactione vsuraria a quo obtineri debeat, ⁊ an valeat parte non citata.

¶ De pac. conuen. tum super do. Consi. cxliij.


Viso casu mihi exhibito parte magnifici ⁊ potentis viri domini Gaspardi de Montealbano alias Artaudi domini Montismauri ⁊ de Aysio, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad predicta

K

dubia prout infra. Et primo quidez ad primũ ꝙ pactum, de quo ibi, fuit et est vsurarium, et ꝙ eo non obstante debuerunt et debent fructus, prouentus, redditus, et emolumenta per magnificam mulierem dominam Margaretam louete eius matrẽ percepti in castro, mandamento, et locis in casu huiusmodi plenius mentionatis restitui quatenus tamẽ illi excedũt, vel excesserũt alimenta, aut summam centum francorum, pro alimentis seu doario eidem domine Margarete tempore contracti eius matrimonij, ꝛ in testamento magnifici quondam viri domini Joannis de monte albano donatam et relictã: causis, iuribus, ꝛ rationibus plenissime allegatis per egregium virum dominum Joannem, et que huic casui opportune adaptãtur: quibus breuiter addo quod voluit Bar. in quodam suo consilio exordiente, Franciscus habuit in vxorem dominam Thomassiam ꝛc. Angel. consil. cxxxviij. exordiente, Tutor vxori quondam patris pupilli ꝛc. ꝛ plenius consilio. cccxx. exordiente, Titius stelle de tuderto confessus fuit se habuisse a domina ꝛc. ꝛ in. l. titia. in prin. ff. de solu. Pet. de ancb. consilio. mihi. cxix. exordiẽte, In questiõe q̃ vertit inter nobilem dñm Floridã ꝛc. vbi plenissime. ad quod bene facit qd̃ post Mathe. voluit Jo. de imo. in cle. j. col. penult. versi. querit vlterius hic Ma-

1 the. de vsur. † vbi dicit, nõ valere statutum, quo cauetur ꝙ omnes detinentes dotes mulierum teneantur post annum dare alimẽta vxoribus, pro quo inducuntur no. per Ray. in summa ti. de vsur.

2 ꝛ per Inno. in. c. salubriter, de vsur. † vbi dicunt ꝙ si data fuerint pignora pro dote post mortem viri fructus pignoris debent computari in sortez dotis, ad quod bene facit secundũ Joan. de imol. vbi supra dictum. c. salubriter: vbi dicitur, ꝙ vir tenetur vxorem alere propter onera matrimonij, ꝛ ob hoc fructus non computan-

3 tur in sortem. † Et sic patet ꝙ si mulier non prestet seruitia matrimonialia non debet de iure habere alimenta. Et sic infero ꝙ tale statutum non valet, ꝛ in hoc residet idem Matthe. ꝛ per cõsequẽs hoc approbat secundum Joan. de imol. ꝛ ita etiã transit idem Joan. hoc etiam voluit Floria. in dicta cle. in prin. in. vj. q. quatenus summa per statutum dari ordinata excederet alimenta. Ex qui-

4 bus infertur ꝙ pactum predictum non valuerit, † quia quod statuto fieri non potest, nec pacto.

Ad secundum dico ꝛ respõdeo

ꝙ, cum fructus per eandem dominam Margaretam percepti ex bonis ꝛ rebus superius et plenius in casu predicto mentionatis, deductis expensis, longe excesserint ꝛ excedant in valore non solũ summã duorũ milliũ ꝛ octingentorũ florenorum restantẽ ad soluẽdum de summa recepta, sed etiã totã summã dotalez, tenetur ipsa domina Margareta reddere ꝛ restituere eidẽ do. Gaspardo res

5 ꝛ bona predicta. † Et hoc pro eo quia fructus percepti, quatenus excesserũt alimẽta, seu summã predictam centũ francorũ pro doario deoitam, debuerunt ꝛ debẽt pro cõcurrenti quãtitate in sortẽ dotis imputari, per id quod habetur in. l. j. ꝛ. ij. ꝛ quod ibi per docto. C. de pignora. actio. l. j. C. de distrac. pigno. ꝛ in. c. ij. de vsu. que procedunt etiã in hoc casu. d. l. titia. ff. de solu. ꝛ ita sentiunt docto. prefati in locis preallega. ꝛ Inno. ꝛ docto. communiter in. d. c. salubriter, de vsur. Quo vero ad fructus excedentes dictam summam, licet fortasse illi possent repeti, non tamen consulo hoc faciẽdum, ꝛ ideo super isto articulo non insisto.

6 ## Ad † tertium dico et respondeo

ꝙ, inspectis verbis donatiõis facte de dicto doario, illud nõ amplius debetur vt donatũ, vel relictũ. quia illud videtur donatũ, aut promissam, et relictũ durante casu restitutionis dotis, ꝑ que verba puto partes intellexisse. ꝙ illud pstaretur q̃diu dos remaneret penes heredẽ, aut q̃diu nõ redderetur dicte do. Margarete. Et q̃uis circa finẽ capituli exordiẽtis, Item fuit de pacto expresso inter dictas partes ꝛc. dicat ꝙ ipsa do. Margareta. habere deberet pro alimentis centũ francos annuatim ipsa existẽte vidua: hoc tamẽ intelligi debet ea existẽte vidua, ꝛ durante casu restitutionis dicte dotis, hoc est q̃diu dos non esset restituta: qꝛ ibi loquitur capitulum in illo eodez casu, de quo in principio, quod satis apparet ex verbis illius capituli, et maxime ex illo aduerbio

7 tunc. † Puto tamẽ ꝙ vbi dicta domina Margareta non haberet vnde aliunde se aleret, idem do. Gaspardus, ex eo quia filius, tenetur eam alere tanq̃ matrem.

Ad quartum quesitũ respon-

deo, legatum factum per dictũ quondã dominũ Joannẽ artaudi nõ impedijsse, nec impedire quominꝰ eadẽ domina Margareta debuerit, ꝛ debeat fructus, prouẽtus, ꝛ redditus per eãdem perceptos, quatenus excesserũt doariũ, imputare in sortẽ dotis ꝑ concurrenti quãtitate: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Pe. de ancha. consi. xcij. exordiente, Uerba testamẽti ita se habent in effectu ꝛc. vbi plene ꝛ eleganter Jo. de ana. in. d. c. salubriter, colũ. pen. versi. quid aũt si testator damnat heredez, ꝛ plenius in. c. super eo. col. penul. ver. quero iuxta pdicta nũquid testator ꝛc. de vsur. vbi multa inducit, que breuitatis causa inducere omitto: ꝛ per hoc patet responsio ad quintum quesitum.

8 ## Ad † sextum dico qd̃ transactio

de qua ibi, quo ad lucrũ faciendum de fructibus etiam nõ valuit, per ea que superius dixi super primo quesito, cum illa fuerit vsuraria: veruntamẽ quia idem do. Gaspardus iurauit de illã obseruando, opus est dispẽsatione iuramẽti, que obtineri poterit a domino Diecesano, per ea que habẽtur in. c. j. ꝛ. c. debitores, et quod ibi per glo. ꝛ doct. de iureiur. propter quod feci supplicationẽ eidem offerendam: ꝛ opus est, secundũ opinionẽ magis cõmunez, ꝙ dicta domina Margareta citetur visura iuramentũ hmõi eidem dño Gaspardo relaxari, vel cuz eo de illo dispẽsari. vel alias eundem habilitari ad ostendẽdum ꝛ detegendam transactionem pre-

9 dictam fuisse ꝛ esse vsurariam: † q̃uis Oldra. consi. mihi. xlj. exordiente, Ad duplicem finem peti potest relaxari sacramentum ꝛc. Pe. de ancha. consi. mihi. xvij. exordiente, In questione que vertitur inter Nicolaũ ꝛc. ꝛ Alberi. C. de vsu. super rubrica, in fin. voluerint, ꝙ vbi petit ille, qui iurauit, eius personam habilitari, vt non obstante iuramento possit detegere fraudem contractus, possit fieri habilitatio huiusmodi parte non citata.

¶ Argumentum.

¶ Cui in transactione quid fieri promissuz est, aut aliud quid ad eum pertineat, eo non impleto, hoc est prestandum. U. F.

1 ¶ Licentia, seu facultas concessa modo, quo de iure non licet, habetur pro nõ data, et nomen licentie amittit, nec prodest quicq̃.
2 De iure vbi aliquid potest fieri an sufficiat ꝙ fiat de facto, et an procedat in conditionibus, ꝛ quando. ꝛ nu. 4.
3 Uerbum habuisse, positum in licentia quod verbum sit, ꝛ ad quẽ referatur.
5 Transactio super lite an trahatur ad inualida.
6 Subiecta talia sint qualia predicat demonstrant.
7 Mens contrahentium in dubio sensisse videtur de eo quod erat verisimilius.
8 Suum iactare nemo presumitur.

¶ De transact. Consilium. cxliiij.



Jso instrumẽto transactionis olim celebrate ꝛ inite per ꝛ inter magnificum ꝛ potentem virum dominum Gaspardum de monte albano dominum Aysij et Montismauri ex vna parte, ꝛ nobilẽ et egregium quondam virum dominũ Christophorum de monte albano decanum viẽnensem ex alia vna cuz alijs mihi exhibitis, videtur, sub benigna supportatiõe cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ nõ obstante quadam asserta probatione, seu informatione postea facta per ipsum do. Christophorum de quibusdam pretensis licentia et facultate in transactione huiusmodi plenius mentionatis, debuerit et debeat castrum de Balco, cum suo mandamento, territorio et districtu, et alijs suis pertinentijs, et iuribus quibuscunq̃ ad ipsum dominum Gaspardum reuerti, et sibi reddi, et restitui per nobiles et generosos viros Balthasarum et Guichardũ de mõtealbano, alias Artaudi, heredes vniuersales dicti domini Christophori: quia purificata est conditio, sub qua castrũ hmõi cũ suis pertinẽtijs et iuribus reuerti debuit ad ipsum dñm Gaspardũ ꝛ sibi restitui: pro eo videlicet qꝛ nõ est ꝓbatũ, vel legitime ostẽsum ipsi dño Gaspardo per dictũ quõdã dñm Christophorum, quod venerabilis et religiosus vir frater Claudius Artaudi eorum frater monachus insignis monasterij Athanatensis Lugdunensis, ordinis sancti Benedicti, habuerit alias pretensas licentiam et facultatem, de quibus in instrumento transactionis ante dicte, et de quibus idem quondam dominus Christophorus pre-

1 tendebat se posse informare eundem dominũ Gaspardum. † Tuz quia clare demonstratum est et ostensum per spectabiles viros dominos primo scribentes, qd̃ licentia et dicta pretensa facultas fuerunt et sunt nulle, vtpote concesse per eum, qui eo modo, quo in eis concedendis processit, hoc de iure facere non potuit: et sic debuerunt et debent haberi pro non datis. c. quod autem, in fine. cum suis simi. ꝛ qd̃ ibi gl. de iure pat. nõ igiť nomẽ licentie ꝛ facultatis habere merẽtur, argumento. l. fin. C. de sentẽ. ex pericu. reci. cle. pastoralis, de reiudi. l. iiij. §. condemnatũ, ꝛ. l. nõ putauit. §. nõ queuis. ff. de bono. possess. contra tabu. ꝛ consequenter non profuit nec prodest

nec prodest, quod idem do. Christophorus ostenderit licentiam, & huiusmodi
2 prætensam facultatem concessas extitisse dicto fratri Claudio: quia ubi aliquid potest fieri de iure, non sufficit quod illud fiat de facto. l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie. & l. hec conditio filie mee. ff. de condi. & demon. & sentit Bar. in l. quidam cum filium, col. penul. & l. continuus. ff. de verbo. obl. quod procedit etiam in conditionibus, ut voluit. Bar. in. l. mulier. §. si quis hereditarium. ff. de condi. & demon. & fuit de mente Bal. in. l. meuius. ff. de condi. & demon. Et est hoc saltem verum eo casu, quo dispositio conditionalis loquitur non per verba factum, sed ius denotantia, ut voluit Roma. consi. cxcix. colu. j. versicu. vel melius illa loquuntur &c. ut est in casu nostro. Dictum est enim quod, casu quo idem do. Christophorus legitime non informaret, & fidem faceret dictum fratrem Claudium habuisse facultatem & licentiam
3 donandi &c. ubi attendo verbum habuisse, quod est verbum iuris, et refert ad ipsum fratrem Claudium non ad dictum do. abbatem. Ipse autem frater Claudius nihil habuit, aut recepit etiam de facto a prefato abbate, per quod vendere, donare, aut aliter cedere potuerit dicta bona, ut probant rationes & motiua per dictos dominos prescri
4 bentes allegate, † et sic non obstant. d. l. meuius. & l. stichus si heredi. ff. de sta. libe. que etiam, ut post Oldr. dicit Albe. in. d. l. ea quidem, col. j. C. si manci. ita fue. alie. loquuntur enim in casu, in quo in conditione deducitur factum ab omni iuris efficacia alienum. quo casu non mirum si tunc sufficiat factum de facto impleri ad purificationem conditionis, quod non sit in casu de quo queritur, quia in eo nihil repugnabat nec repugnat, si ita fuisset, quominus potuisset legitime probari dictum fratrem Claudium habuisse licentiam & facultatem cum iuris effectu ad donandum &c. ut verbigratia, ubi fuissent collate cum consensu capituli, seu conuentus predicti, & seruatis iuris solennitatibus.

Preterea cum ipse dominus Christophorus egisset & ageret coram magnifico Delphinali parlamento contra dictum do. Gaspardum & sibi postulasset suppleri legitimam dicti fratris Claudij propter cessionem, quam sibi factam asserebat per ipsum fratrem Claudium in vim dictarum pretensarum licentie & facultatis, prout apparet in supplicationibus parte eiusdem domi. Christophori in causa oblatis ad quas se retulit & referre dixit in principio transactionis antedicte, idem do. Christophorus pretendebat & asserebat licentiam, facultatem, & cessionem huiusmodi fuisse & esse validam & se potuisse & posse in vim illarum experiri & agere contra ipsum
5 do. Gaspardum, † aliter iniuste & calumniose mouisset litem quo ad illud supplementum contra ipsum do. Gaspardum, propter quod sequuta transactio fuisset nulla. l. in summa, in prin. ff. de condi. indeb. not. Azo. in summa, titu. de transactio. & Alexan. de imol. in. l. si quis cum aliter, col. iiij. ver unum tamen circa predicta &c. ff. de verbo. oblig. Etiam censendum est quod idem do. Gaspardus veniens ad transactionem super huiusmodi pretenso supplemento cogitauit de validitate dictarum pretensarum licentie, facultatis, & cessionis: non enim presumendum est quod ipse utpote possessor, & qui non dubitabat eundem do. Christophorum, in defensione bone cause voluerit suum iactare. Cum igitur ambo senserint, aut sensisse presumantur, & presumi debeant in precedentibus de licentia & facultate validis ac sufficientibus & legitimis, consequenter inferendum est quod etiam in dicto pacto, quod postea subiectum est, senserint de validis, non de his que nullam iuris efficaciam haberent,
6 ut sic talia sint subiecta qualia predicata demonstrant. §. preterea, institu. de inuti. stipula. l. si defensor. ff. de interroga. actio. l. fin. §. cum dulcia. ff. de vino lega. & l. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu. leg. quod etiam voluit glo. fin. in. c. dudum. de deci. Bal. consi. liiij. exordiente, Casus breuis & arduus &c. versi. ex hoc sequitur &c. & plenius consi. cc. exordiente, Creditor in libris thesaurarie &c. in tertia parte. & Pet. de ancha. consi. lxiiij. exordiente, Pro clariore decisione dubiorum. &c. col. ij. ver. ex quibus verbis patet &c. & inducit Bal. in dicto consilio. cccxxxvij. multa & elegantia motiua, que non refero.
7 † Ad premissa facit mens contrahentium, que attendenda est, & que in dubio sensisse videtur de eo, quod erat verisimilius. l. in obscuris & quod ibi glo. ff. de regulis iuris. not. Archidia. in. c. is qui. xxij. questione. ij. ubi etiam sentit idem Archid. quod tunc locum habeant l. veteribus. ff. de pactis. & l. labeo. de contrahenda emptione. & venditione. quando dubium est quod sit magis verisimile: hic autem non est hoc dubium quia clare patet esse verisimilius partes predictas sensisse de licentia & facultate validis, & que iuris efficaciam haberent quam de inualidis, ne alias presumamus dictum do. Christophorum mouisse litem calumniosam, & per calumniam voluisse inducere eundem do. Gaspardum ad transigendum contra. l. merito. ff. pro socio. & ne etiam presumamus eundem do. Gaspardum vo-
8 luisse donare suum, ubi potest capi alia coniectura, † & illud iactare, contra. l. si cum aurum. ff. de solu. & d. l. cum de indebito. in prin. ff. de solu. Et sic quoad hoc videtur concludendum quod idem do. Gaspardus petere possit hunc castrum de Balco, cum dictis suis pertinentijs & iuribus.

Non puto tamen quod dominium huius castri fuerit retrotranslatum, & sic quod castrum huiusmodi possit vendicari, per id quod eleganter ponit Fran. de are. in. l. qui absenti. §. cum quis. colu. iiij. vel. v. ver. secundam cautelam ponit Bal. &c. ff. de acqui. possess. ubi in casu simili, vel habente maiorem apparentiam pro retranslatione dominij concludit idem Fran. non retrotransferri dominium ipso iure, sed opus est traditione, ut voluit Bar. in. l. j. in fi. ff. de dona. per. l. penul. C. de edili. actio. & probatur huiuscemodi Barto. opinio ratione manifestissima, secundum Fran. de are. ubi supra: que potest videri, & alia per eum inducta. Non debuit igitur libellus formari super rei vendicatione prout nec formatus est.

¶ Argumentum.

¶ Legitima & fructus illius debentur filijs in bonis patris etiam si fuissent consumpti ab herede bona fide possidente.

¶ De inoffi. testa. Consi. cxlv.



Filio aut filie non solum debetur in bonis eius quondam patris legitima, sed etiam fructus legitime, auth. de trien. & semis. §. prohibemus. & quod ibi gl. & docto. colla. iij. & aut. nouissima. & quod ibi glo. & doct. C. de inoffi. testa. quod etiam voluit Joan. and. in addi. Specu. titu. de pigno. §. sequitur. in addi. exordiente, Si usufructus debebatur. ver. propter quod dicunt quidam quod habere debet &c. gl. & doct. in. l. fideicomissariam in prin. ff. ad trebel. Bal. in. l. non est. C. fami. ercis. ubi concludit fructus legitime deberi etiam si fuissent consumpti ab herede bona fide possidente: & idem voluit Joan. de imol. consi. lxix. exordiente, Super primo dubio, in primo volu. super quo ulterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Aliud pro alio regulariter inuito creditore solui non potest.

¶ De solu. & libera. Consi. cxlvj.



Viso casu mihi exhibito parte venerabilis & circumspecti viri domini Raymundi chueroni utriusque iuris meritissimi baccalarij, dico & respondeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout sequitur. Et primo ad primum quod ego feci petitionem offerendam contra magistrum Antonium rosseti, quam ego mitto. Et ideo consulo ut eum citari obtineat, & dictam petitionem offerat, & si fieri possit procuret habere possessionem & tenutam domus, qui habita possessione de facili impediet creditores eiusdem Rosseti. Si vero possessionem huiusmodi consequi non possit sine lite, & creditores interim instarent & vendi procurarent dictam domum, consulo quod ipse se opponat, & opponendo declaret intentionem suam, hoc est venditionem annue pensionis quatuor florenorum pensionalium factam illis nobilibus de Villeta, & alias prout declaraui in petitione, & exhibendo instrumenta venditionum pensionis factarum per dictum Rosseti illis de Villeta, & per dictos de Villeta dicto domino Raymundo protestetur contra eos, qui emere voluerint de agendo contra ipsos pro dicta pensione, & arreragijs. Et sic constituet eos in mala fide, et per hoc apparet responsio etiam ad secundum quesitum.

Ad tertium dico & respondeo quod cum regulariter aliud pro alio inuito creditore solui non possit. l. ij. ff. si cer. pet. & l. eum a quo. cum suis simili. C. de solu. non poterit idem Rosseti inuito dicto domino Raymundo dare partem domus insolutum presertim centum florenorum pro quibus vendita est pensio cum illi non debeantur, licet in dando illos possit idem Rosseti se & domum liberare a solutione pensionis iuxta formam pacti. Et ita non videtur suffragari ipsi Rosseti aut. hoc nisi debitor. C. de solutio.

¶ Argumentum.

¶ ¶ Vidua cui in domo quondam mariti alimenta relicta sunt otiosa manere non debet: sed pro more & conditione honesta obsequia prestare. V. F.

1 ☞ Victus ⁊ vestitus relicti vxori quando, ⁊ per quos heredes in domo testatoris prestandi, ⁊ vsq; ad quam summam.
2 Mulier, cui legata est habitatio cum victu ⁊ vestitu, ad operas illas tenet, quas marito ministrabat, nõ fabriles aut artificiales.
3 Alimenta cui sunt relicta in domo non debet in ea manere tanq̃ corpus mortuum.
4 Vidua, cui legata sunt alimenta ⁊ cibaria, non tenetur nere ad cõmodum heredum, idem si sit chirurgica, textrix, aut obstetrix.

¶ De obsequijs patro. prestan. Consilium. cxlvij.



Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte honorabilis mulieris dñe Columbe, relicte discreti quondã viri Claudij marronis ciuis Ebreduncñ. et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi, prout ecce. Et primo ad
1 primum, † ꝙ cum victus et vestitus legati extiterint dicte Columbe in domo testatoris, ⁊ cũ fratribus ⁊ hẽdibꝰ eiusdẽ, sic ipsis stare ⁊ mansionem facere vellet, alias non, non potest ipsa Columba eligere domum, in qua sibi prestentur per heredes huiusmodi victus ⁊ vestitus predicti. Puto tamẽ ꝙ si ipsa velit manere in domo testatoris, in qua sunt sibi relicti, sibi debẽt in illa prestari iuxta voluntatem testatoris: ⁊ poterunt duo heredes manẽtes in domibꝰ acquisitis cogi et compelli ad dandũ annis singulis illi heredi antiquiori, manenti in domo testatoris, pro quota eos concernente summam taxandam per iudicem, et ille coheres antiquior victũ ⁊ vestitũ ministrabit ipsi dñe Colũbe, per ea que habent in l. solent iudices. §. solent, ⁊ seq. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. ⁊ quod voluit Barto. in suo tracta. alimen. col. mihi. iij. versi. quero si relinquuntur alimenta ⁊ sunt plures heredes ⁊c. et Pet. de ancha. cõsil. cclv. exordiente, Super primo questio non multum insistendum videtur ⁊c. Et per hoc patet responsio etiam ad secundum ⁊ quartum quesita. ¶ Ad tertium dico et respondeo qđ non, quia tenetur viuere cum herede, ⁊ in vna mensa ⁊c.

Ad quintum dico et respõdeo ꝙ bonum esset super hoc adire magnificum Delphinale parlamentum per viam supplicationis, in qua narretur testamentum prouidi quondam viri Claudij marronis testatoris, scilicet heredum institutiones, legatum victus, vestitus, ⁊ habitationis in domo testatoris, ⁊ cum heredibus, ⁊ diuisiones facte ꝑ heredes, ⁊ ꝙ illi hodie manent in diuersis domibus, et qđ vnus duntaxat manet in domo testatoris, ⁊ supplicetur sibi prouideri iuxta formam iuris, ⁊ prouidendo cogi alios coheredes ad contribuẽdum ⁊c. et eum, qui manet in domo, ad sibi ministrandum alimenta.

2 Ad † vltimum dico et respõdeo ꝙ ipsa tenetur p̃stare operas obsequiales, vt verbi gratia, parare cibos, ordinare lectos, ire ad aquã, ⁊ alia similia: si tñ talia facere possit, ⁊ facere consueuisset viuente viro: quia, vt dicit Bald. et
3 sequuntur alij in. l. j. C. de legat. † non debet ille, cui alimenta relicta sunt in domo, manere in ea tanq̃ corpus mortuum. idem voluit Pau. de castr. in. l. diuortio, colum. vij. versic. sed si peteret alimenta in testamento relicta ⁊c. ff. solu. matri. ⁊ Alexand. de Imol. consi. c. exordiente, Super primo casu cause vertentis ⁊c. in primo volu. ad qđ facit. l. illis libertis. ff. de condi. ⁊ demon. fabriles vero aut artificiales operas p̃stare non tenet, vt no. doct. in locis pre-
4 alle. † Et ideo non tenetur, si est mulier, nere aut filare ad commodum heredum, nec si esset chirurgica, aut textrix, teneretur exercere operas huiusmodi. Et idem dico si esset obstetrix, hoc est, que pueros reciperet ex matrum vteris: et sic de alijs operis artificialibus aut fabrilibus, quas facere sciũt mulieres: possunt enim eas facere ad commodum ipsarum, licet eis fuerint relicta alimenta in domo. ⁊ per hoc patet responsio ad quesitum.

Ceterum viso alio casu et dubio ex illo elicito, consulo ꝙ ad purificationem legati habitationis camere, de quã in casu, ipsa domina Colũba exhibeat clausulam testamẽti, et codicillos venerabilis quondã viri domini Christophori de bosco heredibus Claudij de bosco, et emptori domus in qua est dicta camera, ⁊ requirat eos, quemlibet videlicet, prout eam tangit. vt patiantur ⁊ permittant eandem do. Columbã habitare in dicta camera. Et in casu contradictionis vel impedimẽti, protestetur contra eos ⁊ eorum quemlibet de pena, de qua in dictis codicillis. Post hec si isti prestiterint impedimentum. vellem videre copiam testamenti ⁊ codicillorum huiusmodi, vt sic videam an in casum prestandi impedimenti sit camera predicta legata eidem do. Columbe, aut donata: et vt videam verba ⁊ clausulas donationis, si donata extiterit. sine quorũ omnium visione nõ potest plene responderi quid iuris.

¶ Argumentum.

¶ Legatum nepti factum, si tali nubat, ea propter imperium patris vel alia iusta de causa illi non nubente, nihilominus debetur. V. F.

1 ☞ Consensus paternus ad validitatem matrimonij contrahẽdi per filiam familias an requiratur.
2 Virginalis pudor veretur maritum eligere, cuius electionis prouincia parentibus est relegata.
3 Matrimonij contractio sine patris consensu est cõtra bonos mores, ⁊ an inducat odium capitale.
4 Pater pro filijs habet capere consilium.
5 In matrimonijs contrahendis quid summe inspiciendum.
6 Filia sine consensu patris nubens quando exheredari possit.
7 Possumus id solum quod honeste possumus.
8 Bonis moribus aduersantia nos facere posse credendũ non est.
9 Nobilitas et ignobilitas inter alias differentias singulariter in matrimonio differunt.
10 Filia voluntatem patris per omnia sequens non est repellenda a legato quamuis conditionali, si nupserit. tali, ⁊ non nubat.
11 Conditio inhonesta pro impossibili habetur.

¶ De patria potesta. Consilium. cxlviij.



Ponitur in facto qđ inter cetera disposita ⁊ fieri ordinata per nobilem ⁊ generosum quondam virum Enofrium brixij de bernonia, dominum oppidi seu castri de Vicinis, in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento idẽ nobilis Enofrius legauit ⁊ reliquit nobili honorato Sarde eius nepoti ex sorore, nobili ⁊ generose iuuencule Annete athanulphe filie naturali ⁊ legitime nobilis ⁊ egregij viri domini Sixti athanulphi, secretarij et consiliarij Regij, nepti ex alia sorore eiusdem nobilis Enofrij. dictum eius castrũ de Vicinis, cũ alijs bonis ⁊ iuribus latius mẽtionatis ⁊ expressis in testamẽto hmõi. Voluit tamen idem testator, vt pretenditur in sequendo quandam assertam promissionem antea per eũ factã ad causam matrimonij cõtrahendi inter dominum Rostagnum de castronouo filium pretensi nobilis Ioannis de castronouo, ⁊ dictam nobilem Annetam athanulphe, ꝙ dictum pretensum matrimonium inter ipsos nobilem Annetam ⁊ do. Rostagnũ de castronouo suũ sortiretur effectũ. Et si eadem nobilis Anneta dictũ do. Rostagnũ in eiꝰ maritum ⁊ sponsum legitimum recipere, ⁊ cũ eo mrĩmoniũ effectualiter contrahere recusaret. ⁊ eum desponsare, eo casu, ⁊ nõ alias, voluit dictũ legatũ factũ eidẽ nobili Annete ꝓ nõ facto esse, cassum, ⁊ nullũ, ⁊ q̃ eo casu, ⁊ nõ alr̃ illud reliq̃t nobili Honorate gard eiꝰ nepti, vxori nobilis Bernardini grafelli apothecarij. Et q̃uis, vt ponitur in facto, postea penituerit eundẽ nobilẽ Enofriũ conditionem, de qua supra, dicto legato, seu illius ademptioni adiecisse. ⁊ sub p̃sentia fidedignorũ dixerit se illã reuocaturum ipse tñ morte p̃uẽtus hoc nõ fecit, sed sic vita functꝰ est, et ab humanis decessit. ¶ Post cuius mortẽ nobiles ⁊ generose mulieres dñe. M. ⁊ A. brixie, eius sorores, ⁊ heredes bona ⁊ hereditatem eiusdẽ adiuerunt, ⁊ p̃fata nobilis Anneta, seu pro ea, ⁊ eius nomine dictus dominus Sixtus agnouit ⁊ acceptauit legatum. superius mentionatum, ¶ Ceterum quia successu temporis serenissimus dominus noster Francorum rex, et prouincie comes bonis et honestissimis respectibus desiderans dictam nobilem Annetam bene collocare et maritare persone sibi grate, dicitur per suas patentes literas dictum do. Sixtum rogasse, vt certo matrimonio, de quo parte, seu mandato eiusdem serenissimi do. nostri verbum facturus erat, ⁊ postea fecit ipsi domi. Sixto illustris vir dominꝰ Frãciscus de lucemburgo, tũc vicecomes Martici, ac generalis Regius locumtenens, et gubernator prouincie, taliter intẽderet, ꝙ matrimonium huiusmodi contrahendum, videlicet per ⁊ inter nominatum per ipsum do. Franciscum, ⁊ ipsam nobilem Annetam suum sortiretur effectum. Et quia etiam idem Ioannes de castronouo licet nobilem se nomine. est tamen plebeius, ac etiam vir astutus ⁊ dolosus, ⁊ alijs certis causis, non vult dictus Sixtus ꝙ eadem nobilis Anneta, eius filia naturalis et legitima cũ dicto domino Rostagno matrimonium contrahat, sed sibi resistit, ⁊ etiam contradicit. ¶ Quesitum est an, si propter resistentiam ⁊ contradictionem huiusmodi dicta nobilis Anneta nolens patrem offendere, nolit ⁊ nubere contra eius imperium, ⁊ propterea debeat perdere legatum superius mentionatum.

Christi nomine inuocato. Viso casu predicto, et dubio ex illo elicito, dico et respondeo ad dubium huius-
1 modi prout infra. † Premittens pro illius faciliori solutione, ꝙ licet de iure canonico, cui in hoc standū est, non requiratur paternus consensus ad validitatem matrimonij contrahendi per filiamfamilias: de honestate tamen cōsensus huiusmodi requiritur, vt voluit glos.fin.⁊ ibi sentit Panor.in.c.j.de desponsa.impube.glo.in.c.sufficiat.xxvij.q.ij. Albe.glo.in.c.hoc sanctū.xxxij.q.ij.glo.in.c.cum virum, super verbo, paterna deuotio, de regula. Host.in summa, tit.de sponsa.§.qualiter contrahantur, versi.cōtrahuntur etiam ita demū inter filiosfamilias ⁊c.ibi, vel hoc intelligas de honestate ⁊c. Archi.in.c.nō ois.xxxij.q.ij. Albe.in.l.si vt proponis, la.ij.⁊.l.nec filium.C.de nup. Bald.in.d.l.nec filium, ⁊ in.l.vidue, ⁊.l.in coniunctione.C.de nup. Joan.fab.in.§.masculi, versi.in glo.scilicet cum autoritate ⁊c.instit.de nup. Ange.consil.inibi.clxxxij.exordiente. Premitto ad euidentiā ꝙ dictū statutum ⁊c.col.fin.versic.nō obstat ꝙ maritus ⁊c. Salice.in authē.sed quis.col.j.C.de rei vxo.actio.⁊ Pe.de ancha.consi.xx.exordiēte. Pro solutiōe dubiorū ⁊c.col.j.ver.pro cuius euidentia est scien-
2 dum ⁊c. † Non enim est virginalis pudoris eligere maritum, sed eius electio parentibus cōmittēda est, vt voluit beatus Ambro. doctor ecclesie precipuus in libro de Abraā patriarcha, lib.j.c.ix. ⁊ transumptiue in.c.honorantur.xxxij.q.ij.vbi etiam refert illud Euripidis in persona mulieris, que tamen volebat maritū relinquere, ⁊ ad alias petebatur nuptias, inquientis, Spōsaliū meorū pater meus curam subibit, hoc enim nō est meū. Et subiūgit idem beatissimus episcopus diuinarum scripturarum stella semper lucēs ⁊ cōfessor, ergo ꝙ ⁊ ipsi philosophi mirati sunt seruate virgines. Mulier etiam, si qua amissio cito marito adulescentula in laqueū infirmitatis sue timet incidere, si vult nubat tātum in dño: vt electionē mariti parētibus deferat ⁊c.⁊ vt dicit Bal.in.l.
3 oēm, ad fi.C.ad tertu. † Cōtrahere mrimoniū sine ꝯsensu pr̄is est cōtra bonos mores omniū, ⁊ maxime prudētū, ⁊ inducit odiū capitale, allegat.l.nō tm̄.§.si emācipat⁹, la.ij.ff.de bo.pos.cōtra tabul. hoc dictū Bal.refert Alex.de imo.in.l.seius ⁊ augeri⁹.ff.ad legē falci.⁊ ꝯsi.xcvij. exordiēte, Principalis dubitatio mihi cōsistere vr̄ ⁊c.col.iij.ver. hāc opinionē videtur amplecti Bal.⁊ col.fi. Et ꝙuis nō placeat Alex.⁊ qbusdā alijs, id qd̄ dicit Bal.i.d.l.oēm, de validitate statuti inibi p eū mētionati: nō tñ negat Alexā. contrahere sine consensu patris esse cōtra bonos mores omniū, ⁊ ma-
4 xime prudētū. Et hi qdē boni mores nō sunt sine rōne, † habet enim pater p liberis capere cōsiliū.l.nec in ea.ff.de adul.quib⁹ etiā hoc expedit, ⁊ maxime virginib⁹ minorib⁹ annis, ne propter imbecillitatē etatis ⁊ fragilitatē sexus agāt contra propria cōmoda.ar.l.si pater.C.de spōsa.⁊.l.ij.C.ad velleia.⁊.l.fi.§.filijs aūt.C.de bo.q li-
5 be. † Etiā in matrimonijs cōtrahēdis nō solū qd licet, sed qd honestū est cōsiderari debet.l.semp in cōiūctionib⁹, in prin.ff.de ri.nup. ⁊ in tm̄ dicebat Goffr. put refert Hostie.⁊ alij in.d.c.j.de despon.
6 ipube.exigi hūc paternū cōsensum, † vt senserit filiā nubentē sine patris cōsensu incurrere vitiū ingratitudinis, ⁊ ppterea posse p eū exheredari, ⁊ sic priuari bonorū subsidio: cuius dictū videt saltē eo casu pcedere, qn̄ filia nubit sine cōsensu patris ei, cui sine dedecore nubere nō pōt scōm mores ciuitatis, vt videtur sensisse Bar. in.l.cū ita.ff.de condi.⁊ demō.⁊.d.l.nō tm̄.§.si emācipatus, la.ij.⁊ apertius Pe.de anch.in.d.ꝯsi.xx. Puto aūt, qūimo firmissime credo, ꝙ dicti boni mores nō parū placeāt dominis pūincialib⁹, ⁊ ꝙ ipsi illos optime obseruant. Qd si ita est: imo qr ita est, puto ꝙ ad maximā verecūdiā, siue inhonestatem sibi ascriberet dicta nobilis Anneta, vtpote prudens, pudicissima, ⁊ verecūdia, si sine cōsensu, imo cōtra cōsensum dicti dñi Sixti eius patris viri qdē nobilis, ac etiā honorabilis, ⁊ multū prudētis, ⁊ cui⁹ nō est ei puidere de indigno sibi virū eligeret, ⁊ matrimoniū contrahere cum dicto do. Rostagno: nā si idipsum faceret idē dñs Sixt⁹, hoc etiā culparēt reliqui. De honestate igit cōiter ab omnib⁹ approbata ⁊ etiā obseruata, debet ipsa nobilis Anneta requirere paternū ꝯsensum, ⁊ sic preter eū de honestate nubere nō pōt, ⁊ multomin⁹ contra ipsuȝ. Cōtra dicēte igitur dicto dño Sixto debet ipsa nobilis
7 Anneta senseri nō posse, † qr id solum possumus qd honeste possumus.l.nō aliter.ff.de vsu ⁊ habita.no.Host.i.d.c.j.ver.nec obstat
8 de desponsa.impub. † ⁊ ea q aduersus bonos mores fiūt nos facere posse credēdū non est.l.filius.⁊.l.cōditiones.C.de cōdi.insti.no. Host.in.c.sciscitatus, super verbo, ⁊ honestas, de rescrip. Impeditur itaqꝫ ipsa nobilis Anneta facto tertij nubere, contra quē propter impedimentū hmōi nullā videt habere actionē eo presertim qr dissensus seu cōtradictio dicti dñi Sixti videt esse iusta ppter disparitatē nataliū: non enim nobiliū ⁊ plebeiorū est in oibus equa cōditio sed differūt in multis vt apparet ex his que no. Joā. raynau.in suo tracta.de nobili.in.vij.q.principali.⁊ pleni⁹.Pe.anti. pūincialis in suo trac.de muneri.charta mihi.xx.versi.est autem sciendum ꝙ credunt plebeij ⁊ humiliores ꝙ ipsis sit cum nobilib⁹
9 ⁊c. † Et signanter differunt in matrimonijs.d.l.vidue.⁊.l.in coniunctione.C.de nup.quod etiam satis colligitur ex no.per Bar. in.l.cum ita legatum.ff.de condi.⁊ demon.

Quibus presuppositis respōdeo ad quesitum sub correctione cuiuslibet domini melius sentien-
10 tis, † dictam nobilem Annetā non debere repelli a legato, de quo supra: aut illud non esse sibi auferendū. arg.l.titius si statuas.⁊ qd ibi Pau.de cast.ff.de condi.⁊ demō.⁊ quod not.Bar.in.l.in testamento.la.ij.versi.sed oppono de.l.si titius.⁊ versi.sed contra istud oppono: ibi, sed in conditione mixta ⁊c.eo.ti.⁊ gl.j.pauloante medium, ⁊ quod ibi Bald.in octaua oppo.C.de insti.⁊ substi.sub condi.fac. Preterea si matrimoniū huiusmodi esset dedecori ipsi nobili Annete, ⁊ eius conditioni ⁊ statuti non conueniret dicendum esset preceptum seu conditionem predictam quasi inhonestam,
11 † ⁊ propterea impossibilem.d.l.non tantum.§.si emancipatus. et quod ibi Bar.ff.de bono.posses.contra tabu.l.si filius.ff.de cōdi. insti.l.eius artificij.ff.de ope.liber.l.auus.ff.de pac.dota.l.nepos proculo.ff.de verb.signifi.⁊.d.l.non aliter.ff.de vsu ⁊ habi.et quod voluit Oldr.consi.mihi.lviij.exordiente, Thema tale est. et quod ponit dicta glo.j.ad fi.C.de insti.⁊ substi. Nec puto referre vtrum a principio fuerit legatum, de quo supra, sub conditione relictum anve fuerit ab initio pure relictum, ⁊ sub conditione, de qua supra adēptum: ꝙuis aliud sit in contractibus, pro quo allegasse sufficiat.l.si legatum pure.⁊ quod idem Bar.ff.de adimē.lega.l.ij.§.si in diem.ff.pro empto.⁊ quod ibi glo.⁊ plenius in.l.ij.§.j.in gl. magna.ff.de in di.adie.ad quod facit.l.quibus diebus.§.quidā titio. ff.de condi.⁊ demon.

¶ Argumentum.

¶ Mutuum confessus debitor se recepisse ante ⁊ exceptione non numerate pecunie caret, ⁊ iurare, vel iuramentum referre tenetur. A.F.

1 ¶ Debitor non allegans legitimam causam exceptionis iuramenti iurare debet, aut referre.
2 Actor audiens ⁊ acceptans per testes idoneos confessionem rei an per illud probetur mutuum.
3 Biennium an spectandum sit cum debitor confitetur se mutuum recepisse duobus annis ante.

¶ De reb.credi. Consi.cl.



Viso casu mihi exhibito parte honorabilis viri Ludouici roberti ⁊ dubijs ex illo elicitis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad prin. um
1 dico ⁊ respondeo † ꝙ cum Antonius de puteo, alias croterij, cui dicuntur fuisse mutuati octo ducati, seu eorum valor in triginta ⁊ vno testonis, ⁊ nouem grossis cum dimidio alterius monete, nō alleget causam per quam appareat eum iurare non teneri, aut re referre iuramentum prefato Ludouico deferenti, ipse debet iurare, alioquin debet iuramentum referri predicto Ludo.l.manifeste turpitudinis ⁊ quod ibi doc.ff.de iureiu.
2 † **Ad secundū dico et respōdeo** quod cum idem Antonius in presentia prefati Ludouici audientis ⁊ acceptantis confessus extiterit, se ab eodem Ludouico recepisse summam predictam ex causa mutui, cōfessio huiusmodi profuit ⁊ prodest eidem Ludouico, ⁊ nocet predicto Antonio, per ea que not.omnes scribentes in.l.generaliter.C.de non nu.pecu. et multi in.l.j.C.de confess.c.ex parte.eo.ti.⁊ in.c.si cautio.de fide instru.⁊ si probetur per testes idoneos confessio huiusmodi illa erit sufficiens ad cōditionem, qr per illā probabitur mutuum, vt sentiunt docto.vbi supra.ad quod optime facit quod voluit in simili Jo.an.in addi.Spec.ti.de teste.§.j.ver.sed pone ⁊c. Bart. Ange.⁊ Jo.de imol.in.l.si ita stipulatus.§.chrisogonus.ff.de verb.oblig. ⁊ Ang.are.in.§.sequens.ver.quid si actor fuisse dicat reū cōfessum
3 ⁊c.institu.de actio. † Nec puto debere spectari biennium antequā agat idem Ludouicus cū vt audio prefatus Antonius cōfessus extiterit summam predictam sibi fuisse mutuatam de tempore preterito ⁊ anteriore hoc est precedēte cōfessionē per duos annos ⁊ vltra per ea que voluit Jaco.butr.in dicta.l.generaliter.in principio.C.de non nume.pecu.Jaco.but.Albe.Rapha.Fulgo.⁊ Ludo.de roma.in.l.ij.§.appellata.ff.si cer.pet.⁊ glo.in.l.in contractibus.C.de non numera.pecu.⁊ Ludo.bolo.in repeti.rubrice.ff.de

credi charta.vij.colum.iij.Quis Salice.videatur aliud sensisse in
d.l.generaliter:sed primum dictum videtur mihi verius,qd etiã
habet maximos defensores,

¶ Argumentum.

¶ Testes super articulis eisdem vel contrarijs non admitten-
dos potest supremus magistratus ex officio examinare.A.F.

1 ☞ Infans nascens in matrimonio presumptione iuris in du-
bio viri ꝛ vxoris esse presumitur.
2 Testibus examinatis,ꝛ depositionibus publicatis,alij sup ex e
dem produci quando possint et recipi,

¶ De testib. Consilium.clj.



On dubito quin atten
tis depositionibus testium parte prouidi viri, et
honorabilis mulieris, Martini bergerij,ꝛ Bone
gamberge, contra et aduersus Joannem gilber
ti in hac causa productorum, deberet iuramen-
tum deferri,si octauus et nonus articulus probati extitissent,sci-
licet ꝙ matrimoniũ cõtractũ extiterit Anno dñi.M.cccc.xciij.
circa festũ beati Hylarij:ꝛ ꝙ deinde infra sex mẽses a die cõtra-
cti matrimonij huiusmodi numerandos dicta Bona peperit:
sed quia illi non sunt probati existimo iuramentum non esse defe-
1 rendum,nec prefatos coniuges posse de iure obtinere:† quia,cuz
infans ille,de quo in processu,natus fuerit in matrimonio,hoc est,
ex dicta Bona,que tempore natiuitatis illius habebat maritum,
dictum videlicet Martinũ bergerij,dictus infans presumptio-
ne iuris presumitur in dubio fuisse et esse horum coniugum filius
naturalis et legitimus.l.qr semper.ff.de in ius vocan.ꝛ.l.filium,ꝛ
qd ibi Bald.ꝛ Ange.de in ius vocan.non video remedium, cum
testes super dictis articulis examinati extiterint,et deinde eoruz
depositiones publicate,ꝛ vise,hoc est,didiscite, non possunt metu
subornationis alij testes super eisdem produci.c.fraternitatis,de
2 testi.et cle.testibus,eod.titu.et quod vtrobiqz not.doc.† Fateor
qd si lata sententia contra dictos coniuges ipsi appellarent ad su
periorem,et deinde in ꝓsecutione appellationis darentur ipsi su-
periori nomina ꝛ cognomina eoruz,qui sine frande habẽt notitiã
contentorum in dictis.viij.ꝛ.ix.articulis,ꝛ deinde se absentarent
posset idem superior,in quo non est metus subornationis, recipe-
re ꝛ examinare dictos testes,vt voluit Bald.in.l.ampliorem, ad
fi.principij.C.de appella.quem refert et sequitur Roma.consilio
cccclxxix.exordiente, In eo quod queritur an in eadem instantia
ꝛc.et plenius Alexan.de Jmol.in.l.iij.§.hoc autem iudicium. col.
iiij.ver.et ex dictis supra datur secundum Bald.ꝛc.ff.de damno
infecto,

¶ Argumentum.

¶ Instrumentum sine die fidem non facit,nisi adhibito notarij
protocolo saltem ex alijs vicinis actis illa eruatur.A.F.

1 ☞ Diei initi contractus et recepti instrumenti insertio est de
solennitate,sed an sit quid minimum vt vitiare non debeat illius
omissio.et nume.4.
2 Omissio signi crucis an vitiet inuentarium,ꝛ cur.
3 Omissio inditionis in instrumento relicta lacuna vt inseratur,
an vitiet instrumentum.

¶ De fide instrumen. Consilium.clij.

1 

Jicet† appositio diei initi con-
tractus,et confecti instrumenti,seu receptionis
illius sit de solennitate instrumenti, vt videtur
voluisse.glo.ꝛ quod ibi Joan.de pla.et doc.in.l.
generali.C.de tabul.lib.x.Spe.tit.de instru.edi.
§.breniter,ver.sunt autem nouem,ꝛ.§.instrumentum,colũ.mihi.
iiij.versi.quid ergo si dies cano.in.c.j.de fi.instru.et Bartol.in.l.si
librarius.ff.de regul.iur.huiuscemodi tamen solennitas est quid
minimũ,vt vult Bart.in dicta.l.si librarius.pro quo allegat, qr
si testis in causa productus de die non recordetur,nihilominꝰ p-
bãt.l.testium,iunctis ibi not.p glo.ꝛ docto.C.de testi.et idem vo-
luit Vitalis de cãba.in suis cautelis,sub rubrica de erro.no.colũ.
iiij.Propter qd videretur ꝙ illius omissio nõ deberet vitiare in-
strumentum,per ea que voluerunt multi.et quidem non leuis, sed
magne autoritatis in.l.fin.in principio.C.de iureiurand.et alibi
quos plenius Alexan.de Jmol.in dicta.l.fi.colum.mihi.viij.ver.
extra glo.queritur an omissio signi.ꝛc.cõmemorat,in illa questio
2 ne,qua et ibi et alibi docto.querere consueuerunt,† an omissio si-
gni crucis inuentariuz vitiet:super qua ꝛ in dicta.l.fi.ꝛ alibi mul-
ti,inter quos fuerunt Raynerius.Salice.Fulgo.Ange.Joan.de
Jmol.Joan.And.ꝛ quidam alij,voluerunt ꝙ non,moti vt plu-
rimũ ea ratione,qr signum crucis est modica seu leuis solẽnitas
ꝛ sic omissio illius est omissio modice seu leuis solẽnitatis.Vide-
tur igitur in simili quod omissio diei huiõi nõ deberet vitiare in-
strumentum,cum omissio huiusmodi sit quid minimum:ad quod
facere videtur qd habetur in.c.in nomine domini,distin.xxiij.alle
gari consueto in dicto.c.j.de fide instrumen. ad probandum ꝙ in
instrumento apponi debeant anni domini ꝛc.quia licet ibi pona-
tur annus incarnationis dominice, et mensis illius anni, non ta
men ponitur dies,non igitur videtur ꝙ instrumentũ recognitio-
nis dudum facte,Anno videlicet domini.M.cccclx.et de mense
Maij,per magistrum Martinum vitalis notarium, sumptum
per magistrum Georgiuz guilboti notarium,vitiari debeat p-
pter omissionem appositionis diei recognitionis huiusmodi: eo
maximẽ qr in instrumento huiusmodi nõ omnino omissa est dies
sed dictum est et scriptum in eodem anno ꝛ die,quanuis non fue-
rit certus dierum numerus appositus,sed dimissum spatium al-
3 bum ꝛ vacuum pro descriptione numeri huiusmodi.† Pro quo fa-
cit qd in simili voluit Bald.in.c.inter dilectos,colum.mihi.v.ver.
quid ergo si notarius ꝛc.de fide instru.vbi voluit idem Bald.ꝙ li
cet omissio inditionis instrumentum vitiet:si tamen in instrumen
to dicatur anno et inditione, et deinde non expressa certa quota,
seu numero inditionis,relinquatur spatium vacuum, non vitia-
4 tur instrumentum.† Verũ quanuis hec videantur colorata:ego
tamen asserere non audeo in hoc casu,signanter cum docto.dicãt
ꝛ presertim Bart.in dicta.l.si librarius,et fuit de mente Specu.in
d.§.instrumentum, ver.quid ergo si dies ꝛc.qd instrumentum est
nullum propter omissionem appositionis diei.Et, vt mihi vide-
tur assignari potest diuersitas inter casuz,in quo loquitur Bald.
in.d.c.inter dilectos,et casum presentem.Est tamen verum quod
si reperitur protocolum, seu liber notarum prefati Georgij, in
quo scripta extitisset nota instrumenti recognitionis, de qua su-
pra,et ante notam huiusmodi reperiretur aliqua nota scripta sub
anno et mense note huius recognitionis,ꝛ que haberet certũ diez
expressum,presumi deberet ꝛ presumeretur, ꝙ eo ipso die hec nota
recognitionis recepta extitisset, per ea que volunt docto. vbi.s.

¶ Argumentum.

¶ Librum suum rationum in conuentione vsuraria edere nemo
tenetur nisi qui prius demonstratus sit vsurarius.A.F.

1 ☞ Mercator an teneatur edere librum rationum.
2 Vsurarius quando compellatur edere libros suos.

¶ De eden. Consilium cliij.

1 Non† tenetur nobilis et
honorabilis vir Petrus antardi,ciuis carpen.
exhibere pretensum rationum librum , quem sibi
exhiberi petijt ꝛ postulauit nobilis Gilleta rodul
phe,vxor egregij viri dñi Roderici botini,causis
ꝛ rationibus sequentibus,ꝛ alijs suis loco et tempore plenius de-
ducendis.Tum qr non apparet spectabilẽ quondam virum dñm
Alziariuz antardi,patrem quondã eiusdem nobilis Petri, seu
etiã ipsum nobilẽ Petrũ rationũ librum edidisse,vel habere.Tũ
ꝛ qr,si ipsi aut eorũ alter aliquẽ edidissent,ꝛ de hoc appareret, put
1 † Super secundo vero articulo in quo de illo queritur, an testamentum nobilis ꝛ honeste mulieris Anne, eiusdem nobilis Porceleti quondam vxoris, per eam factum Arelate tempore pestis valeat, non obstante ꝙ idem non interfuerint nisi tres testes, est maior difficultas: et sup eo sunt opiniones Rapha. Fulgo. Pau. de cast. Fran. de are. ꝛ Alexā. de Jmo. in l. fi. C. de testa. Roma. ꝛ Alexā. de Jmo. tenent ꝙ etiam tempore pestis interuenire debeant septem testes in testamento: ꝛ sic ꝙ ppter pestem nihil diminuatur de numero testium, et hanc partem etiam tenuit Ange. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iu. codicil. et Roma. in repeti. auth. similiter in. xxxiiij. spāli pie cause. C. ad le. fal. et Rapha. cuma. in l. fina. ff. de testa. mili. Pro hac parte consuluit Alexā. de Jmol. consilio. lxx. exordiente, Consilio alias per me reddito ꝛc. col. mihi. vj. versi. nec etiam obstat si dicatur ꝛc. in. ij. volu. et consilio. clxxvij. exordiente, Viso themate mihi exhibito ꝛc. col. iij. ver. preterea communiter tenetur, in eo. vol. vbi dicit cōiter teneri nō esse verū, ꝙ sufficiat testamētū esse factū corā impfecto numero testiū tpe pestis, ꝛ dicūt docto. pfati in d. l. fi. C. de testa. et Alexā. de Jmol. in dicto cōsilio. clxxvij. ꝙ hec opinio videt esse de mēte Bart. in l. j. C. de bono. posses. ex testa. mili. Sed cōtrariū videt sensisse Bal. in d. l. fi. C. de testa. vbi voluit, ꝙ si fiat testamētū tpe pestis, quod nō possunt testes de facili haberi valet testamentū cū minori numero septē testiū. ar. dicte. l. fi. ꝛ hoc ppter necessitatē. in qua se fundat illa lex. Et p hac sentētia Bal. facit text. in l. ij. ff. de testa. mili. et in d. l. j. ff. de bono. poss. ex testa. milit. vbi pbatur ꝙ existens in actu guerre, etiam si non sit miles
2 pōt testari cū minori nūero septē testiū: † et nos habem⁹ ꝙ tēpus guerre vigētis inter hoies, ꝛ tps epidimie seu pestis equiparant, quia pestis videt dici posse quedā guerra dei altissimi aduersus hoies. p id quod no. Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. ꝛ in l. j. ff. de bono. poss. ex testa. mili. Andre. sicu. in repeti. c. raynaldus, fol. 26. de testa. qō etiā cōmemorauit do. Jason de may. in d. l. fi. col. ij. C.
3 de testa. † Et quēadmodū tpe guerre inter hoies non currit pscriptio, ita nec tēpore pestis, vt voluit Bar. in d. l. naturaliter, colū. penul. et cano. in c. ex trāsmissa, de prescrip. Sunt etiā multa specialia propter pestem inducta derogantia communibus regulis, vt videri potest per id quod habetur in l. cum a matribus. C. qui petant tutores: et quod habetur per glo. in c. fina. de cle. non residen. in dicto. c. ex trāsmissa. C. si vero, de iureiuran. in gloss. in l. de etate, et quod ibi Alexander de Jmo. ff. ad trebel. in c. ad supplicationem, de renuntia. in glos. in c. communis filius, distinctione xxiij. et quod voluit Ange. in repeti. l. si vacantia. C. de bonis vacan. libro. x. vbi dicit ꝙ, si statutum disponat, ꝙ non valeant testamenta scripta p tabellionem, qui non sit descriptus in matricula et cōtingit ꝙ tēpore pestis alius notarius non matriculatus fuerit adhibitus ad testamentum describendum, eo quia notarius matriculatus haberi non potuit, valebit testamētum. Non ergo mirum si dicatur ꝙ testamentū factū tempore pestis, quo plures testes haberi nō potuerunt, valeat, etiam si in eo nō interuenerint septē testes, sed panciores. Et hāc etiā sentētiā secut⁹ est Rapha. cuma. in dicta. l. conficiuntur. §. codicilli, vbi etiam dicit ꝙ ista est equior ꝛ humanior sentētia: eā etiā sequitur multa effundēs Flori. de sancto Petro in l. milites, ꝛ p illū tex. C. de testa. mili. Quia sicut militi in conflictu belli existenti remittitur solennitas, ita et testanti tempore pestis, cū illo tempore plures haberi nō possent, quā sententiā etiā secutus est Alexan. de Jmola. in l. scriniarios.
4 colū. vlti. C. de testa. milit. † vbi etiam plus dicit, ꝙ tēpore pestis valet testamentum factum cum duobus testibus, put etiā est de mēte Flori. in dicta. l. milites. ꝙuis Bal. in dicta. l. fi. loquatur de testamēto facto in presentia quinꝙ testium. etiā in hanc partem inclinauit do. Jason in dicta. l. fi. p ea multa inducēs, ꝛ re vera nō
5 contēnenda: † et inter alia ꝙ, data opinionū diuersitate, illa tenēda est, que fauet testamēto. l. si pars, in princi. ff. de inoffi. testa. c. fi.
6 de re iudi. † quia causa cōseruationis testamēti cōcernit publicā vtilitatem. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. ape. gl. in l. gallus. §. quid si his, in verbo, vtilitatē. ff. de libe. posthu. Inducit etiam id quod decidit Angel. in authē. de non alie. §. quod autem, colla. ij.
7 vbi † dicit, ꝙ stāte statuto ꝙ nullus contractus minoꝝ vel mulierū valeat, nisi interueniāt duo notarij rogati et subscripti: tamē si tempore pestis nō possit haberi nisi vnus notarius, valet cōtractus coram illo celebratus, p illum text. et p dictam. l. fi. C. de testa. Et licet prima opinio videat esse vel cōmunior, vel de stricta iuris ratione verior: hec tamē secūda opinio videt, vt etiā dicit Cuma. equior ꝛ humanior, qō etiam satis videtur voluisse Barto. in dicta. l. j. ff. de bono. posses. ex testa. mili. Et vt mihi videtur bonū esset dicto notabili Floreto recurrere ad serenissimum do. nostrū Francoꝝ regē, ac Prouincie ꝛ Forcalquerij comitē, et facta veridica expositione de testamēto dicte quondā nobilis Anne, ꝛ interuētione trium testiū masculorū puberum, ꝛ alꝭ idoneorū, ab eo obtinere puisionē super obseruatione testamēti huiusmodi: quā non dubito eius serenitatem facere posse, siue pretensi proximiores ab intestato dicte quondā nobilis Anne eius hereditatē de facto vel alꝭ adiuerint, siue non: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Pau. de cast. cōsilio. cvij. exordiente, Donatio predicta ꝛc. colum.
8 penul. † Jus eñi adeundi hereditatē est de iure positiuo. seu ciuili l. lege obuenire. ff. de verbo. sign. et sic de facili tolli potest p principem: iuxta no. in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. et per Jnno. in c. que in ecclesiarum, de constitu. Et hoc si non adita hereditas p dictos proximiores, et idē si est adita, quia cū acquisitio, que fit per aditionem hereditatis fiat per mediū adiinctū a iure ciuili, vt not. in l. j. ff. de acqui. re. domi. potest idem serenissimus princeps circa aditionem huiusmodi statuere, ꝙ illa non valeat, et ꝙ p non facta habeatur, et sibi auferre fomentum iuris ciuilis, cum sit supra illud. c. pposuit, de concessione preben.

¶ Argumentum.

¶ Ad fontem pecus appellere nouus agri, vbi est, possessor aut alius vicinos prohibere nō potest ꝛ diutinam quasi possessionem ꝛ legitimum titulum habentes. V. F.

1 ¶ Uniuersitas contra turbantes seruitutem aqueductus, per constructos aggeres, qualiter procedere potest.
2 Contributio inter homines vniuersitatis pro expensis publicis qualiter fienda.

¶ De seruitu. et aqua. Consil. clxj.



Viso casu mihi exhibito parte vniuersitatis ꝛ hominum loci de Aurelo, cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis, insuper ꝛ cum publico instrumento cuiusdam arbitralis sententie olim late pro et in fauorem eorundem vniuersitatis ꝛ hominum, ꝛ contra quosdam Raymundū de villanoua, et Raymbaudā eius vxorē, seu copia instrumenti huiusmodi: et preterea intellecto ꝙ a tempore huiusmodi sententie ꝛ citra, et alias a tanto tempore, ꝙ de contrario, vel initio hominū memoria non existit, ꝛ per ipsum, excepto triennio aut quadriennio proxime lapso, vniuersitas et homines ipsius loci fuerunt in pacifica ꝛ quieta possessione, seu quasi, aquam accipiendi ꝛ hauriēdi in fontibus, de quibus in dicto instrumento, ac illam ab eisdem fontibus ducendi ꝛ cōducēdi per pratū ꝛ farragines inibi mētionatas, et ad locū de quo ibi: qōꝙ etiam fuerunt in pacifica possessione, seu quasi, aquam hauriendi in dicto loco. ac etiam animalia
1 adequādi seu abbreuādi. † Dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ꝙ Joannes arnaudi, ꝛ Joānes coreni moderni possessores, et dñi prati ꝛ farraginū pdictarū, non debuerūt nec debent claudere pratum predictum, nec impedire quominus vniuersitas et homines prefati vterentur ꝛ vtātur aqua predicta, iuxta ꝛ fm formā pdicte sententie, et put etiam hactenus et p tempus predictū vsi extiterunt, sic enim faciendo veniunt cōtra constitutā seruiturē ꝛ vsū illius, et istud nō hꝫ dubiū. Et, vt puto, poterant vniuersitas et hoies pfati ab initio, cū ipsi Arnaudi ꝛ Coreni claudere ceperūt dictum

dictū pratū, ipsam clausuram rūpere, ⁊ pratum ingredi, causa aque hauriēde, animalium adaquandoꝝ, ⁊ alias continuandi dictam eorum possessionē, seu quasi, per id qđ voluit Bar. in. l. iij. §. vnde vi. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ apertius in. l. j. §. ij. ver. secūdo ꝓdest. ff. de itinere actuq; priua. Pet. de ancha. in cle. ij. de censi. Anto. de butr. ⁊ Panor. in. c. j. de immu. eccle. ⁊ Ange. are. in. §. eque, col. fi. insti. de actio. Possunt etiam, ⁊ hoc est nūc securius, agere cōtra eos interdicto vti possidetis, vt non eos turbent, vel inquietent in dicta eorum possessione, seu quasi. Etiā agere possunt cōfessoria actione pro dictis seruitutibus.

Quo vero ad id quod queritur

de expensa curationis valati, dico ⁊ respondeo ꝙ, si ipsi Arnaudi ⁊ Loreni vtantur dicta aqua, vt reliqui homines, ipsi debēt cū eis cōtribuere: per regulam, qui sentit onus, in fi. de reg. iu. in. vj. Et debet fieri cōtributio hmōi ad solidum ⁊ librā, hoc est pro viribus patrimonij cuiuslibet: ⁊ sic plus contribuere debet diues, quā pauper, postq̄ hic non interuenit aliquis ex casibus, in quib⁹ fieri potuit contributio ꝑ capite. Pro quo allegasse sufficiat qđ no. Bar. ⁊ docto. in. l. j. C. de appo. publi. lib. x. ⁊ Joā. de pla. in. l. ij. de anno. ⁊ tribu. cod. lib. ⁊ Bart. in. l. iiij. §. actor. ff. de re iudi. et Baldus consilio. cccxlv. exordiente, Ad euidentiam sciendum est quod quando ⁊c. in prima parte: ⁊ plus videtur voluisse Inn. in c. grauem, de senten. excommu. vbi sensisse videtur qđ indistincte fiat contributio ad solidum ⁊ libram: quamuis, vt colligitur ex dictis Bar. in locis preallegatis, aliqui casus sint excipiendi. Que omnia dixerim sub correctione.

Argumentum.

Legatis mobilibus, vtensilibus, mercātijs ⁊c. in domo ⁊ apotheca existentibus, non videri legatum librum rationum, nec pecuniam. V. F.

1 Noīa instrumēta, libri rationū, ⁊ pecunia numerata, an legata censeantur legatis mobilibus in apotheca existentibus.
2 Bartolus inter iuris doctores fastigium tenet, cui postponitur Baldi autoritas.
3 Jason excusatur de falsa opinione.

De lega. Consilium. clxij.




Visa ⁊ sepius reuisa clausula legati dudū facti, ꝑ honorabilē virū Antoniū thomassin, honeste mulieri dñe Claudie ei⁹ vxori, vna cum iurium allegationibus factis et dictatis per spectabiles viros dominos Gabrielem fogatiam, ⁊ Stephanum parisij iurium ꝓfessores eximios: tandem condescendi ⁊ nunc condescendo in eam sententiā in quā
1 ⁊ ipsi, scilicet † ꝙ per legatum hmōi non videantur eidem domine Claudie legata seu relicta nomina debitorum descripta in libris rationū existētibus in domo ⁊ apotheca in legato hmōi plenius mentionatis: ⁊ idem sentio de obligationum instrumentis, ⁊ pecunia numerata in eadem domo existentibus tēpore mortis dicti quōdam Antonij relinquentis ⁊ legantis. Et quidem non videntur nomina, instrumenta, ⁊ pecunia huiusmodi fuisse relicta aut legata propter verba, vna cum bonis mobilibus, domorumq; vtēsilib⁹, frodijs, mercātijs, aromatibus, bonisq; ⁊ rebus alijs quibuscunq; in eisdē ⁊c. in clausula predicta latius posita ⁊ descripta: prout mihi videtur satis clare probari per iura per dictos dominos primo scribētes plenissime allegata, que nō refrico. Pro quorū sententia facit qđ voluit Cy. in. l. certi, ver. quinto q̄ro, ⁊ qđ ibi Alber. C. de loca. Et idem Albe. C. de lega. in rubri. Nō nego quin, si specialiter legati essent libri rationū, vel ꝑdicta instrumenta, per legatū hmōi etiam legata cēserētur nomina, de quibus in eis, per id qđ habetur in. l. seruū filij. §. eū qui, ⁊ quod ibi doc. ff. de legatis. j. ⁊. l. qui chirographum. ff. de lega. iij. ⁊ quod no. Bar. in. l. labeo, ver. quero quid si dedi tibi instrumētum. ff. de pac. ⁊ Alex. de imo. in. l. possideri, in fi. quarte col. ver. aliam singularē limitationē ⁊c. ff. de acqui. poss. Sed dico ꝙ ꝑ legatū ꝑdictū in quo nō apparet codicillantē ⁊ legātē specialiter legasse libros, aut instrumēta hmōi, nō debere cēseri reliqsse, aut legasse dictos libros vel instrumēta, ⁊ cōsequēter nec debitorū nomina. Et hoc bene ꝓbant tria iura ꝑ dictos dominos allegata, scz. l. vxorē. §. legauerat. ff. de lega. iij. ⁊. l. caius. ff. de lega. ij. ⁊ expressius. l. si mihi menia. ff. de lega. iij. ad dictam aūt. l. seruum filij. §. eum qui, ⁊ ad l. qui chirographum, superi⁹ allega. respondetur, ꝙ ille loquuntur in legato specialiter facto de chirographo, qđ hic non fuit, ⁊ ideo non obstant. Etiā nec legata videtur dicta nomina, ⁊ alia ꝑ legatum factum de apotheca, quāuis aīs prima frōte aliter mihi visum extiterit, in sequēdo dicta Bal. in. l. cum pater. §. mense. ff. de lega. ij. ⁊ in. l. predia. C. fideicom. vbi etiam do. Jas. idem sensit. Sed materia plenius recensita, ⁊ visis iuribus per Bal. allegatis, vna cum iurium allegationibus, alio nō apparente de significatione vocabuli apothece, mihi pro nunc videtur poti⁹ esse inherendū sentētie Bar. per iura pro ea allegata, que magis stringūt, quā allegata ꝑ Bal. Fateor ꝙ magna sit Bal. in iudicijs autoritas, vt dicit Pau. de cast. cōsilio mihi. cxxxiij. exordiēte, Illo puncto ⁊c. ver. circa tertium quesitū. Ang. aret. in suo tracta. malefi. in glo. necnō ad denūtiationē, ver. sed licet Bal. ita teneat ⁊c. And. sicu. in reperi. c. raynaldus. charta. lxvj. col. iij. de testa. Sed hec, vbi Bal. contradictorē non habet, sed hic habet Bart. in di-
2 cto. §. mense: † cui⁹ quāta fuerit, ⁊ hodie existat tā in scholis, quā in iudicijs autoritas, nemo est qui nesciat, vt dicit Raph. Fulg. cōsilio. clxxx. col. ij. ⁊ consilio. ccvj. col. ij. Fuit enim iuris lucerna, ⁊ supremus iuris doctor, vt dicit Andre. sicu. in repetitione dicti c. raynaldus. fo. 123. col. j. ver. Item non facit. Et refert primum fuisse dictū ab Ange. cōsilio. xij. alias. xiij. ⁊ scdm a Bal. in. l. scripture. C. de fide instru, quibus, vt affirmat, credendum est indubitanter, quia tantum doctorē ⁊ viderunt ⁊ audierunt, ⁊ scientia eius mirum in modum instructi extiterūt. Dicit etiam Alex. de imo. in. l. si domus. §. fi. col. iij. qđ eius autoritas fuit maxima. Nō igitur ad culpam imputandum est, si dixerim potius inherendū sententie Bar. quam Bald. vtpote cuius fuit maior autoritas, ⁊ cuius sententia firmata est in hac parte iuribus ⁊ rationib⁹ maio-
3 ribus. † Quod autem do. Jas. in d. l. predia. C. de fideicō. allegat Ange. ⁊ Pau. de castro in. l. certo heredi. ff. de seruitu. rustic. predio. Petrus de ancha. ⁊ Joannes de imo. in. c. indicante, de testa. ⁊ Alexander de imo. consilio. xlviij. in primo volumine, scriptum puto ex inaduertentia, vel quod magis existimo in hoc est vitium scriptoris. Illi enim non sequuntur sententiam Bal. quod ex sola inspectione videri licet.

Argumentum.

Legata ab heredib⁹ prestāda, ita tamen vt nec illa, nec donationes etiam inter viuos facte minuant filioꝝ legitimā. V. F.

1 Donationes reciproce facte inter cōiuges sunt valide, etiam si sint inter viuos.
2 Que ornamenta ⁊ vasa penes vxorem remanere debent mortuo viro.
3 Dictio Que, cum copulatiua qualiter ponatur.
4 Camera vxori legata qualiter instructa censenda est.
5 Tempus presens futurum non continet.
6 Alimenta ⁊ vestimenta vxori legata qualiter per heredem soluenda, ⁊ de quibus rebus, ⁊ vbi. ⁊ nu. 12.
7 Cōiunctio siue, quando stet augmētatiue, ⁊ quādo disiunctiue.
8 Interpretatio sit larga in legatis, ⁊ largissima in donationibus.
9 Famula an sit pars alimentorum vxori legatorum, ⁊ eam teneatur heres alere ⁊ vestire. ⁊ nu. seq.
10 Equi sunt similes alimentis homini, qui ambulare non potest.
11 Non posse intelligitur qui commode non potest.
12 Oblationes de bonis mariti per viduam non fiende, nisi de volūtate eius suprema penes eum agat.

De lega. Consilium. clxiij.



Christi nomine inuocato. Ex casu, qui mihi dimissus est parte honeste mulieris Francesie raynarde, ⁊ Bertrādi meliorēti eius filij, multa eliciuntur dubia, ad que respōdeo per ordinem breuiter ⁊ succincte. Et primo ad primum quod honesta mulier Claudeta margarelle in casu predicto latius mentionata potest petere centum florenos, de quibus in dicto quesito: illi enim fuerunt sibi donati in contractu matrimonij olim confecti per ⁊ inter nobilem quondā virū Bertrandum reynaudi ⁊ ipsam Claudetam sub conditione illa, si videlicet idem nobilis Bertrandus primo ab humanis decederet, prout contigit. Et quamuis donatio huiusmodi fuit donatio inter viuos: illa tamen ab initio valuit, pro eo quia vicissim ⁊ reciproce ipsa claudeta etiam centum florenos donauit dicto Bertrando eius viro sub cōditione, si ipsa ante eum ab humanis de-
1 cederet: † tales enim reciproce donationes facte inter coniuges sunt valide, etiam si sint donationes inter viuos. l. si pater puelle, ⁊ quod ibi Cynus, Baldus, Salicetus ⁊ moderni. C. de inofficioso testamento, vbi etiam de hoc ponit plene dominus Jason de may.

Ad secundum dico ⁊ respondeo

ꝙ, cum pfata Claudeta sit in potestate puidi viri Joannis mar-
garelli, eius patris naturalis ⁊ legitimi, ipsa nõ potest agere vel
expediri sine eius autoritate vel cõsensu. l. cũ nõ solum. §. necessi-
tate. C. de bo. que libe.

Ad tertium dico ꝙ illud est ob-

scurũ, ⁊ nõ bene capitur quid querẽs velit: verũ, vt in aliquo, ⁊ eo
2 modo, quo possum, satisfaciam querẽti, dico in primis, † ꝙ oĩa et
quecunq; iocalia prefate Claudete, ⁊ que habebat tempore dicti
matrimonij, ⁊ postea habuit, eidẽ remanere debẽt. Et idẽ dico de
vasis stagneis, ⁊ quibuscunq; alijs domus vtẽsilibus per eam de-
latis in domũ eius quondam nobilis Bertrãdi reynardi. Et idẽ
etiã dico de his iocalibus, ⁊ domus vtensilibus, que tempore di-
cti contracti matrimonij, vel postea eidẽ Claudete donata exti-
terunt tã per eundẽ nobilem Bertrãdum maritũ, ꝙ alias quasuis
personas. Hoc enim dicũt verba dicti cõtractus, prout asseritur
in casu mihi exhibito. Et ꝙ dixi de premissis, dico etiã de alijs bo
nis eiusdem Claudete, si que fuerint tempore mortis dicti quondã
nobilis Bertrandi: quia illa etiam debuerunt ⁊ debent sibi rema-
nere propter illam clausulam, ⁊ q̃ dicte Claudete tempore obitus
3 ⁊c. † quia cum illa dictio que, ponitur cum coniunctione copula-
tiua, illa ponitur augmentatiue, non restrictiue. l. ea tamen. ff. de
lega. iij. no. Bar. ⁊ docto. in. l. j. C. de summa trinita. ⁊ fi. catho. Et
hec procedũt quo ad ea, que eidem Claudete spectant, aut perti-
nent in vim pactorũ ⁊ conuentionũ, de quibus in contractu ma-
4 trimonij superius mẽtionati. † Quatenus vero eadẽ Claudeta se
iuuare intẽderet seu vellet testamẽto dicti quõdã nobilis Reynar
di, et signãter in ea parte, in qua voluisse ptendit, ꝙ ipsa Claude-
ta haberet ei⁹ vita durante camerã altã ꝓ sui habitatiõe faciẽda,
munitã prout erat tempore cõditi testamẽti supius mentionati:
dico ⁊ respondeo debuisse ⁊ debere considerari ⁊ inspici que bona
essent in camera pdicta tpe cõtracti matrimonij, de quo supra, et
an illa facerent ad munitionem camere pro facienda habitatione
in eadẽ vel nõ vt verbi gratia, an essent culcitre, puluinaria, tape
ta linteamina, vel alia facientia ad habitationẽ in camera faciẽn-
dã, an vero essent alia que non facerent ad habitationẽ, vt verbi gra
tia, pecunie numerate, libri, mercantie. vel alia huiõi, quibus non
erat munita camera pro facienda habitatione. Prima enĩ debe-
rent ibi remanere pro munitione eiusdem camere, ꝙdiu durabit
non dico legatũ camere, sed habitationis illius: alia vero nõ. Cu-
ius illã assigno rationem, ꝓ eo q2 ita voluisse videt idẽ: quõdã no-
bilis Bertrãdi in clausula, ⁊ vlterius. Dicit enĩ ⁊ vlteri⁹ ꝙ ipsa
Claudeta margarella habeat ei⁹ vita durante cameram altam
ꝓ sua habitatione facienda, munitã prout est de presenti, per que
verba videt satis aperte idem nobilis Bertrandus testator vo-
luisse qd̃ predixi, a cuius voluntate nõ est recedendũ in. l. cõditio
nibus primum locũ. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis.
ff. de legat. iij. et. l. cũ questio. in fi. cũ simili. C. de lega. Et intelligo
predicta de bonis existẽtibus in camera, nõ tpe mortis dicti quõ-
dam nobilis Bertrandi, sed tpe testamẽti eiusdem: q2 prout in fa
cto ponit, ipse vsus est verbo presentis tpis, dicit enim, et vlterius
ꝙ ipsa Claudeta margarella habeat eius vita durante cameram
5 altã ꝓ sua habitatione munita, put est de pñti. † Pñs enĩ tẽpus
futurum nõ cõtinet, ⁊ sic trahi non debet hoc legatum ad bona, q̃
tpe testamenti huiõi in camera nõ erant, seu quibus camera pro
facienda habitatione tunc munita nõ erat. l. si ita legatũ, ⁊ qd̃ ibi
glo. Bar. ⁊ docto. ff. de auro ⁊ argen. lega. et. l. si stipulatus fuero.
§. j. ff. de verbo. oblig. et in multis concordantijs, que colliguntur
ex not. per Bart. in dicta. l. si ita legatum.

6 † Ad quartum quesitum dico ⁊

respõdeo ꝙ, cũ pactum factum de alimẽtis ⁊ vestimẽtis pstandis
dicte Claudete relicte valuerit ⁊ valeat, nõ video cur cogi nõ va-
leat seu possit dictus Bertrãdus melioreti heres pfati testatoris
ad dandũ ⁊ pstandũ eidẽ Claudete alimẽta ⁊ vestimẽta, q̃ prestari
debẽt, prout pstari cõsueuerãt ꝑ defunctũ, als̃ ſm facultas ipsius
Melioreti, ⁊ ſm dignitatẽ dicte Claudete, ꝑ ea que voluit Bart.
in suo tracta. de alimẽ. ver. q̃ro legata sunt ⁊c. Pet. de ancha. cõsi
lio mihi. ccclxxxiiij. exordiẽte, Primo ⁊ ante oĩa est hic cõsiderã-
dum ⁊c. Jo. de pla. in. l. sup creandis. C. de iur. fis. lib. x. Ange. cõsi-
lio. cccix. exordiẽte, Dñs Gregorius pagucij, in tertio q̃sito. Ro
ma. cõsi. clxxxix. exordiente, Stante primo q̃sito ⁊c. Debent igit,
vt etiã volũt docto. pfati, alimẽta ⁊ vestimẽta huiõi arbitro boni
viri, hoc est iudicis: qui, vt dixi, considerabit facultates patrimo-
nij, ⁊ dignitatẽ dicte Claudete, ⁊ sunt alimẽta ⁊ vestimẽta ita tẽpe
randa, vt vniuersus patrimonij redditus in ea non cõuertatur. l.
ius alimẽtorum. §. j. ff. vbi pupil. edu. debe. Et qd̃ dixi alimẽta ⁊ vesti
mẽta debere moderari ſm facultates pr̃imonij, intelligendum est
respectu fructuum, nõ respectu bonorum: hoc est ſm facultates fru-
ctuum ipsi⁹ patrimonij, nõ ſm valorẽ rerũ patrimonij. l. impera-
tor, et qd̃ ibi Jaco. de are. Bar. Ange. Alexã. de Jmol. ⁊ docto. ff.
ad trebel. et Ang. in. l. j. C. de lega. vbi etiam refert Bal. ⁊ se. ita cõ
suluisse in ciuitate Ariminij. pro quo bene facit. l. qui bonis. ff. de
cessio. bono. l. penult. in princi. et qd̃ ibi Bart. ff. de alimen. ⁊ ciba.
lega. ⁊. l. j. §. mulier. ff. de ven. in possess. mitten. et dicta. l. ius alimẽ-
torũ, circa principiũ. Et debent pstari alimẽta de mense in mẽsem,
vt voluit Bar. in. l. si. ff. de libe. agnoscẽ. et in. l. pecunie. ff. de alimẽ.
et ciba. lega. vestimẽta aũt prestãda sunt qñ ille, cui debẽtur vesti-
menta, vestimẽtis indiget, vt voluit gl. in. l. firmio. ff. quãdo dies
lega. cedat. facit. l. nec semel. §. si in habitationẽ, eo. titu. quod etiã
voluit Bar. in dicta. l. si. de libe. agnoscen.

7 † Ad quintum respondeo ꝙ sic

ꝓpter illam cõiunctionẽ siue, positam in pacto, de quo in casu ibi,
vnã camerã siue domũ ⁊c. q̃ licet sit dictio disiũctiua: tamẽ vbi po
nitur in dispositionibus, in quibus fit larga interpretatio, veluti
in legatis. tũc dictio huiõi nõ stat disiunctiue, sed augmentatiue
vt sic vtrunq; cõprehẽdat, per id qd̃ habetur in. l. si quis ita, ⁊ qd̃
ibi Bar. ff. de auro ⁊ argẽ. lega. Cy. ⁊ Bal. in. l. penult. C. de verbo.
signi. ⁊ Bart. in. l. si is qui ducẽta. §. vtrũ. ff. de re. dubi. ⁊ Anto. de
8 butri. in. c. inter ceteras, de rescrip. † Quod si ita fiat in legatis, ꝓ
eo q2 in eis fit larga interpretatio, multo fortius fieri debet in do-
natione, in qua fit largissima. c. cũ dilecti, de dona. qd̃ etiã voluit
Alexã. de Jmo. cõsilio. cxciij. exordiente, Ex themate pmisso de
pluribus dubitari cõtingit. Videt ergo voluisse dictus quõdam
nobilis Bertrandus, ꝙ ipsa haberet vtrũq;, hoc est ⁊ cameram, ⁊
domũ. Et hoc ꝙ nõ possit vel potuerit bene ⁊ pacifice morari cum
herede, aut ꝙ se inuicẽ bene nõ habuerint vel habeant, probandũ
est ꝑ ipsam Claudetã, si velit habere camerã, siue domum: pro quo
allegasse sufficiat id qd̃ plene ponit Alexã. de Jmol: consi. c. exor-
diente, Sup primo casu cause vertẽtis ⁊c. de quadã dña Bartho
lomea, cui factũ erat legatũ, si cõmode cũ heredibus testatoris ha
bitare nõ posset. et Pet. de anchar. cõsilio mihi. cclvj. exordiente,
Sup primo quesito nõ multum insistendũ videt. pro quo allegat
l. in illa stipulatione, et. l. si calẽdis. ff. de verbo. obliga. et theoricã
quã ponit Bar. vbi etiam ꝑ doct. in. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig.
Joan. an. in nouel. ⁊ docto. in. c. bone, de elec.

9 † Ad sextum quãuis super illo

ꝓ nunc plene videre nõ possum, videt mihi dicẽdum, sub correctio
ne cuiuslibet melius sentientis, ⁊ salua pleniore deliberatione, ꝙ
heres dicti quõdam nobilis Bertrãdi teneat etiam alere ⁊ vesti-
re pedissequã seu famulã ipsius Claudete. ar. eius qd̃ dicit Bald.
10 in. l. solent. §. nõ vero. ff. de offi. procõsul. † vbi voluit ꝙ in eo, qui
pedes ambulare nõ potest, equi sunt similes alimentis, imo vt di-
cit, sunt pars alimentorum. ar. no. in. l. idẽq;. §. idem labeo. ff. man
da. Ergo a simili in ea, que sine famula ꝑ seruiendo viuere nõ põt
videtur famula esse similis alimentis, imo pars alimentorum: et ꝓ-
pterea ꝙ ille, qui tenetur pstare alimẽta ⁊ vestimenta alicui mu-
11 lieri, teneat etiam illa pstare famule, sine qua esse nõ potest. † Non
posse aũt intelligitur que cõmode nõ põt. l. nepos Proculo. ff. de
verb. signi. Quo vero ad oblationes, de quibus in dicto quesito,
dico ⁊ respondeo ꝙ ista facultas faciendi illas non est sibi data in
cõtractu matrimonij, sed in testamẽto: eas aũt facere nõ põt in
vim dispositionis testamentarie, nisi maneat in domo testatoris,
et cum herede suo. Et idem dico de camera munita, de qua supe-
rius feci mẽtionẽ. Hoc enĩ satis denotãt verba legati: que, vt po-
nitur in casu, sunt sequẽtia. Item plus legauit testator honeste mu
lieri Claudete margarelle eius vxori victũ ⁊ vestitum, ꝙdiu vixe
rit in humanis in domo sua, si in ea permanere voluerit cũ here-
de suo infra noiato, et statum vidualẽ ꝓ eo tenuerit. Et subijcitur
12 ꝙ possit offerre ⁊ oblationes facere, put tũc faciebat. † Quod enĩ
posuit testator alimenta pstari in domo, et cum herede suo appo-
suisse censeri debet fauore eiusdem heredis, quia facilior est ⁊ mi-
nus grauis heredi alimentatio dicte Claudete in domo, ⁊ cum eo,
ꝙ als. l. caio. §. si. cum ibi not. ꝑ Bart. in fi. ff. de alimẽ. ⁊ ciba. lega.
et not. in. l. illis. ff. de cõdi. ⁊ demon. et in. l. j. C. de lega. Et isto casu
debet prestare legataria seruitia in domo, ſm qualitatem sue per-
sone, vt voluit Bart. in dicta. l. caio. §. imperator. Baldus, Ang.
et Salice. in dicta. l. j. C. de lega. et dicit ibi Bald. ꝙ debet prestare
in domo operas obsequiales, et non stare tanꝙ corpus mortuum
Multas remissiones ponit Alexander de Jmol. in dicto consi-
lio. c. columna. j. Et hoc etiam videtur fuisse de mente eiusdẽ testa
toris, cum in clausula, de qua supra, subiungit. Et ꝙ ipsa teneatur
regere, et gubernare personas ⁊ bona dictorum Thonete, ⁊ here-
dis sui infrascripti, vti si mater ipsorum existeret, ⁊ negotia gere-
re, prout tunc faciebat: que omnia videntur apposita in fauorem
dictorum Thonete et heredis. Per quod existimo ꝙ ipsa Clau

deta nõ

deta non possit gubernare,⁊ regere bona dicti heredis eo inuito, quia ipse potest renuntiare iuri suo,seu his, que pro eo introducta extiterunt.Et per hoc patet responsio ad septimum.

Ad vltimum dico et respondeo in primis,vt iam superius dixi,ꝙ ad hoc,vt ipsa Claudeta possit in vim legati,de quo supra,petere cameram munitā, opus est ꝙ ipsa maneat in domo,⁊ cum herede,vt prediri:alias petere nō posset.Dico insuper ꝙ bona, que sunt in capsis,possunt esse differentia,aut multiplicia:possunt enim esse iocalia, vel alia, de quibus est sermo in dicto casu in articulo exordiente, Itē plus fuit actum inter dictas partes cōtrahentes,⁊ in pactum expresse deductum ⁊c.⁊ quid iuris sit quo ad ista iam dixi in respondēdo ad tertium quesitum.Possunt etiam esse pecunie,de quibus etiā superi⁹ dixi.Possunt esse alia bona,que muniebāt ⁊ muniūt cameram pro habitatione.Et quo ad ista dico,vt predixi,ꝙ ista deberent remanere in camera pro munitione illius,⁊ pro habitatione eiusdem Claudete:non tamē sunt sua, quia testator illa non legauit sicuti nec cameram:sed voluit ꝙ camera esset munita pro facienda habitatione per ipsam Claudetā, quandiu viueret in humanis,⁊ statum vidualem seruaret.Et hec omnia concernunt dictum Bertrandum heredem. ¶ Quo vero ad prefatā Francesiā Reynarde filiam predicti testatoris, aduertendum est an per eum,qui binubus erat,donata ipsi Claudete eius secunde vxori excedant id,quod datum est,vel relictū per eundem nobilē Bertrandum ipsi Frācesie sue filie naturali ⁊ legitime ex eius prima vxore,quia illud plus deberet posse auferri eidem Claudete, ⁊ applicari prefate Frācesie.l.hac edictali.C.de secundis nuptijs:et auth.de nupt.§.optime,coll.iiij.Dico etiam ꝙ prefata Francesia debet habere legitimā in bonis dicti eius patris,⁊ in qua grauari nō potuit.l.omnimodo.l.quoniam in prioribus,⁊.l.scimus, in principio.C.de inoffi.testa.que est tertia pars omnium bonorum dicti quondam eius patris.auth.nouissima,⁊ in corpore vnde sumitur,eodem titulo.Et debetur legitima non solum habito respectu ad bona,que habuit testator tēpore eius mortis:sed etiā ad ea,que donauit inter viuos,ita ꝙ donationes per eū facte nō debent minuere legitimam.l.j.⁊ quod ibi glo.super verbo, duab⁹ vncijs,secundum primā lecturam,quam nullus improbat,quinimo omnes dicunt eam veram.C.de inoffi.dona.⁊ signāter ex his que no.Bald.in dicta.l.j.col.ij.⁊ Salicetus col.j.in tertia oppo.⁊ col.vltima, versic.quero decimo. Et hoc etiam ibi voluit Pau.de castro.⁊ Rapha.Fulgo.in casu magis dubio in consil.lxxxix. exordiente,domina Catharina filiam habens ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Donatio reciproca inter coniuges valet,⁊ adualuatio florenorum in vna clausula contractus censetur in alia repetita. A.F.

1 ☞ Instrumenta,que diuisione iuuari possunt,repugnantiam ⁊ contrarietatem odio habent.
2 Contrahentium placita ad vnguem seruanda.
3 Iuramentum an confirmet donationem coniugum inter viuos.

¶ De dona.inter vi.⁊ vxo. Consilium.clxiiij.



Ponitur in facto qd̄ dudum anno videlicet domini.M.cccclxvij. et.xvi. mensis Iunij,post contractum matrimonij per ⁊ inter nobilem quondam virum Michaelem tre balbi habitatorem Mōtilijademari ex vna parte,⁊ nobilem ⁊ honestam quondam mulierem Bitronā de layno ex alia,nobilis quondam ⁊ honesta mulier domina Margareta de layno,mater eiusdem Bitrone, ac tutrix ⁊ tutorio nomine nobilis viri Ioannis de layno,dedit,constituit, ⁊ assignauit in dotem,pro dote,ac nomine ⁊ ex causa dotis eiusdē nobilis Bitrone prefato Michaeli trecentos florenos monete tunc currentis in patria Delphinali per eundem Michaelem a prefata nobili tutrice postea,anno videlicet predicto ⁊ die.vij.mensis Septembris, habitos ⁊ receptos.Qui Michael anno,mense,⁊ die constitutionis dicte dotis dedit ⁊ donauit eidem nobili Bitrone, eius tunc vxori,presenti, stipulāti solenniter, ⁊ recipienti pro se ⁊ suis heredibus,⁊ extunc in posterum successoribus quibuscūq̄,donatione propter nuptias,⁊ alias in augmentum dotis eiusdem nobilis Bitrone centum florenos monete currentis, cum pactis in instrumento super his confecto post donationē huiusmodi immediate sequentibus:in quibus inter cetera mutuo ⁊ vicissim ille,q ex p̄fatis nobilibus Michaele ⁊ Bitrona cōiugibus ab humanis sine liberis decederet, donauit superstiti centū florenos, ⁊ quos voluit eo casu per superstitem super eius bonis lucrari, si vero cū liberis ab hūanis decederet,donauit qnquaginta. Deinde in instrumēto huiusmodi inter alia subijciūtur hec verba,quā siquidem dotem supra eidem Bitrone constitutam, vna cum augmento predicto dictus Michael gratis,sponte, per se, ⁊ suos heredes,⁊ imposterū successores quoscunq̄,seu id quod de eadē receperit, vel reperietur exegisse ⁊ recuperasse, eidem Bitrone presenti,⁊ pro se ⁊ suis heredibus ⁊ successoribus quibuscunq̄ stipulanti,aut illi vel illis,cui seu quibus de iure seu alias repetitio huius dotis pertinebit,dare ⁊ soluere promisit dissoluto matrimonio huiusmodi,aut alias in omnem casum ⁊ euentum restitutionis ⁊ repetitionis eiusdem dotis,incōtinēti ad ipsius Bitrone aut suorum ⁊c.primam ⁊ simplicem requisitionē.Et post pauca subijciuntur hec verba,dictos vero centum florenos aut quinquaginta florenos,prout casus euenerit,ipse Michael eidē Bitrone solui voluit ⁊ promisit incontinēti elapso anno dissolutionis matrimonij huiusmodi,seu luctus,ad ipsius Bitrone presentis ⁊ stipulantis,aut suorum primam ⁊ simplicem requisitionem. Postremo post lōga tempora idē nobilis Michael vita functus est,⁊ ab humanis decessit sine liberis, sibi aūt superstite ⁊ superuiuente eadem nobili Margareta,que etiā postea vita functa est, ⁊ decessit. ¶ Quesitum est vtrum vltra ⁊ preter dotē predictam trecentoꝝ florenoꝝ,⁊ centum florenos eidem Bitrone donatos per prefatum nobilē Michaelem donatione propter nuptias, ⁊ alias in augmētum dicte eius dotis, possit ⁊ valeat heres dicte nobilis Bitrone petere ⁊ exigere alios centum florenos eidē Bitrone per dictum Michaelem donatos,si ipse primo sine liberis ab humanis decederet,hoc est querere,an dicti centū floreni proxime mentionati sint illi ijdem,qui eidem nobili Bitrone donati fuerūt donatione propter nuptias,⁊ in augmentum eius dotis. ¶ Secūdo an dicti ducēti floreni,⁊ eorū cuilibet,taxari ⁊ adualuari debeant iuxta taxam ⁊ adualuationem factam de florenis dotalibus eiusdem quondam Bitrone.

Viso casu superius mentionato,cum dubijs ex eo elicitis,dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra.Et primo ad primum,ꝙ inspecto tenore instrumenti constitutionis dicte dotis,⁊ presertim pactis superius mentionatis,clare colligitur ⁊ apparet dictum nobilem Michaelem eidem Bitrone donasse ducentos florenos,cētum quidem donatione propter nuptias ⁊ in augmentum dotis, ⁊ qui matrimonio dissoluto vna cum dote statim solui debeāt ad primam ⁊ simplicem requisitionē dicte nobilis Bitrone,aut illius seu illorum ⁊c.cui seu quibus ⁊c.⁊ alios centum in eum casum, in quem idē Michael primo,⁊ sine liberis ab humanis decederet: qui solui debebant dicto matrimonio dissoluto, non quidē statim sed post annū dissolutionis seu luctus.Et qꝛ verba predicti instrumēti hoc clarissime eloquuntur ⁊ ostendunt,non est voluntatis questio admittēda,nec a significatione verboꝝ hmōi recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis,⁊.l.non aliter,cum suis simil. ff.de lega.iij.Preterea, nisi ita intelligerētur verba predicti instrumenti,reperiretur in eis repugnātia,signāter quo ad terminum solutionis dictorum centum florenoꝝ,quā dicit primo esse faciendam dissoluto matrimonio,de quo supra,aut alias,in oēm casum ⁊ euentū restitutionis ⁊ repetitionis dotis predicte,incōtinenti ad ipsius Bitrone aut suorū ⁊c.primā ⁊ simplicem requisitionē.Postea vero in ver.dictos vero centum florenos, aut quinquaginta ⁊c.dicit solutionem centum florenoꝝ,de qbus ibi, esse faciendā matrimonio dissoluto,non tamen incontinenti,sed post annū luct⁹.Soluere aūt incōtinēti ⁊ ad primā reqsitionē,⁊ soluere nō incōtinēti sed post annū sunt cōtraria.Preterea primi cētum floreni erāt soluēdi eidē Bitrone,aut illi ⁊c.cū ei⁹ dote,in oēm casum ⁊ euētū restitutionis dicte dotis,q casus poterat contingere p mortē dicte Bitrone primo sine liberis decedētis,alij vero cētū floreni nō veniebāt p ipsam Bitronā lucrandi, nisi ipē Michael primo sine liberis ab hūanis decederet.Quia aūt eadē Bitrona vel sui habere deberēt cētū florenos in oēm casum,⁊ ꝙ ipsa nō deberet hr̄e cētū,nisi eo casu q̄ dict⁹ marit⁹ p̄mo ab hūanis ⁊ sine liberis decederet,ēt sunt ꝯria,⁊ repugnātia habēt. Insup nō videtur posse simul stare,ꝙ in oēs euētū restitutiōis dotis solui debebāt centū floreni,⁊ ꝙ ipa Bitrona hr̄e nō debeat nisi qnquaginta florenos p̄fato Michaele primo ab hūanis cū liberis decedēte.Preterea nō bene stabūt hec ꝙ,iuxta hoc qd̄ de primis cētum florenis dicit,eadē nobilis Bitrona,aut sui in oēm euētū restitutiōis dotis hr̄e deberēt dictos cētū florenos,⁊ iuxta hec q̄ postea dicunt de cētū florenis,ipa si p̄mo sine liberis decederet,nō solū nō haberet dictos cētū florenos,s; ēt de suis ipsi⁹ Bitrone bōis
1 cētū florenos lucraret dict⁹ Michael marit⁹,si supuixisset.⁊ Ut igit euitētur cōtrarietates ⁊ repugnātie hmōi,intelligenda sunt verba dicti instr̄i vt repugnātiā aut cōtrarietatē nō cōtineāt vel

habeant, cum possint diuisione adiuuari, prima cõsti. C. §. quibus. de quo Bart. in. l. fi. §. idem quesiũ. ff. de condi. indebi. Preterea nisi verba predicti instrumenti intelligerentur vt predixi, multa ex illis, et non solum verba, sed etiam clausule reperientur superflue, quod non est dicendum, †quia nedum vnaqueq; clausula, sed
2 etiã vnumquodq; verbũ a cõtrahentibus prolatuz debet esse cuz virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de cõtraben. emp. l. si stipula. in princi. ff. de vsu. verba sunt Bal. in rub. C. de contraben. emptio. in. ix. q. qđ etiã voluit Roma. consilio. lxxxiij. in fi. et alij multi in multis locis. Illud autẽ certum est q donationes hmõi valuerunt ꝛ valẽt, licet facte extiterint inter cõiuges. Cũ quia ille
3 fuerunt vallate iuramento, †qđ secundum opinionẽ magis cõem confirmat donationem factam inter viuos inter coniuges. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Pet. de anchar. consilio mihi cccviij. exordiente, Nulli dubiũ ꝛc. Fran. de aret. cõsi. lxxiij. Alex. de Imol. cõsi. clxxv. in. ij. volu. Jo. de Imo. in. c. cuz contingat de iureiuran. ꝛ Panor. in. c. fi. de dona. inter vi. et vxo.

Ad secundum quesituz dico ꝛ respondeo, q cũ codez tẽpore fuerint donati dicti ducenti floreni, quo dos, de qua supra, cõstituta extitit. dicti ducẽti floreni et eorũ quilibet debẽt taxari ꝛ adualuari ea taxatiõe ꝛ adualuatiõe, qua taxati ꝛ adualuati extiterũt floreni dotales, hoc est quilibet ex dictis ducẽtis florenis taxari ꝛ adualuari debet ad sexdeciz solidos ꝛ nouẽ denarios cuz obolo turoneñ. q2 vtrobiq; dz inspici tẽpus cõtract⁹, p id qđ no. doct. in. c. quãto, de iureiur. in. l. paulus. ff. de solu. ꝛ in. l. cũ quid. ff. si cer. pet. ꝛ in multis alijs locis. Nec opponat aliquis q in cõstitutione dotis facta fuerit expressio de moneta tũc currenti, in dictis vero donationibus expressum nõ extiterit de moneta currenti, sed dũtaxat de moneta. Dñ respõdeo q donationes hmõi intelligi debuerunt de moneta tunc currente, p id quod habetur in. l. in obscuris, ꝛ qđ ibi glo. ff. de regu. iur. et. l. semp in stipulationibus, eo. titu. Pro quo bene facit, q2 in cõstitutione dotis, que pcessit donationes hmõi, factus est sermo de moneta tunc currẽti, de illa ergo sermo intelligi debuit in dictis donationibus postea subsecutis. l. si seruus pluriũ. §. fi. et quod ibi glo. ꝛ docto. ff. de lega. primo. Facit etiã vt nõ debeat intelligi de moneta minoris valoris. quia in donationibus faciẽda est interpretatio plenissima in fauorẽ donatarũ: et quatenus ille tangunt preiudiciũ donatoris. c. cũ dilecti, et qđ ibi doct. de dona. Cuz quia, cum ille reuocate non extiterint, ille fuerunt cõfirmate morte dicti Michaelis. l. donatiões, cum simili. C. de dona. inter virũ ꝛ vxo. Ualuit etiã dicta secunda donatio facta de dictis centum florenis, casu quo idem quondam Michael primo decederet sine liberis, q2 illa fuit reciproca ad aliam donationem factam eidem Michaeli per dictam Bitronaz, que donatio reciproca valet inter coniuges, per id quod habetur in. l. si pater puelle, et quod ibi Cy. Bal. Salice. et moderni docto. C. de inoffi. testa.

Argumentum

Periti in arte ad instruendum iudicem priuatim vocati non necessario iurati esse debent secus si de mandato Judicis assumpti sint a partibus. U. F.

1 Periti in arte vt eis credatur an iurare debeãt, et quando.

De assessorib. Consi. clxv.



Perscrutato casu mihi exhibito parte magnifici ꝛ potẽtis viri domini Sancherij de brancassijs, quo effectualiter queritur, an moderatio ꝛ taxatio, quam fecisse dicũtur magnificus quondã et spectabiles viri Cossangius garini ꝛ Jacobus de scalis iuriũ professores eximij, de fetibus, incremẽti, calcaturis, ꝛ fructibus in sententia super moderatione ꝛ taxatione huiusmodi promulgata plenius mentionatis, ideo impugnari valeat siue possit, quia quatuor viri probi ꝛ arte equina periti, quorum participato cõsilio et super premissis voto habito pfati do. Garini ꝛ de Scalis processisse dicũtur, nullo prestito per ipsos quatuor probos et in arte equina peritos iu-
1 ramento relationez suam fecerũt. †Et videtur q sic, per id quod not. Bart. in. l. theopõpus. ff. de do. prele. Albe. Bald. ꝛ Sali. in. l. comparationes. C. de fi. instru. et plenius idem Albe. C. de no. C. compõ. Bal. et Sali. in. l. hac edictali. §. bis illud. C. de secun. nup. Flori. in. l. si irruptione. §. ad officium. ff. fini. regun. Ange. areti. in. §. quẽdam, vbi etiã do. Jason in col. fi. insti. de actio. Et idem Ange. in. §. si quis agens, eodem titu. Bald. in proemi. ff. colũ. ij. ver. circa quintum q per peritos in arte ꝛc. et do. Feli. in. c. quia iudicante, colũ. j. de prescrip. qui omnes in hoc videntur cõuenire q in arte periti iurare debent ad hoc vt eis credatur, et non solũ iurare debent, sed etiam hoc facere debent parte presente, aut saltem cõtumaciter absente, vt voluit Bar. in dicta. l. theopompus. Bal. in dicto. §. bis illud. Flori. in allegato. §. ad officiũ. Angel. ꝛ Jason vbi supra, et Feli. in. dicto. §. quia iudicante. Pro quoꝝ dicto solet hec ratio allegari, quia posset pars psens opponere contra personã electam, si forte et suspecta existeret, et ita agit de eius piudicio: est igitur vocanda. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. et. c. j. de cau. pos. et proprie. Predicta tamen videntur limitari vt locũ non habeant, quando tales predicti assumpti extitissent de communi partium cõsensu, vt colligitur ex his que no. Bar. in. d. l. theopõpus, versi. quero cũ testator dicit ꝛc. et signanter ibi, Cõtra predicta facit ꝛc. quẽ sequit Anto. de butr. in. c. veniens. le. j. colũ. ij. de testi. et Feli. in dicto. c. quia iudicante. colũ. j. et respondent ad dictam. l. hac edictali. §. bis illud. C. de secun. nupt. vel q ibi ille peritus erat assumptus de mandato iudicis a partibus, vel q expresse actuz erat vt iuraret. Pro pmissis facit quod voluit Bar. in. l. lucius. in fine. ff. de fideiusso. Dicit eñ q, vbi fides alicui⁹ approbata est ab vtraq; parte, non requirit q dictum suum sit iuratum. de quo p Antoniũ de butr. in. c. finẽ litibus, colũ. vlti. de dolo ꝛ contu. Bal. etiam videtur limitare predicta in pemio. ff. op. col. ij. versi. circa quintuz, vt non pcedãt quando aliquis pprio motu iudicis p eum assumptus est ad cõsiliũ, hoc est pro informatione sui ipsius iudicis. Dicit eñ q si assumat in testimonium, tunc iurare debet, secus si in consiliũ. Hoc dictuz etiam refert ꝛ sequitur Feli. in dicto. c. q2 iudicãte, col. j. Propter quod dico ꝛ respondeo, q si dicti probi assumpti extiterint per dictos do. Garini et de Scalis pprio eorum motu, et p ipsoruz informatione, non fuit opus q pars vocaretur visura eos iurare, per predicta. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Argumentum.

Si binuba filijs prioris matrimonij minimuz quid relinquat iure legati tñ secundus maritus solum tantillum ab ea capere poterit: secus si iure institutionis, tunc eniz viro relinquetur vsq; ad concurrentem legitimam filiorum prioris matrimonij. U. F.

1 Nepotes venientes ex vno filio an pro vno tantum computẽtur. et quando.
2 Plus donatum per mulierem secundo viro qualiter resoluatur, et in illo succedant filij primi matrimonij. et nu. seq.
Pena binuborum.
4 Supplementũ legitime an peti possit iudicio testatoris, vel actione ex testamento, et quando.

De secun. nupt. Consi. clxvj.



Ex casu seu themate mihi misso parte honorabilis viri Joannis aubini eliciũtur quatuor dubia: quoruz primũ, est an honesta quondaz mulier Catharina laurie binuba inibi nominata. potuerit plus relinquere Claudio martini ei⁹ scdo viro, q vni ex suis nepotibus, seu felezenis, natis ex honesta quondã muliere Joanna page, eius quondam, ꝛ defuncti Petri page, eiusdem Catharine primi mariti, filia naturali ꝛ legitima, ꝛ huic fuit plene responsum, et pro responsione allegatus tex. in terminis in. l. hac edictali. §. quam obseruantiã. C. de secun. nup. Secundum quesitum fuit, pro qua parte deberẽt ꝛ debeãt dicti nepotes seu felezeni succedere in illo pluri donato seu relicto dicto Claudio martini, attento q tẽpore mortis ꝛ decessus dicte quondam Catharine superfuerũt ex ea et dicto quõdam Petro page eius primo marito Michael page, et. N. filius ꝛ filia, et pfati nepotes siue felezeni, scilicet prefatus Joãnes aubini, et dominus Durandus anceleti monachus, filij quondam naturales ꝛ legitimi prefate Joanne page. Et huic etiam quesito reperio sufficienter ꝛ vere fuisse responsum, quatenus tamen eidem responsum est, q ipsi nepotes eidem quondam Catharine eoruz auie materne succedere debeant pro tertia parte, pro qua successisset prefata Joanna eorum quondam mater, si vixisset tẽpore mortis eiusdem Catharine: alij vero duo, hoc est Michael page, et soror, succedũt ꝛ succedere debent p besse, hoc est pro duabus tertijs partibus. Et hoc voluit Cy. in dicta. l. hac edictali, in
1 vi. q. †vbi expresse dicit, q omnes nepotes venientes ex vno filio computantur pro vno, quemadmodum fit in diuidenda heredi-
2 tate. †Pro hoc facit, quia illud plus donatum seu relictum dicto Claudio martini habetur pro non donato aut relicto. dicta

l. hac

Ceterũ ponitur in facto ꝙ, licet moderni hoĩes loci predicti de Modio, aut eorũ predecessores, vtpote patres, ⁊ alij vel alij, quib⁹ vniuersaliter ⁊ ti. hrditario successerũt, recognouerint, ⁊ cõfessi extiterint se tenere ⁊ possidere in emphyteusim perpetuã, ⁊ sub dñio directo, ⁊ maiore seignoria dominorũ dicti loci seu alterius eorundem, ⁊ sub cẽsu seu annuo seruitio eoruꝫ predia ⁊ possessiones ⁊c. Quodqꝫ licet predia ⁊ possessiones tã moderni homines ꝙ ẽt predecessores in dictã emphyteusim, ⁊ sub dñio ⁊ seignoria pdictis tenuerint ⁊ possederint bona hmõi annis plurimis, ⁊ cẽsum soluerint dñis antedictis aut alteri eorũdẽ: ipsi tñ aut eorũ aliqui postea cessauerunt a solutione dicti cẽsus per completũ trienniũ, ⁊ nũc ipsum soluere recusant ⁊ expresse cõtradicũt, pretendẽtes ꝙ p recognitiones hmõi nõ probat dñiũ directũ dictorũ dñorũ, ⁊ ꝙ cõfessiones ⁊ recognitiones antedicte nõ sufficiũt ad dandũ de cõmisso, etiã si in solutione dicti cẽsus cessatũ extiterit per trienniũ, ⁊ vltra. Cuius contrariũ pretẽdunt ⁊ affirmãt ipsi dñi loci predicti
5 de Modio, quesitũ est quid iuris. †Ad quod, sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiẽtis, rñdeo ⁊ dico ꝙ, licet per confessiones ⁊ recognitiones hmõi dicti dñi Modij nõ fuerint ab initio earũdẽ recognitionũ ⁊ cõfessionũ effecti dñi, qꝛ ille nõ inducunt dispositionẽ, per cõiter no. per Cy. Bar. ⁊ alios in. l. cũ falsa. C. de iu. ⁊ fac. igno. per Spec. ti. de cõfess. §. nunc videndũ. vers. quid si cõfiteor. ⁊ per Alb. in. l. traditionibus. in prin. C. de pac. cõfessiones tñ ⁊ recognitiones hmõi probant ꝯ dictos recognoscentes, seu eorũ heredes predia ⁊ possessiones hmõi esse emphyteutica, per ea que no. Cy. Bar. Bal. Sal. Pau. de ca. ⁊ doc. cõiter in. d. l. cũ falsa. per Pet. Jaco. in suis libell. sub rubr. de rei vendi. vers. decimo ponit ⁊c. ⁊ per Joan. de imo. post Zenze. in. c. romani. de iureiur. pro quo dicto facit. l. publia. §. fi. ff. depo. l. generaliter. in fi. C. de nõ nume. pecu. c. per tuas. de probat. Nisi fortasse ipsi homines pbare vellẽt ⁊ probarẽt cõfessiones hmõi fuisse erroneas,
4 que tñ non presumũtur esse tales, †eo presertim qꝛ vtputo in eis dr ꝙ recognoscẽtes recognouerũt sponte ⁊ ex eorũ certa scĩa ⁊c. que verba operãtur vt nõ possit allegari presumptio erroris. vt no. Bar. ⁊ alij in. l. si dari. ff. de verb. obl. ⁊ in. l. sed ⁊ si quis. §. fi. ff. si quis cau. per illũ tex. ⁊ l. fi. §. pen. ff. de condi. indebi. Bald. in. l. mater. C. de rei vendi. ⁊ in. l. ij. in. vij. qđ. C. de rescind. vend. ⁊ Jo. de imo. in. l. a titio. post mediũ. ff. de verb. obli. Nec prodest ipsis
5 hominibus si dicãt, †ꝙ omnis fundus presumatur liber, aut ꝙ nullus psumat emphyteuticus vel feudalis. vt no. Host. ⁊ multi
6 alij in. c. minus. de iureiur. †Tum qꝛ, vt predixi, cõfessio ⁊ recognitio pdicte inducũt presumptionẽ cõtra eos, ⁊ in eos transferunt onus probãdi cõtrariũ. vt no. doc. in. d. l. cũ falsa. Tum ⁊ qꝛ nõ est ẽt presumptio pro villa loci predicti de Modio aut p recognoscẽtibus, ꝙ pdia recognita essent recognoscentiũ, qꝛ illud certũ est ꝙ ipsi nõ fundãt eorũ intentionẽ de iure cõi super pdijs loci vel territorij de Modio. Tũ qꝛ, vt iam dixi super alio quesito, Oldr. in. d. cons. xix. dicit ꝙ dicti do. Comites puincie ⁊ Forcalquerij habuerũt ex imperiali priuilegio iura imperialia in comitatibus hmõi: imperator aũt quoad tẽporalia a deo constitu-
7 tus est, vt dicit tex. in auth. quomo. opor. episco. †vnde ⁊ mundi dñs dicit. l. deprecatio. ff. ad. l. rhod. de iac. facit. l. bene a zenone. C. de quadri. prescr. per quã, prout ibi refert gl. ⁊ O dof. Martiani. glo. tenuit ꝙ omnia sint imperatoris, ẽt quoad proprietatem. quod etiã vr sensisse Host. in sum. ti. de prescrip. re. immobi. §. que exigantur. sub. §. verum quicquid dicãt legiste. vers. sic ⁊ si princeps. ⁊ vers. sed nũquid maius peccatũ: ⁊ titu. qui filij sint legitimi. §. qualiter ⁊ a quo, sub. §. salua reuerẽtia. vers. quãuis ergo imperator ⁊c. Et presupposito ꝙ hoc dictũ, scilicet ꝙ omnia sint principis, non esset vsquequaqꝫ verũ: nihil tñ officit quin in dubio omnia psumãtur esse sua, vel quin de iure cõi fundet eius intentionẽ. etiã quoad proprietatẽ, quod videtur sensisse Hosti. in. c. dilecto. vers. nec puto ꝙ comes, ⁊ post eũ Joã. and. in nouel. ibi, hic dicit Hosti. ꝙ nõ putat. ⁊ Ant. de but. versi. si queritur de dño tẽporali ⁊c. de offi. archi. Et quãuis sint qui dicãt hoc dictuꝫ Host. Jo. and. ⁊ Anto. de but. debere intelligi de fundatione intentionis quoad iurisdictionẽ ⁊ protectionẽ, non quoad bonorũ temporaliũ proprietatẽ. alia tñ videtur fuisse mẽs ⁊ intẽtio eorundẽ, maxime propter dictũ. c. quo iure. viij. di. per eos allegatum, vbi est bonus tex. ⁊ per quẽ Host. ⁊ Jo. and. in. c. significãte.
8 de appel. sentiũt, vt superius dixi in alio articulo, †ꝙ licet ille q lõgo tẽpore vsus est furnis aut molẽdinis aliũ volentẽ de nouo edificare furnũ vel molẽdinũ, phibere nõ valeat, nisi pbet hanc seruitutẽ sibi deberi vel ex pacto, vel qꝛ cũ ille aľs edificare vellet fuit

fuit prohibitus,& prohibitioni acquieuit,hoc tñ ƒm eos fallit in dño ville,intelligo id est in principe,qui hãc seruitutem sibi debe ri asserit.Et sic sentiunt ꝙ ipse possit prohibere,etiã si non pro bet ex pacto vel prescriptione,ꝙ sibi debeatur seruitus,quod nõ esset nisi etiã quo ad hoc haberet de iure fundatam intentionem. & pro declaratione illius dicti Hosti.Joã.And.Anto.de Butr.
9 in.d.c.dilecto.†facit qđ dici solet,scz ꝙ dictum doctoris intelligi debet ƒm legẽ quã alleg.vt voluit Bar.in.l.non solũ.§.liberatio nis.ff.de libe.lega.& in.l.cum quidam.ff.de his quib.vt indignis. Alex.de Jmo.in.l.si constãte.in prin.in col.x.ff.solu.matri.& cõ sil.cxxxviij.col.xij.& in.l.fi.col.v.C.de edic.diui adria.tollẽ.& Ro ma.consilio.ccxj.& quod predixi de fundatione intentionis prin cipis expressius loquitur Host.in.d.c.sub.§.verũ quicquid,ver. sed nunquid maius,ibi,& licet aliqui &c.vbi formaliter ita inquit, & licet aliqui intelligant ꝙ omnia sint ꝑncipis quoad iurisdictio nis tuitionem & defensionem,verius est tamen ꝙ etiam quoad ꝓ prietatem.Cum igitur vt predixi,condomini comites dictoꝝ comitatum habuerint ex imperiali priuilegio iura imperialia, infertur per consequens ꝙ omnia debeant presumi in dubio fuis se ipsorum dominorum comitum,saltẽ in ciuitatibus,villis, op pidis,& locis domanialibus.Et cum vt superius dictum est do mini moderni loci predicti de Modio successerint dictis domi. comitibus in loco huiusmodi & territorio illius,satis presumen dum est ꝙ predia que inibi tenentur vel possidentur per homi nes,eis cõcessa extiterint vel in feudum,vel in emphyteusiȝ per ipsos quondam domi.comites,vel eorum successores & predeces sores dictorum modernorum dominorum.

¶Argumentum.

¶Litere executoriales in vim taxe non vocata parte facte iuste petuntur reuocari.V.F.

1 ¶Taxatio scripturarum pro notario an fieri possit parte nõ vocata & in suis iuribus nõ audita,ꝑsertim vbi nulla cõdẽnatio.
2 Exemplo non producto originali an fides danda.
3 Commissario qui asserit sibi commissum,etiam si de commissio ne literas confecisset,an credendum.

¶De tabellar. Consil.clxxxiij.



Etiam si licuisset hono rabili viro magistro Joanni de prato notario lo ci Liberonis recurrere ad egregiũ virum domi num officialem Valẽtinum,vel ipsum do.officia lem adire pro obtinenda taxatione scripturaꝝ de quibus in parcella parte eiusdem de Prato exhibita ac ꝓdu cta & inserta in processu dudũ cepto & diu ventilato per & inter di ctum magistrũ de Prato,& honestam mulierem Catharinam relictã Petri Veysonis,& pro fienda taxatione huiusmodi cita ri & reuocari facere eandẽ Catharinã:non licuit tamen eidẽ ma gistro de Prato post remissionem fiende taxationis scriptura rum huiusmodi sepius factã,& post cõmissionem illius per ipsuȝ do.officialem factam dño castellano Liberonis illas facere taxa ri per quendã magistrũ Joannem chabet notarium & commissa rium ad hoc,vt pretenditur per ipsum dominũ officialem depu
1 tatum.†Presertim vero & maxime eadem Catharina non voca ta,& consequenter in suis iuribus non audita:que tamen & voca ri & audiri debuerat,cum de ipsius preiudicio ageretur.l.nã ita diuus.ff.de adop.l.de vnoquoq.ff.de re iudi.& c.j.cum suis simi. de causa possess.& proprie.quod etiam voluit Bal.in casu multo minus dubio,in.l.terminato.col.ij.ver.sed nunquid ista taxatio. C.de fructi.& lit.expens.vbi post condemnationem expensarum vocatur condemnatus visurus taxari expensas:hoc ergo multo fortius fieri debet vbi nulla facta est condemnatio,vt in casu no stro.Predicta etiam maxime procedunt in hoc casu,in quo nõ solum petebantur taxari quedam pretense scripture,que vt ex aduerso asserebatur facte extiterant pro ipsa Catharina,sȝ etiã quedam alie,& quidem multe,que facte pretendebãtur pro dicto Petro Veysonis & quodam Joanne Leyeti,de quibus tamẽ nõ
2 apparet ꝙ ipsa Catharina eidem successerit.¶†Adijcio quod etiam non apparuit de commissione seu potestate prefati Joan nis chabet.Nec est de ea credendum cuidam pretense assertioni facte per magistrum Gulielmum sauinacij,de qua fol.processus. 127.paulopost principium.Quia ipse non refert nec affirmat se fuisse de huiuscemodi pretẽsa commissione rogatum,nec de ea sumpsisse instrumentũ siue notam,sed dicit ꝙ de ea constat actis in manuali magistri Joannis perrerij,cui propterea non credi tur authenti.si quis in aliquo.& quod ibi per omnes.C.de edend.

3 †Etiam non est de huiuscemodi pretensa commissione credenđ assertioni prefati Joannis chabet,etiam si ipse de commissione huiusmodi literas confecisset,per id quod voluit Hostien.Joã. And.& docto.in.c.quoniam contra falsam,de probat.Bald.in.l. iurisiurandi.C.de testib.& in.l.ad egregias.ff.de iureiuran.& ple nius in.l.iudices.C.de fide instrumen.Habuit igitur eadem Ca tharina,monita in executionem dicte pretense taxe de soluendo quinq; florenos octo gressos,& decemocto denarios iustam cau sam adeundi eundem dominum officialem ac literas ab eo impe trãdi,per quas vocaretur idem magister de Prato portaturus taxam scripturaꝝ predictarum,& literas monitorias super ea parte eiusdem de Prato impetratas & obtentas,ac etiam peten di literas monitorias & taxam reuocari.Propter quod debuit idem de Prato condemnari in expensis factis ad causam hũoi pretẽse taxationis & literarũ monitoriarũ,& ꝓ illarũ reuocatiõe.

¶Argumentum.

¶Venditiones semel facte etiam cum pacto de retrouendendo ad certum tempus eo lapso temere reuocari non possunt.V.F.

1 ¶Pactum de reuendendo & pretij vilitas an arguant cõtra ctum de simulatione,& qualiter illud presumatur.
2 Conuentio de redẽptione rei fienda per pactum licet non sit ipm pactum,est tamen preambulũ ad illud que coactioneȝ operatur.
3 Cautela vsurariorum in emptionibus & venditionibus fenera titijs.
4 Sibimet syllabica adiectio quid significet & operetur in pacto vẽ ditionis.
5 Dictiões taxatiue posite affirmatiue an excludãt preter exꝑssa.

¶De pact.inter empt.& vendi. Consil.clxxxiiij.



Jdi casuȝ mihi exhibitũ parte honesti iuuenis Joachim de Arguanechio loci Montilij ademarij,cum dubijs ex casu huius modi elicitis.Pro quorum faciliore solutione pre mitto ꝙ licet contractus,de quo in casu,sonet in venditionem qr tamen,vt mihi refertur,tempore facte venditionis pretio sexa ginta florenorum de terra in casu mentionata,postea in pratum conuersa,ipsa terra valebat communi estimatione centũ & vigin ti florenis:& sic venditio huiusmodi facta est vili pretio,quia ter ra valens centũ viginti florenis vendita est pro sexaginta,atq; ita duo interuenerunt in venditione,scilicet pretij vilitas,& pa
1 ctũ de reuendendo,†hec duo presumi faciunt & arguunt contra ctum esse simulatũ,& non esse contractum venditionis & emptio nis,sed contractũ pignoratitium,vt voluit glo.que ad hoc repu tatur singularis,in.c.conquestus.de vsur.& mouetur per text.in c.ad nostram.de emptio.& vendi.vbi do.papa se fundat ex dictis duabus circunstantijs,scilicet ex pretij iniustitia seu vilitate,et pacto de reuendendo,quod etiã voluit Joan.de ana.in.d.c.con questus.Host.Anto.de butri.& Jo.de Jmo.& Panor.in.d.c.ad nostrã.hoc etiã voluit Ant.de butr.& Jo.de Jmo.in.c.illo vos. de pign.Archi.in.c.pleriq;.xiiij.q.iij.idem voluit Panor.cõsil. lxxvi.exordiente,Jn presenti consultatione &c.col.ij.Ex quibus infertur ꝙ fructus percepti per pretensum emptorem deberent imputari in sortẽ,pro eo qr licet dictus contractus sonet in ven ditionem,non est tamẽ,vt predixi cõtractus venditionis,sed pi gnoris,fructus vero pignoris imputãtur in sortem.l.j.& ij.C.de pigno.actio.& c.ij.cuȝ suis simili.de vsur.Et hec sine dubio pro cederent,si tẽpore facte dicte pretense venditionis factuȝ fuisset pactum de reuendendo,vel conuentio seu promissio de postea fa
2 ciendo istud pactum,†qr licet cõuentio seu promissio de faciẽdo pactum de reuendendo non sit pactum faciende reuenditionis, sicut nec pactũ de vendendo vel donando est vẽditio vel donatio per ea que voluit Bart.in.l.singularia.ff.si cer.peta.Pau.de ca. consil.xlij.exordiente,Tria que faciunt &c.Alexã.de Jmol.in.l. si fideiussor.ff.de lega.j.& in.l.ius gentium.in quarta col.ff.de pa ctis.& Joan.fab.in.§.alie.institu.de dona.est tamen preambuluȝ ad dictum pactũ,& propter conuentionem seu promissionem hu iusmodi poterat ad hoc cogi,& ipse deinde faciẽdo pactũ de reuẽ dendo se liberauit ab obligatione,qua tenebatur ex promissione seu obligatione hũoi.l.in numerationibus,in fi.ff.de solu.Si ve ro probari non possit ꝙ pactũ de reuendendo,aut conuentio seu promissio de faciendo pactum huiusmodi,facte extiterint tem pore facte dicte pretense venditionis,esset multum difficile obti nere ex hoc capite,quamuis contra eundem pretensum emptorẽ videatur facere quod not.Joannes Andr.& post eum Joannes
3 de Jmola in dicto capitulo ad nostram.†Dicunt enim,quod vt experientia docuit,vsurarij dimissis contractibus mutui,in choauerunt facere contractus emptionum conditionalium,scia

licet cũ pacto de retradẽdo rem postea, ne forma contractus ex vi
illius pacti iudicaret illum vsurariũ ceperunt facere bina instru-
menta, primum pure emptionis, secundũ promissionis de reuen-
dendo, hodie vero oportet debitorẽ indigentẽ pecunia confidere
vsurario, sicut sacriste, faciendo sibi purũ instrumentũ venditio-
nis nec volunt vsurarij in eodem vel alio instrumento facere pa-
ctum de retradendo, ne per illud indiciũ conuincatur esse mutuũ
⁊ ita videtur fecisse dict⁹ pretensus emptor, procurauit enim sibi
fieri instrumentũ publicũ de pretensa venditione, sed licet pactũ
fecerit dicto quondã Antonio de reuendẽdo, de hoc tamẽ pacto
nõ apparet per dictũ instrumẽtũ, qꝛ in eo scriptuȝ nõ est, nec etiã
per aliud, qꝛ de hoc nullum publicum instrumentum confectum
est, sed solum de hoc apparet per apocham priuatam manu pro-
pria eiusdem pretensi emptoris ⁊ de data posterioris tẽporis cõ
fectam. Et per hoc patet responsio ad primum quesitum.

4 †Ad secundum quesitum dico

in primis ꝙ nisi in pacto essent apposita illa verba. Sibi, ipsimet
⁊ non alij, satis potuisset prefatus Joachimus tanꝙ heres eius-
dem quondam Antonij pretensi venditoris, agere ad reuẽditio-
nem infra tempus sex annorum, vt voluit Bar. in. l. ij. super ver-
bo, siue heredes. C. de pact. inter empto. ⁊ vendi. pro quo bon⁹ tex.
in. l. si pactum. ff. de pact. sed quia in dicto pacto dictũ est sibimet
videtur ꝙ propter illam syllabicam adiectionem met, fuerint alij
exclusi, idem est enim dicere sibimet, quod sibi ⁊ non alij, sicut idẽ
est dicere egomet, quod dicere ego, ⁊ nõ alius, secundũ gramma-
ticos. Dicunt enim ꝙ met, addita casibus pronominis solet ple-
runꝗ significantiam vel discretionem, hoc est separationẽ osten-
dere. Preterea etiaȝ in dicto pacto dicitur ⁊ nõ alij. ⁊ sic videtur
ꝙ dictus pretensus emptor facultatẽ reemẽdi dũtaxat cõcedere
voluerit dicto Antonio pretenso venditori, ⁊ nulli alteri: ⁊ sic cõ-
sequẽter nec heredi, qꝛ hoc idẽ videret̃ operari dictio taxatiua si
sit apposita in pacto: vt verbigratia, ꝙ solus Antoni⁹ posset re-
5 emere vel ꝙ Antoni⁹ tm̃, vt Antoni⁹ dũtaxat posset reemere: †qꝛ
dictiones taxatiue affirmatiue posite excludunt regulariter oẽs
alias personas ⁊ omnes alios casus preter expressos, vt voluit
Bar. in. l. j. ff. si quis ius dicẽ. nõ obtẽpe. dicta vero verba sibimet
⁊ nõ alij, nõ minus videntur excludere omnes alias personas, ꝙ̃
facerent hec verba, Antonius solus, vel Antonius dũtaxat, aut
Antonius tantũ possit reemere. Et ꝓ hac parte videtur facere
l. non solum. §. tale. ff. de libe. lega. ⁊ quod habetur in. l. nisi. iuncta
l. iurisgentiũ. §. pactorum. ff. de pac. ⁊ qđ no. Bar. in. l. si sic. la. ij. ff.
de verb. obli. Bal. in. l. qui se patris. col. mihi. vj. ver. itẽ queritur
si vassallus, ibi, aut renuntiat ⁊ promittit ꝙ nõ veniet ⁊c. C. vnde
libe. Alex. an. de imo. in. l. stipulatio ista habere licere, in prin. ff. de
verb. oblig. ꝗ̃uis Bar. ⁊ Sal. videantur sensisse contrarium in. l.
fi. C. de act. empt. Paul. de castr. ⁊ Roma. in. d. l. stipulatio ista. in
prin. Preterea esto ꝙ per dicta verba sibi, ipsimet, ⁊ nõ alij, nõ ex
cluderetur persona heredis: qꝛ tamẽ ipse heres nõ reemit infra
tempus concessum per dictum pretensum emptorem, ipse adhuc
videretur nõ posse petere, nec reemere tanꝙ exclusus per lapsum
temporis, ⁊ ꝙ etiaȝ non debeat in integrum restitui, per id quod
habetur in. l. emilius. ff. de minori. ⁊ quod not. Pau. de cast. ⁊ doc.
in. l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces.

Argumentum.

Creditor debitoris hereditatem adeundo cum beneficio in-
uentarij non confundit actiones suas, quominus debitum suum
cum ceteris creditoribus vt es alienum primitus de hereditate
deducat. A. F.

1 Actiones creditoris contra debitorem an extinguãtur vel
ipso iure confundantur si creditor adeat hereditatem cum benefi
cio inuentarij. ⁊ nu. 3.
2 Inuentarij confectio facit hereditatem censeri iacentem.
4 Filius heres institutus sub conditione grauatus an duas quar-
tas detrahat, legitimam, scilicet ⁊ trebellianicam.

De heredita. actio. Consi. clxxxv.



Christi nomine inuoca-
to. Themate viso, seu casu mihi misso ⁊ exhibito
pte nobilis ⁊ honeste mulieris Marie poytaui-
ne de Tarascone reliete nobilis quondam viri
Michaelis lapassij, ⁊ per eum ad semissem here-
dis institute, vna cum dubijs ex themate seu casu huiusmodi sub
tiliter elicitis, dico ⁊ respõdeo ad dubia huiusmodi, prout infra.
1 †Et primo ad primũ, quo effectualiter queritur an nõ obstat,
ꝙ quis adeat hereditatem sui quondã debitoris cũ beneficio in-
uẽtarij, actiones que eidẽ adeũti cõtra eius quondã debitorẽ cõ-
petierãt extinguãtur seu cõfundantur ipso iure, vel in substãtia
remaneant. super hoc sunt opiniones. gl. enim in. l. debitori. C. de
pac. ⁊ expressius in. l. in imponẽda. C. ad legẽ fal. videt̃ sensisse ꝙ
nõ confundãtur ipso iure. ⁊ hãc glo. sequutus est Bal. ⁊ Pau. de
cast. in. d. l. debitori. idẽ effectualiter tenet Bal. in. l. irrituȝ. C. ad
legẽ falci. ⁊ in. l. si vxor. C. de bo. auto. iudi. possi. Bal. ⁊ Ang. in. l.
fi. §. in cõputatione ibi, si vero ⁊ ipse. C. de iu. delibe. Et huic vide
tur adhesisse Alex. de Imo. in. d. l. debitori. Et huius dicti ratio
2 reddi solet, †qꝛ inuẽtariũ cõstituit ⁊ ponit heredẽ in eo gradu ac
statu, ac si hereditatẽ nõ adiuisset. Hinc dicit Bal. in. d. §. in com
putatione, in prima op. ⁊ in allegata. l. debitori, circa princi. C. de
pac. ꝙ confectio inuẽtarij facit censeri hereditatem iacentẽ: quo
casu non sunt extincte actiones eius ad quẽ delata est hereditas.
3 †Alia vero opinio fuit Cyn. Bar. ⁊ Sal. ⁊ fulgo. in. d. l. debitori.
Pet. ⁊ Cy. in. d. l. imponẽda. C. ad legẽ fal. tenentiũ ꝙ imo extin-
guãtur obligationes ⁊ actiones in substãtia, qꝛ alias sequeretur
ꝙ vnus ⁊ idẽ homo esset obligatus sibimet, qđ ꝫm eos videt̃ im-
possibile. l. vrannius, in princi. ff. de fideiusso. Fatentur tamen ꝙ
nõ extinguuntur quoad effectũ, hoc est quomin⁹ consequi debeãt
suum creditum perinde acsi non adiuisset vt bene probatur in. d.
§. in computatione, versicu. si vero ⁊ ipse ⁊c. Quãuis igitur dicta
nobilis Maria hereditateȝ adeat: si tamen adeat cum beneficio
inuentarij, ⁊ illud legitime conficiat, ipsa consequetur suum cre-
ditum perinde acsi non adiuisset: ⁊ idem dico de nobili viro Ja-
cobo Rodulphi etiã creditore dicti quondã testatoris, quẽ etiaȝ
dꝛ pro alio semisse heredẽ instituisse: ⁊ hec que dixi procedũt quo
ad illũ semissem, pro quo singuli sunt heredes instituti, qꝛ quoad
alium semissem in quo non sunt heredes instituti certũ est actio-
nes nullo modo confundi, sed poterunt pro illo semisse contra se
mutuo ⁊ inuicem experiri. d. l. si vxor. ⁊. l. si ab eo. C. de nego. gest.

Ad secundũ dico ⁊ respondeo

ꝙ si hereditas non sit illis sororibus, de quibus in casu verbo re-
stituta, nec etiam vt audio, prefate sorores bona nobilis quondã
viri Frosini lapassij patris dicti Michaelis et primi testatoris
possideant, ille non sunt legitime contradictrices ad impedien-
dum quominus prefati nobiles Jacobus ⁊ Maria heredes per
dictum Michaelem instituti mittantur in possessione bonorum
⁊c. iuxta dispositionẽ. l. fi. C. de edic. diui adria. tollen. secundũ cõ
munem sententiam docto. in. d. l. fi. quam etiam sequutus est An
ge. consi. cxxxiij. Hugutius ⁊c. ver. super hoc videndũ est primo
⁊c. ⁊ Ange. are. in. §. quadrupli. instit. de actio. in materia dicte. l.
fina. de edict. Et vbi per viam petitionis dicte sorores peterẽt se
mitti in possessionem, deberent eis preferri dicti heredes. vt vo
luit Bal. in. d. l. fina. colum. x. versi. tertio se preferendo ⁊c.

4 Ad† tertium quesitũ dico ⁊ re

spondeo ꝙ licet super hoc sint opiniões: illa tamẽ videtur de iu-
re communior, ꝙ filius heres institutus, sub conditione granat⁹
detrahit duas quartas, scilicet legitimã ⁊ trebellianicã vt no. gl.
Barto. ⁊ moder. communiter in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de
inof. testa. ⁊ in. l. ꝗ̃ꝗ̃. C. ad legẽ fal. Jo. de Imol. in. l. coheredi. §.
cũ filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Bal. in. l. filiũ quẽ. C. famil. ercis. ⁊ ca-
no, in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. vbi sunt boni text. de testa.

Argumentum.

Fructus prelegati cum solutione gabelle, seu telonij, portari
debere censentur per heredeȝ ad locum vbi teloniũ exigit̃. A. F.

1 Contrahentium singula verba operari debent.
2 In, prepositio est equiuoca que varie ponitur in iure, et quibus
modis ponatur.
3 Super, prepositio quid operetur in legato relicto super bonis.
4 Legatum, in quo nulla mẽtio de transportu, sed solum de gabel
la soluenda, an solui debeat in loco recollectionis ⁊ legatario ve-
ctura imputanda.
5 Sterilitas legatum an minuat, ⁊ diminutum compensatur cum
fertilitate aliorum annorum.
6 Incorporalia loco non circunscribuntur.
7 Actiones personales an contineantur si tibi donem quod habeo
Rome.
8 Bonis existentibus in loco donatis aut legatis an veniãt iura,
actiones, ⁊ nomina. ⁊ nume. 11.
9 Donatio an plenius interpretetur in fauorem donatarij, ꝙ̃ le-
gatum in fauorem legatarij.
10 Donatio an sit beneficium, ⁊ quando.
12 Domiciliũ incolatus in quibus potius cõsideratur, ꝙ̃ originis.

¶ De legat. Consil. clxxxvi.



Christi nomine inuocato. Scrutato casu proposito & dubijs ex casu huiusmodi eleganter quidem & opportune elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet melius sentientis, & signanter huius doctissimi patris, q casum destinauit & descripsit. Premittēs pro solutione primi ꝙ in dicto prelegato ponūtur due prepositionis, scz in, et sup quarū nulla debet esse superflua, †q2 vt dicit Bald. C. de contrahen.
1 emp. super rubri. in. ix. q. nedum vnaqueq3 clausula, sed etiā vnūquodq3 verbū a cōtrahētibus aut disponentibus prolatū debet esse cū virtute operandi, si fieri pōt. pro quo allegat. l. hac lege. ff. de cōtraben. emp. & l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. quē refert et sequitur Alex. de Imol. consil. cxvij. exordiente, Uisis supra narratis in themate &c. col. iiij. Roma. cōsi. lxxxiij. in fi. And. sicu. cōsil. lxi. col. x. in prima parte, & cōsi. xxvi. colū. xi. circa fin. in secūda parte. est igit videndum quid quelibet ex prepositionibus hmōi
2 operet vel importet. †Et quidē certū est ꝙ prepositio in, est equiuoca, & varie ponit in iure, vt colligit ex his que no. Bar. & doct. in. l. gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de liber. & posthu. & plenius Archi. in. c. si papa. di. xl. & non solū ponitur modus no. per doct. vbi supra. sed etiā alijs modis. vt ad ppositū sufficit, reperit poni p de. in. c. accedēs. in verbo, in aliquo beneficio &c. de prebend. etiā reperit poni p ex, & ita exponit eā glo. prima in. l. j. ff. de excusa. tut. & in. l. si patroni filius. §. j. super verbo, in tēpore. ff. ad trebel. & in. l. iij. ff. de procur. s̄m quē sensum videt posse poni in casu pdicto, vt sit sensus ꝙ testator dictos annuos fruct⁹ legauit di-
3 cte eius vxori ex bonis existētibus &c. †Per dictionē vero sup, censetur bona predicta obligasse p solutione fructuū hmōi, p id qđ habet in. l. codicillis. §. instituto. & qđ ibi Bar. ff. de lega. ij. qđ etiā voluit Bar. in. l. fundus. ff. de annu. lega. Roma. cōsil. ccclx-
4 xxviij. exordiēte, In casu ppositi thematis &c. †Que si ita se habeat, videretur ꝙ nisi aliquid dictū vel expressuz extitisset de intrata et gabella, dicti fructus solui & expediri possent in locis, in quibus recolligūtur, & sic ꝙ non sumptu coheredis, sed dicte Catharine deberēt deferri ad dictā ciuitatē, per id qđ habetur in. l. qđ legat. §. preterea: ibi, Nisi adiectū fuerit centū modios ex illo horreo, & qđ ibi glo. Bal. & doc. ff. de iudi. & in. l. cū res. §. si id petatur. ff. de lega. j. de quo etiā in. l. j. C. vbi fideicōmiss. peti opor. sed q2 dictū fuit ꝙ intrata & gabella solui deberēt per dictā Catharinā legatariā, vr̄ sensisse idē testator ꝙ aliū sumptū siue expēsam pro portu faciendā facere deberet coheres: si eīn voluisset dictos fructus percipi debere per Catharinā in loco, in quo excrescunt & illos inibi sibi solui, nō erat opus aliquid dicere de solutiōe intrate seu gabelle, cū illa pculdubio fieri deberet per immittentez in dictā ciuitatē, & sic per ipsam Catharinā. Est ergo verisimile eundē testatorē voluisse ꝙ dicti fruct⁹ deferrent ad ciuitatē p coheredē, que verisimilitudo vr̄ sufficere. d. l. qđ legatus. §. preterea, & qđ ibi glo. super verbo, a legatario, & l. si fideicommissum. in prin. & §. penul. Et per hoc patet responsio ad primum quesituz.

5 Ad †secundū dico & respondeo ꝙ si propter sterilitatē aliqñ cōtingat nō posse percipi ex dictis bonis quātitatē vini & olei, de qua in casu, id qđ deerit in illo anno supplebitur ex fructibus excreturis anno sequēti. l. firmio. in prin. ff. qñ dies lega. cedat. de quo Cy. Albe. & doc. post Pet. in. l. si quis argē. C. de dona. qđ etiā voluit Bar. in. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verbo. obliga. & Bal. in. c. j. in princip. de no. feu. & Paul. de cast. in. d. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic.

Ad tertium dico & respōdeo ꝙ licet prefati heredes nō videantur vniuersaliter instituti, sed in certis rebus: ipsi tamē sunt heredes vniuersales, & equis portionibus, quo ad successionem actiuam & passiuam, etiaz si illa bona particularia, in quib⁹ fuit prefata Catharina instituta, plus valerent, ꝙ alia, vel econtra. l. ex facto, la. ij. & quod ibi per doc. & maxime per Jo. de Jmol. ff. de heredi. institu. Et sic quoad nomina hoc est quoad iura & actiones, insuper & quoad alia, nō comprehēsa sub prelegatis pdictis, succedunt equaliter. Dicta enim noīa dici non possunt existere in ciuitate Auenionensi, vel eius terri-
6 torio, aut in loco Uillenoue, vel eius territorio, †vtpote que incorporalia existunt, & loco non circūscribuntur. l. Caius. ff. de lega. ij. l. fi. C. de prescript. long. tēpo. d. l. fideicōmissum. §. tractatū. ff. de iudi. Per que iura, & quedā alia. Bald. in. l. j. circa princi. ff.
7 de sta. homi. †dicit ꝙ si tibi donem id qđ habeo. Perusi, actiōes personales nō continētur: q2 locus non circūscribit illa incorporalissima. Idē voluit Fran. de are. consil. liiij. exordiēte, In causa magistri Blasij de cortona &c. col. iiij. ver. sed alia ratione noua & pulcherrima &c. vbi dicit ꝙ si quis donet omnia bona q̄ habet in ciuitate Senarum & eius comitatu non venient iura et actiōes: cū ille nō sint in loco: ad qđ subtiliter inducit doctrinam quā posuit Bar. in. l. pōt pupillus. ff. de auto. tuto. pro quo articulo videri pōt qđ plene ponit Alex. de Jmol. cōsi. xxxi. exordiēte, Uiso titulo questionis premisse &c. Nec opponat mihi aliquis ꝙ Bal. & Fran. de are. loquantur in donatione, non in vltima vo-
8 luntate. Quoniam respondeo ꝙ istud non obstat, †quia si appellatione bonorū sitorū vel existentium in loco, non veniant iura & actiones, quādo bona in loco existentia seu sita donātur, multo-
9 minus veniunt quando legantur: †q2 donatio plenius interpretatur in fauorem donatarij, ꝙ legatum vel aliud in testamēto relictum in fauorem legatarij. c. cū dilecti. in fi. & quod ibi glo. & doc-to. de dona. si non forte contenderit opponens, ꝙ ibi non est sermo de donatione, sed beneficio, quod videtur esse principis, non priuati: sed istud non obstat. Tū q2 illud capitulum positum est sub titulo de do. Tū q2 collatio, de qua ibi, facta fuerat nō quidē a principe, sed a quodam nobili, & tn̄, vt est tex. colligitur, illa cēsebatur esse beneficiū, alias cauda illius tex. male adaptaretur
10 illi donationi. †Doc. etiā ibi communiter dicunt donationē esse beneficium, ꝙuis vt plurimum cū confertur a principe appellet beneficium, & cū ab inferiore appelletur donatio, vt dicit Bald.
11 in. l. beneficium. in verbis finalibus. ff. de constit. princip. †Et ꝙ in legato facto de omnibus, que habet testator in tali loco, noīa debitorum non veniāt, voluit in terminis domi. Jason in secūda lectura. l. cunctos populos, col. penul. in fi. C. de summa trinit. et fide catho. Et si alicubi possent nomina vel dici esse, vel existere, illa potius viderentur posse dici existere in loco domicilij creditoris. Et sic in casu nostro in loco domicilij prefati testatoris, vtpote eius persone coherētia, & ossibus affixa. l. quis ergo casus. ff. de peculio. & l. iij. & qđ ibi glo. ff. pro so. p quo facit quod voluit
12 Bal. in. l. ij. ff. de stat. homi. †vbi voluit ꝙ si quis habeat duo domicilia vnū ratiōe originis, & aliud ratione incolatus, semper sit potius considerādus locus incolatus, in his, in quibus persona est in cōsideratione, vt patet ex his que not. glo. in. c. statutū. §. cū vero, super verbo, vnā dietā. & qđ ibi doc. de rescri. in. vj. Et sic si idē quondā testator Auenione residebat, illa poti⁹ dici poterāt esse Auenione ꝙ alibi, maxime ea que ibi contracta extiterunt. l. titium & meuium. §. tutores. ff. de administra. tuto. & etiam ea que Auenione solui debebāt. l. quero. ff. de solu.

¶ Argumentum.

¶ Acta publica ijs edi debent, quorum interest. U. F.

1 ¶ Acta publica tam ciuilia ꝙ criminalia an edi debent cuicūq3 petenti, cuius interest.
2 Copia indiciorum, inquisitionis, & articulorum super fama an dari debeant reo.

¶ De edend. Consil. clxxxvij.



1 Regulariter † acta publica tam ciuilia, ꝙ criminalia edi debent seu fieri cuicunq3 petenti, cuius interest. l. is apud quē.
2 C. de eden. †ex quo not. ibi Bal. & moderni, ꝙ copia inquisitionis & articulorum super fama dari debet reo, seu inquisito. c. qualiter & quando. le. ij. §. debet. de accusa. Et idem dico de copia indiciorum, vt voluit Barto. in. l. fina. circa fin. ff. de questio. Angel. in repetitio. l. si vacantia. columna xxviij. C. de bo. vacan. lib. x. & cano. in. c. cum oporteat. de accusat. quod etiam sensit Alexan. de Jmol. consil. lxv. exordiente, Habita super cōtentis in superiore themate cōgrua cōsideratione &c. Quo fit vt probus vir. N. cōtra quem facta fuit inquisitio de pretenso homicidio, quod cōmisisse pretēdebatur in personam probi viri. N. adhuc viuētis, debuerit & debeat habere copiā processus inquisitionis huiusmodi, & aliorum contra eum factorum. d. l. is apud quem. quod procederet & procedit etiam si solus dominus procurator fiscalis curie oppidi seu castri. N. contra eū instetisset, non obstante. l. in fraudē. §. neq3. ff. de iur. fis. quia in alio casu loquitur. Multo ergo fortius copia huiusmodi eidem edi debet vbi interuenit denuntians, vt in casu. Quāobrem comparēs coram vobis venerabili & egregio viro domino iudice curie prementionate, seu locumtenente vestro, idē, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdē, petit, supplicat, & requirit copiam dicti processus per vos sibi decerni, & notario, qui eundē recepit, vt illam conficiat mandari & precipi, offerens se paratuz de labore & premio satisfactionem debitam et congruam impen-

dere:protestans, si secus fiat, aut plus iusto differatur, de dene-
gatione iuris ⁊ iustitie, ⁊ de recurrendo ad eminens Regiū con-
silium Aquis residens, ⁊ ad alios vestros superiores, prout me-
lius sibi expedierit.

¶ Argumentum.

¶ Donatio ob causam non reuocatur ex capite penitētie, q̄uis reuocari valeat ex capite cause non sequute. V.F.

1 ☞ Voluntas in donatione est pro ratione.
2 Insinuatio in donatione etiam transcendenti quingētos aureos quando non requisita.
3 Donatio facta de omnibus bonis ⁊ iuribus quando valeat.
4 Fructus in donatione reseruati an cedant lucro donatarij, ⁊ cō-putentur in bonis futuris.
5 Donatio iurata an valeat non obstante omissione solennitatis statutarie.
6 Statutum laicorum an possit disponere super iuramento.
7 Lex ciuilis ⁊ statutum an possint disponere super actu iurato.
8 Donatio quis contractus sit, ⁊ an reuocari possit ex capite peni tentie.
9 Donatio ob causam ex quo capite reuocari possit.

¶ De donatio. Consi.clxxxviij.



Isis instrumētis par-
te prouidorū virorū Andree ⁊ Joannis penar-
di loci de Salis, vna cū quibusdam alijs scriptu
ris etiam eorū parte mihi exhibitis et traditis.
Dico ⁊ respondeo probum virū Petrū moneti
loci predicti de Salis potuisse ⁊ valuisse facere eisdem Joanni ⁊
Andree donationē inter viuos, de qua in altero instrorum hmōi
1 sermo plenior habetur, cuius illā assigno rōnē, † ꝙ licet in ꝓmis-
sionibus regulariter causa requiratur, ⁊ als agēti ex ꝓmissione
obstet doli exceptio. l. pure. §. circa. ff. de doli excep. in donatione
tñ est pro ratione volūtas. l. j. ff. de dona. qδ etiā voluit Old. cōsi.
mihi. lxxij. exordiēte, Factū tale est quedā certe ⁊ noīate persone
⁊c. Cui dicto adijcio ꝙ quilibet in re ꝓpria est moderator ⁊ arbi-
ter. l. in re mādata. C. man. l. generaliter. §. illud. C. de secū. nup. l.
polla. C. de his quib. vt indig. ad qδ facit. l. dudū. C. de cōtrahen.
emp. ⁊ ven. l. hac edictali. §. fi. C. de secū. nup. ⁊. c. de his. in fi. de se-
pul. qδ etiā voluit Host. in sum. ti. de cōsti. §. qñ cōstitutio, versi.
si tangat ius meum ⁊c. Et adeo est quis moderator ⁊ arbiter rei
sue, vt etiam possit ea abuti. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. he
re. no. Jaco. rebuf. in. l. j. C. de fun. patrimo. lib. xj.

2 † Nec opponat aliquis, ꝙ dona
tio hmōi ex eo capite non valuerit aut valeat, q̄ non fuit insinua
ta, qm̄ rñdeo ꝙ hec obiectio nō obstat. Tum q̄ bona donata non
excedūt valorē quingētorū aureorū, quinimo nec valēt quingen-
tis. Et ita nō fuit opus insinuatione. l. pen. C. de dona. de quo gl.
⁊ doc. in. l. illud. C. de sacrosan. eccl. Tum ⁊ q̄ in donatione hmōi
interuenit iuramentū, ꝓ quo allegasse sufficiat qδ voluit Alexā.
de imol. consi. mihi. iiij. charta penul. col. ij. ver. nec ad hoc obstat
si dicatur ꝙ donatio ⁊c. ⁊ in. l. nemo potest. ff. de leg. j. ⁊ Franc. de
are. cōsi. ij. Cū enim iuramentū hmōi seruari possit sine interitu
salutis eterne, illud seruādum est. c. cū cōtingat. cū simil. de iure-
iur. Presertim in hoc casu. q̄ donatio sine insinuatione nō est pe
nitus inimica legibus, nec h̄z perpetuā causam ꝓhibitionis, q̄
donatio etiā excedens summā quingentorū aureorū valet in ali-
quibus casibꝰ sine insinuatione, de quibꝰ in. l. si quis pro redem-
ptione, ⁊ in aut. itē a priuatis. C. de dona. Quo fit vt iuramētum
operari debeat illo casu, per ea que no. in. d. c. cum contingat: nec
censeri debet donatio huiusmodi indiscreta, ex quo fit a sciente.

3 ¶ † Etiā nec obstat ꝙ donatio hmōi facta extiterit de oībus, vni
uersis, ⁊ singulis bonis, rebꝰ ⁊ iuribꝰ tā p̄sentibus, q̄ futuris, ⁊ ꝙ
ꝓpterea videat̄ idē Petrꝰ sibi abstulisse liberā testamēti factio-
nē, qδ fieri nō pōt, l. stipulatio hoc modo cōcepta, ⁊ qδ ibi p doct.
ff. de ver. obl. ⁊ in. l. pactū qδ dotali, ⁊ qδ ibi p doc. ⁊ per alios in. l.
fi. C. de pac. Qm̄ rñdeo ꝙ hoc nō obstat, cū dictꝰ Petrus moneti
sibi exp̄sse reseruauerit fructꝰ ⁊ vsumfructū bonorū p eū donato-
rū, ꝓ quo allegasse sufficiat qδ voluit Alex. de imol. in. d. l. stipula
tio hoc modo cōcepta, col. xi. ver. vbi aūt simpliciter ⁊c. ⁊ idē vo-
luit ibi Bar. licet Pau. de ca. cōtrariū senserit, cōsi. xcix. exordiē
4 te, No. ⁊c. motus p eo † q̄ donator vsumfructū sibi reseruās de
illo testari nō pōt, cū morte extinguat̄, nec de fructibꝰ perceptis,
cū veniant in donatione futurorū. sed cōtra Pau. facit id qδ no.
Bar. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta, dū ibi dixit ꝙ si vēdo ti
bi omnia bona mea presentia ⁊ futura valet vēditio, q̄ potero te
stari de pretio, vtpote de eo qδ nō debetur emptori. l. dāni. §. cū
parietē. ff. de dam. infe. Et ita est in casu de quo queritur, q̄ fru-
ctus qui remanēt ex hac reseruatione nō cedūt lucro donatarij, ⁊
sic nō cōputantur in bonis futuris, alias esset inanis reseruatio
vsusfructus, ⁊ vt dicit Alex. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta.
col. xj. ipse ⁊ iudicādo ⁊ cōsulendo teneret cōtra Pau. de ca. Nec
dicat aliquis ꝙ Bar. senserit cōtrariū in quodā suo cōsi. exordiē
te, Pater filio suo emācipato. alias incipit, Pūctus questionis
talis est, pater filio ⁊c. Qm̄ respōdeo ꝙ hoc nō obstat. Bar. enim
in dicto cōsi. loquitur in eo qui donauit oīa bona sua presentia et
futura cū cōstitutione precarij, ⁊ dūtaxat sibi reseruauit fructus
⁊ redditus bonorū huiusmodi, de quibus voluit posse disponere
in vita quicquid placeret, vbi tenuit Bar. ꝙ talis donatio nō va
let, q̄ donās nō posset testari de fructibus si valeret donatio, cū
duntaxat sibi eorū dispositionē reseruauerit in vita, ⁊ sic inter vi
uos, cuiusmodi nō est dispositio testamēti, que censetur post mor
tem, ⁊ nō censetur esse dispositio inter viuos: in casu vero nostro
hoc non cōtingit, quia per donationem de qua in eo, dictus Pe-
trus moneti non abstulit sibi facultatem testandi.

5 Etiā † nec opponat aliquis ꝙ
donatio predicta impugnari valeat ex defectu solennitatis indu
cte a statuto prouincie, infra cuius territoriū ⁊ districtū donatio
huiusmodi facta extitit: qm̄ respondeo ꝙ cū, vt predixi, donatio
predicta iurata extiterit, omissio dicte pretense solennitatis non
obstitit neq̄ obstat, pro quo allegare sufficiat quod plene posuit
Alex. de Jmol. consi. lix. exordiēte, Viso instrumēto ⁊ tit. questio
nis ⁊c. in prima parte. ⁊ consil. cij. exordiēte, Cū statutum dirigit
prohibitionē in personā ⁊c. vbi etiā plene. Statutū enim dispo-
nēs de prohibitione alicuius actus nō pōt, aut saltē in dubio nō
presumitur disponere in casu, quo in actu huiusmodi super iura
6 mentū, interuenisset, † q̄ statutū laicorū non pōt disponere super
iuramento, veluti super re spirituali, vt firmat Ray. ⁊ Bar. in. l.
omnes populi. in. iij. q. principali, col. mihi. vij. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊
Bar. in quodā suo cōsi. exordiēte, Quero dicit statutū ⁊c. scriptū
est em̄ de iure diuino, reddite iuramēta vestra deo. ad qδ facit. c.
7 debitores, ⁊. c. ⁊ si Christus. de iureiur. † ⁊ ꝙ lex ciuilis, ⁊ pari ra-
tione statutū disponere nō valeat super actu iurato, tenuit Jnn.
in. c. tua. le. j. de deci. pro quo bene facit ille tex. ⁊ q̄ etiā iuramen-
tum spectat ad ecclesiā. c. venerabilē. de elec. c. nouit. de iudi. ⁊. c. si
imperator. di. xcvj. idē etiā quod Host. tenuerunt Anto. de but.
⁊ Panor. in. d. c. cum contingat. ⁊ alij docto. relati per Alexand.
de Jmol. in dictis consilijs, ⁊ signanter in consil. cij.

8 Etiam † nec dicat aliquis dona
tionē predictā potuisse aut posse ex capite penitentie reuocari. l.
aristo. in princip. versi. deniq̄ ⁊c. ff. de donatio. Non enim dona-
tio fuit olim, vel hodie est contractus innominatus, sed nomina
tus, vt volunt doct. magis cōmuniter in. l. iurisgentium, in prin-
cip. ff. de pac. Q̄uis glo. ibi voluerit ꝙ olim fuerit innominatus,
hodie vero nominatus contractus, per dictā. l. si quis argentū.
§. penulti. C. de donatio. Et quicquid sit, hoc est siue olim ⁊ hodie
fuerit vel sit donatio contractus innominatus, siue nominatus,
parum aut nihil refert, vt dicit Alexan. de Jmol. in. d. l. iurisgē-
tiū. in principio. quia ex ea statim oritur actio. dicta. l. si quis ar-
gentum. §. penultimo. ⁊ ꝙ non reuocetur ex capite penitentie vo
luit ibi Alexan. ⁊ idem voluit in. l. fi. ff. de condi. ob cau. Preter-
ea, vt sepius dictū est, predicta donatio fuit et est iurata, potuit-
q̄ ⁊ potest seruari sine interitu salutis eterne, ergo seruanda est.
dicto. c. cum contingat, ⁊. c. quanuis pactum. de pactis in sexto.
Adijcio ꝙ donatio predicta non videtur fuisse vel esse simplex
donatio, sed potius donatio ob causam: pro eo quia, vt apparet
ex tenore instrumenti illius, dicti Joannes ⁊ Andreas tam suis
q̄ certorum aliorum inibi nominatorum nominibus cōuenerūt,
promiserunt, ⁊ iurauerunt vestire ⁊ alere dictum Petrum dona
torem, ⁊ vxorem, q̄diu viuerēt. pro quo videatur quod habetur
in. l. aquilius regulus, ⁊ quod ibi doc. ff. de donatio. ⁊ Alexan. de
Jmol. consilio. xij. exordiente, Viso instrumento donationis ⁊c.
9 in primo volu. † Donatio vero ob causam non reuocatur ex ca-
pite penitētie, q̄uis reuocari valeat ex capite cause non sequute.

¶ Argumentum.

¶ Hodie confertur dos per filiam patri volentem succedere e-
tiam ex testamento, nisi id in eo ipse vetuerit, proprietate et fru-
ctibus legitime statim post patris obitum apud liberos omni-
modo remanentibus. V.F.

1 ☞ Dotis collatio quando fienda per filiam.

2 Dotis constitutio, legatum, et stipulatio, an possint conferri in tempus mortis.
3 Legata vxori bonorũ omniũ administratione per testamentum, in quo sunt heredes instituti, an veniat plenus vsusfructus.

¶ De colla. Consil. clxxxix.



Ponitur in facto qđ pridẽ de anno videlicet domini. M.cccc.xcij. ⁊ de mense Januarij, fuit matrimonium per verba de futuro, ⁊ deinde per verba de presenti contractum, et successu temporis carnali copula consummatum per ⁊ inter Claudium dast ex vna parte ⁊ honestam iuuenẽ Antonetam forenille, filiam naturalem ⁊ legitimaz prouidi quondã viri Ludouici forenille loci Valriaci ex alia: qđq; contemplatione matrimonij huiusmodi, ⁊ pro illius oneribus facilius supportandis, idẽ Ludouicus constituit, ⁊ assignauit in dotem, pro dote ac nomine, ⁊ ex causa dotis eiusdem Antonete dicto Claudio tunc presenti, stipulanti solenniter, ⁊ recipienti medietatem omnium ⁊ singulorum bonorum suorum mobiliũ ⁊ immobilium, presentium tunc ⁊ futurorum quorumcunq; ⁊ vbicunq; tunc existentium, post tamen ipsius Ludouici forenille constituentis, et Alaysie coniugum mortem, ⁊ non ante. ¶ Deinde vero, Anno, videlicet domini. M.cccc.xciiij. ⁊ die. xxiiij. mensis Septembris prefatus Ludouicus forenille fecit ⁊ cõdidit eius vltimum ⁊ nũcupatiuũ testamentũ, in quo inter cetera per eũ disposita et fieri ordinata fecit, constituit, ⁊ suo proprio ore nominauit eius heredes vniuersales p̄fatã Antonetã, ⁊ honestã iuuenẽ Ludouicã forenille, sorores, filias naturales ⁊ legitimas eiusdẽ Ludouici, equis partibus ⁊ portionibus Ludouici, qui permanẽs in voluntate hmõi vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus, ⁊ sibi superuiuẽtibus prefatis Antoneta ⁊ Ludouica. Mortuo vero ⁊ vita functo eodem Ludouico testatore dicte Antoneta ⁊ Ludouica eius quondam filie bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuerunt ⁊ immiscent, proq; vniuersalibus heredibus se gesserunt ⁊ gerunt. Verum quia dictus Claudius maritus dicte Antonete, ⁊ ipsa Antoneta dicunt ⁊ pretendunt se posse ⁊ debere habere de bonis dicti quondam Ludouici partem dimidiaz in dotem constitutam, ⁊ hoc in vim constitutionis antedicte, ⁊ dimidiam alterius dimidie, ⁊ hoc in vim testamenti ⁊ institutionis factarũ de dicta Antoneta, prefata Ludouica dicte Antonete sorore contrarium asserẽte, quesitum est quid iuris.

1 Ad quod respondeo, qꝫ cũ prefata Antoneta velit ⁊ pretẽdat se iure hereditario debere succedere dicto quondã Ludouico suo patri, vna cũ dicta Ludouica eius sorore, ipsa Antoneta tenetur ⁊ debet conferre, hoc est cõicare eidẽ Ludouice eius dotẽ hoc est dictã partẽ dimidiã pro ea in dotẽ cõstitutã dicto Claudio eius marito. auẽ. de triẽ. ⁊ semis. §. illud quoq;, colla. iij. ⁊ transumptiue in auẽ. ex testamẽto. C. de colla. Nec opponat aliquis qꝫ cũ dictus quondã Ludouicus testatus extiterit, cessare debeat collatio dicte dotis: Et qꝫ ꝓpter ea haberẽ debeat dictã dotẽ seu dimidiã partẽ bonorũ in dotẽ ꝓ ea constitutã, ⁊ iure hereditario dimidiã partẽ alterius dimidie. l. j. ⁊ l. filiã. C. de colla. ⁊ l. fi. primo respõso. C. cõia vtriusq; iudic. Quia respõdeo qꝫ hec iura nõ obstãt, q2 illa fuerunt ⁊ sunt correcta per. d. §. illud quoq;, per quẽ disponitur qꝫ queadmodũ olim cõferebatur dos per illũ cõstituta pro filia, qui postea ab intestato moriebatur. l. ij. iij. iiij. ⁊ v. C. de colla. Ita fit hodie collatio dotis per eũ pro filia cõstitute, qui postea testatus decessit relictis filia dotata ⁊ alijs liberis heredibus institutis, nisi pater testator hãc collationẽ fieri prohibeat. d. §. illud quoq;. ⁊ sic prefate filie sibi diuidẽt bona per mediuz. Preterea esto qꝫ nos essemus in casu, in quo fieri non deberet dicte dotis collatio, prout nõ sumus, vt p̄dixi, dictus tñ Claudius dotẽ predictã adhuc petere nõ valeret, cũ illius cõstitutio fuerit collata post mortẽ dicti quondam Lu-
2 douici testatoris ⁊ Alaysie coniugum, que adhuc viuere dr. †Nec miretur aliquis qꝫ ego dicã ⁊ sentiã constitutionẽ dotis potuisse valere, ⁊ eius effectum seu petitionẽ emolumenti seu bonorũ in dotẽ constitutorum conferri in tẽpus mortis predictorũ coniugum, q2 ⁊ hoc videmus in legatis ⁊ stipulationibus. l. j. ff. de condit. ⁊ demõ. l. seius saturninus. ff. ad trebel. l. ex his. C. quan. dies lega. cedat. l. cum hic status. §. que autem. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ l. interdum. cum suis simili. ff. de verborum obligat.

Ceterũ quia idez Ludouicus testator dicte Alaysie sue tũc vxori ĩ dicto suo testamẽto legauit vsumfructũ omniũ bonorũ suorũ, ⁊ vsufructuariam esse voluit q̃diu viueret in humanis, ⁊ vitã seruaret vidualem sub nomine ipsius, deditq; eidẽ Alaysie vxori licentiã ⁊ autoritatẽ regendi ⁊ gubernandi omnia ⁊ singula bona sua tã mobilia, qꝫ immobilia, vbicũq; existerẽt, ⁊ in quibuscũq; locis, nolẽs per eã inuentariũ aut repertoriũ aliqđ fieri de bonis hmõi, nec aliquo tẽpore de gestis per eã ratione reddi, ⁊ alias prout in dicto eius testamento. Quesitũ est quid per legatũ hmõi videatur eidẽ Alaysie legasse
3 ⁊ reliquisse idẽ testator. †Ad qđ dico ⁊ respõdeo qꝫ cũ ipse testator heredes instituerit dictas Antonetã ⁊ Ludouicã eius filias nõ debet eadẽ Alaysia habere plenũ vsumfructũ. sed solũ victũ ⁊ vestitũ in domo, prout habere cõsueuerat tẽpore vite dicti quõdã Ludouici, vt videt voluisse Jo. And in addi. Spec. ti. de pigno. §. sequit videre, in additi. que incipit, si vsusfructus ⁊c. post Uber. de hõbi. ⁊ Bar. in. l. titia. §. fi. ff. de lega. ij. lz Bal. in. l. si pater. C. de vsufruc. ⁊ in auẽ. qđ locũ. C. si secũdo nupserit mulier, et l. fi. C. de indi. vidui. tollẽ. videaẽ voluisse ⁊ tenere qꝫ imo hoc casu debeat habere plenũ vsumfructũ deducta legitima in qua p̄fate Antoneta ⁊ Ludouica grauari non potuerũt. l. omnimodo. & q̃m in prioribus. ⁊ l. scimus. C. de inoffi. testa. auẽ. de triẽ. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue in auẽ. nouissima. C. de inoffi. testa. et vt dicit Bal. in. d. l. fi. C. de indic. vidu. tol. ⁊ ista fuit opi. Odof. et Nico. de mathe. quã opinionẽ sequitur Spec. tit. qui filij sint legitimi. §. j. ver. quid si quis, ita dicit Sali. in dicta auẽ. hoc locũ: qđ etiã videtur fuisse de mẽte Alex. de Jmo. in. d. l. titia. §. fi. ff. de lega. ij. Cui fortasse non esset malum adherere, ⁊ secundum quam prefata Alaysia deberet percipere ⁊ habere fruct9 bessis, hoc est duarum partium bonorum mobilium ⁊ inmobilium dicti quondã Ludouici, ⁊ dicte Antoneta ⁊ Ludouica omnia bona quoad proprietatem ⁊ fructus tertie partis: super quo articulo vlteri9 non insisto, quia puto qꝫ fructus bessis predictorum bonorũ parum ascendat vltra victum ⁊ vestitum predicte Alaysie.

¶ Argumentum.

¶ Priores donationes potiores sunt sequentibus, nec caret donandi mandatum suspitione, in quo non expressus donatarius arbitrio procuratorum permittitur. V. F.

1 ¶ Statutum vim iuramenti an tollere possit.
2 Paria sunt, superuenientia liberorum preteritorum in testamẽto, ⁊ ignoranter habere liberos viuos.
3 Probatio ⁊ productio procurationis ad donandum in quibus possit inualidari.
4 Statuto contractus alibi facti legem non accipiunt.

¶ De dona. Consil. cxc.



Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito p̃te ꝓuidi viri Guigonis gonardi loci de Asperis, ⁊ Artaude eius vxoris, ⁊ dubijs ex casu hmõi elicitis, vna cũ alijs scripturis ad casum ptinẽtib9 etiã mihi ostẽsis, dico ⁊ rñdeo ad predicta dubia prout infra. Et primo ad primũ qꝫ nõ obstante statuto Delphinali exordiẽte, Ludouicus regis Frãcorũ primogenitus Delphinus ⁊c. edito de ⁊ super donationibus inter viuos nõ faciẽdis per Delphinales subditos, nisi seruata certa solẽnitate, de qua ibi, prima donatio in casu p̄dicto latius mẽtionata, ⁊ quã olim fecisse dicitur dictus Guigoni ⁊ Artaude prouidus quondã vir Antonius chaluini, valuit ea ratione, q2 fuit vallata iuramẽto, per ea que habenẽ in auẽ. sacramẽta pyberũ. ⁊ qđ ibi doc. C. si aduer. vẽdi. ⁊. c. cũ cõtingat. de
1 ris decesserit, † expirauit substitutio facta dicto Jacobo heredi. l. cum vxori vsufructus. C. quãdo. dies lega. cedat. l. si quis heredẽ. C. de insti. ⁊ substi. sub condi. fac. l. heredibus. in princ. ⁊. l. ex facto. §. penul. a contrario sensu. ff. ad treb. quod etiam voluit Old. consil. mihi. lxiij. exordiente, thema tale est testator habebat vnum fratrem ⁊ ex fratre ⁊c. Joan. and. in addi. Spec. tit. de testa. §. in primis. in addi. exordiente, Huic questioni accedit ⁊c. versicu. quinta questio ⁊c. ⁊ Pau. de castr. consi. cxlvj. exordiente, Super secundo puncto pro declaratiõe ⁊c. Superuacue igitur esset querere an dictus Philipponus torbati Claudia eius soror ⁊ alij substituti decesserint ante dictum Jacobum heredem institutum vel postea postꝙ̃ vt predixi, prima substitutio expirauit. ¶ Preterea etiam ex processu predicto apparet ꝙ idem nobilis Jacobus heres institutus adiuit ⁊ acceptauit hereditatem nobilis quondam Marione testatricis, Ipse enim, vt deponũt testes, tenuit ⁊ possedit bona eiusdem quondam Marione, ⁊ post mortem ipsius. Et ꝙ̃uis dictus nobilis Uincentius impugnare voluerit, ⁊ impugnare conatus extiterit predictum testamentum ex capite nullitatis, ⁊ propter preteritionem dicte Guichardé filie Marione testatricis: hec tamen impugnatio de iure non valuit, pro eo qꝛ ⁊ si illa heres vniuersalis instituta nõ extiterit, fuerunt tñ sibi legati, ⁊ iure in-
2 stitutionis relicti decem floreni, † quod suffecit ad hoc vt testamentum validum existeret, per id quod habetur in auth. vt cum de appella. cogno. §. ceterum. colla. viij. ⁊ quod not. glo. in eodem auth. § aliud quoque capitulum: quamuis ipsa Guicharda agere possit ad supplementum. l. omnimodo. ⁊. l. scimus. C. de inofficioso testamento.

Insuper etiam apparet ꝙ successus temporis Anno videlicet incarnationis dominice Millesimo. cccclxxiiij. ⁊ die. xxviij. mensis Januarij idem nobilis Jacobus torbati fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum in quo heredem vniuersalem instituit posthumum seu posthumos, tunc de proximo nasciturum seu nascituros ex dicta nobili Joanna de podio eius tunc vxore pregnante, si ad lucem perueniret aut venirent, ⁊ post eum vel eos ipsorum liberos naturales ⁊ legitimos, si quos haberent tẽpore mortis ipsorum, ⁊ post ipsum posthumum seu posthumos ⁊ eorum liberos, si sine prole legitima de legitimo matrimonio procreata decederent, substituit nobilem quondã virũ Eyneriũ de podio eius socerum si viueret ⁊ si non viueret, substituit dictũ nobilem Jacobũ ⁊ Artaudum de podio eiusdẽ Eynerij filios. Etiam apparet ꝙ eidem Jacobo torbati testatori superfuit aut post ipsius mortem natus fuit dictꝰ nobilis Ludouicus torbati ex dicta Joanna eius vxore ⁊ ꝙ idem Ludouicus filius, lapsis duobus aut tribus mensibus vel circa, vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus dictis nobilibus Eynerio ⁊ Jacobo patre ⁊ filio per dictum Jacobum torbati gradatim, seu vno post aliũ substitutis. Et sic fuit locus substitutioni facte de dicto nobili Eynerio primo loco substituto. Et siue dicamus prefatum Ludouicum filium se ministerio tutoris vel tutricis immiscuisse bonis paternis, siue ante illorũ immixtionem ab humanis decessisse semper dicendum erit ꝙ bona ⁊ hereditas dicti quondam Jacobi torbati testatoris delate extiterunt ad dictum nobilem Eynerium, exclusa dicta nobili Joanna dicti Ludouici filij matre, ⁊ fortiore ratione exclusa dicta Guicharda eius auia paterna. Et primo quidem fuerunt ille excluse, si dictus quondam Ludouicus ab humanis decesserit post immixtio-
3 nem: † quia sic compendiosa substitutio facta per verbum directum instituit, valuit iure pupillaris substitutionis. l. centurio. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. ff. de vulga. pupilla. ⁊. c. si pater. de testa. in vj. ⁊ quemadmodũ per pupillarẽ expressam excluditur mater, ⁊ sic etiam auia. l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substi. ⁊. l. papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. ita excluditur mater, ⁊ per pupillarem cõprehensam in cõpendiosa. d. l. precibus. qꝛ illa dicitur expressa verbis generalibus, vt dicit glo. in. d. l. precibus. ⁊ ibi per docto. Fuit igitur in vim dicte pupillaris substitutionis dictus nobilis Eynerius inuitatus, ⁊ ad ipsum nobilem Eyneriuʒ fuerunt delata non solum bona que fuerant dicti quondam Jacobi sed etiam bona aliunde quesita eidem Ludouico, si que erant. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. ⁊ pup. Si vero idem Ludouicus ab humanis decesserit ante factam immixtionẽ dicta cõpendiosa substitutio valuit in vim vulgaris in ipsa compendiosa comprehense, que etiam erat expressa verbis generalibus. vt. not. gl. ⁊ doc. in. d. l. precibus. ⁊ ab hac vulgari potuit testamentum dicti quondam nobilis Torbati incipere sumere vires, secundum lecturam glo. a docto. approbatam in. l. si pater filium. ff. de vulg. ⁊ pupil. ad quod facit. l. iij. §. fin. l. gallus. fere per totam legem. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊. l. thais. §. splẽdophorus. ff. de fideicom. liber. Et per eam fuit exclusa mater testatoris, hoc est dicta nobilis Guicharda. d. l. precibus. de quo etiam ibi Alex. de imol. col. iiij. in fin. Nec opponat aliquis ꝙ imo Alexan. de imo. tenet cõtrarium in dicta col. versi. sed certe, si bene considerentur verba Bar. ⁊c. Quoniam respondeo ꝙ iste ver. nõ refertur ad id quod proxime dixerat Alexan. in. iiij. col. ver. addo ꝙ ex hoc ibi. Sed si talis ⁊c. Sed refertur ad id quod dixerat post Bal. in ver. in hoc tamen circa vnũ est diligenter considerandum ⁊c. vt satis apparet ex verbis Alexand.
¶ Predictis non obstat ꝙ ex aduerso opponitur in articulis, incipientibus, Ut vobis egregio viro ⁊c. scilicet ꝙ testamentum dicti quondam nobilis Jacobi Torbati fuerit nullum pro eo quia pretenditur ꝙ in eo preterita extiterit dicta quondam nobilis Guicharda eius mater. Quoniam respondeo ꝙ cũ idẽ Jacobus decesserit, ⁊ vita functꝰ extiterit superstite filio, dicto videlicet Ludouico, nõ tenebatur ipse nobilis Jacobus instituere dictã Guichardam eius matreʒ, vel alias ei aliquid relinquere iure institu-
4 tionis: † qꝛ descedentes cuiuscunqꝫ gradus vel sexus existant et siue sint sui iuris, siue in alterius potestate cõstituti preferũtur quibuscunqꝫ ascẽdentibus ⁊ collateralibus. aut. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. ⁊ transumptiue in aut. in successione. C. de suis ⁊ legiti. libe. ⁊ institu. de heredi. que ab inte. defe. circa principium.
¶ Potuit igitur prefatus nobilis Jacobus de podio actor in hac causa, filius ⁊ heres vniuersalis insolidũ ⁊ vnicus dicti quondam nobilis Eynerij agere ⁊ experiri petitione hereditatis cõtra dictum nobilem Uincentium seramandi possessorem, seu detentorem bonorum, ⁊ hereditatum dictorum quondam Marione et Jacobi torbati, non obstantibus ex aduerso, ⁊ parte dicti Uincẽtij allegatis. Et primo quidem, non pretensis nullitatibus testamentorum dictorum marione ⁊ Jacobi. Non etiam quadam pretensa donatione, quam olim fecisse dicitur dicta nobilis Guicharda prefato nobili Uincentio ac nobilibus Francesie eius vxori ⁊ Joanni de vero domino de Teysserijs: quoniam si bene ⁊ alias prout oportet attendatur ad verba dicte pretense donationis dicta Guicharda non donauit nec donasse censeri debet bona que fuerant dictorum quondam Marione ⁊ Jacobi: vtpote que sua non erant sed dicti quondam nobilis Eynerij aut nobilis Jacobi in hac causa actoris: sed donauit ⁊ donasse cẽsetur bona suijpsius Guicharde donatricis, ea videlicet que ad eã iure dominij spectabant ⁊ pertinebant non, que idem pertinebant iure possessionis: quod clare apparet per instrumentum dicte pretense donationis: ibi, videlicet omnia ⁊ quecunqꝫ eiusdem nobilis Guicharde
5 bona mobilia ⁊ immobilia. † quia cum genitiuus casus dominiũ denotet, vt si dico bona Guicharde intelligitur ꝙ bona ad eam spectabant iure dominij. l. seruũ titij. ff. manda. l. si heredi seruus. ff. de legat. j. l. si communis seruus meuij ⁊ castrensis peculij. ff. de stipula. seruo. ⁊. l. ij. §. locum. ff. de religio. ⁊ sumpti. fune. Non igitur videtur idem nobilis Uincentius seramandi habere titulum quoad bona de quibus contenditur cum, vt predixi, prefata Guicharda non donauerit nisi bona que ad eam iure dominij spe

ctaban

etabant & pertinebant. Et vbi pretendi posset ipsam nobilem Guichardam donasse etiam bona. que ad eam duntaxat pertinebant iure possessionis: hoc tamen adhuc non obesset dicto nobili Artaudi, cum probatum non extiterit, quod tempore facte dicte pretense donationis dicta nobilis Guichardam teneret & possideret bona, que quondam extiterunt prefate nobilis Marione.

¶ Argumentum.

¶ Contradicentibus instrumentis super eodem non credendum: sed si credendum, melius est prius posteriore. U. F.

1 ¶ Notis duorum diversorum instrumentorum eodem & die notario factorum, an standum, & cui.
2 Scripture priori an & quando potius credendum, quam posteriori.
3 Error notarij an potius presumatur in pluri, quam in minori.
4 Testamenti notam an sufficiat esse descriptam in protocollo notarij sine subscriptione.
5 Cedens bonis qua infamia notetur.
6 Infamia facti quos effectus habet.
7 Iuramento cuius infamis non statur, item & libro mercatoris.
8 In actionibus personalibus prescribendis quod tempus requiratur.

¶ De fide instru. Consi. ccxxiij.



PResupposita varietate note testamenti egregij quondam viri do. Aymonis de alonziaco decretorum doctoris, & pretense alterius note cuiusdam asserte clausule, vt parte. N. debitoris dicti quondam do. Aymonis, & nunc egregij viri do. Aymerici de Alonziaco eius heredis pretenditur, & varietate publici instrumenti per notarium qui dictam primam notam recepit confecti scripti ac subscripti, & deinde nobili quondam viro Gulielmo de alonziaco primo & immediato heredi eiusdem do. Aymonis traditi & expediti, † & alterius pretensi instrumenti facti, &, vt ex adverso pretenditur, confecti super dicta pretensa secunda nota, videtur quod, secundum dispositionem iuris dicendum & respondendum, nulli ex notis aut instrumentis huiusmodi fuisse vel esse credendum, per ea que no. glo. & Bar. in. l. j. §. j. ff. de bon. poss. contra tab. de duobus testamentis eiusdem notarij, eiusdem diei contrarijs. per glo. in. l. fi. C. de edi. diui adri. tol. per Cyn. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. in. l. eum qui duob⁹. ff. de acquir. here. & ibi per Ang. & Jo. de imo. per glo. & doct. in. c. si duobus. de rescript. in. vj. facit. l. scripture diverse, cum ibi not. C. de fide instr. Quo fit vt prefatus debitor, de cuius debito plene constat, condemnari debeat ad soluendum, nisi probet solutionem aliter quam per iuramentum, quod pretendit sibi debere deferri in vim dicte pretense clausule. l. negantes. cum suis si. C. de actio. & obli. ¶ Et vbi pretendi posset quod alicui ex dictis instrumentis, aut notis huiusmodi deberet fides adhiberi, illa potius adhiberi deberet dicte note testamenti, & consequenter instrumento super ea confecto, quam pretense note dicte asserte clausule, & consequenter instrumento super ea confecto. Tum quia in tam pretensa nota dicte asserte clausule, quam, in instrumento super ea confecto, fit mentio de testamento dicti quondam do. Aymonis: dum inibi dicitur de clausula ab eodem testamento extracta: & in fine instrumenti dicitur, de premissis notam sumpsi, de qua hoc presens publicum instrumentum
2 ab eodem testamento extraxi. † Et sic dicta predicta nota dicte asserte clausule, & instrumentum de ea confectum, habent originem a testamento heredis & nota illius: potius ergo credi debet note & instrumento testamenti, tanquam scripture priori, quam pretense note dicte asserte clausule, & instrumento de ea confecto, tanquam scripture posteriori, per ea que no. Bart. & doct. in. l. sempronius. ff. de leg. ij. in. l. imperatores. ff. de sta. homi. & in. l. si librarius. ff. de reg. iu. Alex. de imo. & doct. in. l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait. ff. de eden. Tum & quia, quoad materiam dicte asserte clausule, minus continetur in dictis nota & instrumento predicti testamenti, quam in instrumento & pretensa nota dicte asserte clausule: ergo si alicui, aut aliquibus ex istis credi debeat, potius credendum est instrumento & note testamenti, tanquam minus continentibus, quam alijs, per id quod voluit Nicol. mil. in suo repertorio, in verbo, instrumentum. §. instrumenta duo si reperiantur eodem loco &c. cuius illam reddit
3 rationem, † quia in pluri presumitur notarij error, non in minori. Quod autem in nota & instrumento predicti testamenti minus contineatur, quoad materiam dicte asserte clausule, quam in dictis pretensis nota & instrumento eiusdem asserte clausule, hoc apparet. Pro eo quia in nota & instrumento testamenti dr, dictum quondam do. Aymonem voluisse & ordinasse, quod cuilibet pauperi persone, & fide digne credendum esset & crederetur suo iuramento decisorio, & conscientie, de iornatis & dietis per eam in operib⁹ ipsi do. Aymoni factis: in dictis autem pretensis nota & instrumento dicte asserte clausule pretenditur, quod idem quondam do. Aymo voluerit quod credendum esset & crederetur cuilibet persone iurare volenti, se eidem do. Aymoni satisfecisse de pecuniarum summis per eam debitis. Tum & quia verisimilius est quod ipse do. Aymo voluerit stari iuramento cuiuslibet pauperis persone & fide digne, de & super iornatis & dietis per eum factis in operib⁹ dicti. d. Aymonis, quam quod idem. d. Aymo voluerit, quod passim & indistincte credi deberet & crederetur cuilibet persone iurare volenti, se eidem. d. Aymoni satisfecisse de pecunijs per eandem debitis: pro eo quia exhibitione iornatarum & dietarum huiusmodi, vt communiter videmus, non solent adhiberi testes, nec de his publica instrumenta aut scripture alias probatorie fieri aut confici. Quo fit vt idem do. Aymo, nolens propter defectum probationis illos pauperes, qui dietas aut iornatas prestitissent, iterato ad solutionem compelli, voluerit & ordinaverit, quod iuramento cuiuslibet pauperis persone fide digne crederetur de dietis & iornatis per eandem prestitis: que ratio non habet locum in solutionib⁹, que fiunt aut fieri solent per pecuniariam numerationem, quia vt plurimum de talibus, & presertim quando summe non sunt viles, solent debitores petere instrumenta aut quittantias de soluto. Restat ergo aut quod nulli ex notis vel instrumentis huiusmodi credi debeat, aut quod potius credendum sit note & instrumento testamenti, quam pretensis note & instrumento dicte asserte clausule: & quodcunque dixerimus debet dictus debitor succumbere, postquam, vt predixi, apparet de debitum.

4 † Nec obstat predictis, quod dicta nota testamenti non fuerit per notarium subscripta: quia respondeo, quod sufficit illam esse scriptam in libro notarij, qui illam recepit, & manu illius: & quod vel ante eam, vel post eam in aliquibus notis positis in dicto libro idem notarius se subscripserit. Primum probatur per id quod no. Ang. & Alex. de imo. in. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Bal. & Sali. in. l. eo quod a multis, & per illum tex. C. si cert. peta. Bald. C. de fide instru. in rubr. Ang. in. l. lucius. ff. de testa. mili. Secundum probatur per id quod voluit Bal. & Sal. in. d. l. eo quod a multis. & Jo. de imo. in. l. patris & filij. ff. de vulg. & pup.

Preterea vbi essemus in casu, in quo alias deberet debitori deferri iuramentum: illud tamen non videretur debere deferri huic debitori, pro eo quia, vt audio, conditio & status eiusdem mutati sunt post conditum per dictum quondam
5 do. Aymonem testamentum & mortem illius, † quia, vt refertur, ipse cessit bonis: qui licet de iure non fuerit propterea factus infamis, potuit tamen fieri infamis infamia facti inspecto modo cedendi, si factus est vituperose, per id quod voluerunt dominus doc. Uber. Cy. & Albe. in. l. debitores. C. ex qui. cau. infa. irro. que cessio, vt dicit ibi Albe. & satis sentit Cy. communiter fieri solet vituperose, ob
6 quod irrogatur infamia facti. † Huiusmodi vero infamia, vt dicit Bald. in. l. fratres. C. de inoffic. testa. habet quatuor effectus, quorum vnus est, quod attenuat seu diminuit testimonium. vt not. glo. in. l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide catho. Roma. ff. de arbit. super rub. vers. scias tamen &c. & Alex. de imo. in. l. si quis ex argentarijs. §. coguntur. ff. de eden. & Bar. in. l. iij. §. due autem cause. ff. ad carbo. Pro quo facit quia licet in his, que dependent ab intellectu, vel conscientia, stetur regulariter assertioni cum iura-
7 mento eius, cuius est vel fuit intellectus, vel conscientia: † hoc tamen intelligitur & procedit quando talis persona est fide digna, non alias, per id quod voluit Bald. in. l. falsis. in tertia oppo. C. de fur. gl. in. c. significasti. le. j. de homi. Ad quod etiam facit quod voluit Ang. in. l. qui iudicio. ff. de accus. vbi voluit quod si ex forma statuti credi debeat denuntiatori vel damnum passo cum eorum iuramento, non stabitur iuramento denuntiatoris aut damnum passi si sint infames infamia facti. Et ita dicit Ange. fuisse iudicatum in facti contingentia. Facit etiam ad premissa quod voluit Bal. in repet. d. l. cunctos populos. vers. quintum exemplum &c. vbi dicit quod statutum disponens, quod credatur libro mercatoris, intelligitur, nisi talis mercator sit infamis. ¶ Ceterum quia audio prefatum debitorem opposuisse & opponere adversus dictum do. Aymericum de prescriptione, pro eo quia a tempore contracti debiti preterierunt. xxx. anni: dico quod huiusmodi pretensa prescriptionis exceptio eidem. d. Aymerico non refragatur neque obstat, postquam, vt ex actis apparet, debitum parte dicti do. Aymerici petitum,
8 fuit contractum per ipsum debitorem, † quia ad prescriptionem actionum personalium requiruntur regulariter. xxx. anni. l. sicut in rem. C. de prescript. xxx. vel. xl. anno. l. receptitia. & quod ibi glo. super verbo, triginta. C. de constitu. pecu. & institu. de perpetuis & tempora. actio. & que prescriptio non currit vel procedit in favorem eius, vel pro eo, qui se scit alterius debitorem, regula possessor malefidei, de reg. iur. in. vj. c. si. de prescript.

Argumentum.

Petitione hereditatis recte agitur contra titulo possidentē ex alia persona, quam ex cuius petitur. V. F.

1 Confessiones coram arbitris producte an fidem faciant contra confitentem & heredem in secunda instantia.
2 Actione hereditatis cōuenitur ēt minimū quid ex illa possidēs.
3 Sententia declaratoria quando & pro quibus proferenda.
4 Actio petitionis hereditatis que actio sit.
5 Persona mutata an mutata sit rei conditio.
6 Renuntiatio in vno, an inducat exclusionem in alio.
7 Virtus contractus ad que se extendat.
8 Liberi grauatorum positi conditionaliter in substitutionibus an inuitentur per testatorem ex illius expressa voluntate, vel repellant substitutum.
9 Pactum de hereditate viuentis, nisi cōsentiat ille, & perseueret vsqz ad mortem, an valeat, & quid si cum iuramento factum.

De petit. hered. Consi. ccxxiiij.



Pro faciliore ostēsione boni iuris, & ciuilis intentionis honorabiliū virorum Petri & Antonij de boxio fratrū & suorum consortū, premitto q, vt apparet ex actis cause mote & agitate per & inter eos actores ex vna parte, & egregiū virum do. Rodericum botini reum ex alia, ipsi inter cetera in hac causa petierunt tertiam partē bonorum, & hereditatis honorabilis quōdam viri Antonij pugeti, & hoc ex persona venerabilis quondā viri do. Jacobi millonis, dictorum de Boxio aui materni, & heredis pro illa parte eiusdē Antonij. Secundo premitto q ipsi etiā petierunt domū in actis cause huius latius mentionatā, & legatam per dictum quondam Pugeti, dicto do. Millonis. Petierūt etiā bona & hereditates dicti quondā do. Jacobi, & do. Syluestre ipsorum de boxio auie materne, bona scilicet & hereditatem dicti quondā Millonis in vim substitutionis per eū facte de do. Magdalena Millonesse ei⁹ filia naturali & legitima, & matre dictorū de Boxio: bona vero & hrēditatē dicte. d. Syluestre, vt & tāquā primiores ab intestato. Premitto preterea, & tertio, q ex propositis & pductis hincinde apparet, dictū quondā Antoniū pugeti pridem, de Anno dñi. M.cccc xiij. vel circa, & de mense Martij, fecisse & condidisse testamentū: in quo heredes vniuersales fecit & instituit, quēlibet videlicet pro tertia parte, dictum do. Millonis, ac Petrum, & Franciscū de sancta Cruce eius pretensos nepotes: legauitqz & reliquit ipsi dño Millonis domū, de qua in actis: hoc enim apparet per instrumentū testamenti hmōi, hincinde in causa productum, & insertū, per dictos vcz de Boxio & consortes. fol. 59. & per ipsum do. Botini. fol. 133. Rursum etiam premitto apparuisse & apparere ex actis, eundem do. Millonis cōdidisse testamentum: in quo heredē vniuersalē instituit nobilem Poncetuz millonis eius filiū naturalē & legitimū, & in pupillari etate, cōstitutū. Cui si sine liberis naturalib⁹ & legitimis, in pupillari etate, vel alias qñcuqz ab humanis decederet, substituit quatuor filias ipsius do. Jacobi millonis filias naturales & legitimas, scilicet do. Magdalenā matrem dictorū de Boxio, ac Francesiā, Margaretam, & Alisiā postea factā monialem ordinis sancte Clare. Et nihilominus prime ex dictis filiabus decedēti, seu decedētibus sine liberis naturalibus & legitimis substituit superstites. Apparet insuper dictum do. Jacobum ab humanis decessisse, superstitibus prefato Ponceto, qui bonis & hereditati eiusdem se immiscuit, & dictis nobilibus Magdalena, Frācesia, Margareta, & Alisia: quodqz successu tēporis Poncetus & Margareta adhuc impuberes ab humanis decesserūt, & deinde Margareta, & illi omnes sine liberis, superstitibus prefatis do. Magdalena & alisia, ad quas finaliter & postremo deuolute sunt successiones, seu iura dictorū quondā do. Jacobi millonis & Ponceti patris & filij. Nec pro maxima eorū parte probantur & apparēt per instrumentū testamenti dicti quondā do. Millonis in dicta causa productū & insertum. fo. 71. & per responsiones & confessiones, quas olim fecisse legitur egregia quondā mulier. d. Gabriela de sancta Cruce, dña & predecessor huius do. Roderici, seu eius legitimus procurator, corā egregijs viris do. Pontio lartessuti, & Antonio hueti iuriū professorib⁹, & in respondendo libello seu positionibus parte dictorū de Boxio, & consortū coram do. arbitris oblatis:
1 † que cōfessiones vna cum toto processu in hac causa producte fidē faciunt contra confitentē & heredē, per id quod voluit Bar. in. l. cum lite. ff. iudi. sol. Bal. in auth. item possessor. C. qui potio. in pigno. habe. cano. in. c. ij. de ordi. cogni. doct. in. l. is apud quem. C. de eden. Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cōe. & qd ibi Franc. de arc. colla. & ff. de acquir. poss. & Alex. de imo. in. l. ij. ff. vi bono. rap. & Nico. Alex. in quodā suo consil. exordiente, Ciuius est obligatus &c. iuncto eo quod habetur in auth. de iureiu. a moriē. presti. in prin. collat. v. Ex quibus sic premissis infertur prefatos de Boxio, & consortes, quos esse constat liberos & heredes dicte quōdam do. Magdalene, fuisse & heredes dicti quondam domi. Jacobi per medium dictorum Ponceti, Francesie, & Margarete, saltem pro media parte, & dicti quondam Antonij pugeti saltem pro sexta parte: qz heres heredis testatoris est heres. l. fi. & qd ibi doct. C. de here. instit. Potuerunt igitur agere & experiri petitione hereditatis contra dictum. d. Rodericū, tanquam possessorem bonorū dictorum quondā Antonij pugeti & do. Jacobi millonis, aut aliquorū eorundē, & petere ab eo dimidiam partē bonorum, que possidet de bonis eiusdē quondam Jacobi, & sextam partē eorū, que possidet de bonis dicti quondā Pugeti. Et quidē ex processu facto coram dictis do. arbitris in hac causa hincinde producto, & ex cōfessionibus per dictā. d. Gabrielam, seu ipsius parte, in eo factis apparet, q ipsa possidebat domū, de qua supra, & duas tertias partes, seu Bessem bonorū & hereditatis dicti Antonij. Etiam tam per declarationes, quas olim fecerunt do. Abbatissa monasterij sancte Clare, & dicta do. Gabriela se opponendo aduersus generale monitoriū parte dictorum de Boxio, & cōsortum impetratū & obtētum, q per libellum pretensarū iactantiarū, quē postea obtulerunt contra eosdē de Boxio, & cōsortes, corā egregio viro dño tunc officiali Auenionēsis, apparet q ipsa do. Abbatissa & Gabriela confesse extiterunt se tenere & possidere non solū bona & iura, que dudūz fuerunt prefatorū Antonij pugeti: sed etiā bona & iura, que fuerūt venerabilis quondā viri. d. Galterij de turribus: per quē etiam fuit idem quondā. d. Millonis Antonio pugeti, heredi dicti de Turribus, substitutus sub cōditione, que euenit, & quaz euenisse apparet ex processu. Cuz igitur idem do. Rodericus fuerit & sit heres dicte quōdam do. Gabriele eius matris, teneatqz & possideat bona & iura, que ipsa possidebat & tenebat tēpore vite & mortis, qd satis apparet ex processu cause huius, & signanter ex productione instrumenti cuiusdā pretense declarationis olim facte per Marcellam gauterie, inserti. fo. 321. non immerito potuit &
2 potest ipse do. Rodericus pdicta actione conueniri, † qui ea cōueniri posset, etiā si duntaxat minimā rem hereditatū dictorum quondam Pugeti, do. Millonis, & Ponceti possideret. l. licet.
3 cum suis si. ff. de petit. heredi. † Et vbi non appareret, prout apparet, dictū do. Rodericuz tenere & possidere bona huiusmodi: qz tamen plene constat de iure predictorum de Boxio, & consortum, scilicet q ipsi fuerint & existant heredes dictorum Antonij pugeti, & do. Jacobi millonis pro quotis & partibus superius mentionatis, deberet sententia declaratoria pro eisdem proferri. l. si a te. §. si quis fundum. & quod ibi Bar. Alex. de imo. & doc. ff. de except. rei indi. & Ang. aret. in. §. preterea. lc. ij. versi. aduersas tamen q tali casu si actor &c. institu. de actio. in quibus locis etiam signant doctor. quam magnos & mirabiles effectus. Et quamuis ille. §. loquatur in rei vendicatione, idem tamē videtur
4 esse in petitione hereditatis, † que etiam realis est, aut saltē mixta: sic partim in rem, & partim in personam. l. sed & si lege. §. pet. & quod ibi glo. ff. de petit. hered. & l. hereditatis. C. eo. tit.

Nec opponat aliquis dictum do. Rodericum non potuisse aut posse conueniri quoad bona, que fuerunt dicti quondam Pugeti, quasi de illis nō possideat, aut teneat nisi Bessem, seu duas tertias partes: quas reliquisse, seu relaxasse dicitur dicta Marcella guaterie prefate quondam domine Gabriele eius matri. Et sic quasi nō teneat de bonis huiusmodi nisi eas partes, seu quotas, pro quibus pretendit idem do. Rodericus dictā. d. Gabrielam successisse prefato Antonio pugeti per mediū dictorum Petri & Francisci de sancta Cruce. Quoniam respondeo q, licet oppositio hmōi obstaret, vbi appareret eūdē do. Rodericum tenere & possidere bona dicti quondā Pugeti pro dictis duabus tertijs partibus pro indiuiso, & sic cum alio, qui trientem, seu aliam tertiam partem bonorum huiusmodi cum eodem do. Roderico pro indiuiso possideret. l. i. §. si ego ex parte. ff. si pars heredi. pet. qz tamen hoc probatuz non est, quinimo nec deductum, oppositio nō obstat: habent enim dicti de Boxio, & consortes heredes, prout supra, fundatam intentionem de iure communi contra quemlibet vel possidentem, vel detinentem pro herede, vel possessore etiam rem minimam duntaxat de bonis & hereditate dictorum Antonij & Millonis. d. l. licet. cum suis simil. ff. de peti. hered. ad quam excludendā opus erat deducere & probare, q dicte due tertie partes teneantur & possideantur pro indiuiso cum alia tertia parte: quod qz factum non est potuit & potest idem Rodericus actione predicta conueniri.

niri.d.l.j.ff.si pars hered.pet. ¶ Etiã non obstat quod parte dicti do. Roderici extitit oppositum, de quibusdã videlicet pretẽsis quittãtijs ⁊ renuntiationibus, quas fecisse pretendũtur prefate quondã Magdalena, ⁊ Margareta de bonis ⁊ iuribus paternis: qꝛ cũ, vt predixi, hec delata extiterint ad prefatũ Pocetum dicti.d. Jacobi primũ ⁊ immediatum heredẽ, illa desierunt esse paterna, ⁊ potuerunt, nõ obstante renuntiatione, succedere
5 fratri, † qꝛ mutatione persone ⁊ rei cõditio mutata vr̃. l. vltima. §.fi.C.de inoffi.testa.l.paulus.§.j.ff.de acquir.here.l.j.§. nec castrense.ff.de colla.bono.pro quo facit.l.qui titij.ff.de his quib. vt indig.⁊.l.hereditas matertere.C.de petit.here.quod etiam post Oldr.videtur voluisse Albe.in.l.si quãdo.§.illud.vers.sed quid
5 si renuntiauit ⁊c.C.de inoff.testa. † Facit ad premissa qm̃ renuntiatio in vno nõ inducit exclusionẽ in alio.l.si domus.ff.de serui. vrba.pred.l.suũ.C.de in.deli.⁊.l.j.§.videndum.cum suis si.ff.de succes.edi. Cum igitur quittata ⁊ renuntiata pretendãtur bona paterna, ⁊ nihil dictũ extiterit de bonis fraternis, nihil obstare vr̃, quominus bona p̃dicta pertinuerint ⁊ pertinere debuerint, prout supra, tam prefate do. Magdalene, ꝙ̃ dictis suis liberis,
7 † qꝛ virtus cõtractus non se extẽdit ad aliũ, ꝙ̃ ad eum, qui in eo expressus est.l.ita stipulatus.§.chrisogonus.ff.de verb.ob.⁊.l.ad probationẽ.C.de proba. Nisi forte quis dixerit, oppositionẽ predictã ideo potuisse ⁊ posse refragari ⁊ obstare dictis de Borio, ⁊ consortibus, qꝛ petierunt bona ⁊ hereditatẽ dicti quondã.d. Jacobi eorum aui. Sed istud obstare nõ videtur, ex eo qꝛ nõ petunt bona ⁊ hereditatẽ hm̃oi ex persona dicte.d. Magdalene, tanquã prime, ⁊ immediate heredis dicti quondã.d. Jacobi, sed per mediũ dicti quondã nobilis Ponceti, ⁊ sororũ. Et sic oppositio predicta non obstat, que ẽt ex hoc vr̃ posse retundi ⁊ repelli, ꝙ de ca, vtpote de pretẽso iure tertij, a quo ius nõ habet, siue cãm, quinimo nec se habere proponit idẽ.d. Rodericus, nõ potuit ipse do. Rodericus opponere.l.cum seruũ.⁊ quod ibi doc.C.de ser.fugi. ad qd̃ facit qd̃ no.glo.in.l.j.ff.si ager vect.vel emphyt.peta.⁊ qd̃ habetur in.l.his cõsequenter.§.j.⁊ qd̃ ibi doct.ff.fam.ercisc. Non enim apparet ex processu cause huius ipsum.d. Rodericũ habere aliquem titulum, siue causam ab illis, quibus prefate do. Magdalena ⁊ Margareta quittasse ⁊ remisisse pretenduntur bona paterna ⁊ materna: nisi forte dicat ꝙ imo titulũ ⁊ causaꝫ habuerit ⁊ habeat, propter illã pretẽsam remissionẽ factã per Marcellam gauterie pretẽsam heredẽ Joãnis gauterij. ſꝫ hoc nõ obstat qm̃, vt apparet ex forma ⁊ serie seu tenore ɔ̈ctus celebrati ⁊ initi per ⁊ inter dictam do. Gabrielã ⁊ prefatã Marcellã, ipsa Marcella nec causam nec titulũ contulit dicte do. Gabriele, sed solum renuntiauit liti inibi mentionate, ⁊ fuit contenta ꝙ.d. Gabriela adipisceretur ⁊ apprehenderet possessionem dictarũ partium ⁊c.

Preterea dictis de Borio ⁊

consortibus in nullo refragatur siue obstat id, de quo idem do. Rodericus etiam opposuit: scilicet ꝙ dicta do. Magdalena ab humanis decesserit superstite dicta sorore Alisia moniali, vel ꝙ eadem Alisia vltimate ab humanis decesserit, ⁊ ꝙ propterea, in vim factarum substitutionũ per dictum quõdam do. Jacobum, peruenerint ⁊ peruenire debuerint ad ipsam sororem Alisiã bona dictorũ quondam do. Jacobi ⁊ Ponceti, illa videlicet que ad dictam do. Magdalenam peruenerant. Quoniam respondeo,
8 ꝙ hoc non procedit, † qꝛ licet liberi grauatorum positi cõditionaliter in substitutionibus non inuitentur per testatores ex eorum expressa voluntate, secundum communem opinionem glo. ⁊ doct.in.l.lucius.la.ij.ff.de hered.institu.⁊ in multis alijs locis: ipsi tamen ex eorum expressa voluntate repellunt substitutũ, vt verbi gratia. Instituit quis Petrum filium, ⁊ si sine liberis decederet substituit Semproniũ: moritur testator superstite filio, qui post immixtionẽ hereditatis etiã moritur superstitibus liberis, ⁊ Sẽpronio substituto. Dico ꝙ quãuis liberi huius filij heredes testatoris, ⁊ grauati, non censeantur in hoc casu suo patri substituti: ⁊ sic nõ fuerint per auum expressa voluntate inuitati: ipsi tamen ex expressa voluntate eiusdẽ aui repellũt a successione auita Semproniũ substitutũ, qui ita demũ inuitabatur, si filius testatoris, ideꝙ̃ pater horum liberorũ sine liberis decederet, qd̃ non cõtigit. Cum ergo in casu nostro eidẽ do. Magdalene grauate de restituẽdo si sine liberis ⁊c. superfuerint dicti de Borio, ⁊ consortes eius liberi, illi repulerũt, ⁊ repellere debuerunt quo ad bona predicta dictã sororem Alisiã superstitẽ, ⁊ monasteriuꝫ sancte Clare. per id quod ponit Old. cons. mihi. lxiij. exordiẽte, Thema tale est testator habebat vnũ fratrẽ ⁊ ex fratre premortuo vnum nepotẽ ⁊c. Cuius verba refert ⁊ sequitur Joã.and. in addi. Specu.titu.de testa.§.in primis.in addi.exordiente, Huic questioni ⁊c.ver.quinta questio talis est. Et hec dicta sint quo ad quotas, quas habent prefati de Borio, ⁊ consortes in bonis dictorum quondã Pugeti, do. Jacobi, ⁊ Ponceti, domo excepta.

Quo vero ad domum, cum de

legato illius appareat per instrumentum testamenti dicti quondam Pugeti hincinde productũ in hac causa, non video qua de causa idem do. Rodericus vniuersalis heres dicte.d. Gabriele, ⁊ qui per medium dictorũ quondam Petri Francisci de sancta Cruce se pretẽdit heredẽ pro besse eiusdẽ quondã Pugeti, recuset seu ẽt differat illã restituere ⁊ relaxare eisdẽ de Borio, ⁊ consortibus, saltẽ pro media parte: eo maxime, qꝛ nullã aliã causam recusationis aut dilationis huiusmodi pretẽdit in processu, nisi ꝙ dixerit dictum quondam do. Jacobũ contrauenisse conditioni, sub qua relicta extiterat: quod tñ non est probatum, quinimo contrarium, etiã ex verbis instrumenti predicti testamẽti hincinde producti, vt ibi videri potest. Illud autem certum videtur ꝙ, siue actione personali ex testamẽto. siue actione reali idem do. Rodericus conuentus extiterit pro domo huiusmodi, hoc fieri potuit, saltẽ pro dicta eius dimidia parte, postquã domus tota penes eum existebat ⁊ existit. Pro quo in ar. allegasse sufficiat.l. iij.§.heres.ff.cõmoda.l.si duo.ff.deposi.l.de eo.§.fi.ff.ad exhibẽ. ⁊ quod habetur in.l.ij.⁊ quod ibi glo.⁊ docto.C.de heredi.actio.

Superest videre de petitione

facta parte dictorũ de Borio, ⁊ consortuꝫ, de bonis ⁊ hereditate dicte.d. Sylnestre, ipsius de Borio quondam matris. Super qua dico, ꝙ illa de iure procedebat, ⁊ p̃cedit quoad semissem bonorũ ⁊ hereditatis hm̃oi, pro quo ipsi de Borio ⁊ cõsortes eidem do. Sylnestre ab intestato, tanquã illius proximiores, succedere debuerunt: ⁊ pro alio semisse prefata Alisia, ⁊ hoc per senatuscõsultum orficianũ, per quod ad successionẽ matris intestate inuitantur eius liberi, cuiusmodi fuerunt, ⁊ eos fuisse constat, prefati de Borio, ⁊ matres consortũ, vt videri põt per respõsiones, quas, vt predixi, fecit dicta.d. Gabriela, seu dictus eius legitimꝰ procurator corã dictis do. arbitris ⁊c. respondẽdo libellum seu positiones superius mentionatas, ⁊ in hoc processu reproductas. Nec ipsi de Borio, ⁊ cõsortibus refragãtur vel obstant quedam pretẽse donatio ⁊ renũtiatio, quas olim fecisse pretẽditur dicta nobilis Magdalena de bonis maternis in fauorẽ Gilleti ⁊ Petri gauterij, de quibꝰ apparere p̃tenditur quodã asserto publico instrumento producto in dicta causa parte dicti do. Roderici, ⁊
9 inserto.fo.318. † Cum qꝛ donatio ⁊ renũtiatio hm̃oi, vtpote que facte extiterunt de bonis dicte Sylnestre matris tunc viuẽtis, ⁊ de cuius cõsensu nõ apparet, fuerunt ⁊ sunt contra bonos mores, ⁊ nulle, per id quod habetur in.l.quidã.§.j.ff.de donat.⁊.l.fi. C.de pac.qd̃ etiam voluit Bal.cons.ccclxxij.exordiẽte, Quedam puella fuit dotata ⁊c.in tertia parte. Raph. Fulgo.in.l.pactum dotali.C.de colla.⁊ cons.lxxiij.exordiẽte.Paterfamilias habẽs filium ⁊c. Pet.de anch. Jo.de imo.⁊ Gemi.in.c.quamuis pactũ. de pact.in.vj. Alex.de Jmo.in.l.stipulatio hoc modo concepta. versi.alias limitationes, vide etiam per eos ⁊c.ff.de verb. obli.⁊ multi.in.d.l.fi.C.de pact. Cui non obstat predicta.l.fi.C.de pac. ⁊.c.quãuis pactum. eo.titu.in.vj. qꝛ illi text. procedunt quando filia paciscitur cum patre vel etiam matre de non sibi succedendo: quo casu valet pactum cum iuramẽto, vt ibi dicitur. Sed in casu nostro factũ est pactum cum prefatis Gilleto ⁊ Petro gauterij per dictam Magdalenam, non quidẽ de non succedendo eisdem Petro ⁊ Gilleto, sed de non succedendo dicte Sylnestre matri, inscie forte ⁊ ignoranti, ⁊ cuius tãquam non sibi prouidẽtis poterat mors machinari. Et ideo non valuit. Sunt enim pactiones hm̃oi, vt dicit dicta.l.fi. odiose. ⁊ plene tristissimi ⁊ periculosi euẽtus. Cum etiã non refragantur dicte pretẽse donatio ⁊ renũtiatio prefatis de Borio ⁊ cõsortibus, pro eo qꝛ eadẽ nobilis.d. Magdalena vita functa ẽ ⁊ ab humanis decessit viuẽte dicta Sylnestra eius matre: ⁊ sic eius hereditas sibi nunquã delata est. Cessarunt igitur ⁊ cessant donatio ⁊ renuntiatio huiusmodi, per id qd̃ voluerunt Bar. Pau.de cast. Jo.de imo.⁊ doct. in.l.qui superstitis.ff.de acquir.here. Bal.in.l.pactum qd̃ dotali.C.de pact. Alex.de imo.in.l.pactum.C.de collat. Pau.de cast. consil.cccxi.exordiente, Viso puncto ⁊ alijs de quibus ⁊c. versi. tertia ratio ⁊c.⁊ Ambro.de vina.in suo tractatu iuramentoruꝫ, vers.deinde quero filia cũ iuramẽto ⁊c. vers.sed nõ super hoc ⁊c. talis enim conuentio in se habet tacitam conditionẽ, si successio deferatur renuntianti, aut paciscenti, vt dicunt doct.cõmuniter in locis preallegatis. Quo fit vt cũ premoritur renuntians, ⁊ sic eidẽ non defertur successio superstitis, cesset ⁊ cessare debeat conuentio propter defectum conditionis.l.pecuniam.ff.si cer.pet.l. qui heredi.§.fi.ff.de condi.⁊ demon.⁊.l.cedere diem.cum suis si. ff.de verbo.signi. Per que iura probatur ꝙ dispositioꝰ conditionalis per euentum conditionis effectũ assumit. Nihil igitur refert in casu nostro, fuerint, vel non fuerint prefati de Borio, ⁊ consortes, heredes dicte.d. Magdalene: quia vtroꝙ̃ casu dicen-

dum est eos non esse obligatos ad obseruantiam dictarum pretensarum donationis & renuntiationis, & hoc propter defectum conditionis, que non euenit. Illud aūt dubium non habet quin plene probatum extiterit, dictum do. Rodericum tenere & possidere bona dicte quondam Syluestre, aut multa de illis, vt apparet ex depositionibus testium parte dictorum de Borgio & consortum in hac causa productorum, & examinatorum super eorū libello, & presertim super .xxij. articulo.

Ceterū quia idem dominus Rodericus non solum conuentus est in hac causa per dictos de Borgio & consortes: sed etiā conatus est eosdem reconuenire, superest aliquid dicere de articulo recōuentionis, super quo opus non est multis verbis. Existimo enim ꝙ a petitis in libello recōuentionali debuerint & debeant absolui prefati de Borgio & consortes: eo maxime qꝛ idem do. Rodericus non probauit media opportuna, & presertim ꝙ dicta do. Gabriela eius mater fuerit heres, vel alias vniuersalis successor eorum, ex quorū personis ipse do. Rodericus dictos de Borgio & consortes recōuenire conatus est. Et primo quidem non est probatum ꝙ dicta do. Gabriela fuerit heres, vel alias vniuersalis successor do. Girarde pretēse olim vxoris do. Petri de sancta Cruce legum doctoris. Quo fit vt non potuerit idem do. Rodericus recōueniendo petere .xxv. solidos turoñ. censuales, quos pretendit fuisse legatos & relictos eidem do. Girarde per dictū quondam do. Galteriū de turribus. dicti etiam de Borgio & consortes nec tenēt aut possident, nec possidere proponūtur ex aduerso bona dicti quōdam do. Galterij, quinimo illa possidet, aut verius detinet idem do. Rodericus, & que, vt superius dictum est, dicta quondam domi. Gabriela se opponendo aduersus monitoriū, de quo super his habita est mentio, & etiam in dicto pretenso iactantiarum libello declarauit & confessa est se tenere & possidere. Etiam non est sufficiēter probatum ꝙ ipsa do. Gabriela fuerit heres, vel alias vniuersalis successor defunctorū Francisci & Petri de sancta Cruce. Quod si ita est, immo quia sic est, non concluditur ex processu, aliquid de bonis dictorū domi. Galterij & Antonij pugeti spectare aut pertinere ipsi do. Roderico, quia defuit & deest mediū, per quod eidem spectare pretenduntur. Et vbi esset probatum medium huiusmodi, illud nihil concluderet contra dictos de Borgio & consortes, qui de bonis dictorum do. Galterij & Pugeti nihil prorsus possident.

Argumentum.

Pretextu lesionis vltra dimidiam transactionem iuratā rescindere quis non potest, presertim si lesioni renuntiauit. A. F.

1 Remedium legis secunde. C. de rescind. vendi. an habeat locum in transactione.
2 Iuramentum an & quos excludat a remedio. l. ij. C. de rescinden. vendi.
3 Renuntians remedio quod datur lesis, an postea possit illo vti.

De rescind. vend. Consi. ccxxv.



Non puto ꝙ nobilis vir Raymūdus de vaesco, modernus. d. Speluchie possit aut valeat ex capite pretēse lesionis vltra dimidiam iusti pretij agere cum effectu ad rescissionem transactionis dudū. Anno videlicet dñi M. cccclxxxj. & die .ix. mensis Nouembris celebrate, & inite per & inter eundem nobilē Raymundum ex vna parte, ac nobilē & generosum quondam virū Raynerium de vero tutorē, & tutorio nomine nobilis Ludouice de vaesco, filie naturalis & legitime nobilis quondam viri Antonij de vaesco. † Tum qꝛ remedium. l. ij. C. de rescind. vend. & c. cum causa. C. de emptio. & vend. non habent locū in transactione, vt voluit glo. Inno. Jo. and. & Pet. de anch. in. d. c. cum causa. Specu. tit. de emptio. & vendi. §. nunc videndum versi. quid de transanctione. Gul. de cu. in. l. ex causa. C. de vsuca. pro empto. Bal. in. l. ordo. C. de execu. rei iudi. & in. l. iij. §. j. ff. de transac. vbi etiam hoc sentit glo. Bal. in. l. fi. in princ. C. commu. de leg. & in. l. j. C. de pac. & Rich. malum. Cyn. & Bal. in d. l. ij. C. de rescind. vend. pro quo est bonus tex. in. l. lucius. §. fi. & quod ibi voluit glo. secundum intellectum Dyn. ff. ad trebel. facit etiam. l. in summa. in prin. in vers. nulla res. & quod ibi glo. ff. de condi. indebi. etiā facit. l. a diuo pio. §. si pignora. ibi, velut &c. cum ibi no. ff. de re iudi. Quod etiam voluit Dy. Raph. & Alex. de imo. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. ob. & idē Alex. cons. xlij. exordiente, Super premisso themate diligenti &c. vers. octauo qꝛ dato ꝙ dici posset &c. in. j. vol. vbi multa inducit, que possunt ibi videri. Tum & qꝛ prefatus nobilis Raymundus de vaesco tunc maior .xxv. annis, iurauit ad sancta Dei Euāgelia tenere, attendere, & obseruare contenta, & per eū conuenta, & promissa in trās-
2 actione huiusmodi, & contra eam nō venire. † Propter quod exclusus fuit a remedio. d. l. ij. C. de rescind. vendi. & d. c. cum causa. de empt. & vend. secundum communem doctrinam glos. & docto. scribentium in dictis iuribus. quod etiam voluit Jo. de imo. in
3 repetit. c. cum contingat. de iureiur. † Cum etiam quia ipse nobilis Raymūdus renuntiauit omni exceptioni doli mali, ac deceptionis, & lesionis: per que patet eum expresse renuntiasse remedio quod datur illis, qui sunt decepti re ipsa, per id quod voluit Alex. in. d. consil. xlij. Possent & alia multa ad confirmationem sententie predicte induci, sed qꝛ premissa vidētur pro nunc sufficere, ego vlterius non insisto.

Argumentum.

Legitima de substantia bonorum debetur, quāuis honestius sit per eam patrimonia non deformari, & stylū curie sequi. A. F.

1 Ante legitimam quid deducatur.
2 Filius an possit grauari in legitima.
3 Legitima an soluenda in pecunia numerata, vel in substātia bonorum.

De insti. & substi. Consi. ccxxvj.



Cum proponitur in facto, ꝙ nobilis quōdam vir Antonius de vaesco do. Speluchie ab humanis decessit, superstitibus & sibi superuiuentibus duabus filiabus, scilicet nobilibus Ludouica herede vniuersali per eum instituta, & nobili Joāna, cui iure institutionis legauit
1 & reliquit mille florenos, † legitima eiusdem nobilis Joanne fuit sexta pars eorum, que superfuerunt in bonis dicti quondam nobilis Antonij, deducto ere alieno, & funeris impensa. authen. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transsumptiue. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta. & §. quoniam quarta. ff. eo. tit. & ꝙ no. Bar. in. l. ex facto. la grande. ff. de here. instit. & Bald. in. l. quoties. C. eo. tit. post Jaco. butr. in. l. si quis in suo.
2 C. de inoffi. testa. † Et in qua legitima seu sexta parte non potuit idem nobilis Antonius grauare dictam Joannam. l. omnimodo. l. quoniam. in prioribus. & l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa.
3 † An autem etiam recipere debeat in dictis mille florenis sibi relictis, & in alia pecunia supplenda, si illi non sufficiant, vel eā petere possit sibi exsolui in substantia bonorum dicti quondam nobilis Antonij eius patris, dico & respōdeo ꝙ super hoc sunt opiniones. Veruntamen opinio Bart. de qua in. l. suus. in fi. princi. ff. de here. instit. videtur mihi communior, que est ꝙ ipsa legitimam huiusmodi petere posset sibi tradi & exsolui in substantia bonorum, per. d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testa. Verūtamē laudo ꝙ nobilis & generosus vir Humbertus de vero heres per certa media dicti quōdam nobilis Antonij, se informet cum practicantibus in insigni curia parlamenti Delphinalis, propter id quod refert do. Guido pap. in decisionibus eiusdem Parlamenti in decisione. cccclxxxvij. exordiente, Pater in testamento heredem suum particularem &c.

Argumentum.

Minor .xxv. annis vltra dimidiam iusti pretij lesus in vēditione, in qua subest suspitio doli tutoris vel curatoris licentiam dantis, habita dispēsatione a iuramento, in integrum restituendus est. A. F.

1 Iuramentū in contractu minoris .xxv. alienantis interpositum an equiualeat curatoris autoritati & iudicis decreto, & imponat silentium beneficio restitutionis in integrū, & qñ. & nu. 4.
2 In venditione duo contractus possunt interuenire, & qui.
3 Minor donare pōt cum iuramento etiam in magna quātitate.
5 Iura quando confirment iuramenta.
6 Iurans quādo possit venire cōtra contractū absq; absolutione.
7 Dolus consensum contrahentis quando dicatur excludere.
8 Appretiatio supposita dolum tam in venditione, quam donatione plus valentie an arguat.
9 Minor an & quando contra curatorem ex licentia perperā concessa experiri possit.
10 Curator ad quid minori teneatur.

Pcis

¶ De in integ. resti. Consi. ccxxvij.



Vidi casuz mihi exhibitū parte nobilis & honorabilis iuuenis Francisci lie-tardi, vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis, insuper & cum publicis instrumētis in ipso casu latius designatis, scilicet venditionis pridē facte de parte domus inibi mentionate per ipsum nobilem Franciscum nobili Antonio leydeti eius auunculo, & alterius venditionis postea subsequute & facte per dictum Antonium de eadem parte domus nobili Raymoneto leydeti eius fratri, etiā auunculo & curatori dicti nobilis Francisci, & alterius vēditionis postea facte de eadē parte domus per dictum Raymonetum nobili Jacobo leydeti ipsius Raymoneti patri, cum instrumento pretense ratificationis, quam fecisse dicitur idē nobilis Franciscus. Super quo ca-
1 su dico in primis q re vera ille non est sine dubio, pro eo q licet contractus per minorē. xxv. annis celebratus super alienatione rei sue immobilis sit regulariter nullus, nisi in eo saltem interuenerit tutoris autoritas, si est pupill9, vel curatoris, si est pubes, & decretum iudicis: toto titu. ff. de reb. eo. hoc tamen fallit quando in contractu huiusmodi interuenit iuramentum, q eo casu contractus huiusmodi propter iuramentum interueniens validatur, perinde ac si autoritas tutoris, aut curatoris, & decretū iudicis interuenissent. Et nihilominus efficit irretractabilis, etiā per beneficiuz restitutionis in integrū, auth. sacra. pub. & qđ magis cōiter not. ibi doct. C. si aduers. vendi. quatenus ibi volūt per dictam auth. reprobari opin. Bulga. & approbari opinionē Mart. antiquorū glo. positas in. l. j. C. si aduer. vendi. quam opi. Mart. etiā sequitur gl. in. d. l. j. gl. in. l. j. §. item sacrā. & ibi Alua. & docto. de pa. iura. fir. in vsi. feu. Azo in summa. C. titu. si aduer. vendi. vltra mediū. Roffr. circa fi. libel. sui, seu rub. consti. sacra. Albe. & doct. cōiter. vt predixi, in. d. auth. sacramenta puberum. ¶ Et quamuis propter iuramentum huiusmodi non videretur fuisse exclusus idem nobilis Frāciscus a beneficio legis. ij. C. de rescind. vend. & c. cum causa. de emptio. & vendi. per id quod voluit glo. & docto. communiter in. d. l. ij. glo. & doct. in. d. c. cum causa: q tamen idem nobilis Franciscus non solum vendidit predictam partem domus pretio centum florenorum, de quo in instrumento dicte per eum facte vēditionis: sed etiam donauit dicto nobili Antonio plus valens, etiam si excederet dimidiā iusti pretij, & quicquid esset, & cum hoc conuenit, promisit, & etiam iurauit ad sancta Dei Euangelia seruare omnia cōuenta, & per eum promissa, videtur q ipse non posset cōtrauenire. Hic enim fuerunt duo contractus, scilicet venditionis, & donationis: venditionis inquam vsq ad concurrentem valorem pretij, & dona-tionis eius quod valorem pretij excedebat, vt videtur colligi ex
2 serie & tenore predicti instrumenti. † Et isti duo contractus fieri potuerunt, vt colligitur ex his que no. Bar. & Alex. de imo. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. Bal. & Sal. in. d. l. ij. C. de rescin. vendi. Ang. aret. in. §. actionum. vers. quero quid si in instrumēto. instit. de actio. & colligitur ex dicto Azo. in summa. C. de resc.
3 vendi. versi. vel nisi dixerit se donare. † minor autem donare potest cum iuramento etiam in magna quantitate, per id quod vo-
t luit glo. quam omnes sequuntur, in dicta auth. sacramenta puberum. & Joan. de imo. in repet. c. cum contingat. in quarto mēbro. de iureiur. Propter que videtur q idē nobilis Franciscus non possit venire contra venditionem & donationem huiusmodi per eum, vt premisi, cum iuramento factas.

4 † Que videntur mihi de iure procedere, & ſm opin. magis communē, nisi idem nobilis Franciscus fuerit dolo inductus ad vendendū & donanduz, q si dolo ad hec faciendū inductus extitisset, viderentur non valere, per id quod voluit glo. fi. in prin. & post eam Bal. in. d. l. j. C. si aduer. vend. Bald. in. d. §. itē sacramenta. in. iiij. q. & Panor. consi. cvij. exordiente, Quatuor sunt in causa &c. in. ij. volu. qđ etiam voluit Ant. de but. in repet. d. c. cū contingat. in quarto membro per eū
5 ibi posito: & fuit etiam de mente Joan. de imo. in tertio membro. iura enim confirmantia iuramenta illa confirmant, q non sunt
6 dolo, vel metu extorta. d. c. cum contingat. c. quāuis pactum. de pact. in. vj. & d. auth. sacra. pube. † & dicit Ant. de butr. vbi supra, q quando dolus excludit intentionē iurantis in eo qđ est deceptus, cum a iuramento censeatur delictum exceptum, & id quod dolose factū est, & etiā legitima causa. l. tres fratres. ff. de pac. l. fi. ff. qui satisd. cog. & l. fi. C. de non nume. pecu. pōt sic iurans absq
7 absolutione a iuramēto venire contra contractum, quamuis ſm eum tutius sit petere absolutionē a iuramento. † Quando autē dicatur dolus excludere cōsensum contrahētis, respondet idem Ant. de but. vbi supra, q tunc dolus dr consensum excludere, q fallacijs, seu mendacijs inducitur quis ad aliquid agendū, dolo dante causam cōtractui, & sic inducitur ad cōtrahendū: vt audio factuz esse in casu, de quo queritur. Fuit enim, vt affirmat idem nobilis Frāciscus, sibi dictū & persuasum ad extorquendū vēditionē predictā, q sibi expediebat vendere dictā partem domus, & q nisi hoc faceret, illa erat de proximo ruinā passura in grāde preiudicium eiusdē nobilis Frācisci. Sunt etiā suppositi homines amici dictorū Leydetorū, qui contra rei veritatē, & id quod notissimū existebat, appretiarētur & taxarēt valorē dicte partis vendite ad florenos centū, que notorie valebat florenis ducētis, & longe vltra. Propter que etiā idem nobilis Frāciscus fuit inductus ad donandum maiorē valentiā, etiam si excederet dimidiam partē iusti pretij &c. q nō credebat eam ad tantā summam ascēdere, cū putaret q illi suppositi taxatores sancte & iuste appretiati extitissent & taxassent pretiū dicte partis. Ex quibus videretur idem nobilis Frāciscus, saltē prius obtēta absolutione a iuramēto, seu iuramētis predictis, posse obtinere restitutionē in integrū aduersus venditionē, & donationē superius mentio-
8 natas. † Nō enim potuit idē Frāciscus solū & duntaxat per dolū induci ad vendendū, sed etiā ad donandū. Et hoc propter dictā nullā, & vt puto dolosam appretiationē. per id qđ voluit Frā. de are. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. here. & colligitur ex his q ponit Alex. de imo. in cons. cxxv. exordiēte, Visis & cōsideratis statutis &c. in multis locis. in. j. vol. Preterea supposito q in casu, de quo queritur, nō argueret dolus ex pposito dictorū Leydetorum, seu prefati nobilis Antonij primi emptoris: q tū idē nobilis Franciscus, vt ponit in casu, fuit enormissime lesus, & sic in ipsa venditione interuenit dolus re ipsa, vn ipse Frāciscus potuisse & posse petere & impetrare absolutionē a iuramēto, & iuramentis per eundē prestitis: & deinde petere se restitui in integrū aduersus venditionē & donationē superius mentionatas. Pro quo allegasse sufficiat q voluit Panor. in. d. cons. cvij. in quarto dubio, post Pet. de ancha. & Ant. de butr. in. d. c. cum contingat, vbi etiā idem voluit Pan. & subiungūt Ant. de but. & idē Pan. predicta procedere, ēt si contrahēs donauerit maiorē valentiā, quantacūq esset, per iura inibi per eos allegata, que non refero. Verūtamen q forte nō possent de facili probari mēdacia, & persuasiones eidē nobili Francisco facte per dictos nobiles Leydetos, & per quas eundē induxerunt ad vendendū, & opinio Pan. de qua in. d. cons. cvij. non est omnino tuta, pro eo q multi tenēt
9 contrariū. † Existimo q vtilius sibi erit q ipse pro damno & interesse per eum sustento, saltem in eo q dictam partem vendidit minus iusto pretio, experiatur & agat contra dictū nobilē Raymonetum eius curatorem, qui eum contra deum, & vt puto contra conscientiā autorisauit, & licentiā parum probe (cū reuerentia dixerim) sibi concessit de vendendo dictā partem vili pretio, & quem ipse in crastinum emit, & deinde pretio. clxx. florenorum vēdidit dicto Jacobo: quam tū vendere potuisset pretio maiori. Et q ipse teneatur de isto interesse, & pro eo possit agi contra eum, probatur in. l. j. & fi. & quod ibi per doct. C. si tutor vel curat.
10 interue. † Tenetur enim eidem nobili Francisco ipse nobilis Raymonetus de omni damno, seu interesse per ipsum Franciscum sustento propter dolum, aut latam culpam, vel etiam leuē eiusdē Raymoneti. l. quicquid. C. arbit. tut. l. tutori. & l. curatoris. & quod ibi glo. & doct. C. de neg. gest. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ In substitutione compendiosa a patre filio facta non cōprehendūtur bona aduentitia, filio post pubertatē decedēte. V. F.

1 ¶ Substitutio facta per patrem filio impuberi per verbū commune valet iure pupillaris substitutionis etiam matre existente in medio, & post pupillarem etatem valet iure fideicommissi.
2 Verba substituo & perueniat sunt verba communia.
3 Trebellianica quando, & de quibus bonis detrahenda.
4 Legitima & trebellianica inter quos diuidende.
5 Testator quotam bonorum vel hereditatis an legare possit.
6 Testatoris legatum vni ex sororibus eligende per matrem & parentes an valeat, & cur hec electio fienda teneat etiā mortua matre, & quid si parentes nominare & eligere nolint, & nu. seq.
7 Declaratores primarū voluntatū executoribus an cōparētur.

¶ De insti. & substi. Consi. ccxxviij.



Ponitur in facto q dudū fuit in humanis prouidus quondā vir Antonius pascbalis loci Alregrādinis, qui pridē, Anno videlicet dñi. M. cccclxxix. & die. xij. mensis Octob. condidit eius vltimū

⁊ nuncupatiuum testamentum, in quo inter cetera legauit ⁊ iure institutionis reliquit honestis mulieribus Clarete, Francesie, ⁊ Claudete eius filiabus naturalibus ⁊ legitimis, ⁊ earũ cuilibet, certam pecuniariam summã, ⁊ res alias in testamẽto huiusmodi plenius expressas. Heredes autem suos vniuersales fecit, instituit, ⁊ suo proprio ore nominauit Petrum, Gulielmũ, ⁊ Joãnem eius filios naturales ⁊ legitimos equis partib⁹, ⁊ suos, ita ꝙ pars predecedentis seu predecedentium ad superuiuentem vel superuiuentes dictorũ suorum heredum perueniret, quãdocunq; sine herede vel heredibus ipse predecedẽs aut predecedẽtes decederet, ipsum superuiuentem aut superuiuentes substituendo. Qui testator permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus dictis eius sex liberis, ⁊ honesta muliere Catharina ei⁹ vxore, ⁊ matre liberorũ predictorum. Mortuo vero eodem Antonio prefati Petrus Gulielmus, ⁊ Joannes paschalis se immiscuerũt bonis ⁊ hereditati eiusdem Antonij eorũ quondam patris. Successu vero temporis vita functus est, ⁊ ab humanis intestatus decessit dictus Petrus, superstite Margareta filia eius naturali ⁊ legitima. Deinde vita functus est ⁊ ab humanis sine testamento ⁊ liberis decessit dictus Joannes paschalis, de cuius etate non potui per nuntios ad plenum informari, ⁊ mortuus est idem Joãnes superstitibus ⁊ sibi superuiuentib⁹ prefatis Catharina matre, Gulielmo fratre, ac Clareta, Francesia, ⁊ Claudeta sororibus, necnon etiam Margareta eius nepte ex dicto Petro predefuncto. ¶ Quesitum est ad quem bona prefati quondã Joannis peruenire debuerint, an videlicet ad dictũ Gulielmum fratrem ⁊ substitutum, vel ad eum ⁊ alios, ⁊ quos.

Super quo premitto ꝙ aut prefatus quondã Joannes vita functus est priusquã compleuerit decimũ quartum annũ eius etatis, aut post completũ dictum decimũquartum annũ. Si enim decesserit ante dictum decimũquartum annum, ⁊ sic adhuc existens in pupillari etate, tũc dico ⁊ respondeo ꝙ, quãuis super hoc sint opiniones, tñ illa videtur
1 hodie magis cõis, †ꝙ substitutio facta per patrẽ filio impuberi per verbum cõe valet iure pupillaris substitutionis, etiã matre existente in medio, ⁊ post pupillarem etatem valet iure fideicommissi. hanc opin. tenuit glo. magna. in fi. in. §. qua ratione. instit. de pupil. subst. Cy. in. l. precibus. ver. dicamus ergo ꝙ vbi paganus ⁊c. ⁊ Albe. vers. dicamus ergo ⁊c. C. de impu. ⁊ alijs subst. Hanc opinio, etiam tenuerunt Ang. Joã. de imo. Pau. de cast. Raph. cuma. ⁊ Alex. de imo. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pup. vbi etiam dicit Pau. de cast. ꝙ ipse ita sepe consuluit. Illam etiã tenuit Sal. ⁊ omnes moderni cõmuniter in. d. l. precibus. vbi etiã dicit Fulg. ꝙ ipse intrepide iudicando sequeretur istam partẽ, quã etiã tenẽt Card. Flor. ⁊ Jo. de imo. in. c. raynutius. de testa. vbi etiã refert Joã. de imo. se ita cõsuluisse. pro qua parte etiam cõsuluit Cy. prout ipse refert in. d. vers. dicamus ergo ⁊c. Etiam pro hac parte cõsuluit Alex. de imo. cons. xij. exordiente, Attentis verbis testamẽti ⁊c. ver. Et qr longũ esset. vbi multa inducit, in. iij. vol. ⁊ cons. xvij. exordiente, Ponderatis verbis, in eodem volu. ⁊ Franc. de aret. consil. clv. exordiente, Periculosum esset. Et pro hac parte vidit do. Guido. pa. determinari, quanuis aliqui dixerint contrariũ, prout ipse refert decisione. cccccxxj. exordiente, Substitutio compendiosa ⁊c. ⁊ sequendo hanc opin. que, vt predixi, est hodie magis cõis, ⁊ a qua non esset tutũ recedere in consulendo, vel iudicando, dico ꝙ si dictus quondã Joannes decesserit ante dictũ decimũquartum annum, omnia eius bona peruenerunt ⁊ peruenire debuerunt in vim pupillaris substitutionis ad dictũ Gulielmũ eius fratrem. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊. c. si pater. cum suis si. de testa. in. vj.
2 †eum substitutio predicta facta fuerit per verba cõmunia, scilicet, substituo, ⁊ perueniat: quorum vtrũq; est verbum commune. de primo no. Jo. and. in. d. c. si pater. ⁊ gloss. in. d. l. precibus. ⁊ est bonus tex. in. l. iã hoc iure. §. sed si aliter. ff. de vulg. ⁊ pup. de quo etiam per Bar. in. d. l. centurio. circa fin. de verbo perueniat. no. Bar. in. d. l. centurio. Bal. in. d. c. si pater. ⁊ in. l. fi. C. de sacrosanc. eccl. ⁊ Jo. de imo. in. c. raynutius. de testa. Si vero idem Joãnes decesserit post decimũquartum annũ completum, tunc dico ꝙ, quoad bona aliũde acquisita, ꝙ a patre, si que erãt, illa peruenerant ⁊ peruenire debuerũt ad dictos Catharinã matrẽ, Gulielmum fratrẽ, Claretã, Francesiam, ⁊ Claudetã sorores, ⁊ Margaretã neptẽ equis portionibus, ad quẽlibet videlicet pro sexta parte. auth. de hered. ab intest. §. consequẽs. ⁊. §. sequẽti. colla. ix. ⁊ transsumptiue. auth. defuncto. C. ad tertull. ⁊ in auth. vt fra. filij. §. j. colla. ix. Quo vero ad bona ad ipsum Joannem peruẽta a dicto quõdam Antonio eius patre, dico ꝙ illa debuerũt restitui Gulielmo eius fratri in vim fideicõmissarie substitutionis: qr, vt superius dixi, dicta fideicõmissaria substitutio post pupillarẽ etatem valuit iure fideicommissi, debẽt tamen detrahi de dictis bonis due quarte, scilicet legitima ⁊ quarta trebellianica. Legitima vero prefati quondã Joannis erat vna vncia, hoc est, duodecima pars bonorum dicti quondã Antonij, que primo detrahenda est de illa parte hereditatis, in qua fuit idem Joãnes in-
3 stitutus per Antoniũ patrem, † ⁊ de residuo detrahetur quarta pars pro trebellianica, iuxta doctrinã gl. in. c. raynaldus. in verbo, licet ipsas. de testa. quã refert ⁊ sequitur Jo. de imo. in. l. cohe redi. §. cũ filie. ff. de vulg. ⁊ pup. Et iste due quarte debuerunt diuidi equis portionibus inter prefatos Catharinam, Gulielmũ,
4 Claretam, Francesiã, Claudetam ⁊ Margaretam. † Et hodie diuidi debent inter superuiuentes ex illis, ⁊ heredes dictorum Catharine ⁊ Gulielmi, qui postea mortui sunt. d. aut. defuncto. ⁊ auth. vt fra. filij. §. j. Residuum vero debuit restitui dicto Gulielmo, ⁊ hodie restitui debet prefato Joanni eius filio.

Ceterum ponitur in facto, ꝙ dictus quondã Gulielmus paschalis habens tempore eius vite ⁊ mortis Joannẽ eius filiũ naturalem ⁊ legitimũ, ⁊ dictas tres sorores, scilicet Claretã, Francesiam, ⁊ Claudetã, condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuũ testamentum: in quo Joannẽ prefatũ eius vniuersalem heredẽ insolidum ⁊ vnicũ instituit, ⁊ vni ex sororibus suis per dictam Catharinã eius matrem, ⁊ suos parentes eligende, ⁊ nominãde legauit tertiã partem omniũ bonorum suorum mobiliũ ⁊ immobiliũ, super qua tertia parte voluit eam posse maritari, ⁊ ꝙ ipsa cum eius viro futuro teneretur trahere morã cũ dicto filio ⁊ herede eiusdem Gulielmi testatoris spatio decẽ ⁊ octo annorũ, ⁊ ꝙ pendente dicto termino eadẽ soror eligenda non posset nec deberet petere suam tertiam partẽ bonorum predictorũ, nec ad ipsorũ diuisionem procedere. Et deinde idẽ Gulielmus permanens in volũtate ab humanis decessit, ⁊ post eũ prefata Catharina, prius tamen quã ipsa ⁊ alij parentes dicti quondam Gulielmi eligerent vel nominarẽt aliquam ex sororibus dicti quondam Gulielmi, aut alias declararent cui vellent dictam bonorum tertiam partem esse legatam.
5 ¶ † Quesitum est quid iuris. Ad quod dico in primis ꝙ non solum potest testator legare res particulares, seu singulares, sed etiam generaliter partem seu quotam bonorum vel etiam hereditatis. l. si quis bonorum. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de
6 leg. j. ⁊ l. mulier. §. fi. cum suis si. ff. ad trebel. † Et quanuis electio fienda de vna predictarũ sororum collata extiterit in voluntatẽ dictorũ Catharine matris, ⁊ parentũ, ⁊ sic tertie persone: illa tamen valuit, ⁊ hoc pro eo, qr cõmissa est vel collata electio incerte persone de personis certis, hoc est, de dictis sororibus. l. fideicõmissaria. §. fi. ff. de fideicom. liber. ⁊. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. Et quanuis prefata Catharina ab humanis decesserit ante factam electionem: puto tamen ꝙ parentes superstites, qui vti audio sunt plures, ⁊ ad minus duo, illi possunt eligere ⁊ nominare dictã sororem. ar. c. religiosus. §. sane. de testa. in. vj. iun-
7 cto eo quon ponunt doct. in. l. j. ff. de lega. ij. † Ubi videntur velle ꝙ declaratores primarum voluntatum comparentur executoribus. vbi vero dicti parẽtes nollent eligere, vel nominare dictã sororem, tunc omnes sorores admitterentur ad dictum legatũ. l. si titio. ⁊. l. cum quidam. ⁊ quod ibi docto. ff. de leg. ij. de quo aliqui moderni. in. l. captatorias. C. de testa. mil. quod etiam voluit Bar. in. d. l. j. vers. quero illo tertio non arbitrante ⁊c. ff. de leg. ij. quanuis Raph. cuma. in. d. l. ij. sentire videatur, ꝙ tunc deberet recurri ad arbitrium boni viri, hoc est ad iudicem. Sed primũ dictum communius est, ⁊ magis placet. Et dico ꝙ nominatio ⁊ declaratio dicte sororis poterit fieri etiam non vocatis prefatis sororibus, vel herede, vt dicit Bar. in. d. l. ij. vers. quero extra gl. ⁊c. ⁊ vers. quero an omnes persone.

¶ Argumentum.

¶ Testes mulieres esse possunt in causis ciuilibus ⁊ matrimonialibus, quandoque etiã in criminalibus, quas etiam post publicatas attestationes ex officio iudex iterum si velit examinare potest, sicut ⁊ viros. V. F.

1 ¶ Mulieres in quibus possint esse testes.
2 Judex ex suo officio, non obstante testium publicatione, quãdo possit testes iterum examinare.

¶ De testib. Consi. ccxxix.



Jbellus parte honeste mulieris Antonete martine, vxoris probi viri Joãnis lombardoni, Antonij ⁊ petri martini fratrum oblatus, ⁊ productus contra ⁊ aduersus Stephanum auberti, admini

administratorio nomine Claudeti auberti, τ Gulielme eiusdem Stephani filij τ neptis, τ Claudiā petite, videtur fuisse τ esse sufficienter iustificatus τ probatus. Et primo quidē quoad proposita, contenta, τ deducta in primo illius articulo, illa probantur per instrumentum, τ per testes. Etiam cōtenta τ deducta in tertio, quarto τ sequ. articulis, vsq; ad finē, illa probantur per multos testes super eis deponētes: τ quos non reperio fuisse in aliquo obiectatos. Non est igitur dubiū quin probent. l. vbi numerus. ff. de testi. τ. c. in oī negotio. eod. tit. Proposita τ deducta in scdo articulo etiā videntur sufficienter probari per honestā mulierem Catharinā vidale relictā Symonis gratuse, que de illis plene deponit, τ que licet femina existat, est testis idoneus in hac
1 causa, † qꝛ mulieres regulariter testes esse possunt in causis ciuilibus, τ matrimonialib⁹. vt no. gl. in. c. forus. prope fi. super verbo feminam. de verb. signi. per. c. tam literis. τ. c. super eo. le. ij. de testi. quinimo etiā possunt esse testes in causa criminali, secundū dispositionē iuris ciuilis. c. in eo. xv. q. iij. quod hic servandū est, cum simus in foro cesareo, per id ꝙ no. doct. in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. τ. c. si duobus. de appell. Probantur etiam per honorabilem virū magist. Petrū chambaudi notariū, vltimuꝫ testem: quorū depositiones coadiuuātur ꝑ depositiones multorū aliorū, quatenus illi super dicto scdo articulo testificant, τ deponūt se dici audiuisse fuisse factas conuentionē τ pactū, de quib⁹
2 in illis. † Preterea videretur ꝙ prefatus Chambaudi non plene, seu clare deposuerit de τ super contētis in dicto scdo articulo, ille posset, non obstāte publicatione attestationū testium predictorū, etiam si ille extiterint vise τ percunctate, iterum examinari τ audiri ex officio venerabilis τ egregij viri do. iudicis ciuitatis τ principatus Aurayce in hac causa ꝑsidentis, per id qđ habetur in. c. cum clamor. τ quod ibi docto. de testi. Non enim timetur subornatio in iudice, τ ideo quāuis non ad petitionē partis, ex suo tamen officio potest testes interrogare quandocunq; sibi visum extiterit. c. iudicantem. xxx. q. v. τ. l. vbicunq;. ff. de interrog. actio. quod procedit non solum in processu, in quo procedit ex suo officio: sed etiam in eo, in quo procedit inter partes. vt no. glo. in. c. per tuas. τ. d. c. cum clamor. de testib. τ in. c. in presentia. de prob. pro quo potest videri glo. in. d. c. iudicantē. Poterit igitur dictus magister Chambaudi per ipsum do. iudicē, τ ex suo officio interrogari de τ super promissione de reuendēdo facta per Claudiū monerij, de reuēdendo terras in dicto libello latius mentionatas τ expressas, vt sic habita clara veritate possit ad diffinitionem cause huius omni procul dubio procedere. Que omnia dixerim, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Remedium. c. reintegranda, datur contra etiam titulo possidentem, nec huic obstat exceptio dominij. A. F.

1 ¶ Remedium. c. reintegranda. iij. q. ix. cui competat τ contra quem detur τ nu. 4.
2 Exceptio dominij non obstat agenti remedio. l. si coloni. C. de agric. τ censi. lib. xi.
3 Probatio proprietatis nihil adminiculatur in possessorio recuperande possessionis.
5 Opponens de iure tertij an admittendus.
6 Instrumentum productum non redactuꝫ in publicam formam per eum qui recepit illud, sed per alium de cuius commissione non apparet, an faciat fidem.

¶ De acquir. poss. Consi. ccxxx.



Viso ꝓcessu cause cepte, τ aliquādiu agitate per τ inter prouidum virum Joannem ruysse actorē ex vna parte, τ honorabilē virum magistrum Joannē de sancto Lupo notarium, necnō honestas mulieres Joannā vxorē Philiberti chaponi de sancto Romano, τ Claudiā eiusdem Joannis, τ cuiusdam quondam nuncupati Pelapra vita functi reos ex alia, dico τ respondeo dictum Joannem actorem fouisse τ fouere bonā causam. Et vt hoc facilius demonstrari valeat, ꝙ, si vt oportet bene attendatur ad libellum parte eiusdē Joannis in hac causa
1 oblatum, † ipse intentauit remedium. c. reintegrāda. iij. q. ix. qđ competit cuilibet, qui a possessione sine iusta causa cecidit, scđm doct. magis communiter. in. c. cuꝫ ad sedem. τ in. c. sepe. de restit. spol. τ Bar. in. l. si coloni. C. de agric. τ censi. lib. xi. de quo moderni doct. in. l. rem que nobis. ff. de acquir. possess. Alex. de imo. in. l. naturaliter. §. nihil. cōe. versi. dicit Bart. τc. ff. de acquir. possess. consi. lj. exordiente, Viso τ discusso processu τc. in. i. volu. τ consil. cxvij. exordiente, Viso processu in causa τ lite τc. in. ij. vol. τ cons. vj. exordiente, Circa processum cause vertentis τc. versic. capio secundum dubium τc. vbi multum eleganter. τ Angel. aret. in. §. quadrupli. circa medium vers. sed quid si sine vitio: ibi, sed reuerendissimus in Christo pater τc. instit. de actio. ad quem competit remedium huiusmodi, non solum contra eum qui mala fide possidet vel sine titulo, sed etiam contra eum qui possidet cum titulo, vt voluit Ant. de but. in. d. c. sepe. Jo. cald. in preal leg. cap. cum ad sedem. Pan. in. c. si diligenti. de prescript. τ Roma. in. d. l. rem que nobis. τ Angel. aret. vbi supra. τ Alex. de imo. in dicto consi. cxvij. in. ij. vol. Et nimirum si remedium huiusmodi detur contra titulo possidentem: qꝛ exceptio dominij non obstat agēti remedio dicti canonis reintegranda, vt sentit Inn. in. d. c. sepe. hoc apertissime firmat Anton. de butr. ad quod allegat not. per
2 Innoc. in. c. post electionem. de concessio. prebend. † Ubi tenuit Inno. ꝙ agenti remedio dicte. l. si coloni. non obstat exceptio dominij. Cum igitur sufficienter probatum extiterit parte dicti actoris, ꝙ ipse, Floreta eius mater, τ alij in libello parte eius in hac causa oblato plenius mentionati tenuerunt, τ possederunt pacifice τ quiete domum, cameram, τ vineā in libello huiusmodi plenius declaratas, cōfrōtatas, τ expressas, nec ex aduerso probatum extiterit, ꝙ ipsi Joānes τ Floreta sua culpa seu facto ceciderint a possessione dom⁹, camere, τ vinee huiusmodi, aut possessionem predictam perdiderint, palam infertur eundem Joānem suo τ cessionario nomine dicte Florete eius matris fuisse, fore, τ esse reintegrādum in possessione domus, camere, τ vinee, predictarum, τ illarum possessionem pro dimidia parte τ indiuiso sibi fore restituendam, dimittendam, τ relaxandam.

Quibus non obstāt deducta, proposita, τ allegata ex aduerso in quibusdam pretensis articulis exordientibus, Excipiēdo τ alias τc. Et primo quidē non qđ opponitur de pretensa nullitate donationis olim, Anno vcꝫ dñi M.cccclxviij. τ de mense Januarij, facte per honorabilē quondam virum Joannem germani τ Agnetam eius vxorem dictis Florete, Germane, τ Joanni, ac Entropio, τ Alaysete eiusdem Florete filijs naturalibus τ legitimis. Tum qꝛ licet dicti coniuges donauerint eisdē Florete, Joāni, τ alijs prenominatis eorū bona presentia τ futura: ipsi tamē sibi retinuerunt τ etiā reseruarunt certas pecuniarias summas, de quibus possent disponere τ testari. Tū τ qꝛ presupposito, citra preiudiciū veritatis, ꝙ donatio predicta de iure nō valuisset, que fuit τ est valida τ efficax: hoc tamē eidē Joanni agenti, vt predixi, predicto remedio, τ sic possessorio recuperāde possessionis, nō refragaretur vel obesset.
3 † Quia vt dicit Bal. in. l. fi. C. qui legi. perso. τc. probatio ꝓprietatis nihil adminiculatur in possessorio recuperande possessionis: pro quo allegat. l. si quis ad se fundum. ff. ad. l. iuli. de vi. τ vt dicit Ant. de but. in. d. c. sepe, τ post eum Alex. de imo. in. d. cons.
4 cxvij. † remediū dicti canonis reintegrāda, competit etiam illi, qui mala fide possedit: τ idem voluit ipse Alex. cons. vj. exordiēte, circa processum cause vertentis τc. in. iij. vol. τ Roma. in. d. l. rem que nobis. ff. de acquir. poss. Etiam nec refragātur siue obstant proposita τ deducta in. ij. τ. iij. dictorum articuloruꝫ. Tum qꝛ prefati de sancto Lupo, Joanna, τ Claudia opponūt de iure
5 tertij, † τ sic non fuerunt admittendi. l. cum seruū. τ quod ibi per doct. C. de ser. fugi. facit. l. his consequenter. §. j. τ qđ ibi per doct. C. fami. ercisc. τ ꝙ not. glo. in. l. ij. C. si ager vectig. peta. Nisi forte quis opponat, ꝙ imo eisdem de sancto Lupo, Joanne, τ Claudie opponere licuerit de cōtentis in dictis. ij. τ. iij. articulis, propter titulos, quos se habere pretendunt a dicta quondā Agnete: τ etiam propter pretensas compromissum, sententiam, τ adiudicationem ex aduerso allegatas τ deductas: sed hoc non refra-
6 gatur, ea maxime ratione, † qꝛ illa duo pretensa instrumenta in dicta causa producta parte dictorū de sancto Lupo τ cōsortum non probant, cum degrossata τ in publicam formam redacta nō fuerint per eos, qui illa recepisse pretenduntur, sed per alios, de quorum tamē commissione non apparet, nec de ea sibi creditur, per ea que no. doct. in. c. quoniam contra falsam. de proba. Tum etiam τ alia ratione non refragantur eidem Joanni actori proposita τ deducta in dictis articulis, qꝛ non licuisset dicte quondaꝫ Agnete sua propria autoritate vēdere, vel donare, vel alias alienare bona donata: nec eorum possessione sua propria autoritate spoliare aut priuare dictos Floretam, Joānem, τ cōsortes. Quo vero ad dictas pretensas compromissum, sententiam, τ adiudicationem, apparet etiam illas non esse probatas.

Proposita vero τ deducta in quarto, quinto, sexto, septimo, τ octauo dictoruꝫ articulorū, etiā non suffragantur dictis reis, nec officiunt seu nocent dicto Jo-

anni actori, vtpote que nō admissa, sed repulsa extiterunt. Etiā non obstant proposita in. ix. x. & xi. articulis, cum de eorum contrario satis cōstet & appareat per depositiones testiū parte prefati Joannis in causa productorū. Insuper etiam non proficiūt dictis reis proposita in. xij. xiij. xiiij. & xv. articulis, vtpote que, vt iam dixi, probata nō fuerunt. Et idē dico de contentis in. xvi. articulo, pro eo qr inibi contenta nō probantur. Contenta vero in. xvij. articulo ideo non obstant prefato Joāni ruisse, qr si cōstet de inibi contētis, illa pretensa possessio peruenit ad Andreā Columbeti inibi nominatum, postquā ab illa ceciderunt Joannes ruisse & alij predicti. & a cuius recuperatione non est repellēdus idem Joānes pro parte qua agit, per ea que superius dixi. Non enim apparet prescriptū remedio seu beneficio dicti canonis reintegranda. Etiā deducta in. xviij. articulo dicto Joanni non obstant: vtpote de quorum cōtrario apparuit & apparet per depositiones testiū parte eius productorum. Contenta autem in. xix. articulo etiā non obstant dicto Joanni. Tum qr non probata, pretensum enim in instrumentum pro illius iustificatione in hac causa productum non facit fidem, vt superius dixi: & si faceret fidē, non noceret quominus potuerit & possit intentare remedium per eum intentatū. Et ex his consequēter infertur nō obstare proposita in. xx. xxi. & xxij. articulis, etiā si illa probarētur esse vera: pro eo qr, vt predixi, predictum remedium intentatur etiam contra titulo possidentem, etiā si bona fide possideret. Etiā nec obstant quod de vinea opponitur in. xxiij. & quibusdam sequentibus articulis. Et primo quidem non qd inibi pretenditur dictam Agnetam possedisse vineam huiusmodi vsque ad tempus mortis & decessus illius, cum de contrario appareat per depositiones testiū parte prefati Joannis in causa productorum. Contenta in. xxiiij. articulo, etiā ea ratione non obstāt, qr de eis non apparet. Et idem dico de contentis in. xxv. articulo. Contenta autem in. xxvi. & xxvij. articulis, etiam dicto Joanni ea ratione non refragantur siue obstant, qr possessio vinee inibi mētionate ad eum peruenit incuria, seu negligentia, & culpa tutorum, aut administratorum dicti Joannis, & aliorū predictorum, aut saltem postquam ipse & alij incuria seu culpa eorundem ab illa ceciderunt. Et sic ea, de quibus ibi, eidē Joanni non obstāt quominus restituatur & restitui debeat in dicta possessione. Contenta autem in. xxviij. articulo ideo ipsi Joanni non obstant, qr de eorum contrario apparuit & apparet. Similiter nec eidem Joanni obstiterunt vel obstant contenta in. xxix. & xxx. articulis, qr de illis non apparet. Postremo nec eidem obstiterunt siue obstāt proposita & deducta in. xxxi. articulo per rationes satis sufficienter superius deductas.

¶ Argumentum.

¶ Edita actio, siue libellus obscurus propter debitarum qualitatum omissionem responsionem non meretur, nec litis contestationem. A. F.

1 ¶ Libello per omissionem expressionis conditionum, & qualitatum obscuro an teneatur pars respondere, & super eo litem contestari.
2 Actiones an & qn̄ confundantur si creditor debitori succedat.
3 Per fideicommissum succeditur testatori non heredi grauato.
4 Aduocati modeste debent scribere, & non mordere socios vel amicos.

¶ De eoden. Consi. ccxxxi.

NIhil prorsus deducitur vel allegatur in iure parte venerabilis capituli ecclesie Aurayecensis in quadam schedula exordiēte, Sine iusta causa &c. nouissime oblata in hac causa, per quod appareat quendam pretēsum libellū parte eiusdem venerabilis Capituli, alias coram egregio viro do. iudice ciuitatis & principatus Aurayce contra honorabilē virum Laurentiū Caroli oblatum, & productū fuisse & esse iuste & rationabiliter, & sic nō sine iusta causa, aut cauillose, seu etiam imprudēter, prout sibi persuadere nititur do. aduocatus eiusdē Capituli, impugnatum, & de eius ineptitudine in certis eius capitulis seu pūctis parte dicti Laurētij oppositum & obiectū. Et hec vt clarius appareant discurrende sunt partes dicte pretēse schedule. Dicit igitur dictū venerabile Capitulū non posse iudicare de animo Joannis gontardi eorū pretēsi donatoris, quod profecto pace salua dixerim frustratorie dictū est: non enim hoc fieri postulauit, nec postulat prefatus Laurentius, sed petijt & postulauit declarari qualitates & conditiones cuiusdā pretense donationis eidē venerabili Capitulo per Joannē gontardi facte, vt asserit, & de quibus pretensis qualitatibus & conditionibus (quāuis multū insufficienter) mentio facta fuit in. xviij. articulo, dicti pretēsi libelli. Quo vero ad id, quod successiue in dicta schedula dicitur, qd idē Laurentius de cōditionibus dicte pretēse donationis, si que existāt, certificabitur per productionē instrumēti post litiscontestationem faciendam, & qd erunt sibi salue exceptiones cōtra eandem pretensam donationē, si quas habeat idem Laurentius: & subiūgit idem Capitulū, qd istud eidem Laurētio sufficere debet, nisi
1 velit cauillari, respondeo qd hec non procedūt: † qr, cum ratione omisse expressionis conditionū & qualitatum, sub quibus idem venerabile Capitulū dicit fuisse factam dictam assertam donationem, dictus assertus libellus fuerit & sit obscurus, nō tenebatur nec tenetur prefatus Laurētius eidē respondere, nec super eo litē contestari. Pro quo allegare sufficiat. c. significantibus. & c. fi. & quod ibi doc. de libel. obla. & qd etiam no. legiste. in. l. fi. C. de annali exceptio. de quo etiam doc. in. l. edita. C. de eden. Interest enim ipsius Laurētij videre & intelligere sub quibus qualitatibus & cōditionibus huiusmodi pretensa donatio facta extiterit, vt sic possit deliberare, an liti cedere debeat, aut potius contendere. Et hec est causa propter quā potest & consueuit impugnari libellus obscurus. Quod autē dicit idem venerabile Capitulū exceptiones cōpetentes eidem Laurētio fore sibi saluas, etiam post litē contestatam. Respondeo qd de hoc non est dubiū quoad peremptorias, sed hic opponitur exceptio contra libellū, & sic ad processum impediendū, quod fieri potest, per predicta. ¶ Preterea quoad id, quod vlterius subijcitur in predicta schedula, scilicet dictū pretensū libellū fuisse male impugnatū quoad centū & quinquaginta florenos parte dicti Capituli in eodē petitos, dico & rn̄deo satis sufficienter, si non desipio, vidisse & reuidisse, ac etiam palpasse non solum articulos in dicta schedula mētionatos, sed etiam totū libellum superius mentionatū: & consulo prefato venerabili Capitulo, seu. d. aduocato illius dictatori vt idipsum faciat, & cum id fecerit, videbit qd profecto non querendo nodū in scirpo, prout ipse iterū iniuriose pretendit, ciuiliter & iuste fuit dictus libellus quoad dictos centū & quinquaginta florenos impugnatus. Volo enim, vt ipse ponit, citra tū preiudiciū veritatis, qd nobilis quondā mulier Delphina castellane superuixerit nobilibus Andriuete & Argētie eius pretensis sororibus. Sed ex hoc non infertur qd ipsa Delphina, etiā si viueret, quinimo & si omnia bona dictarū quondā Andriucte & Argentie apud eam existerēt, teneretur eidē capitulo in dictis centum & quinquaginta florenis: cuius illa esset rō, qr ipsa non fuit, nec esset si viueret, nec fuisse, pponitur heres dicte quōdā Argētie, que dictos florenos quiquaginta donasse d. honorabili quōdā viro mag. Antonio gōtardi eius asserto marito & centū recognouisse in eius testō: sz illius heres extitit & extitisse, pponit in dicto pretēso libello nobilis quondā mulier Gētilis ipsius Argentie quondā mater. qd vt plenius intelligat idē. d. aduocatus legat dictū eius libellū, & presertim in. viij. articulo: vbi & institutionē dicte Gētilis amorose factā per dictā Argentiā, & aditionem hereditatis eiusdē Argentie factā per ipsam Gentilē palā proposuit & deduxit. Debebuntur igitur dicti centū & quinquaginta floreni dicto magistro Gontardi cum viueret per prefatā Gentilem, etiā cum viueret, tanquā per heredē Argentie debitricis: si autē mortua est eadē Gentilis, videat quē heredē instituerit: ipse enim post deductionē multorū pretensorū legatorū factorum, vt dicit, per dictā Argentiam dicto magistro Gontardi, etiam proposuit & deduxit in. xxv. articuloq;, qd ipsa Gentilis heredem vniuersalē instituit dictum magistrum Antoniū
2 gontardi. † Qui si illius hereditatē adiuerit, cōfuse sunt actiones, qr sic successisset creditor debitori. pro quo allegasse sufficiat l. debitori. & quod ibi gl. & doc. C. de pac. l. licet. C. ad. l. falci. & l. stichum. §. aditio. ff. de solu. Si vero non adiuerit, quērat aliū heredem, cōtra quē experiatur. ¶ Ex premissis infertur, qd etiam presupposito, citra preiudiciū veritatis, qd in vim pretēse substitutionis facte per nobilē quondā Alziariū castellani omnia bona eiusdē Alziarij, & que postea fuerunt dictarum Andriucte & Argentie, peruenissent ad dictam nobilē Delphinā, & qd dictus Laurētius heres vniuersalis existat eiusdē nobilis Delphine, nō propterea inferretur nec infertur qd ipse debeat cōueniri pro dictis centū & quinquaginta florenis, qr nō propterea cēseri deberet ipsa quondā Delphina fuisse heres Argētie debitricis: qr per illā pretensam substitutionē, que si que extitisset fuisset fideicōmissaria, nō successisset eadē Delphina prefate Argētie, sz di
3 cto Alziario: † qr per fideicōmissum succeditur testatori, nō heredi grauato. l. coheredi. §. cū filie. & qd ibi doc. ff. de vulg. & pup. Et quemadmodum nō teneretur ad dictas summas dicta Delphina si viueret, ita nec ad illas tenet prefatus Laurētius tanquā eius heres. Si igitur antea nesciebat dictus. d. aduocatus quid

quid ideʒ Laurentius, aut eius aduocatus peteret, nisi querere
4 vellet nodos in scirpo. ipse nunc si placet ⁊ intelligat, ⁊ cũ pla-
cuerit modestius scribat, ⁊ presertim cũ eis, qui idipsum faciũt,
⁊ facere volunt ⁊ non mordere socios vel amicos. Ex quib⁹ om-
nibus apparet dictum pretensum libellum nõ fuisse nec esse re-
sponsalem, sed repellenduʒ quoad puncta ⁊ passus, in qbus exti
tit impugnatus: ⁊ propterea fuisse ⁊ esse male ⁊ indebite proces-
sum per dominum iudicem ciuitatis ⁊ principatus Aurayce, be
ne vero ⁊ ob causas sufficientes ⁊ legitimas ad vos venerabilem
⁊ egregium virum dominum iudicem appellationum ⁊ nullita-
tum predicti principatus appellatũ, prouocatũ, ⁊ recursum: que
dici, declarari, ⁊ ordinari petit prefatus Lauren. ⁊ alias ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ In trebellianicam quartam fructus computare liberi primi gradus per testatorem onerari non possunt. V. F.

1 ¶ Soror contenta certa summa renuntiãs fratri bona, actio-
nes, ⁊ iura paterne hereditatis, an donasse videatur.
2 Due quarte an possint detrahi ex substitutione compendiosa.
3 Detractio legitime an possit prohiberi, ⁊ quid in trebellianica.
⁊ nu. 5. ⁊ 6.
4 Extensio rationis in materia correctoria quando non fienda.
5 Fideicõmissarius vniuersalis an possit compellere heredẽ adi-
re ⁊ restituere, ⁊ quid in legatario.
6 Testator an possit disponere q liberi primi gradus sibi cõpu-
tent fructus in trebellianicam.
7 Veritatem difficile est inuenire vbi sapiẽtes discordant.
8 Trebellianica sine legatorum onere debetur. merito fideicõmis-
sarius vel eius heres detrahere possunt soluta de legatis.
9 Legitima que quota sit.

¶ Ad senatuscon. Trebel. Consi. ccxxxij.



Ponitur in facto q du-
dum fuit in humanis magnificus quondaʒ vir
do. Astorgius de petra, habens tempore eius
vite ⁊ mortis duos filios ⁊ vnam filiam, natu-
rales ⁊ legitimos, scilicet dominos Hectorem,
Aldebertum ecclesiasticũ ⁊ Gaillardam, que fuit vxor magnifi-
ci domini Bertrãdi de lenis. Qui dominus Astorgius primus
Anno incarnationis dominice Millesimo quatercentesimo de
cimoquinto, ⁊ de mense Februarij, fecit ⁊ condidit eius vltimuʒ
⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo eisdem dominis Aldeber
to ⁊ Gaillarde certas res ⁊ pecuniarum quãtitates inibi pleni⁹
expressatas legauit, ⁊ iure institutionis reliquit. Dictũ vero do.
Hectorẽ eius filiũ primogenitum heredẽ vniuersalẽ instituit: et
sibi quãdocũq; post ipsius dñi testatoris aditã hereditatem, vel
ante decederet substituit primogenitum ipsius Hectoris insti-
tuti de legitimo mrimonio pcreatũ, si habilis esset. Fecit ⁊ alias
substitutiones, sed quia ille proposito non seruiũt, ideo omittun
tur. Mortuo vero dicto domino testatore prefatus domin⁹ He
ctor eius filius bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuit, ⁊ dein-
de post lapsum longi tẽporis vita functus est, ⁊ ab humanis inte
status decessit, superstite magni do. Astorgio eius filio primoge
nito, ⁊ habili naturali ⁊ legitimo, qui se bonis ⁊ hereditati eius-
dem cum inuentarij beneficio immiscuit, ⁊ substitutionem seu fi
deicommissum per dictum domi. testatorem eius auuʒ paternũ
relictum acceptauit. Deinde vero dictus dominus Hector, vl-
timus Astorgius seu nepos prefati testatoris. pridem de Anno
incarnationis dominice. M. cccclxxxviij. ⁊ de mense Septẽbris
habens tunc ⁊ tempore mortis duos filios masculos naturales
⁊ legitimos scilicet magnificũ do. Antoniũ pmogenitũ, ⁊ domi-
num Aldebertum, ⁊ sex filias, tres videlicet moniales, ⁊ tres ma
ritatas, naturales ⁊ legitimas fecit ⁊ condidit ei⁹ vltimũ ⁊ solẽ
ne testamentum: in quo inter cetera per eum disposita ⁊ fieri or-
dinata heredem vniuersalem instituit dictum dominuʒ Anto-
nium eius primogenitum naturalẽ ⁊ legitimum, cui post factas
substitutiones de ipsius do. Antonij liberis masculis ⁊ habili-
bus, substituit in hec verba. Casu vero quo contingat dictũ no-
bilem An. heredẽ suũ esse, vel heredẽ nõ esse, ⁊ eundẽ quandocũ-
que decedere sine libero, seu liberis masculis eo casu dicto nobili
Antonio substituit, ⁊ sibi heredẽ vniuersalẽ instituit dictuʒ do.
Aldebertũ. Filias vero eiusdẽ do. Anto. si que ei superessent, vo
luit maritari ⁊ dotari de bonis suis iuxta conditionẽ persona-
rum suarum ac statutũ, ⁊ facultatẽ bonorũq; domus sue, ⁊ ad re-
gardam ⁊ arbitrium parẽtum ⁊ amicorũ suorum, ⁊ cum earum
dote vel dotibus voluit illam ⁊ illas de bonis suis contentari.

Ex casu predicto oriuntur du-
bia sequentia. Primo quanta sit legitima dictorum magnifico
rum domi. Antonij. ⁊ Aldeberti, ⁊ sororum, ⁊ eorum cuiuslibet.
¶ Secundo an, si prefate dñe sorores laice aut moniales conten
te fuerint fortaisse minoribus q̃titatibus, seu summis, q̃ ascen-
dant earum legitime, debet illud plus accrescere legitime dicti
magnifici do. Antonij moderni domi. de Petra, aut hereditati
dicti quodnam do. Astorgij eius patris. ¶ Tertio si continge-
ret eũdem magnificuʒ dominum Antonium ab humanis sine li-
beris masculis naturalibus ⁊ legitimis decedere, de quo ⁊ quã-
to posset idem do. Antonius disponere ⁊ testari de bonis dicti
quondam do. Astorgij eius patris.

Christi nomine inuocato, Viso pre-
dicto ca-
su, ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi
prout infra. Et primo ad primum q, cum dicto quondam domi
no Astorgio vltimate vita functo superfuerint octo liberi, duo
videlicet, masculi et sex domicelle, horum omnium legitima fuit
⁊ est semis bonorum eiusdem do. Astorgij equaliter inter eos di
uidendus authenti. de trien. ⁊ semis. §. j. ⁊ sequ. colla. iij. ⁊ trãsum
ptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. ⁊ sic legitima cuiusli
bet ex dictis octo liberis, fuit decimasexta pars bonorũ dicti do
mini Astorgij, in qua null⁹ ex eis grauari potuit. l. omnimodo.
l. quoniã in prioribus, ⁊. l. scimus, in prin. C. de inof. testa. Et hoc
non habet dubium.

Ad secundũ dico ⁊ respondeo
quod cum, vt audio, prefate domine et moniales, et laice post
mortem dicti quondam domini Astorgij earum patris conten-
te certis summis, aut alijs rebus renuntiauerint paterne he-
reditati, ⁊ omnia bona ac iura ⁊ actiones eisdem competentia
⁊ competentes remiserint et donauerint dicto domi. Antonio,
non est dubium quin illud plus applicari debeat eidem domino
Antonio: verba enim hoc clare sonant, a quibus propterea non
est recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis, ⁊. l. non aliter. ff.
1 de lega. iij. † ⁊ non solum videtur hoc procedere si, vt predixi, pre
fate domine bona, iura, ⁊ actiones huiusmodi expresse donaue-
rint ipsi do. Antonio. sed etiam si dũtaxat bona, iura, ⁊ actiones
huiusmodi eidem renũtiassent, qr sic sibi donasse viderentur. ar.
l. si actionem. ⁊ qð ibi Bal. Pau. de cast. Alexã. de imo. ⁊ moder.
C. de pac. ⁊ quod voluit Alex. de imo. in. l. sicut. C. de acqui. here.
⁊ Pau. de cast. in. l. plane. la. ij. §. si duobus. ff. de leg. j. qui volunt
per dictam legem, si actionẽ, q renuntiatio prosit illi, cuius con
templatione facta est, ⁊ quod illius contemplatione facta videt̃,
cui fit. d. l. si actionem. secundum vnam lecturam.

2 † Ad tertiuʒ dico ⁊ respondeo
quod, cum, substitutio facta dicto domino Antonio fuerit ⁊ sit
compendiosa, ⁊ sub cõditione, posset idem dominus Antonius,
nisi quartarum detractio prohibita extitisset, detrahere duas
quartas, secundum opinionem magis communem, quam tenuit
glo. ⁊ sequuntur Bar. ⁊ doct. in. d. l. papinianus. §. meminisse. ff.
de inoff. testa. glo. ⁊ Bar. in. l. quanquam. C. ad. l. falc. Bal. in. l. fi-
lium quem. C. famil. ercisc. pro quo sunt boni text. hanc opinionẽ
approbãtes. in. c. raynutius. ⁊. c. raynaldus. de test. Sed qr facta
3 est prohibitio detractionis quartarum, est maius dubiuʒ. † Ve-
runtamen quoad legitimam, puto q detractio illius prohiberi
non potuerit, pro eo qr idem do. Antonius in illa grauari non
potuit. l. omnimodo. l. quoniã in prioribus. ⁊. l. scimus superius
allegatis. Quo vero ad trebellianicam sunt opiniones. quidam
eñ dixerũt q testator illã prohibere valeat: ⁊ hec fuit opinio gl.
instit. de fideicõ. lib. §. sed qr stipulationes. ⁊ in auth. de heredi. ⁊
fal. §. si vero expressim. O dof. Jaco. de are. Pet. ⁊ Cy. in auth. sʒ
cũ testator. C. ad. l. falcid. Et hanc sequuti sunt alij multi in mul-
tis ⁊ varijs locis. Alia fuit opinio aliorum dicentiũ detractio-
nem quarte hmõi prohiberi non posse, ⁊ hec fuit opi. gl. in auth.
sed cum testator. ⁊. l. si vt allegas. C. ad. l. falcid. quã sequutus est
Jaco. de belloni. in authẽ. de heredi. ⁊ fal. §. hinc nobis. in. xvj. q.
pro qua opinione facit, qr cum non reperiãtur correcta iura an-
tiqua volẽtia testatorem non posse prohibere trebellianicam. d.
4 §. sed qr stipulationes. ⁊. d. l. si vt allegas, † non debet fieri ex idẽ-
titate rationis extensio in materia correctoria. vt no. gl. in auth.
quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Facit etiam qr diuersa est ra-
5 tio in trebebellianica ⁊ falcidia, † quoniam vniuersalis fideicom
missarius compellere potest heredem adire ⁊ restituere. l. qr po-
terat, cuʒ suis si. ff. ad trebel. secus autem in legatario. l. nam qð.
§. si. cum. l. seq. ff. eo. tit. vnde cum in vno grauetur heres a fidei-
commissario, nõ est mirandum si lex heredẽ releuet in alio, in eo

videlicet vt trebellianica prohiberi nō possit. arg. in aut. de trie. ꝛ semis. §. studendum, colla. iij. ꝛ in. l. eum qui, in princ. ff. de iure iuran. Et istā partem sequitur simpliciter Jo. de imo. in. l. mar cellus in princip. ff. ad trebel. Et idem voluit Jaco. but. in dicta authenti. sed cum testator. vt refert Bal. in. d. l. filiū quē. C. fami. ercis. idē tenet Bal. in repeti. c. si pater, in fi. de testa. in. vj. ꝛ in di cta authēti. sed cum testator. Et hec opinio visa est verior. Alex. de imol. in dicta. l. marcellus, in fin. Que saltem videtur debere procedere in hoc casu, pro eo quia dictus dominus Antonius est de liberis primi gradus prefati quondā do. Astorgij testatoris, qui propterea non videtur potuisse prohiberi ne trebellianicam detraheret, vt not. voluit Bald. in. l. iubemus, ꝛ per illum
6 tex. C. ad trebellia. † vbi tex. vult ꝙ testator non possit disponere ꝙ liberi primi gradus sibi computent fructus in trebellianicā quod si ita est, scilicet ꝙ testator hoc modo trebellianicā minuere non possit, ergo nec poterit eam in totum tollere seu prohibere. arg. l. videamus. §. penulti. ff. de in lit. iuran. idem voluit Sal. in. d. l. iubemus, motus qꝛ posteriores leges, nolentes testatorē posse prohibere trebellianicā debent distingui secundū iura vetera. l. sed ꝛ posteriores. ff. de legi. ꝛ sic debent distingui per dictā legem iubemus. ꝛ hanc opinionem sequutus est Roma. in. d. l. marcellus: que etiam videtur placuisse Alex. de imo. cōsi. v. exordiente, Circa primum dubium videretur prima consideratione ꝛc. in tertio volu. Fateor ꝙ Cy. ꝛ alij quidā huic opinioni cōtradicūt, dicentes ꝙ etiā liberis primi gradꝰ prohiberi valeat trebellianice detractio. Quo fit vt propter opinionū conflictū ne
7 gari non possit quin hic articulus sit dubius, † qꝛ vbi sapientes discordant difficile est veritatem inuenire. Uerū tenendo primā opinionem, que mihi, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, videtur equior poterit idem dominus testari de dicta eius legitima que deducto, vt deduci debet, ere alieno, ꝛ funeris impensa. d. l. papinianus, est decimasexta pars: ꝛ etiā de trebellianica, que est quarta pars semissis, seu dimidie partis hereditatis dicti quondam do. Astorgij, quia iste quarte non veniūt in restitutione fideicōmis. Etiā testari ꝛ disponere poterit de legitimis dictarū quatuor domicellarū, que vt audio fuerunt sibi cesse, remisse, ꝛ donate: ꝛ pro quibus ipse eisdem domicellis satisfecit, aut satisfacturus est: ꝛ que etiam venire non debebt in restitutione fideicommissi, pro eo quia in illis grauari non potuerunt prefate domicelle. l. omnimodo, ꝛ. l. quoniam in priorib⁹, superius allegatis: nec etiam in illis grauatus est idem do. Anto. Poterit ꝓterea ipse domin⁹ An. disponere ꝛ testari de bōis sibi remissis, ꝛ donatis per nobilē ꝛ potentem virum do. Aldebertū de petra ei⁹ fratrē: qꝛ cum illa legata vel alias relicta extitissent ipsi do. Aldeberto, nō censetur idem do. Antonius rogat⁹ aut alias grauat⁹ de eisdē restituēdis eidē do. Aldeberto, aut alteri eius loco posteriori aut subsequēti substituto. Dictus etiam do. Antonius, seu ex persona ipsi⁹ eius heres deducet sumptus et expensas si quos fecerit ꝓ reparatione domorum, vel aliorū bonorū hereditariorū, ꝛ ad illorū perpetuā vtilitatē, iuxta ea que habentur in. l. domos, ꝛ se. ꝛ quod ibi per docto. ff. de lega. j. et. l. mulier. §. sed ꝛ ipse si quē sumptum. ꝛ in dictis not. per Rayne. Bar. Jo. de imol. ꝛ Alex. de imol. in. l. vbi pure. §. fi. ff. de legat. j. Deducet etiā es alienū ꝑ eūdem solutū, ꝛ hoc ꝓ dodrante, seu ꝓ tribus quartis partibus non pro reliqua quarta: qꝛ ad causam quarte trebellianice quam detrahet ipse, tenetur ꝛ tenebitur heres ad solutionē quarte partis eris alieni. l. j. cum suis simili. C. ad trebel. Etiā videtur ꝙ heres ipsius do. Antonij poterit detrahere id quod ipse do. Antonius soluerit de legatis per ipsuꝫ quōdam do. Astorgium testatorem qꝛ nō videtur ꝙ prefat⁹ do. Antonius debeat cōtribuere ratione trebellianice in solutione
8 legatorū. † qꝛ trebellianica debetur sine onere legatorum. l. j. §. fi. ꝛ quod ibi glo. ff. ad trebel. ꝛ. l. fi. C. eo. titu. quod etiā voluit Old. cōsi. inibi. xcix. exordiente, Quidam habens tres filios ꝛc. in fin. pro quo allegat. d. l. fi. C. ad trebel. ꝛ no. in. l. ij. C. eo. titul. qđ dicit idem Oldr. procedere maxime vbi est in residuo quod sufficiat ad legata. Et ꝙ trebellianica retineatur sine onere legatorum, fuit de mente scribentium in. d. l. ij. quatenus inibi sentiunt, ꝛ no. ꝙ vbi heres non retinet in quotitate vltra quartam trebellianicam, tunc non tenetur ad legata, quod ibi expresserunt Cy. Alber. ꝛ alij. Et si opponatur ꝙ heres ipsius do. Antonij retinebit vltra quartā trebellianicam qꝛ vt predictum est ipse poterit retinere legitimā, respōdeo ꝙ istud non est retinere in quotitate he-
9 reditatis vltra quartā, † qꝛ legitima nō est quota hereditatis sꝫ quota bonorū, secundū Ja. bu. qui ita no. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. quē refert Bal. in. l. quoties. C. de heredi. insti. ꝛ Andre. sicu. in repetitione. c. raynaldus. de testa. Et hoc etiā voluit Bar. in. l. ex facto, la. ij. versi. istud displicet mihi. ff. de heredi. instit. Et hui⁹ dicti illa est ratio, qꝛ legitima debetur deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa. d. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. testa. quarta vero bonorum, deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa, non est pars hereditatis. l. nō amplius. §. fi. ff. de lega. j. quod etiam voluit Bar. in. d. l. ex facto.

¶ Argumentum.

¶ Donatio inter virum ꝛ vxorem, mutua, iurata ab insinuatione seclusa sub constitutione precarij, vel retentione vsusfructus, que traditioni equipollent, statim valet, nec confirmatione per mortem indiget. U. F.

1 ¶ Clausula, cōstituit se tenere precario, in donatione posita, traditionem operatur, item retentio vsusfructus. ꝛ nu. 5.
2 Donatio mutua seu reciproca inter cōiuges fieri potest, que nō indiget confirmatione per mortem, nec traditione.
3 Judei cōtrahentes an possint iurare super euangelijs, ꝛ si iurēt more suo saltem an seruare teneantur.
4 Absurditas in quibus vitanda.
6 Renūtiatio insinuationis in donatiōe vltra quingētos aureos an fieri possit.
7 Donatio vltra quingentos aureos, nō obstante insinuationis omissione, iuramento an possit vallari.

¶ De dona. inter vi. ꝛ vxor. Consi. ccxxxiij.



4 Jmo. in dicta. l. a diuo pio. §. in vẽditione, que sententia vera est et procedit, nisi essemus in casu, in quo expediret iura ꝛ actiones equiparari rei mobili vel immobili: vt verbi gratia, vbi quereretur an iura et actiones cõpetentes minoribus, vel ecclesie possint alienari sine decreto: vel vbi diceret lex, vel statutum, ꝛ in omnib⁹ bonis sint heredes agnati vel cognati, sed φ agnatis debeantur mobilia, cognatis vero immobilia: tunc, quia est necesse φ nomina comprehendantur sub istis, iudicamus fm glos. in authen. de non alienan. §. j. sc; φ aut actio datur ad quid mobile, et tunc iudicatur prout de mobili: aut datur ad quid immobile, ꝛ tunc iudicatur prout de immobili: hoc voluit Bart. in dicta. l. potest. ff. de autori. tut. in. l. monentium. ff. de verbo. signifi. et in. l. j. vbi etiam Pau. de cast. C. si aduer. transac. et idem voluit Panor. in dicto c. nulli, col. penul. Ex quibus infero φ, cũ in casu nostro opus nõ existat iura ꝛ actiones dicto Joãni Arlodi cõpetẽtes equiparari bonis mobilibus vel immobilibus, illa debent facere tertiam speciẽ. Et hoc satis aperte dicit Bart. in dicta. l. j. C. si aduer. trãsact. vbi refert docto. dicere, φ si ego concederem tibi bona mea mobilia ꝛ immobilia, φ iura ꝛ actiones non veniunt, quia est tertium genus per se, nec est necesse in hoc casu φ alicui extremoꝝ assimiletur, quia potest esse per se. et subiungit φ Spe. istud tenet in specu. ti. de fructi. ꝛ interesse, ꝛ φ nescit in quo. §. vel versi. Ego aũt puto φ hoc sit in. §. j. versi. secundo queritur ꝛc. Et quis pro hac parte possint allegari ꝛ induci alia multa, sufficiat tamen allegasse id quod plene voluit Ange. cõsilio mihi. ccxl. exordiente, Anastasius olim venture populi ꝛc. in illa questione qua ibi format ꝛ disputat, an executores deputati ad distributionem ꝛ executionẽ bonorum mobilium ꝛ immobilium, possint distribuere, et distribuendo cõcedere iura, ꝛ actiones, ꝛ nomina debitorum: vbi primo multis medijs arguit φ sic, et deinde eleganter concludit contrarium; et respondet rationibus in oppositum factis. Preterea vnum occurrit, quod voluit Lap. allegatione. xcj. ꝛ post eũ Roma. in dicto cõsili. ccccciẋ. col. iiij. φ licet actio cõnderata respectu eius, ad qđ competit, aliquando dicatur res mobilis aut immobilis, prout est res illa ad quam datur: hec tamẽ distinctio pcedit in actionibus, que competunt ad certam speciem; quoniã si competant ad quantitatem in genere, tunc cõsiderate per respectum ad id, ad qđ competunt, nõ computabuntur inter mobilia, sed facient tertiam speciem: qđ probatur, fm eos, quia ipsa actio de per se non est res mobilis essentialiter, quia nec tangi nec palpari potest. nec etiam ipsum genus, ad quod competit, essentialiter est mobile vel immobile, cum in intellectu cõsistant, non in tactu: tange enim si potes genus humanum, vel genus pecunie, aut seruorum. et subiũgit Roma. vbi supra, hoc esse singulare verbũ, et se non meminisse ab alio dictũ. Et idem dicit ipse Roma. in dicta. l. si cõstante. §. fi. Et quia visus est Roma. de hoc dicto Lap. exclamasse, dicit Andre. sicu. in dicto. c. nulli, in fi. de Roma. ꝛ cõtra eum, tu aperias os contra eum: φ illud fuit dictum Bart. in dicta. l. j. C. si aduer. transact. Concludendo igitur dico super hoc primo quẽsito, φ dictus Joannes arlodi non tenebatur, nec tenet̃ cõmunicare aut cõferre dicto Carolo ejus fratri iura ꝛ actiones eidem competentes ¶ Secundum quesitum, quod ex dicto casu oritur, est, an, supposito (citra preiudicium veritatis) φ appellatione honorum mobilium ꝛ immobilium veniret iura ꝛ actiones φ φ idem Joannes arlodi eas non cõtulisset dicto Carolo eius fratri, posset idem Carolus pretendere se esse vniuersalem, ꝛ insolidum heredẽ dicti quondam Stephani. ¶ Tertium, si aliquid, et q̃tum posset idem Joannes arlodi detrahere de bonis dicti quondam Gulielmi eius aui paterni in vim substitutionis superius relate. ¶ Quartum, an vltra ꝛ preter dictas ducẽtas libras, si illas exegerit, et ille ad legitimam sufficiant, vel alias vltra legitimam, posset idem Joannes aliquid detrahere de bonis dicti quondam Stephani eius patris: forte pro trebellianica, cum grauamen istud sit collatum post tempus adite hereditatis, et sic in tempus, quo non directe, sed per obliquum potuit priuari.

Respondi alias primo quesito orto ꝛ elicito ex facto mihi tradito parte honorabilis viri Joãnis arlodi: nunc vero superest respondere alijs dubijs et quesitis ex ipso facto elicitis. Et primo ad secundũ: super quo dico φ, cũ pretensa reuocatio institutionis facte de dicto Joãne arlodi collata extiterit in tẽpus, ꝛ post aditionem, seu immixtionẽ hereditatis Stephani eius patris, nõ potuit per huiusmodi reuocationem reuocare iure directo institutionem de eo factam; quia semel heres nõ potest amplius desinere esse heres, scilicet iure pretorio, vel facto testatoris. l. ait pretor. §. sed quod papinianus, in fi. ff. de mino. et. l. ei qui soluendo, in fin. ff. de heredi. instit. de quo per gl. ꝛ docto. in. l. in substitutione, ff. de vulga. ꝛ pupilla. ad quod facit qđ voluit Bart. Joan. de Jmo. ꝛ docto. in. l. paterfamilias, ff. de he-
5 redi. institu. †dum dicunt φ si testator grauauit heredem, φ non molestaret suijpsius testatoris vxorem, al's voluit hereditatẽ alteri applicari: deinde contingerit φ heres vxorem molestauerit, an ipso iure hereditas illi alteri applice, an̄ vero duntaxat p fideicommissum. vbi respondet Bar. Joan. de Jmo. ꝛ alij cõmuniter, φ p fideicõmissum. censentur em̄ heres rogatus per fideicõmissũ de restituẽdo hereditatem in eum casum, in quem molestaret vxorem testatoris. Idem voluit Ange. areti. §. fi. institu. de lega. ꝛ do. Jason de may. in. l. j. post principiũ. C. de his que pe. no. et ita dicendũ est in casu de quo queritur: in quo, vt patet ex casus narratione, voluisse dicitur dictus quondam Stephanus, φ prefatus Joãnes arlodi eius filius apportare haberet super bonis ꝛ hereditate eiusdẽ Stephani bona ꝛc. et illa dicto Carolo eius fratri cõmunicare haberet: et si hec ꝛ alia quedam non faceret infra tẽpus de quo in dicto eius testamento, dictam vniuersalẽ heredis institutionẽ de ipso Joanne factã reuocauit, retractauit, ꝛ eam p nõ facta habuit, et in hũc casum dictum Carolum heredem vniuersalem insolidum, ꝛ vnicum sibi instituit, et eidem Joanni iure institutionis certam pecuniariam summam legauit ꝛ reliquit: φ scilicet dictus Stephanus hoc facere non potuit, iure directo, sed dũtaxat per fideicommissum: vt sic in euentum conditionis, seu conditionum predictarum, censeatur ipse Joannes arlodi grauatus seu rogatus de restituendo ejus quotam et portionem ipsi Carolo eius fratri; sed ipse Joannes poterit detrahere legitimã in qua grauari non potuit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus ꝛ. l. scimus, in princi. C. de inofficio. testamen. Quod etiam voluit Barto. in quodam suo consilio exordiente, Proponitur φ viso testamento Franciscõni in quo continetur φ reliquit Clare filie ꝛc. detrahet etiam trebellianicam, vt voluit Angel. aret. in dicto §. fi. institu. de lega. ꝛ sic duas quartas. Pro quo facit, quia dict⁹ Joannes arlodi est de liberis primi gradus; qui propterea, constante casu predicto censeatur grauatus sub conditione. seu cõditionibus, de quibus in dicto casu, videtur debere detrahere duas quartas, per doctrinam glo. Bar. ꝛ docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. in. l. q̃quã. C. ad legem falci. de quo etiam
6 per tex. ꝛ docto. in. c. raynutius, ꝛ. c. raynaldus, de testa. †Et quia eidem quondam Stephano superfuerunt Joannes, Carolus, et duo masculi, scilicet Jacobus, ꝛ Joannes, filij quondam Catharine dictorum Joãnis, ꝛ Caroli quondam sororis ipsam Catharinam representantes, ꝛ due filie Magdalene etiam vita functe eorũdem Joannis, ꝛ Caroli sororis, ipsam Magdalenam representantes, ac Antonia, Ludouica, et Joanna sorores adhuc viuẽtes, et sic effectualiter septem liberi. legitima eorum est semis, seu dimidia pars omnium bonorum dicti quondam Stephani testatoris, equis portionibus diuidenda inter eos isto modo, quia videlicet Joannes debet habere septimam partem huius semissis, Carolus vero aliam septimam, partem, duo filij masculi dicte quõdam Catharine aliã septimã partẽ. due filie dicte quondam Magdalene aliam septimam partẽ, ꝛ quelibet ex predictis alijs sororibus septimam partem. auth. de trien. ꝛ semis. §. j. colla. iij. ꝛ transumptiue in authẽ. nouissima. C. de inoffici. testa. iunctis his que ponit Sali. in dicta auth. nouissima, q. vj. et quod ibi dominus Jason charta vltima, col. ij. versi. vltra Bart. queritur. Et p dicta eius legitima, q̃ est septima pars semissis, seu decimaquarta pars omnium bonorum dicti quõdaz Stephani, detrahet idẽ Joannes dictas ducentas libras sibi relictas. si eas recipere voluerit, ꝛ si ille non sufficiant ad dictã legitimã, supplebitur id qđ deerit in substãtia, hoc est in bonis dicti testatoris. dicta. l. scim⁹. §. repletionem. C. de inoffi. testa. si aũt vellet habere idem Joãnes integrã eius legitimã in bonis testatoris, non in pecunia, ipse de iure hoc facere posset. dicto. §. repletionem, ꝛ quod p docto. ꝛ qđ voluit

voluit Barto.⁊ docto.in.l.suus,in principio.ff.de heredi.institu. quamuis audiam quod in Delphinatu possit de consuetudine in pecunia relinqui legitima. Detracta vero predicta legitima de illa portione,in qua fuit heres institutus dictus Joānes arlodi, detrahetur consequenter pro dicta trebellianica quarta pars residui,secundum theoricam quam ponit glossa in.d.c.raynaldus,super verbo,licet ipsas,de testa.Et per hec patet respōsio ad dictū secundum quesitum,⁊ ad quartum.

Ad tertium dico ⁊ respondeo qđ cū ſm formam substitutionis deberent bona ⁊ hereditas dicti quōdam Gulielmi primi testatoris eisdem Joanni ⁊ Carolo post mortem Stephani eorum patris restitui detracta legitima ⁊ trebellianica eiusdem Stephani quōdam patris, que legitima fuit quinta pars semissis,seu decima pars omnium bonorū dicti quondam Gulielmi,cum eidem superfuerint prefatus quondam Stephanus,ac dominus Alanus presbyter, Antonia, ⁊ Margareta arlode, filij ⁊ filie eiusdem Gulielmi primi testatoris, necnon Stephanus,Antonia,Joanna, ⁊ Gabriela, nepos ⁊ neptes eiusdem Gulielmi ex Joanne arlodi filio dicti Gulielmi predefuncto,⁊ ipsius Joannis personam representantes, dicta auth. de trien.⁊ semiss.§.j.⁊ transumptiue in dicta auth.nouissima, iunctis ibi no.per Salicetum, ⁊ Jasonē in locis preallegatis : ⁊ hec decima pars detrahi potuit per dictū quondam Stephanum de bonis dicti Gulielmi,in quibus ipse Stephanus fuit heres institutus,deinde vero detrahi potuit de eisdem bonis quarta pars residui pro dicta trebellianica,iuxta theoricam glo.iam allegate in dicto.c.raynaldus,super verbo,licet ipsas,de his duab⁹ quartis ⁊ alijs bonis per eūdem Stephanum acquisitis potuit idem Stephanus disponere ⁊ testari. Residuum vero bonorum dicti quondam Gulielmi debebat in vim substitutionis superius mētionate restitui dictis Joanni,⁊ Carolo equis portionibus substitutis. Et cum prefatus Joānes teneat ⁊ possideat pro semisse, ⁊ indiuiso bona dicti quōdam Gulielmi,ipse poterit retinere id, quod debebat sibi restitui,si per alium possideretur:quod procedit etiam si non se immiscuerit bonis ⁊ hereditati dicti quōdam Stephani cum beneficio inuentarij, nec de bonis illius inuentarium cōfecerit,per id quod voluit Ange.consilio.lxiij.exordiente,Quoniā nihil est ꝙ magis ⁊c.ver.super secūdo. Pau.de ca.cōsilio.xcij.exordiente,Quia dubia supra formata,in secūdo dubio: ⁊ consilio.ccxj.exordiente, Dubium facit in omnibus predictis. Et idem tenuit idē Pau.de cast.in.l.ab omnibus.§.fi.ff.de lega.j.in lectura paduana:⁊ in.l.ita tamen.§.si ex trebelliano.ff. ad trebel.vbi etiam refert se ita pluries consuluisse:qđ est verum,vt patet in predictis consilijs.Et idem in cōsilio.clxv. exordiēte, Queritur primo vtrum heres qui non cōfecit inuētariū ⁊c. Pro hac parte etiam consuluit Rapha.Fulgo. Idem etiam voluit Alex. de imo.in dicto.§. si ex trebelliano : ⁊ Roma. consilio.cclxxvj.exordiēte,Visis dubijs prepositi thematis ⁊c.in secundo quesito: ⁊
7 ante Bal.in.l.debitori.C.de pact. † hi omnes conueniunt in hoc ꝙ heres grauatus per fideicōmissum vniuersale;potest aduersus fideicommissarium vniuersalem deducere,seu retinere id,in quo testator ipsi heredi tenebatur.Cum igitur pars fideicōmissi relicti per dictum quondam Gulielmum prefatis Joanni, ⁊ Carolo deberetur ipsi Joanni per Stephanum patrem actione ex testamento,vt no.glo.in.l.fi.ff.de fideicom.heredi.peti. poterit hoc debitum per eundem Joannem deduci,seu retineri de alio pretenso fideicommisso vniuersali, per ipsum Stephanum ipsi Carolo relicto in euentum conditionis,seu cōditionum superius in casus positione expressarum.

Argumentum.

Confessio non intelligenti parti facta confitenti nō nocet,nisi testibus conuincatur illam intellexisse,⁊ acceptasse. V.F.

1 Confessio an valeat non precedente interrogatione, ⁊ subsecuta acceptatione,etiam si pars fuerit presens.nu.3.
2 Confessio quid sit,⁊ vnde deriuatur.
4 Testis deponens ꝙ talis talia verba protulit Titio presente,an probet Titium intellexisse,⁊ quando.
5 Presens corpore,non animo,an pro absente habendus.

De confessis. Consilium.cclvij.

1 
Etiā† si per depositiones testium,vel alias,constaret,aut legitime appareret, quod venerabilis vir dominus Monetus audrici, canonicus collegiate ecclesie sancti Desiderij Auenionis,dixisset se habere plures scripturas venerabilis quōdam viri dñi Joannis rochiaci,canonici cum viueret dicte collegiate ecclesie,⁊ que erant ad vtilitatem magistri Gulielmi godini fuserij,⁊ Joāne cōiugum habitatorum Auenionis eiusdem do.Rochiaci pretensorū heredum,⁊ quasi de summa centū vel sexaginti florenorū ⁊ qđ inter eas erat vna apocha dñi barberij de Cauallione ⁊c.nō ꝓpterea cōuincereť nec cōuinci posset idem dñs Monetus penes se habuisse vel habere ꝑdictas scripturas, ⁊ signāter dictā pretensam apocham,etiam si tempore quo hec dixisset presentes extitissent dicti Gulielmus ⁊ Joāna cōiuges, vbi nō probatur ꝙ ad petitionem seu interrogationem eorūdem idem dñs Monetus ꝑdicta expresserit,aut ꝙ ipsi huiusmodi pretensam cōfessionem acceptauerint,per id quod voluit Cyn.in.l.j.in.vj.qđ.⁊ quod ibi Salic.expressius in.xv.oppo.C.de cōfes.Sali.in.l. iubemus.C.de libe.cau.⁊ in.l.generaliter.in.vj.q.C.de nō numer.pec. vbi etiam refert se ita sepius consuluisse, ⁊ idipsum tenuisse Richar. de sali.eius patruū.Idem voluit Alexan.de imo.cōsi.cxiij. exordiente, Viso superiore themate ⁊ instrumentis ⁊c.col.v.ver. preterea ista cōfessio non fuit acceptata,in tertio volu. cōsilio.xx. exordiente,In causa appellationis interposite ⁊c.col.j.in quarto volu.⁊ consilio.lxxxij.exordiēte,In causa ⁊ lite vertēte inter prouidum ⁊c.in eodē volu.Idē voluit do.Jason de may. in.l. postꝙ liti,col.j.C.de pac.Et idem voluit Vita. de cāb.in suis clausulis, sub rubricella,enūciatiua verba cōfessionis extra ius ⁊c.col.fi. Et ꝓbatur hoc dictum in.l.fi.ff.de interrog.actio.⁊ ex significatione
2 huius vocabuli Cōfessio,† quia confessio idem est ꝙ simul fassio. deriuať enim a for faris,⁊ dictiōe con,⁊ sic ꝯiūcta denotat simultatē locutionis.l.j.§.j.ff.de pac.⁊.l.cōsensu,in princi.ff.de actio.et obliga.⁊ per alias rōnes,de quibus per doc.in ꝑdictis locis.⁊ ſm Alex.de imo.in dicto cōsi.cxiij.col.v.istud fuit de mēte Bal. in.l. suus heres,ver.scdo no.C.de repudi.here.vbi dicit ꝙ qui nō acceptat verba aduersarij nō potest se iuuare ex vebris huiusmodi, ⁊
3 idem sic dissimulat:quod dicit Bal.esse notandum.† Et ex dicto, de quo premisi,infert Salic.in.d.l.iubemus,⁊ sequitur Alexā.de imo.in dictis consil.cxiij.in tertio volu.⁊ consilio.xx.in quarto,ꝙ non sufficit confessionem fuisse factam parte presente, nisi dicant
4 ⁊ ea instante,⁊ petente,seu confessionem acceptante.† Ad premissa facit,qđ testis deponēs,qđ talis talia verba protulit,presente pono Gulielmo godini fuserio, non probat qđ idem Gulielmus intellexerit.l.j.§.tutor.si inuitus,⁊ quod ibi Bar.ff. de autoritate tuto.no.glo.⁊ docto.in.c.presentium,in verbo interrogatoria. de testi.in.vj. Bal.in tracta.de testi.Bal.⁊ alij in.l.fina.ff.solu.matr. Bal.⁊ Sali.in.l.testium.C.de testi.Bal.Ange.⁊ moder.in.l. heredes palam,in principio.ff.de testa. Bal.in.l.j.ad fin.C.de bo.poss. scōm tabu.⁊ in.l.si nō speciali.C.de testa.⁊ docto.in.c.peruenit, lc ij.de testi.cogend.Alexan.de imo.consilio.lxxiij. exordiente,Non puto hunc notariū incurrisse penā falsi,col.j.ver.pondero etiā qđ duo ex testibus ⁊c.⁊ consilio seq.col.iij.versic. ⁊ fortasse etiam dici posset ⁊c.in primo volu.⁊ in dicto consilio.xx.Et ꝓpter hoc dicit Bar.in dicta.l.j.§.si tutor inuitus,⁊ Alexā.in dicto cōsilio. lxxiij. ꝙ testis debet dicere,ꝙ ille fuit presens ⁊ audiuit;alˢ eñ testis nō ꝓbat,nisi ꝙ ille fuit ꝑsens corpore,nō ꝙ fuerit ꝑsens animo.†qui
5 ꝓpterea potius debet haberi ꝓ absente,quā pro presente, ꝑ id qđ voluit in simili beatus Augu.in prefatione psalmi.xcix.vbi dicit ꝙ ille qui cecus dicitur,frustra est presens rebus,quas nō videt, imo rectius absens,quā ꝑsens diciť.Vbi enim nō est sensus alicuius,recte diciť,absens,hoc est enim absentē esse,sensu abesse. Quo fit vt,cum non appareat,aut probetur dictum Gulielmum godini audiuisse dicta pretensa verba, perinde fuerit ⁊ sit acsi absens extitisset.Et sic illa pretensa verba censeri debent potius fuisse dicta absente dicto Godini,quam eo presente. Non debet ergo illa asserta cōfessio eidem domino Moneto obesse, vtpote facta parte absente.l.certum.§.si quis absente.ff.de confes. Non omitto qđ quedam pretensa declaratio facta per dominum Joannem reuironi asserit,quod est impossibile, quatenus dicit, quod de anno dñi.M.cccc.xcviij.⁊ de mēse Augusti,vel circa,dictus dominus Monetus post plura verba dixit ⁊c.q꞉ annus ille nonagesimusoctauus nec preterijt,nec incepit:⁊ sic sua reuerentia dixerim, falsum dixit cui propterea in nullo esset credendum, Super quo tamen,vtpote non necessario,non insisto.

Argumentum.

Donationem mulier amico factā,ꝙ seducta,⁊ amore eius debacchata fuerit reuocare nō potest ceteris cōgruētibus. V.F.

1 Absoluendus est reus,etiam si nihil proponat, actore fundamentum sue intentionis non probante.
2 Voluntas in donatione est pro ratione.

3 Reuocatio testamenti facta a iurante nõ reuocare,non est facta
a periuro,licet reuocans periurium incurrerit,
4 Professio inducitur ex actu perfecto,
5 Donatio ꝓdigaliter facta nõ dicitur facta a ꝓdigo,q̃uis donãs
postea prodigus dicatur.
6 Prodigo ante iudicis interdictionem non est prohibita rerum
suarum administratio,etiam si sit notorius,
7 Contractus prodigi,cui datus est curator,⁊ bonis interdictum
firmatur iuramento,⁊ nu.9,
8 Prodigus obligatur ex delicto,sicut pupillus doli capax,et per
iurium incurrit si deieret,
10 Moderator rei sue adeo quisq; est,vt ea abuti possit,
11 Vsusfructus venditio,quem sibi donator reseruauerat,an ⁊ quã
do faciat ad inualiditatem donationis,
12 Donatio iurata,si cum iuraméto insinuationi sit renuntiatum,
an sit efficax si non sit insinuata,
13 Superflua non nocent,sed necessaria pretermissa,
14 Insinuatio donationis an cause cognitionem requirat,⁊ quali
ter coram iudice fienda,⁊ vbi.nu.17,
15 Illatio ex diuersis non fit recta,
16 Iudex in insinuatione nihil exhibet,nisi presentiam
18 Deceptus dici non potest qui donando scit sibi preiudicare.
19 Grandis lesio an inducat dolum ex proposito,vel aliud,quod
sufficiat ad rescissionem.
20 Extensio in penalibus an fienda,

¶De reuocan.dona, Consi.cclviij.



DOnatio,quã olim,an
no videlicet domini.M.cccclxxxvij.⁊ die.xxvi.
mensis Octobris,de suis bonis fecisse legitur
nobilis et honesta mulier Ioanna de ambrosijs
ciuis Auenionensis,nobili et honorabili viro
Petro petri,ciui eiusdem ciuitatis,non venit,
nec est reuocanda,aut alias ad ipsius nobilis Ioãne voluntatem
quomodolibet retractanda:signanter vero,⁊ maxime ex causis
parte eiusdem Ioanne et turpiter,et parum caute,aut prudẽter
deductis,⁊ expositis in quibusdã supplicatione,⁊ iurium allega
tionibus parte eiusdem Ioanne vobis reuerendissimo in Chri
sto patri ⁊ domino,do.gubernatori Auenionis,⁊ rectori comita
tus Venayssini oblatis,vel presentatis.Et primo quidem nõ ex
eo capite,in quo tam in supplicatione,quã iurium allegationibꝰ
huiusmodi pretẽditur,ꝙ promissionibus,ac verbis,⁊ requisitio
nibus blandis nobilis Petri petri decepta,seducta,et suborna
ta,viuente ⁊ inscio domino Pontio de sancta Maria,a cuius
societate ⁊ consortio per eundem nobilem Petrum petri,vt di
cit,semp ⁊ cõtinue diuertebatur,ipsa illicito amore eiusdẽ Petri
1 debacchata celebrãuit,⁊ fecit donationẽ,de qua supra.†Cũ quia
de his non apparet:de quibus tamen apparere oporteret,postq̃
ista pretẽduntur fore ⁊ esse fundamẽtum fieri petite reuocationis
seu rescissionis donationis p̄dicte,alʼs enim idem nobilis Petrꝰ,
etiã si nihil deducat,ꝓponat,aut ꝓbet,absolui debet.c.j.vt eccle.
benefi.l.qui accusare.C.de eden.l.fi.C.de rei ven.⁊.l.negantes,cũ
suis simili.C,de actio.⁊ obliga.⁊ signanter cum donatio predicta
fuerit vallata iuramẽto:quod cũ sine detrimẽto salutis eterne ser
uari possit,seruandum est.c.cum contingat.c.si vero,de iureiurã.
et.c.q̃uis pactũ,de pac.in.vj.Nõ enim donatio in suo genere est
cõtractus illicitus,sed licitus,⁊ a iure permissus,vt satis patet ꝑ
2 ea que habẽtur extra,⁊.ff.C.⁊ institu.de dona.per totũ:† ⁊ in qua
ꝓ ratione est voluntas.l.j.ff.de dona.et voluit Oldra.consi.mihi
lxxij.exordiente,Factum tale est quedam certe ⁊ nominate ꝑsone
castri de Carumbo donauerũt ⁊c.quanuis regulariter secus exi
stat in alijs promissionibꝰ.l.pure.§.circa.ff.de except.do.Tum et
quia p̄supposito,citra preiudiciũ veritatis,ꝙ donatio predicta
facta esset ex causa inhonesta seu turpi:non posset tamen eadem
nobilis Ioanna donationem p̄dictam retractare,nec bona q̃ do
nauit repetere,quia in pari causa possessoris cõditio melior habe
tur.l.cum te,⁊ quod ibi glo.⁊ docto.C.de condi.ob tur.cau.

Non debet etiã donatio huius
modi retractari:aut rescindi ꝓpter pretensam prodigalitatẽ p̄
fate nobilis Ioanne.Tum quia non apparet eam fuisse ꝓdigam
tempore facte donationis vel antea,de quo tamen apparere opor
teret:nisi forte quis dixerit ꝙ imo appareat ex actu ipsius dona
tionis,per quam retento vsufructu,⁊ certis pecunijs,donauit bo
na sua.Sed hoc nõ obstat,quia respondeo ꝙ esto ꝙ eadem nobi
lis Ioanna tunc donasset etiam omnia bona sua,nihil retẽto,nõ
ꝓpterea dici deberet hanc donationẽ factam fuisse a ꝓdiga.pro
quo allego tria dicta Ioan.and.Primum in.c.dilecto,col.ij.ver,
et hoc videtur place.Pe.de p̄hen.vbi post Egidiũ dicit,ꝙ licet
recipiẽtes aliquem cõtra iuramẽtum ꝑ eos p̄stitum,in recipiẽdo
efficiãtur periuri,⁊ sic infames,⁊ cõsequẽter repellẽdi a legitimis
actibus,et ideo etiã ab actu electionis;receptio tamen non est fa
cta a periuris,quia nec ante illam,nec tẽpore illius erãt periuri,
sed ꝓpter eam incurrerunt ꝑiurium,et sic dũtaxat post eã fuerũt
periuri.Idẽ dicit Ioan.an.in.q.quam posuit in regula,qd semel
3 de regu.iu.in,vj.in mercu.†de illo qui iurauit non reuocare testa
mentum ꝑ eum factum;de quo dicit ꝙ,licet ꝓpter reuocationem
postea factam ille reuocans incurrat ꝑiurium,illa tamẽ reuoca
tio non est facta a ꝑiuro.Scdm dictũ est in.c.vidua,de regulari
bus:vbi inter cetera voluit ꝙ,licet ex actu perfecto,et sic post ele
ctionem finitam,quis cẽseatur tacite ꝓfessus:tamen vox illius in
4 electione nõ valet,†quia ꝓfessio inducitur ex actu perfecto,et sic
post electionem finitã:et ita vox huius nõ est vox ꝓfessi,quanuis
ꝓpter eam perfecta electione cẽseatur ꝓfessus.Tertium est in.c.
cõtingit,le.j.de senten.excõmuni.vbi voluit ꝙ,licet participium
in crimẽ tunc inducat excõmunicationẽ in participante,quando
participat iam excõmunicato:nõ tamen eam inducit in partici
pante alicui in illo actu tantum,pro quo excõmunicationem in
currit.Et hoc non videtur cõtingere nisi ꝑ eo,quia ante actũ hu
iusmodi,vel in ipso actu,nõ est ille cui participat excõmunicatus
5 sed propter actum ⁊ sic post actũ.†Ergo a simili supposito,citra
p̄iudicium veritatis,ꝙ ipsa nobilis Ioanna dici posset incidisse
in vitium ꝓdigalitatis ꝓpter donationem p̄dictam,non tamen
ꝓpterea dici deberet donatio huiusmodi facta fuisse a prodiga.
Ex quibus infertur ꝙ illud p̄tensum dictũ Pau.de ca.in dicta.l.
is cui bonis,ex aduerso allegatum non obstat.Tum quia Pau.
loquitur in donatione facta a ꝓdigo:et quidem non ab occulto
ꝓdigo,sed a manifesto seu notorio,cuiusmodi non erat hec nobi
lis Ioanna,vt predixi.Tum ⁊ quia Pau.loquitur in donatione
omnium bonorũ,cuiusmodi non fuit hec,de qua cõtenditur.Tũ
et quia dictum Paul.de cast.impugnatur ibi per Alex.de imol.
et per opportunã impugnationem fundamentorum Pau.Tum
etiã nõ deberet donatio p̄dicta reuocari,etiam si appareret eam
6 fuisse ꝓdigam tẽpore facte donationis huiusmodi,† qr prodigo
ante iudicis interdictionẽ non est ꝓhibita administratio rerum
suarum,vt voluit glo.⁊ docto.cõmuniter in.l.j.ff.de cura.furio.⁊
in.l.is cui bonis,⁊ qd ibi docto.ff.de verborum obliga.vbi etiam
hoc volũt cõmuniter scribentes.Et videtur hoc ꝓcedere nõ solũ
in ꝓdigo non notorio,sed etiã in eo,qui notorie ꝓdigus.Et qui
dem de primo nõ est dubium quia hoc ꝓbatur in.l.iulianus.ff.de
curat.furio.⁊ in.l.si quis cũ sciret.ff.ꝑ empto.De secundo,hoc est
de notorie prodigo,ꝙ sibi non sit ipso iure rerum suarũ admini
stratio interdicta,sed opus sit facto ministri legis,hoc est inter
dictione iudicis,cẽsuerunt glo.loquentes indistincte,in.d.l.j.ff.
de curat.furio.⁊ in.l,is cui bonis.ff.de verborum obliga.quas in
dicta.l.is cui bonis,sequuntur Bart.Bal.Ange.Pau.de cast.⁊
Roma.quia non lex,sed iudex interdicit:et mouentur principali
ter per dictam.l.j.de cura.furio.eandem sentẽtiã tenuerũt Dy.
Andre.de pi.Bar.Bal.Ange.⁊ Ioan.de Imo.in.l.is cui lege.
ff.de testa.vbi ꝓ hoc adducit bonum tex.in.l.tres tutores,in fi.ff.
de administra.tuto,quem etiã ad hoc circa fi.põderat hic Bar.
Etiam hanc sententiã sequitur Bal.in.l.fi.q.ix.C.de sentẽ.pas.in
l.cum fratres.C.de his qui.vt indig.in.l.certi cõdictio.§.quoniã.
ff.si cert.peta.in dicta.l.j.post glo.ff.de cura.furio.in.l.j.C.eo.tit.
vbi etiam Salic.Bart.in.l.j.C.de confes.⁊ Ange.in.l.sed si lege.§.
consuluit,per illum text.ff.de peti.heredi.Et hec est cõmunis,ꝯm
Alexan.de Imo.in dicta.l.is cui bonis:quam plenissime,elegan
ter,⁊ subtiliter tuetur,corroborat,⁊ defendit Fran.de aret.in di
cta.l.is cui lege.ff,de testa.¶Adijcio premissis ꝙ,etiam si ante
factam donationem,de qua supra,fuisset eidem nobili Ioanne
bonis interdictum,prout nunquam fuit adhuc videretur potuis
7 se contrahere,⁊ donare cum iuramento:†quia contractus predi
gi,etiam si sit ei bonis interdictum,⁊ datus curator,firmatur iu
ramento,vt voluit Anto.de butri.in dicto.c.cum contingat.in se
cundo membro,de iureiuran.duntamen aliud extrinsecum non
accidat,⁊ dum prodigus ipse sic cõtrahẽs sit capax sensus:⁊ mo
uetur,quia talis ꝓdigus videt̄ in acquirendo equiparari pupillo
8 pubertati ꝓximo,vt legitur et not.in dicta.l.is cui bonis.†Etiã
vt ibi dicit Bar.obligatur ex delicto,sicut pupillꝰ doli capax,qd
etiã volunt docto.in.l.si quis in tantã.C.vnde vi.debet ergo eo
dem modo obligari iuramẽto sicut ⁊ pupillus doli capax,⁊ debet
sicut ⁊ ipse ꝑiuriũ incurrere.si deieret,de quo pupillo ꝓbatur ꝙ
periurium incurrat.c.j.⁊.iij,de delic.puero.quemadmodũ ergo
aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vẽdi.locũ habet in pupillo
doli capace,ne incurrat penã ꝑiurij,vt voluit Bar.in dicta aut.
sacramenta puberum,⁊ in.l.qui iurasse.ff.de iureiuran.Hostien.
Ioan.and.⁊ docto.communiter in.c.cum contingat;vbi late per
Io.de Imo.in repetit.Archi.in dicto.c.q̃uis,de pac.in.vj.Ro
ma.in

ma.in dicta.l.is cui bonis: probatur in.c.literis,de spõsa.ita & locũ habere videtur in prodigo,cui est bonis interdictũ.Et hãc opinionem dicit Alexã.de imo.in.d.l.qui iurasse,videri veriorẽ.Idẽ voluit in.d.l.is cui bonis,col.viij.quia text. in dicta auth. sacramenta puberum,& eius dispositio tendit ad fauorem anime, vt ibi,&.l.j.C.eo.ti.ergo extẽdẽda est.Pro quo multa inducit Alex. in.d.l.qui iurasse,& multo plura in.l.iiij.§.cato,col.viij.ff. de verbo.obliga.circa intellectum.c.tuam,de pe.Firmatur igitur iuramento cõtractus pupilli doli capacis, ergo & prodigi, cui est bonis interdictum,cũ eius fauore fit cõtractus prohibitus, sicut & fauore minoris.Et ita videtur esse vtrobiq; eadem ratio,ergo & idẽ ius esse debet.c.ij.de translatione episcoporum,&.l.illud,cum suis simili.ff.ad legem aquil.Et hanc sententiam secutus est Joã.de imo.in repetitione.c.cum contingat.in quinto membro:vbi etiam & ipse & Antonius de butri.in secundo membro plene referunt rationes pro fundamento contrarie opinionis allegatas per Federi.de se.consilio.xxxi.& per Bartolum in.d.l.is cui bonis,& illis plenissime responden.Hanc eandem opinionẽ tenuit Romanus
9 in.d.l.is cui bonis,& sequitur Franciscus de are.† qui etiam videtur & vere & eleganter respõdere aliquibus & multis cõtrarijs, illis videlicet, que magis vigere videbãtur pro opinione cõtraria:multo ergo fortius firmari debet iuramento cõtractus prodigi,etiam si sit notorius, cui tamẽ nõ est bonis interdictum.Nõ ergo de iure procedunt ille pretense rationes ex aduerso facte in quadã schedula exordiẽte, Si nobilis Petrus &c. quatenus in eis nititur dicta nobilis Joanna impugnare donationẽ per se factã ex capite pretẽse prodigalitatis.Quod si ita est,imo quia est ita, potuit ergo ipsa nobilis Joanna de bonis suis disponere,& illa donare,presertim per modũ,quo fecit,retentis vsufructu, & quibusdam alijs, quia quilibet est moderator & arbiter rei sue.l.in re mãda.C.manda.&.l.polla.C.de his qui.vt indig.ad quod facit.l.dudum.C.de contrahen.emptio.& vendi.l.generaliter.§.fin.&.l.hac edictali.§.fi.C.de secun.nup.&.c.de his,in fi.de sepul. quod etiam voluit Host.in summa ti.de constitu.§.quando cõsti.ver. si tãgat ius meum:& Panor.in.c.quintauallis,col.xiiij.versic.sed maius
10 dubium si specialiter &c.de iureiur.† Et est vnusquisq; ita moderator & arbiter rei sue,vt etiam in moderando ea abuti possit.dicta.l.sed & si lege.§.consuluit:ibi, dum se putant abuti.ff. de peti. heredi.quod etiam voluit Jacob.rebuf.in.l.j.C.de fun.patri.lib. xi.quia iustum est vnicuiq; sua committere.l.nemo exterus.C. de iude.

Preterea nec etiam potest donatio pdicta impugnari, aut dici nulla ex eo, quod ipsa nobilis Joãna nõ est amplius vsufructuaria bonorum donatorum:cũ vsumfructum huiusmodi vendiderit pretio cẽtum florenorũ annuorũ, & annis singulis quãdiu vixerit sibi soluẽdorum, quasi illi centum floreni sint valde modicum precium considerata persona, et qualitate huius nobilis Joãne: que tamen vt proximum ledat,& que legitime contraxit retractet aut rescindat,nõ erubescit dicere, proponere,& allegare etiam in publico quod nõ nisi turpiter,& sine cõmo
11 do,etiam si verũ esset,prout nõ est,dici potest.† Insuper quid facit ad inualiditatem donationis venditio vsufructus facta quidem non tempore donationis,sed postea ex longo interuallo?Et profecto nihil:etiam si illa facta esset pretio vilissimo,vel etiam si donatus esset vsufructus.pro quo videt sufficere id quod communiter no.doc.in.l.j.C.de inoffic. dona.& in.c.apostolice,de dona.vbi volũt quod si primo fiat donatio vsq; ad legitimam, & deinde ex interuallo temporis de residuo fiant alie donationes, prima, que ab initio valuit,non reuocatur.Cum igitur in donatione,de qua supra,eadem nobilis Joanna sibi reseruauerit de quo & viuere et testari possit,non debet donatio huiusmodi, quicquid postea secutum extiterit, propterea inualidari vel rescindi.Huic dicto nõ obstat quod voluit Pau.de ca.in loco ex aduerso allegato: quia Paulus loquitur in alijs terminis,loquitur enim quãdo ab initio donationis donans ipse sibi dũtaxat reseruat fructus ita tenues vt vix ad alimenta sufficiãt:quod nõ fuit hic,quia,vt predixi,ipsa sibi reseruauit vsumfructũ,de cuius emolumento viuere poterat & de illius pretio laute viuit. Reseruauit insuper florenos trecẽtos,de quibus testari poterit,vel alias pro nutu disponere: & hoc sufficit pro defensione donationis ab hac calumnia. Nisi forte opponatur,prout oppositum legitur, quod dicta reseruatio florenorũ tercentorum pro eo nõ sufficiat,quia illa nõ est facta simpliciter, sed ad disponendum in vita,vel alio modo;qđ,vt scribit egregius vir dominus aduocatus eiusdem nobilis Joanne, nõ sufficit,per Bar.quem ad hoc allegat in quodam suo consilio exordiente,In dei noie pater donauit filio emancipato &c. Sed istud dictum nõ obstat,nec Bart.quod pace salua dixerim pariter & honore dicti domini aduocati,loquitur in terminis nostris, si bene attẽdatur ad casum,super quo consuluit,& discursum illius consilij,quod etiã retulit Alex.de imo.in.l.stipulatio hoc modo cõcepta,col.xi.ver sic.quid si in casu pdicto &c.ff.de verb.obli.vbi et idẽ voluit Alex. quod Bar.in dicto cõsilio.loquuntur enim Bar. & Alexã.de eo, qui donauit omnia bona sua presentia & futura reseruatis fructibus & redditibus bonorũ hmõi,de quibus voluit posse disponere in vita quicquid sibi placeret:& dicunt talem donationem nõ valere pro eo,quia per eam aufertur libera testandi facultas, quod est verum:sed hoc contingit ex eo qđ solum voluit posse de illis disponere in vita,quod ipsi exponũt inter viuos, qđ nõ fit testãdo: & ita sic donans & reseruans de directo agit sibi auferre liberã testandi facultatem,qđ nõ est factum in donatiõe de qua supra: sed dictum fuit,de quibus tercentis florenis ipsa domina donatrix possit & valeat facere,disponere,& ordinare ad ipsius dñe testatricis arbitrium,& volũtatem:& sic vel inter viuos, vel in vltima voluntate,prout arbitrabitur,vel velet,potest de illis disponere.

12 † Preterea etiam nõ obstat dicto nobili Petro quod ex aduerso allegatur ad impugnationem insinuationis superius mẽtionate.Primo quidẽ,quia cũ donatio huiusmodi iurata extiterit,& cum iuramento insinuationi renuntiatum,illa valeret & esset efficax etiam si non fuisset insinuata, vt voluit Jo.and.in addi.Spec.in ti.de instru.edi.§.porro,col. pe. ver.sed quid si renũtians iurauit &c.& post eũ Ange.in.l.sancimus. §.fi.C.de dona.Fede.de se.consi.cclxxix.aut secũdum quotas aliorum cclxxxij.exordiẽte,Casus talis est statuto cauetur quod si donatiões nõ fuerint &c.Bal.in.d.c.cũ cõtingat,col.mihi.v.& in.§.& cũ retro insti.de dona.Jo.de imo.in repetitione dicti.c.cũ cõtingat,in decimo mẽbro:vbi plene respõdet ad ea,que in ctrariũ adducũtur. Idem tenet ibi Panor.ver.ex predictis potest inferri ad decisionem talis questionis &c.& in sua disputatione exordiente, Stante statuto ciuitatis &c.Alex.de imo.in.l. nemo potest, col.v.ff. de lega.j.vbi etiam refert quod Jo.de imo.sepe consuluit pro hac parte dicit etiã quod ipse pro hac parte sepe consuluit,quod & verũ est,cõsilio videlicet quarto,in primo volu.vbi etiam refert quod pro ea cõsuluit Jo.de ana.& multi alij inibi nominati, pfecto viri magne autoritatis.Et pro eadem parte consuluit ipse Alex.cõsil.lxxxij. exordiente,Visa facti narratione,col.fi.in secundo volu. & cõsilio xx.exordiente,Ponderatis his que in themate &c.in tertio vol. & refert idẽ Alex.in dicto cõsi.lxxxij.ita vidisse alias cõsultum per excellentiores iurisconsultos Jtalie.Etiam pro ea cõsuluit Frã. de are.cõsi.xlvij.exordiente,Visis & diligẽter ponderatis,col.fin. cõsi.lxxvij.exordiente,Et ratio scribẽdi recte in cõsilijs &c.col.iij. in quarto quesito:vbi etiã dicit quod secũdũ cõem sniam cano.iuramẽtũ cõfirmat donationẽ. Pro qua sentẽtia allegari solet id qđ habet in dicto.c.cũ cõtingat,&.c.quãuis,de pac.in.vj.& aut. sacramenta pube.C.si aduer.vendi.non est igitur multum insistẽdum super validitate vel inualiditate predicte insinuationis, quã impugnare nititur dicta nobilis Joãna:quia siue illa valuerit, siue nõ,valuit tamen donatio propter iuramentũ:& ita videtur fuisse
13 superflua,que propterea nõ vitiat.† quia superflua nõ nocẽt,sed necessaria pretermissa.l.nõ solẽt.ff.de reg.iur.Adijcio quod vbi dici posset insinuationẽ fuisse necessariam,illa legitime facta extitit,et
14 si facta esset sine cause cognitiõe,† qđ insinuatio cause cognitione nõ indiget,nec iudicis decreto,sed sufficit quod fiat corã iudice,& quod eo pñte fiat scriptura in actis,p id qđ voluit Bar.in.l.modestinus. circa mediũ.ff.de dona.Bal.in.l.illud.C.de sacrosan.eccl. in.l.iij. C.de diuer.rescri.in.l.cũ hi,in prin.ff.de trãsa.& in.l.nec quicq;.§. vbi decretũ.C.de offi.pcõsul.de quo p Anto.caima.in suo tractatu insinuationũ,ver.sexto quero &c.dictũ aũt Bal.C.qui admitti ad bono.pos.pos.in rubrica,ex aduerso allegatũ loquitur in his, in quibus est opus interpositione decreti:non ergo mirũ si opus est vt ipse intelligat, ne sibi obrepatur: hic aũt nõ est opus decre
15 to,vt predixi:& sic arguitur ex diuersis,† ex quibus nõ fit recta illatio.c.dilectus,de offi.ordi.l.marit.C.de dona.inter vi. & vxo.l. inter stipulantẽ.§.sed hec dissimilia.ff.de ver.obl.& vulgata.l. papinianus exuli.als,papin.li.ij.resp.ff.de mino.Preterea nõ est verũ, honore saluo dixerim cõtrariũ affirmãtis,quod insinuatio hmõi facta extiterit expssa falsa causa: nihil enim in ea expressum est,quod falsum esset.Narrauerũt enim dicti nobiles Petrus & Joãna donationẽ esse factã ipsi Petro de bonis &c.reseruatis vsufructu,& florenis tercentis,de quo etiam apparuit per instrumentum ad hoc exhibitũ corã iudice insinuationis:& hec oĩa vera erant, qđ autem tempore intermedio facta fuisset nõ donatio, sed venditio vsufructus reseruati, & quidem non pretio vili,sed maiore quam
16 valeret,nihil ad rẽ:eo maxime,† qđ in insinuatione iudex nihil exhibet,nisi presentiam,per id quod no.Bal.& Anto.de caima.vbi supra. Quod autem vlterius opponitur contra insinuationem huiusmodi,quod illa ideo non valuerit, vel quod ex eo presumatur ipsa nobilis Joanna dolo inducta ad donandum,quia illa facta est non in loco donationis,sed alibi:nihil facit ad impugna

tionem eiusdem donationis, aut ad pretensam presumptionem,
17 †quia nō est opus quod hec fiant in eodem loco, quemadmodū
nec ꝙ fiant eodē tempore aut ꝙ scribantur per eūdē notarium.
Pro quo gratia breuitatis allego dūtaxat not.per Anto.de cai
ma. in dicto tractatu, in.ij.q.⁊.q.xx.⁊ Bart.in dicta.l.modesti-
nus. Etiā nō obstat quod opponitur ex aduerso, scilicet ꝙ ideo
iuramentū per dictam nobilem Joannam prestitum non value-
rit, quia non habuit tres comites, scilicet iudiciū, veritatem, et
iustitiam, sed vt pretenditur sibi defuit iudicium, seu discretio,
quasi in donādo omnia bona sua sine causa videatur indiscrete
fecisse eadem nobilis Joanna, et contra regulam hereditatis: qr
respondeo quod hec non procedūt. Non primo quod de non exi-
stentia cause opponitur: quia, vt predixi, in donatione est pro ra-
tione voluntas. dicta.l.j.ff.de donatio. non etiam quod de pretē-
sa lesione, etiam si illa fuisset enormis, vel etiam enormissima, put
non fuit: pro quo gratia euitande prolixitatis allego duntaxat
quod eleganter voluit Barto.consil.lxxxviij.exordiente, Dilecto
suo dño Francisco ꝛc.col.ij.ver.super scdo queritur an dicta dña
Letitia possit venire cōtra quasi decepta ꝛc. Ang.consilio.cxxv.
exordiente. Visis ⁊ consideratis statutis ꝛc.colum. viij.in fine.
versical.non obstat igitur primum ꝛc.ibi, secundo quia illud re-
medium ꝛc.in primo volu.et Francis.de are.in.l.qui superstitis,
colū.vj.versi.sed ista dicta nō sunt vera ꝛc.ff.de acquire.vel omit.
her. Ex quorum dictis illud palam colligitur quod.l.ij.de rescin.
venditio.⁊.c.cum causa, de emptione et vendi.locum nō habent in
donatione, absolute seu simpliciter, non respectiue ad aliquid da-
18 tum vel remissum facta. †Qui enim scit sibi preiudicare donan-
do non potest dici deceptus.l.quisquis, cum ibi not.C.de rescin.
19 vendi. †Nec etiam grandis lesio inducit dolum ex proposito, vel
aliud, quod sufficiat ad rescissionem, vt dicit Fran.de are.in loco
preallega.post Joannem de Jmo.in repetitione dicti.c.cum con
tingat. Quibus addo quod voluit glo.et post eam doc.in dicta
aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.de dona.facta a mi-
nore. ¶ Quod autem vlterius opponitur, ꝙ iuramento dicte no
bilis Joanne etiam defuerit iustitia, pro eo quia, vt pretenditur
ex aduerso, nulla iustitia dictat, ꝙ dicta Joanna donauerit dicto
nobili Petro, ⁊ nihil donauerit Ponceto, ⁊ Joanne de thomas-
sijs suis ptensis nepotibꝰ ex sorore, nihil obstat: nulla enī lex eam
arctabat ad donādū his. Et ita non est factū cōtra iustitiā. Pre-
terea opponere de hoc esset opponere de iure tertij, sup quo nō in
sisto. ¶ Postremo, ⁊ finaliter, nō obstat qd opponit aduersus do
nationem predictam, vz ꝙ illa facta extiterit dolo dicti nobilis
Petri: quia de hoc pretenso dolo nō apparet. qui tamen proban-
dus est per eandem.l.quoties.§.qui dolo, cum suis simili.ff.de p-
ba. Quo ad venditionem vsufructus, illa, vt predixi, facta est nō
pretio vili, sed iusto, quinimo forte excessiuo, ⁊ que postea multis
vicibus confirmata est, et approbata per ipsam nobilem Joan-
nam etiam cum iuramento, vt apparet per publica instrumenta
que exhibentur.

Ceterum quia prefati Ponce
tus, ⁊ Joāna de thomassijs dicunt ⁊ pretendunt ꝙ licet conditio
cuiusdā pretense substitutionis olim facte, vt dicunt, per dictū no
bilem Gabrielem de ambrosijs adhuc pendeat, possunt ipsi qui se
pretendunt substitutos petere fieri restitutionem de fideicōmisso
eis relicto per.l.imperator.ff.ad trebel.dico ⁊ respōdeo ꝙ.d.l.non
obstat: qr, vt voluit Bar.in.l.fi.in fine principij, ver.nō restat.l.im
perator ꝛc.ff.vt lega.nomi.loquitur eo casu, quo pater fuit heres
institutꝰ, ⁊ grauatus seu rogatus, de restituendo hereditatem fi-
lijs: quo casu si pater sit grauatꝰ, ⁊ bona dissipet, puidet filijs sub-
stitutis vt ibi.⁊ vt dicit Bar.vbi supra, hoc nō est magnū, cū etiā
bona huiusmodi ⁊ alia peruenire deberēt ad filios, ⁊ eis quasi de-
beantur etiam patre viuente.l.rescripto, in fi.ff.vnde libe.⁊.l.fin.
cum suis simili.C.de codicil. Quo vero ad id quod opponitur de
inuentario, deqꝫ reddenda ratione, ⁊ iuramento in litē, quod pre-
tēdunt sibi debere deferri dicti Joānes ⁊ Pōcetus, respōdeo hoc
non esse faciendum: pro quo allego dūtaxat Rapha.cuma.in.l.in
ratione, §.quod vulgo.ff.ad legē falci.⁊ idem voluit ibi Alexā.de
imo.col.xij.motus, quia dispositio.l.tutor qui repertoriū, in prin
cipio.ff.de administra.tuto.ex aduerso allegate, videt penalis, et
20 inducta in priuilegium pupilli. †Et sic non videtur extendenda
ad hunc casum, per ea que not.glo.reputata singularis in.§.itē
mixta, institu.de actio.versi.i.§.porro.q̄ fuit pri.cau.benefi.amit-
tendi. que tamen habet similē in.l.fi.ff.de in ius vocan. Preterea
in casu dicte.l.tutor qui repertoriū.in principio, iuramētū defer-
tur cōtra reum cōuentum actione tutele, ⁊ sic actione bonefidei, vt
nota.in.l.tutor, in principio: quod non ita obseruatur in actio.ex
testamento que quo ad hoc reputatur actio stricti iuris.l.alias.ff.
de in litem iuran. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet
domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Crimen lese maiestatis non committit qui solenniti executori
modeste resistit, vel vltra commissionem magistratus imperant
non obtemperat. A.F.

1 ☞ Relationi seruientis de preceptis per eum factis credi an ⁊
quando debeat.nu.10.
2 Positio negatiua non vaga, sed coarctata loco et tempore an p-
babilis.
3 Testibus duobus affirmantibus, q̄ centum negantibus quan-
do potiꝰ standum, et quid in maiore numero, siue affirmatiue, si-
ue negatiue deponant.numero.5.
4 Falsitatis imago est quod a verisimili remotum est.
6 Veritas presupponitur vbi maior numerus.
7 Dolus solus in atrocissimis punitur, non lata culpa.
8 Crimen lese maiestatis est de atrocioribus, et quis pena illius pu
niatur.
9 Error iuris excusat a dolo, quanuis non sit iusta causa.
11 Officiali principis quando legitime resisti possit.

¶ Ad leg.Jul.maiest. Consi.ccxlix.



Quoniam per dictami-
na egregiorum virorum dominorum primo scri
bentium plene.⁊ luculentissime comperio demō
stratum.⁊ ostensum, ꝙ ex his.que parte nobilis
⁊ egregij viri domini procuratoris fiscalis gene
ralis Delphinatus dicta, proposita, ⁊ probata extiterunt in qua-
dam inquisitionali causa dudum mota, et pendente indecisa per,
et inter ipsum dominum procuratorem ex vna parte, ⁊ honorabi-
lem virum Joannem ioberti ciuem Valentinensem ex alia, non
conuincebatur idem Joberti rebellis: signanter vero ⁊ maxime
ea rebellione, propter quā dici possit incidisse in crimen lese ma-
iestatis, si post dictamina ⁊ consilia huiusmodi aliquid dixero, aut
dicere voluero, mihi fortasse dicetur, et profecto dici poterit illud
Horatij, quod gloriosissimus ille confessor beatus Hierony.sibi
dici verebatur, ne vz in syluam ligna feras. Aut enim eadem di-
cam ex superfluo, aut si noua dicere voluero, ab optimis ingenijs
occupata sunt meliora. Decreueram igitur nihil aliud scribere:
quod ⁊ ita faciendum videbatur, quia plenitudo adiectione non
indiget.c.bene quidā.xcvj.dist.⁊ rei satis demonstrate frustrato
rium est demonstrationem adijcere.l.j.in fi.ff.de dote prele.quod
etiam voluit Feder.de senis consilio mihi.cccx.exordiente. Scri-
ptum est ꝛc.et Pau.de cast.cōsilio.cccxvj.exordiente, Quoniam
adectione non indiget ꝛc. verum vt votis dicti Joberti in ali-
quo satisfacere valeam, pro eius defensione aliquid scribam, post
terga metentium quasi spicas colligendo incedens, vt dicitur
Ruth.ij.c. Dico igitur inprimis, non esse probatū id, quod par-
te dicti do.procuratoris fiscalis comperitur deductum in.xxij.ar
ticulo quorundam pretensorum titulorum inquisitionaliū parte
eiusdem dñi procuratoris in dicta causa oblatorum, scilicet quod
cum nobilis vir magister Claudius seruonis pretensus commis-
sarius dicto Joberti faceret precepta, de quibus in titulis hmōi,
idem Joberti responderit, ꝙ pro ea vice non intenderet de alio
succurrere serenissimo domino Francorum regi Delphino. Et
1 primo quidē nō per relationem dicti magistri Claudij: †qr esto,
citra preiudicium veritatis, ꝙ de pretensis preceptis per ipsum,
vt dicitur, factis sibi credi deberet, cuius tamen contrarium vo-
luerunt multi relati per Joan.And.in addi.Specu.titu.de cita-
tio.§.sequitur, versicu.sed nunquid credetur, in addi.exordiente,
Hunc articulum breuiter ꝛc.nō tamē sibi credi deberet de dictis
pretensis verbis, vtpote concernentibus non suum, sed pretensū
factum alienum, per id quod voluit Joan. And.in dicta addi.⁊
in tit.de contuma.§.j.in addi.exordiente, Hic sequuntur verba
Hostien.ver.circa secundum nullum dubium est: ⁊ in.c.quoniam
contra falsam.de proba. Cy.in.l.ea quidē, col.iij.versi.tu breuiter
dicas.C.de accusa. Anto.de butri.⁊ Joan.de Jmol.in.c.cum pa
rati, de appel. Joan.de Jmo.in cle.j.col.mihi.ix.versi.in quarto
⁊ vltimo casu, de do.⁊ cōtu. Salic.in.l.tres denuntiationes.ꝛc.C.
quō ⁊ quando iudex. Pau.de cast.consil.cclxxvij.exordiente, Vi-
sis ⁊ ponderatis allegationibus ꝛc.col.j.vel.ij.quod maxime pro-
cedit.et procedere debet in hoc casu, pro eo quia idem Seruonis
non videtur fuisse mandatum, aut cōmissum, vt preciperet sibi
tradi, vel expediri equos, sed magis vt caperet: ⁊ quia etiam mul-
ti honorabiles viri, qui cum eodem accesserant ad domum dicti
Joberti, ⁊ cum eo erant in aula illius domus tempore factorum
dictorum pretēsorū preceptorum, ⁊ sequutarum responsionū fa-
ctarū per prefatū Joberti, responderūt, ⁊ dixerūt se verba predi-
cta nō audiuisse: vt apparet ex his q̄ sup dicto.xxij.articulo rñde-
rūt, ⁊ dixerūt multi ex testibꝰ pte eiusdē do.pcuratoris in hac cā
pductis, ⁊ idē deposuerūt multi pte dicti Joberti pducti super
xxij.articulo

2 xxij.articulo suaꝝ defensionū.† Et quāuis ista positio.s.ꝙ idē Jo
berti verba ꝑdicta nō dixerit,si positio negatiua:qꝛ tñ illa nō fuit
nec est vaga,seed coarctata loco,tpe,⁊ aliꝭ illa fuit ⁊ est ꝓbabilis:
ita eñ potuit cadere in auditū ꝑdictoꝝ testiū tūc pñtiū, ⁊ audiē-
tiū dictū Sernonis precipientē,⁊ Joberti respōdentē negatiua,
de qua ꝑdixi,scȝ ꝙ idē Joberti nō dixerit verba descripta in di-
cto.xxij.articulo sicuti affirmatiua:fuit ergo ⁊ ista ꝓbabilis,ꝑ id
qđ no.gl.in.l.si.sup verbo,manifestū,iūctis ibi no.ꝑ doc.C.de re.
credi.gl.in.§.eque si debitor,insti.de excep.in.l.j.§.j.in fin.magne
gl.ff.de itine.actuq́ priua.Cy. in.l.actor,col.iij.ver. nō veniamꝰ
ad scđam regulam,⁊ col.v.ver.tertio quero iuxta hoc ⁊c.⁊ qđ ibi
Bal.⁊ aliꝭ.C.de ꝓba.Et ita ꝯsuluit ipse Cy.in quodam suo cōsil.
exordiēte,Nō est dubiū ꝙ qñ testes in facti accidētia ⁊c.vbi etiā re
fert se hoc explicasse in lectura,in.d.l.actor.dicit etiā ꝙ ita loquit̃
gl.in.d.l.j.§.j.ff.de itine.actuq́ priu.⁊ ꝙ nō est verū ꝙ Dy.prece-
ptor eiꝰ hoc reprobet.idē ēt voluit Bar.in quodā suo ꝯsil. exord.
Eleemosyna accusauit Petolū dicēs ꝙ ipse Petolꝰ omisit ⁊ ne-
glexit denūtiare ⁊c.idem voluit Panor.⁊ Cano.in.c.bone,le.j.de
3 elec.⁊ Bal.in.l.cū hi.§.nihil aūt,de trāsac.†Et quāuis dici soleat
ꝙ plꝰ credat̃ duobꝰ testibꝰ affirmantibꝰ,quā centū negātibus,vt
no.glo.in.l.diē ꝓferre.§.si plures.ff.de arbi.hoc tñ non ꝓcedit in
deponētibꝰ sup negatiua coarctata loco ⁊ tpe,vt voluerunt Cy.⁊
Bar.in dictis ꝯsiliꝭ.Panor.⁊ aliꝭ in.d.c.bone.Ex quo infero ꝙ
licet qdā Joannes bonifaciꝭ seruiēs videatur deposuisse de ⁊ su-
per dictis pretēsis verbis:qꝛ tamē sunt plures,⁊ vt puto lōge ho-
nestiores prefato seruiente,qui etiam fuerunt presentes tpe facto-
rum preceptorum,⁊ sequutarū respōsionū,potius credēdū est il-
lis pluribꝰ,quā huic seruiēti:eo maxime qꝛ isti deponūt verisimi-
liora,attētis ⁊ oblationibꝰ,⁊ aliꝭ verbis ꝑ eūdē Joberti tūc fa-
ctis ⁊ prolatis,de quibus plenissime apparet:scȝ ꝙ ipse erat côtē
tus mutuo recipere pecunias pro equis emēdis,ꝙ lapsis tribus
aut quatuor diebꝰ nō festiuis ipse expediret decēocto equos suos
⁊ illos Grationopolim duci faceret, hoc tātū rogās ⁊ deprecans
vt durātibus dictis diebus patiētiā haberet idē magister Clau-
dius.Dixit etiā ꝙ ⁊ persona sua,⁊ oīa bona eiusdeȝ erāt in bene-
placito dicti serenissimi dñi nostri : cuius etiā plene probat̃ fuisse
⁊ esse fidelis.Est ergo verisimilius eū nō respondisse ⁊ dixisse ver
ba,de quibꝰ supra,quā ꝙ ipse illa dixerit:quinimo attētis predi-
ctis nō est verisimile ꝙ ipse ea dixerit, nō enim se bene cōpatiun-
tur oblatiōes ⁊ alia ꝑdicta ex vna parte,⁊ verba in dicto.xxij.ar-
ticulo mentionata,per que pretēditur eum respōdisse ⁊ dixisse,ꝙ
pro illa vice nō intenderet de alio succurrere eidē serenissimo do.
nostro:⁊ quia hoc nō est verisimile,sed a verisimili lōge remotum
est quedā falsitatis imago,vt voluit Bal.in.l.j.C.de seruis fugit.
vbi allegat Auerro.idem voluit Bal.C.de proba.in rubrica.⁊ in
4 Pilosi dicto Marino garsini: † quo casu nõ est pactũ legis cõmissorie in pignoribus improbatuz, quominus detur exceptio et retentio emptori possidenti rem venditã. l. ij. secundũ vnam lecturã cõmuniter approbatã. C. de pac. pigno. no. Bar. in. d. l. calipodi⁹. Cano. in. d. c. significãte, et alij in. l. j. et fi. C. de pac. pig. Etiã nec potest impugnari venditio predicta ex capite cuiusdam pretẽse obligationis facte de quindecim grossis, pro solutione pensionis in dictis articulis latius mentionate, p eo quia proposita et deducta in. ij. dictorũ articulorũ pro fundamẽto probata nõ fuerũt, nullus enim de illis deposuit. Et idez dico de cõtentis in tertio, quatenus ibi deducitur, quod sub spe habẽdi dictos vigintiqnque florenos ad pensionẽ predictã recepit dictos boues, nullus enim de hoc deposuit. Preterea etiã non potest impugnari predicta vẽditio ex his que pposita et deducta extiterũt in octauo et nono dictorum articulorum. Tuz quia esto quod ad rescissionez venditionis eo casu agi valeat, quãdo venditor re ipsa deceptus est, seu lesus vltra dimidiam iusti pretij. l. ij. C. de rescinden. venditio. c. penulti. de emptio. et vendi. secus tamen est quando lesio re ipsa non excedit dimidiam iusti pretij, sed est citra dimidiam: non est autẽ probatum prefatos Pilosi et Catharinam fuisse lesos vltra dimidiam iusti pretij, quinimo nec in dimidia, etiam si supponeremus quod pratum tempore facte venditionis valuisset communi estimatione quadraginta aut quadraginta vno florenis, quia sic dimidia iusti ptij fuissent viginti floreni aut viginti floreni et sex grossi: ad hoc ergo vt possent dici lesi vltra dimidiam iusti pretij, opus erat quod pratum vẽditum extitisset minore pretio, quam sint viginti floreni aut viginti floreni et sex grossi: quod tamen venditũ est pretio. xxv. florenorum. Tum et quia debuit articulari, et probari quod tempore facte venditionis valebat tantuz etc. et sic debuit articulans se referre ad valorem prati qui fuit tempore venditionis. d. c. penulti. et quod ibi gloss. et doct. de emptio. et vendi. quod non fuit factum in hoc casu, vt apparet in dicto octauo articulo. Tum et quia prefati Pilosi et Catharina maiores, vt puto. xxv. annis tempore facte venditionis iurauerunt non venire contra: per qd videntur excludi a remedio dicte. l. fi. C. de rescin. ven. et c. penul. de emp. et ven. vt apparet per ea que communiter not. glo. et docto. in dictis iuribus. Tum et quia non videtur prefatos Pilosi et Catharinam agere potuisse contra dictum Guigonẽ, non quidem primum emptorem dicti prati, aut vniuersalem, sed particularem successorem dicti Marini garsini: saltem ea ratione. quia non apparet quod venditio facta dicto Guigoni, imo verius permutatio cum eo facta, laborauerit pretenso morbo, quo laborasse pretenditur dicta prima venditio, per id quod voluit Bal. in. d. l. ij. versi. decimotertio pono etc.

Etiam non videtur posse impugnari ex his, que deducuntur in. x. dictorum articulorũ. Quoniam esto quod prefati coniuges probauerint oblationẽ. de qua ibi non tamen probarunt quod illa facta extiterit infra tempus, hoc est infra festum omnium sanctorum, quod fuit Anno domini. M. cccc. xciij. sed potius cõtrarium, quatenus testes pro parte dictorum coniugum examinati, Anno domini. M. cccc. xcv. et de mense Junij, dicunt oblationem illam fuisse factam fuerat annus elapsus in quadragesima tunc pxime lapsa, et sic que fuit Anno domini. M. cccc. xciiij. hoc etiam probari poterit per instrumẽtum publicum sumptum et receptum de hac oblatione, vt videtur deponere nonnulli ex testibus parte dictorũ coniugum in hac causa producti. Quod autem vlterius opponitur, dictum Marinum non potuisse apprehendere possessionem dicti prati sine inquantibus, et sine estimatione, insuper nec illud vendere, permutare, seu alias alienare, non procedit. Et quidem non quo ad id, quod opponitur de omissione inquantus, et estimationis: quia cum pratum huiusmodi venditum extitisset pretio dictorum viginti quinque florenorum, non fuit opus inquantu, aut alia estimatione: erat enim per partes appretiatum, quod sufficiebat. Etiã nec quoad hoc quod ibi dicitur quod non potuerit vendere etc. quia respondeo quod imo potuit, eo quia quilibet est moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. polla. C. de his quib. vt indi. et. l. oudum. C. de contrahen. empt. et venditio. Nec dicat aliquis quod prefatus Marinus possessionem dicti prati adipisci non debuerit, aut de iure potuerit, nisi precedente traditione predictorum coniugum, aut nisi cum eorum voluntate. l. ij. C. de acquirẽ. possessio. quod pro illa. l. voluerunt multi docto. in. l. si ex stipulatione. ff. eodem titulo. Quoniam respondeo qd istud non obstat.
5 † Tum quia, vt apparet ex tenore instrumenti venditionis predicte, prefati venditores se constituerunt tenere et possidere dictum pratum precario nomine dicti Garsini emptoris, et sic censentur pratum tradidisse, et possessionem trãstulisse in emptorem adueniente conditione, si tamen tempore huiusmodi constitutionis possidebant. l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquiren. possessio. de quo Angel. §. actionum. institu. de actio. docto. in. l. traditionibus, C. de pac. in. l. licet. C. de acquiren. possessio. Cano. in. c.
6 ex literis, de consuetud. et alij in alijs locis. Si vero non possidebant, ipsi censendi sunt eidez Marino licentiam dedisse de apprehendendo possessionem dicti prati, etiam si in instrumento non essent posita illa verba, dedit. et tradidit, vt voluit Alexã. de Jmo. in. l. predia, in fin. ff. de acquirend. possessio. Tum et quia expresse data est licentia dicto Marini apprehendendi possessionem, quod sufficit: vt post alios voluit Fran. de Are. in. d. l. si ex stipulatione, ad fin. ff. de acqui. posses.

¶ Argumentum.

¶ Vassallus subditos a solutione decimarum ante solutionẽ citachie prohibere non potest, nec prata emphyteutica in terras meliorando conuertere, nec venari, nec iumenta pro excutiendis granis inuicem commodare: nisi lege, pactove aliter cautum fit. V. F.

1 ¶ Decima si non soluatur de toto aceruo, particulatim est soluenda.
2 Possessio per tẽpus immemoriale habet vim constituti et tituli.
3 Dictio fructus, plata ab homine, et ad futuros fruct⁹ relata qualiter intelligenda sit.

Colonus

4 Colonus locans fundum ad dimidiam partem fructuũ an ante
diuisionem expensas detrahere possit.
5 Heredes testatoris debentis annuum censum an illum teneãtur
soluere quilibet insolidum, an proportionibus hereditarijs.
6 Forma rei in emphyteusim concesse an mutari possit, ⁊ quando, ⁊
quid in seruitute.
7 Ius lignandi ⁊ depascendi in vno castro an possit acquiri per ho
mines alterius, ⁊ quando.
8 Venatio an ⁊ quando subditis concessa, ⁊ quas feras possint ca-
pere inuito domino.
9 Cuniculos garenarum venari an liceat.
10 Domini particulares locorum non solum cum suis subditis cõ-
trahere possunt, sed etiam principes.
11 Tempus immemoriale an faciat presumere pro licẽtia concessa.
12 Preconizatio parte non vocata, ⁊ nulla premissa cause cognitio-
ne facta, an sit nulla.

¶ De subdi.vassal. Consi.cclv.



Visis petitionibus par

te nobilis ⁊ generosi viri domini Oppidi seu Ca
stri Podij pini, factis contra ⁊ aduersus vniuer
sitatem ⁊ homines eiusdem loci, dico ⁊ respõdeo
ad petitiones huiusmodi prout infra. Et primo
ad primam ꝙ vniuersitas, ⁊ homines prefati possunt de fructib⁹
inibi mentionatis deducere, seu detrahere decimam ecclesie debi
tam, ⁊ aliam portionem, seu quotam, que soluitur, ⁊ solui consue-
nit de ⁊ pro calcagio granorum. Et primo quidem quoad deci-
1 mam, hoc est certum ꝙ ipsi possunt eam deducere: † cum decima
soluatur de toto aceruo, seu cumulo granorum, ⁊ persolutionem
huiusmodi liberetur idem dominus a solutione decime, ad quaz
faciendam teneretur de quota ⁊ portione sua nisi prius soluere-
tur de aceruo. c. tua, versicu. sicut colonus de parte fructuum ⁊c.
de deci. Et sic ipsius domini non interest siue soluatur decima de
aceruo, seu de toto cumulo, siue non: quia si non soluatur de toto
cumulo, ipse solueret de parte sua. Preterea vniuersitas ⁊ homi
nes prefati fuerunt a tanto tempore, ⁊ per tantum tempus, ꝙ de
eius initio, aut contrario hominum memoria non existit, in pos-
sessione, seu quasi, soluendi decimam ecclesie de toto cumulo: hoc
est ante ꝙ̃ satisfaciant, aut satisfacere consueuerint ipsi domino,
seu eius predecessoribus de quota ⁊ portione fructuum huiusmo
di eundem concernente: cui propterea obseruantie, seu possessio
ni longissime contrauenire non potest idem dominus. l. omnes, ⁊
l. sicut in rez, cũ suis similibus. C. de prescrip. triginta vel quadra
2 ginta annorum. † Eo presertim quia possessio tanti temporis ha
bet vim cõstituti, ⁊ titu. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quo-
tid. ⁊ esti. l. prima. §. vlti. ff. de aqua pluuia arc. c. super quibusdaz.
§. preterea. de verborum significatio. ad ꝙ facit. l. si arbiter. ff. de
probatio. c. mos antiquus. distin. lxv. ⁊ c. hoc quippe. iij. questio.
vj. ⁊ quod habetur in. c. j. ad fi. de prescriptio. in sexto. Et per hãc
vltimam rationem idem videtur dicendum de expensa calcagij,
seu detricationis, aut decussionis bladoruz: cũ vt audio, vniuersi
tas ⁊ homines prefati fuerint per tempus, de quo supra, ⁊ hodie
sint in possessione, seu quasi, deducendi, seu detrahendi hanc expẽ
sam ante solutionem, que fit ⁊ fieri consueuit ipsi domino, ⁊ suis
predecessoribus: ⁊ potuit obseruantia huiusmodi ex eo sumere
initium, quia fortasse antiquitus predecessores huius moderni
domini percipiebant, ⁊ percipere consueuerant nonam partem ⁊
taychiam, seu quindecimam partem fructuum in gelinis, non in
granis, ⁊ cum postea recipere consueuerint in granis, iustum ⁊ ra
tionabile fuit quod ipsi contribuerent in expensa, quia qui sentit
onus sentire debet ⁊ commodum. regula, qui sentit. de regulis iu
ris in sexto. Adijcio ꝙ non solum propter obseruantiam seu pos
sessionem longissimam, sed etiam de iure possunt ipsi vniuersitas
⁊ homines deducere seu detrahere de predictis fructibus expen
sam calcagij, seu detricationis, priusquam eidem domino satisfa
3 ciant, aut satisfacere debeãt de dictis nona parte, ⁊ taychia. † Cu
ius illam assigno rationem, quia vbi verbum fructus, profertur
ab homine, ⁊ refertur non quidem ad fructus extantes, seu pen-
dentes, sed ad futuros, illi intelliguntur esse fructus qui super-
sunt deductis expensis, vt voluit Bartol. quem ibi sequuntur
Ioan. de Imo. Pau. de cast. ⁊ Alexand. de Imola. in. l. fructus.
ff. solu. matrimo. ⁊ Flori. in. l. videamus, la premiere. ff. de vsur. ꝑ
quo allegari solet. l. fundi trebatiani. ff. de vsufruc. leg. ⁊ quod no.
glo. in. l. si quis argentuz. §. j. C. de dona. Nisi forte quis dicere vo
luerit, quod imo de iure solui debeant eidẽ domino integre nona
pars, ⁊ taychie. argu. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio:
per quem tex. Iaco. de Are. Bartol. ⁊ alij communiter in. d. l. fru
4 ctus. ff. solu. matrimo. decisiue dicunt, † ꝙ si quis locet funduz co
lono ad dimidiam partẽ fructuuz, nõ potest colonus ante omnia
detrahere expensas per eũ factas, ⁊ deinde diuidere per mediuz
quod superest: sed ante detractionẽ expensaruz debet fieri diuisio
fructuum. quod etiam voluit Specu. ⁊ Ioan. and. in addi. tit. de
loca. §. postꝙ̃, versi. quid si tibi locaui fundum ⁊c. de quo est hon⁹
text. in. c. tua. ⁊ quod ibi docto. de deci. ⁊ voluit Panor. in. c. pa-
storalis, eo. ti. Sed hoc nõ obstat, ꝓ eo qꝛ in casu illo dimidia fru-
ctuum datur ipsi colono pro expensis seu operis, qui alias nihil
erat percepturus, vtpote nullum ius habens in rebus locatis.
In casu vero nostro vniuersitas seu homines prefati nõ sunt co
loni, sed domini saltem vtiles prediales, de ⁊ pro quibus deben-
tur ⁊ solui consueuerunt dicte nona pars ⁊ taychie: ⁊ sic iste casus
est ab illo diuersus, propter quod non videtur bene argui de vno
ad alium, quia ex separatis ⁊ diuersis non infertur. l. inter stipu-
lantem. §. sacram, ver. sed hec dissimilia. ff. de verb. obliga. l. si ma
ritus. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. c. dilectus, de offic. ordina. ⁊ vul-
gata. l. papinianus exuli. ff. de minori. Et presupposito, citra pre-
iudicium veritatis, quod hec responsio posset in aliquo calũnia-
ri: illud tamen certum est ꝙ cum, vt predixi, ita obseruatum exti
terit per tempus, de cuius initio ⁊c. non est ab hac obseruantia
recedendum, quia minime sunt mutanda. ⁊c. l. minime, cum suis
simili. ff. de legi.

Venio ad secundã petitionem

pro cuius faciliore solutione premitto, me vidisse instrumentum
recognitionis dudum facte per prouidum quondam virum Ia
cobum ymberti loci de Arbinosco: qui inter alia legitur recogno
uisse, pro se ac heredibus suis ⁊ successoribus quibuscunque, pro
suo assensamento duas heminas annone, vnam cyuate, ⁊ vnã cor
rataz boum: ⁊, vt audio, ita facte sunt ⁊ fieri cõsueuerunt recogni
tiones per alios, qui tenentur pro assensamento. Quod si ita est,
dico ⁊ respõdeo quod quemadmodum dictus Ymberti recogno
uit, nec cum viueret tenebatur nisi ad solutionem, seu prestatio-
nem dictarum duarum heminarum annone, vnius hemine cyua
5 te, ⁊ vnius corrate boum, † ita nec teneãtur eius heredes, etiam
si essent decem aut plures: quia obligatio huiusmodi diuidetur ꝑ
legem duodecim tabularum inter heredes, ⁊ proportionibus he
reditarijs. l. ea que. C. fami. erciscun. ⁊ l. j. cum suis similibus. C. si
certum peta. Nec debent ipsi heredes ad plus teneri, quam tene-
retur eorum predecessor, ex cuius persona conueniuntur. l. ij. §.
ex his, cum suis similibus. ff. de verbo. obligatio. Et quod dixi de
prefato Ymberti ⁊ suis heredibus, etiam dico de alijs recogno-
scentibus ⁊ eoruz heredibus: ⁊ hoc maxime debet ꝓcedere in hoc
casu, vbi non solum non probatur quod singuli heredes recogno
scentium vel ante diuisionem, vel post diuisionem bonorum con-
sueuerint tantum soluere pro assensamento, quantum soluebat ⁊
soluere consueuerat recognoscẽs: sed etiam, vt audio, probabitur
contrarium, scilicet ꝙ omnes heredes vnius recognoscẽtis, etiã
post diuisionem soluunt ⁊ soluere consueuerunt pro assensamento
tantum, quantum soluebat ⁊ soluere consueuerat eorum predeces
sor, ⁊ non amplius. Et quia iste articulus non videtur mihi ha-
bere aliquam hesitationẽ, alio non apparente, ego vlterius non
insisto.

Ad tertiam petitionem dico

⁊ respondeo ꝙ, cum homines dicti loci dicantur in emphyteusim
⁊ ad nouum acapitum habuisse ⁊ recepisse a domino Moderno
dicti loci, seu eius predecessoribus prata, de quibus in ea, ipsi vi-
dentur potuisse ⁊ posse prata huiusmodi conuertere in terras: si
tamen propter conuersionem huiusmodi non deteriorentur, sed
potius meliorentur ipsa predia: quia tacite inest contractui em-
phyteusis, seu noui acapiti, ꝙ emphyteuta meliorare possit ⁊ va-
leat rem sibi in emphyteusim concessam. authent. si quas ruinas.
C. de sacrosan. eccle. l. ij. C. de alluuio, ⁊. l. intra vtile. §. fin. ff. de mi
6 nori. † Nec huic sententie videtur obstare, si forte opponatur ex
aduerso, quod non possit mutari forma rei, seu predij in emphy-
teusim concessi: quia respõdeo quod imo videtur formam super-
ficialem mutari posse ad melius, quia ad hoc est contractus em-
phyteuticus adinuentus, vt res videlicet melioraretur, ⁊ absur-
duz esset dicere quod qui debet rem eternaliter possidere, nõ pos
sit rem huiusmodi meliorare forma introducta. Pro quo etiam
facit, quia licet alias vel habenti seruitutem, vel illam debenti fa
cere non liceat rem seruientem deteriorem, eidem tamen licet fa-
cere meliorem. l. si vsufructus. §. fructuarius. ff. de vsufru. l. si ar-
borem. §. per contrarium. ff. de seruitu. vrba. predio. ⁊. l. ⁊ si forte.
§. fi. ff. si serui. vendi. ⁊ pro hac sententia facit quod voluit Bal. in
l. ij. ad fin. C. de iur. emphyteu. vbi voluit quod, licet per edifica-
tionem domus mutetur forma aree: potest tamen emphyteuta fa
cere domum in area, ⁊ hoc pro eo quia sic melioratur res emphy-

tentica, ⁊ q̄ etiā pōt reduci ad primā formā p depositionē dom⁹. Et idē vr̄ esse ī cāu, ī quo p̄supponit̄ ꝙ prata ī terras ꝯuersa sunt maioris valoris ⁊ cōmodi, q̄ sint nō conuersa, ⁊ terre etiam de facili reduci possunt ad prata. Nec videtur habenda in consideratione ratio, quam idem dominus allegat: scilicet ꝙ ob hanc conuersionē pratorum in terras ipse dominus damnificatur: pro eo quia emphyteute propter hanc conuersionē obmiserunt ⁊ obmittunt recipere ab eodez domino de terra herema, seu inculta in emphyteusim, ⁊ sub seruitio seu sensu decimequinte partis fructuū: quia respondeo ꝙ ipsi emphyteute dictam conuersionem non fecerunt, nec faciūt vt ipsi domino noceāt, sed vt sibi prosint: quod videntur potuisse ⁊ posse facere, etiam si ex hoc sequatur vel damnuz, vel minus lucrū eiusdē domini, per id quod post gl. no. Bal. in. l. si manifeste. colum. j. C. de seruitu. et aqua. ad quod facit. l. flu minum. §. fi. ⁊. l. proculus. ff. de dam. infec. ⁊. l. si in meo. ff. de aqua pluui. arcen. Pro premissis etiam maxime facit quod vt audio, ita fieri ⁊ obseruari consueuit in loco ⁊ territorio predictis, vidētibus ⁊ alias scientibus, ⁊ ita fieri hactenus patientibus dicto Moderno domino, ⁊ suis predecessoribus.

Ad quartam petitionem dico

⁊ respondeo quod si vera sunt ea que vniuersitas et homines prefati responderunt ⁊ in facto proposuerunt in respondendo ad dictam quartam petitionem, scilicet ꝙ ipsi vsi extiterint eo modo quo ibi dicunt ⁊ proponunt nemoribus territorium locorum Podij pini, ⁊ de Albinosco per tempus, de cuius initio hominum memoria non existat: dictus dominus Modernus eos impedire non potest, nec de iure debet, quominus sic vtantur imposterum, etiam si nemora ipsa, hoc est fundi nemorosi essent eiusdē domini quoad proprietatem: quia sic vtendo predictis nemoribus acquisiuissent seruitutez sic lignandi, ac ligna scindendi, ⁊ capiendi in predictis nemoribus, quia possessio tanti temporis habet vim constituti per iura allegata super prima petitione, que si
7 placet ibi videantur. facit. l. seruitutes. ff. de seruitutibus. † Facit ad premissa quod not. Hosti. Joan. andr. Panormi. ⁊ docto. in. c. dilecti. de arbi. vbi not. posse induci consuetudine, vt vnus nobilis, vel homines alicuius castri possint incidere ligna seu animalia pascere infra limites alterius castri, vel in fundo alterius. Fateor tamen quod ipsi non debent sic vti, vt videantur depopulari dicta nemora: quia reipublicee interest ne quis etiam re sua male vtatur. §. fina. institu. de his qui sunt sui vel alieni iuris, ad quod facit. l. j. ⁊. ij. cum suis similibus. C. de cupre. lib. xj. Etiā fateor quod vbi nemora non sufficerent ipsi domino, et hominibus quoad vsus predictos, tunc deberet dominus preferri, si tamen proprietas predictorum nemorum sua existat, per id quod no. docto. in. d. c. dilecti de arbi.

8 † Ad quintam petitionem dico

et respondeo in primis, quod vniuersitas et homines prefati impediri non debent, quominus venentur ad cuniculos, et lepores ⁊ alia fera animalia in suis predijs. l. prima. §. finali, ⁊. l. se. ⁊ se. ff. de acquirend. re. domi. ⁊. §. fere. ⁊ quod. Joan. fabr. et docto. institu. de re. diuisio. Non etiam impediri debēt quominus venentur, ⁊ feras capiant in locis publicis, vt videtur voluisse Hostien. in ca. non est, colum. j. de deci. Non etiam videntur posse prohiberi per proclama generale quominus venentur tam in dictis nemoribus, q̄ alijs pretensis possessionibus, ⁊ predijs dicti domini, p id quod plenius prosequitur Jacob. rebuf. in. l. j. C. de vena. fera. ⁊ hoc nisi nemora vel loca huiusmodi essent parietibus, sepibus, aut palis, seu alijs materijs circundata ⁊ clausa, ita ꝙ in nemoribus aut locis huiusmodi tenerentur fere incluse, ⁊ que capi possent ad nutum ipsius domini: tunc enim non liceret ipsis hominibus in dictis locis venari. l. si fundi. §. seminarios. ff. de vsufru. quia sic viderentur esse eiusdem domini, cum eius custodiam euadere non possent. argu. l. nisi sint. §. ceruos. ff. de acquirē. rerū do
9 mi. quod etiam voluit Ja. rebuf. in dicta. l. j. C. de vena. fera. † Vbi etiam idem credit de cyrogrilis, seu cuniculis reconditis in claperijs lapideis, vel in garenis, quod etiam satis fuit de mēte Jo. de pla. in dicta. l. j. de vena. fera. Non debent etiam dicti homines impediri, quominus venentur, ⁊ feras capiant in territorijs dictorum locorum Podij pini, ⁊ de Albinosco: cum, vt dicunt, dudum, ⁊ diu est, fuerit prefate vniuersitati ⁊ ipsis hominibus cōcessa licentia venandi per predecessores huius moderni domini, et qua vsi sunt videntibus, scientibus, ⁊ ita fieri patientibus dicto Moderno domino, ⁊ suis predecessoribus. Et quidem nullū dubium est quominus venari possint iuxta licentiam, si illa probe-
10 tur, si tamen illa transiuerit in contractum: † quia non solum domini particulares locorum particularium, sed etiam principes possent contrahere cum suis subditis, ⁊ eis se obligare, per id
11 quod voluit Bald. in capitu. j. de natu. feu. † Et presupposito, contra preiudicium veritatis, ꝙ huiusmodi licentia nō probaretur si tamen de illa in bona conscientia articulari valeat, ⁊ probetur ꝙ vniuersitas seu homines prefati venati extiterint per longissimum tempus, videntibus, scientibus, ⁊ ita fieri patientibus tam domino Moderno, q̄ dictis eius predecessoribus, tunc presumēdum esset pro licentia huiusmodi, per id quod voluit Innocen. ⁊ ibi Panormita. in capitu. si diligenti, de prescriptio. Joan. and. Anto. de butri. charta. xj. ⁊ Panormi. ad fin. in. c. peruenit, de cēsib. gloss. Barto. ⁊ Flo. in dicta. l. seruitutes. ff. de seruituti. Ang. are. in. §. eque, institu. de actio. glo. Barto. Fulg. ⁊ Floria. in. l. cuz de in rem verso. ff. de vsur. Bart. ⁊ Joan. de Jmo. in. l. j. §. fi. ff. de aqua pluuia. arcen. Bar. in quadam sua disputatione exordiēte, Quedam mulier ⁊c. ⁊ Pau. de ca. in. d. l. seruitutes, vbi etiam dicit hāc opinionem esse communem. Non obstat qd̄ ex aduerso ⁊ p fundamento intentionis deducitur, scilicet ꝙ ad causam venationis inquisitum extiterit contra aliquos particulares, ⁊ qd̄ illi tāquam pretensi delinquentes condēnati extiterint: quia respondeo ꝙ istud nocere non debet vniuersitati, nec alijs particularibus, vtpote tunc absentibus, inscijs, ⁊ non vocatis.

Ad sextam dico ⁊ respondeo ꝙ

cum, vt ponitur in responsionibus factis parte dictorum vniuersitatis ⁊ hominum, ipsi fuerint in possessione quieta ⁊ pacifica per tempus longissimum pernoctandi, seu de nocte tenendi eorū minuta aueria in deuesio, seu defenso dicti moderni domini, scientibus, ⁊ ita fieri patientibus ipso domino, ⁊ dictis eius predecessoribus, ⁊ in hac possessione existant, ipse non debet eos impedire. d. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua pluuia. arcen. ⁊ alijs iurib⁹ allegatis in respondendo ad primam petitionē. Nec mirū si hoc ius per prescriptionem acquiri potuerit in dicto deuesio, seu defenso, cum etiam proprietas eiusdez defensi potuisset, ⁊ posset per possessionem tanti temporis, ⁊ multo minoris acquiri. Dico etiā ꝙ preconizatio facta de non pernoctando in dicto deuesio, seu de non tenēdo de nocte in dicto deuesio minuta aueria vtpote facta parte non vocata, ⁊ alias nulla premissa cause cognitione, fuit et est nulla, per id ꝙ habetur in. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iudicata. c. j. de causa possessio. ⁊ proprieta. ⁊ ꝙ voluit Bar. ⁊ doc. in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nuntiatio. Bar. in. l. j. C. de execu. rei iudi. ⁊ Ange. aretinus in. §. curare, institut. de action.

Super eo vero, qd̄ in septimo,

⁊ vltimo loco dicunt, ⁊ proponunt vniuersitas, ⁊ homines prefati de dicto Moderno domino, conquerendo de, ⁊ pro eo ꝙ ipse non patitur ꝙ tempore messiuz duo, tres, aut plures ex eius subditis sibi inuicem animalia apta ad grana calcandum cōmodent aut alias tradant, ⁊ se inuicem per mutuam traditionem suorum animalium adiuuent ⁊ releuent: dico ⁊ respōdeo, ꝙ dominus hoc facere non debet, nec de iure potest. Cum enim quilibet sit moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mād a. l. polla. C. de his quib. vt indi. ⁊. l. dudū. C. de contrahen. emptio. superius allega. ⁊ c. de his, de sepul. not. Hostien. in summa, titu. de constitu. §. quādo constitutio, versi. si tangat ius meum, non debet ipse dominus dictos eius subditos animalia habētes impedire, quominus de suis animalibus faciant id quod volunt, ⁊ sic quominus sua animalia sibi coniūgant ad calcandum hodie blada vnius ex subditis, ⁊ cras blada alterius, ⁊ sic consequenter. Et quia istud alio nō apparente nullam videtur habere dubitationem, ego vlterius super eo non insisto: que omnia dixerim sub correctione ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Res futuri donare possunt, ⁊ renuntiatio bonorum paternorum ⁊ maternorum non trahitur ad legata vel relicta postea per eosdem parentes renuntiati facta. V. F.

1 ☞ Res future, ⁊ nōdum in rerum natura existentes an possint donari.
2 Monasterio nondum existenti an donari possit, ⁊ qualiter.
3 Participia futuri temporis conditionem important.
4 Legata facta post renuntiationem iuratam de bonis paternis ⁊ maternis an peti possint per legatarios, ⁊ an illis legans remittere iuramentum potuerit. ⁊ nu. seq.
5 Renuntiatio iurata an trahatur ad ius, quod postea superuenit.

¶ De dona. Consi. cclvj.



Christi nomine inuocato.

Viso casu mihi exhibito parte nobilis ⁊ generosi viri domini Renati de castillone domini de Vedenis, ⁊ na cum

cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo breuiter
1 & succincte ad predicta dubia prout infra. † Et primo ad primum q non solum possunt donari aut vendi res existentes in rerū natura, sed etiam future per id quod habetur in.l.interdū.l.inter stipulantem.§.pro quo.ff.de verborum obligationibus.&.l.nec emptio, cū suis simili.ff.de contrahen.emptio.& vendi.possunt etiā res nondum existentes in rerum natura, sed future legari, & in testamento relinqui.§.ea quoqꝫ, institu.de lega.l.etiam.ff.de legat.iij.l.j.in fin.ff.de conditio.& demonstra.&.l.quod in rerū natura. cum suis similibus, & quod ibi glo.ff.de lega.j. Ex quo infero donationem dudum factam per nobilem quondam & egregium virum dominum Carolum de castellione nobili Magdalene quiquirane, tunc future sponse, de vestibus, iocalibus, & arnesijs eidē nobili Magdalene per prefatum nobilem Carolum dandis, & faciendis in futurum, non posse ea ratione impugnari, quia facta est de rebus nondum existentibus in rerum natura. Cui dicto nō obstat.c.abbate sane, de re iudi.in.vj. quoniā respondeo q ibi est casus separatus & diuersus a casu, de quo queritur: quia ibi dicit q monasterio, q nondū est, donari nō potest, hic autē dicitur q res que nondū est in rerū natura donari potest. ratio primi est, vt dicit Bar.in.l.seruos ad custodiam.ff.de alimē.& ciba.leg. q ideo monasterio, quod nondū est, donari non potest, q donatio est contractus, qui contractus requirit personā veram vel fictā, cū qua
2 contrahatur. † Et ideo dicit Barto. q si fieret donatio alicui, qui promitteret restituere monasterio aut templo edificando nil impediret, quominus monasterio aut templo nondum existenti, sed futuro, donari posset & hinc est q templo vel monasterio nonduz existenti legari potest.d.l.seruos ad custodiam, & quod ibi Bart. & Panor.in.c.ad audientiam, le.ij.de eccle.edificādis, quod legatum ideo potius fieri potest templo aut monasterio nondum existenti, q possit illi donari, quia legatū non requirit presentiā persone.l.cum pater.§.surdo.ff.de lega.ij. Et hanc rationē assignat Bart.in.d.l.seruos ad custodiā.& Panor.in.c.ad audientiam, superius allegato. Secus est autē in donatione, vt predixi. In casu vero, de quo queritur, non est sermo de persona, sed alia re nondū existente, & cui fit donatio, sed de re que donata est, que cum futura esset, & fieri speraret, donari potuit, per iura superius allegata & eodem modo responderi potest ad dictū.c.ad audiētiā. Vel etiā dici potest q licet ecclesie, que nondum est, priuilegiū concedi nō possit, vt statim sit beneficium: bene tamen potest concedi, vt vires habere incipiat cuz incipiet esse capitulū, & ita videtur dicere gl.in.d.c.ad audientiā. secundū Barto.in allegata.l.seruos ad custodiam. Preterea donatio predicta, facta per dictum quondam nobilem Carolum, videtur fuisse conditionalis, propter, illa par
3 ticipia futuri temporis dandis & faciendis, † que conditionē important, per ea que voluit Bar.in.l.j.§.fina.ff.de condi.& demonstra. Et videtur donatio huiusmodi censeri debere, perinde ac si idem nobilis Carolus dixisset, si vestes, iocalia, & arnesia fecero & dedero nobili Magdalene, & quaten⁹ eas sibi fecero & dedero, illas sibi dono. per doctrinam Barto.in.d.l.j.colum.fi.ff.de condi.& demonstratio.iuncta.l.stichum qui meus erit.ff.de lega.j. Nulli vero dubium est quin sic donari potuerit etiā res futura, & nōdum existens in rerum natura tempore facte donationis. Cōcludo igitur q vestes, iocalia, & arnesia facte & tradite dicte quondā nobili Magdalene per prefatum nobilem Carolum de castillione spectauerunt, & pertinuerunt eidem nobili Magdalene in viz donationis, de qua supra.


4 † **Ad secundum quesitum dico** & respōdeo q, cum testamentū dicte quondā nobilis Magdalene cōditū extiterit post renuntiationes & quittātias, quas de bonis paternis & maternis fecisse dicuntur nobiles Joanna & Colleta eius filie, legata sibi relicta in testamento huiusmodi possunt per eas peti, nō obstantibus quittantia & renuntiationibus antedictis, per id quod voluit Bal.in.l.pactū quod dotali, ver. tertio quero &c.C.de colla.in.l.cum archimedorā.C.vt in pos. lega. & in l.fi.versi.venio ad regulā &c.C.de pac. Ricbar.de sali.& Sali.in.l. pactum.C.de pac. Joan.de Imo. Roma.& Fran.de are.in.l. qui superstitis.ff.de acqui.here. Fran.de are.consi.xvij.col.x.versic. secundo quia iurando &c. Semi.in.c.quis pactum, colum.fi. vel circa, de pac.in.vj.& Alexan.de Imo.in.l.stipulatio hoc modo cōcepta, colum.iiij.ver.& iuxta hoc tractauit hic Bar.&c.ff.de verborum obligatio. quittantia enim & renuntiatio huiusmodi soluz videtur eas exclusisse quoad hoc, ne ab intestato, vel contra voluntatem dictorum quondam nobilium Caroli & Magdalene aliqd petere possent: non quominus eis possent ex testamento succedere, vel aliquid petere in eorum bonis, si illud eisdem legaretur, vt no. Jo.de Imo.in.d.l.qui superstitis. Pro predictis facit.l.si patronus non aluerit.ff.de bo.liber. Facit etiam.c.cū inter. & quod
5 ibi Hauffre.de renuntia. † vbi probatur q renuntiatio etiam iurata non trahitur ad ius qd postea superuenit: habet enim iuramentum tacitam conditionem, scilicet rebus sic stantibus.l.fina. ff.qui satisda.cogan.l.fin.C.de non nume.pecu.&.c.quemadmodū de iureiuran. Facit etiam quia predicta quondaz nobilis Magdalena, legando dictis eius filiabus post renuntiationes & quittātias iuratas, videtur eis remisisse iuramentum, quod facere potuit.c.preterea, cum simili, de sponsa. ¶ Premissis non obstat si forsitā dicatur q prefata nobilis Colleta non solum renuntiauerit bōis maternis, sz etiā bona huōi cesserit & remiserit dicto nobili Renato. Quoniam respondeo quod, his non obstātibus, ad hoc potuit ipsa nobilis Magdalena de bonis suis disponere, testari, & de eisdem legare etiam dicte Collete. Cuius illam assigno rationez, quia aut dicta quondam nobilis Magdalena fuit presens tempore quittantie, renuntiationis, cessionis, & remissionis predictarum factarum de bonis maternis, aut ipsa fuit absens, & infra. si fuit absens, ille non valuerunt, per id quod habetur in.l. quidam.§.j.ff.de dona.&.l.fi.C.de pact. quod etiam voluit Bald. consilio.cclxxij.exordiente, Quedam puella fuit dotata &c.in tertia parte. Rapha. Fulgo.in.d.l.pactum quod dotali.C.de colla. & consi.lxxiij.exordiente, Paterfamilias habens filium &c. Pet. de Ancha. Jo.de Imo.& Semi.in.c.quis pactum, de pac.in.vj. Alexan.de Imo.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta.col.vj.ver sicu.alias limitationes.ff.de verb.obliga.& multi in dicta.l.fin.C. de pac. Si vero ipsa nobilis Magdalena fuerit presens, & consentiens quittantie, renuntiationi, cessioni, & remissioni huiusmodi, ipsa potuit illis non obstantibus postea de suis bonis disponere, & de eis relinquere etiam dicte nobili Collete.d.l.fi.C.de pac. Et ita etiam dicendum est de renuntiatione, & quittantia factis per dictam nobilem Joannam.

¶ Argumentum.

¶ Non conferuntur bona aduentitia inter fratres quoad proprietatem, sed extantes fructus quia patri acquisiti fuerant sic. A. F.

1 ¶ Donatio facta filio in potestate per patrem propter iuramentum est efficax.
2 Bona acquisita per filium extra domum patris manentem an psumantur aduentitia.
3 Bona aduentitia per filium extra domum paternam manētem acquisita illi an acquirantur, & in quibus, & an veniant conferenda.
4 Fructus sine dolo consumpti an veniant conferendi, & quando dicatur consumpti.
5 Alimentatio liberorum est onus paternum, saltez post trienniū.

¶ De colla. Consi.cclvij.



Christi nomine inuocato. Viso quodā publico instrumento parte prouidorum virorum Thome & Joannis Regis seniorum, cum casu, & dubijs ex illo elicitis, dico & respōdeo breuiter & succincte ad dubia huiusmo
1 di, prout infra. † Premittens pro faciliore illorum solutione, qd donatio, quā dicto Thome fecisse dicitur prouidus quōdam vir Petrus regis eorūdē Thome & Joānis quondam pater naturalis & legitimus, fuit ab initio valida & efficax, & hoc propter iuramentum per eundem Petrum prestitum. pro quo allegasse sufficiat quod not. Bald.in.l.iij.C.de vsuca. pro dona.& in repeti.l.ij. charta.xvj.col.iij.versic.& idem credo quando pater donat filio. ff.de iureiuran.& consil.cclxv.exordiente, Premittendum est ad euidentiam &c. vbi plene Alexan.de Imo.in.l.si donatione.C.de colla. vbi respondet rationibus Pau.de ca. contrariuz tenentis consi.clv. Idem etiam quod in.d.l.si donatione, tenuit Alexand. de Imo.consi.clvij.col.vj.in secundo vol.& consi.xx.in.iij.vol. Et sic in tertia parte eidez Thome donata per dictū petrū eius quōdam patrem nihil petere potest prefatus Joannes frater, vel alij fratres, & soror dicti Thome. Adijcio q cū ipse Pe. tpe pcū facte donatiōis voluerit, & ita expsserit ipsi Thome donatario, quod ipse nihil aliud petere possit in & sup alijs bonis suis, ipse Thomas dz esse cōtētus de dicta tertia parte sibi donata, & nihil petere dz super alijs bonis prefati quondam Petri donatoris. ¶ Dico etiam q ipse Thomas nihil petere potest in bonis per ipsum Joānē, & ex sua industria acquisitis, q illa sunt effecta eius
2 dem Joannis. † Preterea & si dubitaretur vnde acquisita extiterint, illa presumūtur fuisse aduētitia, postq tempore acquisitiōis manebat extra domū patris. not. Bar.in.l.cū oportet, colū.iij.C. de bo. que libe. Nec habet idē Joannes, vt dicit ibi Bal. dicere titulū sue possessionis.l.cogi.C.de peti.heredi.&.l.fi.C.de rei vend. Et sic non debent bona huiusmodi per dictuz Joannē acquisita

poni in cumulo cum bonis dicti quondā Petri patris nisi forte
quis dicere voluerit ꝙ imo dicta bona acquisita conferre debeat.
ipse Joānes alijs suis fratrib⁹, ⁊ sorori, cū quib⁹ succedit patri.
3 †Sed istud nō obstat, qꝛ respōdeo ꝙ aduētitia hodie acquirūtur
filio quoad ꝓprietatē, licet eorū vsusfructus acquirat ipsi patri.
d. l. cū oportet. in prin. vbi probatur vtrunq; dictū. C. de bo. q̄ lib.
dicta aduentitia aūt hodie non conferuntur quoad proprietatē.
l. fi. ⁊ quod ibi, per omnes. C. de colla. Sed fructus ex dictis bonis
percepti per ipsum Joannē ante mortē patris, si tamē tunc exta-
bant, deberent conferri, ⁊ poni in cumulo. ar. d. l. fi. C. de colla. iun
cta. d. l. cum oportet. in prin. ⁊ hoc voluit Rayne. Pau. de castr. ⁊
Alex. de imo. in. d. l. fi. Bart. in. l. pater filium. col. vlti. ff. de colla.
do. ⁊ Cy. in. l. si emancipati. in quarta. q. C. de colla. Quod dictuz
limitat Bal. in aut. ex testamē. C. de colla. vt nō procedat, hoc est,
vt non teneatur filius cōferre fruct⁹ per se perceptos ex suis bo-
nis aduētitijs, quādo illos percepisset cōniuētibus oculis patris
eo sciente qꝛ tunc intelligerētur sibi donati. d. l. cum oportet. §. sin
autem, ⁊ ideo illos conferre non tenetur fratribus suis. Et hoc
etiam tenuit ibi Ang. sed contrariū videtur tenere Alex. de imo.
⁊ post eum do. Jason. in. d. auth. ex testamē. Et hec opinio magis
placet, scilicet ꝙ isti fructus si extant debeant conferri, hoc est po
ni in cumulo, etiā si verū esset ꝙ illud viderētur per patrē dona-
ti, quia in omnibus casibus, in quibus statiz valet donatio inter
patrē ⁊ filiū in potestate, tenetur regulariter filius tale lucrū con
ferre, vt bene ostendit Alexand. de imol. ⁊ post eū do. Jason in. d.
aut. ex testamento. tenetur ergo ipse Joānes illos fructus cōfer
4 re, si extant, ⁊ ponere in cumulo. †Si autē essent cōsumpti sine do
lo ⁊ fraude ipsi⁹, tūc nō teneretur. l. ea demū. C. de colla. no. Pau.
de cast. Alexan. de imol. ⁊ do. Jason in. d. l. fin. C. de colla. Dicun-
tur autem consumpti si de eis nihil restet: sed si adhuc restent ipsi
ijdē, vel fuerint permutati, vel ex eis aliquid acquisitum, tunc nō
dicerentur consumpti, qꝛ in corpore patrimonij retinerentur. l.
idem seruandum. ff. de leg. ij. pro quo optime facit quod voluit
Alexan. de imo. in. l. maritus. col. ij. ff. ad leg. falcid.

Nunc respondeo ad noua du-
bia. Et primo ad primū dico ⁊ respōdeo ꝙ, si debita, de quib⁹ ibi
essent facta per Petrū patrem, vel nomine ipsius ⁊ ipse Petrus
ea rata habuisset, nulli dubiū quin Joannes teneretur ꝓ ea par-
te, pro qua est heres dicti Petri eius patris: pro eo quia actiōes
hereditarie actiue ⁊ passiue dantur heredibus, ⁊ trāseunt in here
des. l. j. ⁊. ij. cum suis simili. C. de heredita. actio. Et quod dico de
Joāne idē dico de alijs liberis heredibus dicti Petri. Sed si de
bita sint cōtracta per ipsum Thomā, ⁊ suo nomine, vel noīe Pe
tri patris, ⁊ Petrus illa rata nō habuerit, tunc nō videtur dict⁹
Joannes, aut alij liberi teneri ad illa nisi probarentur cōuersa in
vtilitatez ⁊ in commodū dicti Petri, vt quia forte ex illis fuerūt
5 ipse Petrus ⁊ liberi eius alimentati ⁊ nutriti: †qꝛ cū alimētare ⁊
nutrire liberos saltē maiores triēnio sit onus patris. l. nec filiū. ⁊
quod ibi doc. C. de patri. pote. no. glo. ⁊ docto. in. l. alimenta. C. de
neg. gest. ⁊ Bar. in suo tracta. alimētorū. col. ij. ver. ⁊ primo pater
tenetur alimētare ⁊c. pro quo dicto allegari solet. l. si quis a libe-
ris. §. si vel parens. ff. de libe. agno. ⁊. d. l. nec filium, ipse Thomas
in hoc gessisset negotium patris. Et sic omnes eius heredes tene
rentur ad debita pro huiusmodi alimentis contracta. Idē dico
de alimentis patris, postquam sunt ipsius heredes. Si etiā idez
Thomas se obligasset pro soluendis debitis patris, tenerentur
dicti heredes, quia in hoc gessisset negotium patris ⁊ puto quod
in omnibus istis, ⁊ similib⁹, teneātur omnes heredes patris, qui-
libet videlicet pro rata. Et per hoc patet responsio ad secundum
quesitum, vbi queritur, an etiam teneantur alij liberi: respondeo
ꝙ sic, vt predixi, patet etiam solutio ad tertium. ¶ Ad quartum
quesitum non possum bene respondere, quia nō video de quo one
re liberorū pupillorū queratur in illo. si vero quereretur de onere
tutele, ⁊ tā Thomas, quam Joānes sint maiores. xxv. annis, am
bo tenentur ad tutelam. Si vero queratur de onere alimentoruz
neuter teneretur, si aliunde habeātur vnde se alāt seu nutriāt. Si
vero non habeant, vterq; tenetur, per id quod no. Bart. in dicto
tractatu. col. mihi. iij. versi. quero an frater fratruz: ⁊ hoc nisi sup
esset eorū mater, que posset eos alere, per ea que not. Alexand. de
Jmo. in. d. l. alimenta. ¶ Ad quintum dico ⁊ respōdeo ꝙ, quoad
bladum seminatum in terris dicti quondam Petri, ⁊ in quibus
Joannes habet partē, ipse Joannes debet habere partem bladi
in eis excreti, illam videlicet, quam habuisset si ille terre fuissent
locate vel arrendate ad partem fructuum: ⁊ sic si potuissent arrē
dari duobus summatis bladi, deberet habere partem haruz dua
rum summatarum, non totius bladi in terris excreti. Non enim
esset equū ꝙ ipse, qui non laborauit, tantum habere deberet, q̄tū
alij qui laborarunt. Est tamen aduertendum, ꝙ si boues erant cō
munes, ⁊ mercenarij fuerint nutriti de bonis communibus, ⁊ eis
etiam satisfactum de bonis communibus, Joannes habere debe
ret maiorē partem, quam supra dixerim, sed tamen non tantam,
quantam Thomas. Tum quia tertia pars terrarum est Tho-
me. Tum qꝛ Thomas laborauit, ⁊ non Joānes. Et si bladū semi
natum fuisset per Thomā ab aliquo mutuo acceptum, illud debe
ret primo detrahi de blado in dictis terris excreto. Quo vero ad
bladum excretum in alijs terris, hoc est in quibus Joannes non
habet partem, credo ꝙ Joannes nihil percipere debeat nisi ter-
re ille fuissent cultiuate per communes mercenarios, ⁊ cum bo-
bus communibus: qꝛ tunc aliquid habere deberet horum preter-
tu, non tamen tantum, quantum Thomas, ⁊ iuxta estimationem
partis laboris mercenariorum, ⁊ boum. Et per hoc patet respon
sio ad sequens ⁊ vltimum quesitum.

¶ Argumentum.

¶ Accusatio ad vltimum supplicium condemnatorum, contra
illis ex probabili causa infensum socium criminis, indicium non
facit, nedum probationem. U. F.

1 ☞ Condemnato ad patibulum alium accusanti an fides adhi-
benda, ⁊ propter an accusationem tormenta decernenda, ⁊ in qui
bus fallat, ⁊ quid si socius non interrogatus inculpauerit, an pre
sumptionem prebeat. ⁊ nu. 5.
2 Testis sponte se offerens suspectus an sit.
3 A glossis ordinarijs an ⁊ quando recedendum.
4 Confessioni facte in tormentis in quibus magis credatur q̄ con
fessioni spontanee.
6 Tituli inquisitionales per defectuz anni, mensis, ⁊ loci an sint in-
epti.
7 Ante inquisitionem an cōstare debeat de furto, vel de homicidio.
8 Indicium quodlibet probari debet per duos testes.
9 Probationum plures species ad inuicem quando iungantur.
10 Judex secularis vt aliquid recipiat pro labore potest de consue-
tudine introduci, maxime vbi non sunt stipendia.
11 Consuetudo etiam iniqua a dolo excusat.

¶ De accusa. Consi. cclviij.



Viso processu cause ce-
pte, ⁊ aliquādiu agitate per ⁊ inter venerabilē vi
rum dominum procuratorem fiscalem curie loci
Montisdraconis, pro nobili ⁊ generoso viro Ja
cobo de mōte acuto, domino de Canoys, ⁊ in sua
curia dicti loci ex vna parte, ⁊ honorabilem virum Robinum de
digoma ex alia, ⁊ deinde per appellationem deuolute ad Reuerē
dum patrem ⁊ virum egregium dominū vicariū ciuitatis Arela
tensis, ⁊ eius sedē ⁊ curiam. Premitto pro faciliore ostensione bo
ni iuris ⁊ iuste defensionis eiusdem de Digoma, ꝙ ipse fuit ⁊ legi
tur intitulatus, ⁊ in causam inquisitionalem quo supra instante
tractus, de ⁊ pro eo quod parte dicti do. procuratoris pretende-
retur, ⁊ pretenditur, ꝙ ipse Robinus post ⁊ citra festum omniū
Sanctorum, Anni domini. M. cccclxxix. quandā relationez, siue
quēdā rotulū ⁊ literā missoriā fecit, seu fieri fecit, ⁊ false fieri ꝓcu
rauit ad causam inquisitionis mortis cuiusdā mulieris pretense
vxoris cuiusdā vocati Arnolet, q̄dq; ipse rotulū, siue falsam cer-
tificationē, ⁊ literā huiusmodi misit apud Montēdraconē per
quendā Claudiū Garini, et hoc causa habēdi bona noua de vita
ipsius mulieris an vez viueret, aut mortua extitisset, et ꝙ postea
certā quātitatē bladi receperat a quibusdā Andrea Meynerij,
alias Picolet, ⁊ quodā dicto Pinchenier, qui de homicidio pre
dicte mulieris dicebantur inquisiti, prout hec apparēt ex schedu
la exordiente, Processus criminalis ⁊c. parte dicti do. procura-
toris in causa ꝓducta, ⁊ inserta fo. 102. ⁊ ex quatuor aut quinq; ar
ticulis alterius schedule exordiētis, Ad fines ⁊ effectus ⁊c. par-
te eiusdem do. procuratoris in causa producte, ⁊ inserte. fo. 118.
¶ Secūdo premitto ꝙ idē de Digoma etiā fuit in causam tra-
ctus instāte quo supra, pro eo ꝙ pretēderetur, ⁊ pretendatur per
eundē ꝓcuratorē ꝙ dictus Picolet ⁊ le Pinchenier, post latas
contra eos vltimi supplicij snīas eundē de Digoma inculpaue-
rāt, dictus videlicet Picolet in loco late cōtra eū sententie, ⁊ in
altiore gradu scale patibuli: ⁊ prefatus le Pinchenier dū ducere
tur ad patibulum, ⁊ transiret prope ⁊ iuxta domum dicti de Di-
1 goma, ⁊ magistri Petri eius fratris. ¶ †Tertio premitto ꝙ si
quis reperiatur deposuisse aut aliquid dixisse de ⁊ super his in q-
bus dicti Andreas Meynerij, alias Picolet et le Pinchenier
eundem inculparunt post latam in eos sententiam, isti fuerunt
ipsi Picolet ⁊ le Pinchenier, nō alij. Quorū ꝓpterea depositiōi
seu dicto, aut inculpationi nō est fides adhibenda. l. fi. ⁊ quod ibi
glo. C.

glo.C.de accusa.c.j.⁊ quod ibi gl.de confes.l.repeti.§.j.⁊.l.diuus.
§.ex quib⁹ causis.ff.de questio.Est enim regula iuris,ꝙ in se,vel
de se crimen confessus de aliorum conscientia interrogari nõ de-
bet.Nec mirũ,q2 est infamis,facinorosus,vilis persona,⁊ suspe-
cta.vnde ei non creditur.d.l.fi.Et quamuis hoc dictum fallat in
casibus,de quibus per gloss.d.l.fin.est tamen verum regulariter,
prout ibi censuerunt glo.Cy.Bar.⁊ Alberi.⁊ vt ibi colũ.fin.dicit
Alberi.post Gabric.de osele,in suo tractatu de fama.§.proxime
supra.versi.Subijcio etiam aliã questionẽ ⁊c.⁊ in hanc partẽ vi-
detur inclinare gloss.⁊ Azo,⁊ Hugolini.in.l.j.§.si quis vltro.ff.
de questio.Dicit enim ibi gl.super verbo peruenires,nõ vt alijs
preiudicares,loquens de iudice.idẽ voluit gloss.in.l.si filium.C.
de libe.cau.idẽ Gandi.in tracta.malefi.super rubrica de questio.
⁊ tormen.ver.bonas questiones de tormentis:vbi querens num-
quid stetur dicto ⁊ depositioni hominis de se confessi,⁊ alium in-
culpantis,concludit verã esse opinionẽ Azo.ꝙ socius non facit
indiciũ cõtra pretensum sociũ,nisi in certis casibus specialibus
enumeratis super glo.in.d.l.fi.C.de accusa.⁊ non solum dicit hoc
Gandi.sed etiã cõcludit ibi,ꝙ in illis casibus specialibus.si non
precedãt alia indicia,nõ creditur pretenso socio,⁊ istã sententiã
tenet Guido de suza.in trac.malefi.sub rubrica qualiter rei sub-
ijciãtur tormẽtis,in fi.prime col.Et concludũt Gãdi.⁊ Gui.do-
cto.prefati ꝙ etiã si persona nominata,vel inculpata per eũ,qui
de se confessus est,esset male cõditionis ⁊ fame:nõ tamẽ propter
talẽ nominationẽ,seu inculpationẽ,poterit subijci questioni,seu
tormentis,exceptis casibus per glo.exemptatis.Et nimirũ,q2
vt post Gabric.de osele,dicit Alber.in.d.l.fi.col.fi.in alijs casib⁹
de se confessus nullum facit indicium contra alium,⁊ hoc fuit de
mente Odoffr.in suo tractatu de questio.qui positus est in San
dino,de questio.⁊ tormen.versi.nunc restat formare ⁊c.⁊ Bal.cõ-
silio.lxxxj.exordiente,Regula iuris est,in tertia parte post Spe
cu.titu.de inquisitione.§.j.versi.sed scias ⁊c.Quo fit,vt cum pre
fati Picolet,⁊ le Pinchenier tẽpore facte per eos inculpatiõis
essent de se crimen confessi,⁊ nõ solũ confessi,sed etiã condemnati
eorum pretensa nominatio,seu inculpatio indicium non fecerit,
cum casus iste de casibus per gloss.exceptatis non existat.¶ Fa
teor,tamen ꝙ Bart.in.d.l.repeti.§.j.ff.de questio.⁊ Salic.in.d.l.
fina.C.de accusa.videntur aliter intellexisse materiam dicte.l.fi-
na.⁊ sue gloss.Dicit enim ibi Salice.qualitatem personarum et
delictorum esse ponderandam,et omissis his que ibi not.de ho-
minibus seruilis conditionis,dicit ꝙ si persona accusata,vel in-
quisita et libere conditionis,et non vilis,tũc in criminibus,que
sine socijs regulariter non committuntur,credit de se confessum
posse interrogari de socijs vt prouincia eis purgetur.argu.l.cõ-
gruit.ff.de offic.presi.prout ipse sibi prosequitur.In criminibus
vero que sine socijs committi pñt,si commissa dicantur cõtra cõ-
munem salutẽ omnium,etiam potest quis interrogari de socijs.
l.fina.C.de malefi.⁊ mathema.alias autẽ vbi premissa cessant,nõ
debet quis de se confessus interrogari de alijs.dicta.l.fina.⁊.l.re-
peti.§.j.superius allega.⁊ si interrogatus extiterit,⁊ alios incul
pauerit inculpatio huiusmodi presumptionem non facit,vt vo-
luit idem Salicet.in dicta.l.fi.colum.ij.versicu.sed tunc oppono
ꝙ nec presumptionem ⁊c.post Cy.ibi,vt freni temperies iudici-
bus imponatur.d.l.j.§.diuus Antoninus.Et vt dicit Salicet⁹
vbi supra,minus creditur tali de se cõfesso,si spõte et non inter-
rogatus alios inculpauerit.Est enim inculpatio seu nominatio
2 huiusmodi lege suspecta,rationibus allegatis in.d.l.fi.†sic ⁊ als
dici solet ꝙ testis sponte se offerens est suspectus.l.post legatum.
§.his vero.⁊ quod ibi gloss.ff.de his quib.vt indig.Bartol.vero
3 aliter loquutus est in.d.l.repeti.§.j.vt ibi videri põt.† Et pre-
supposito ꝙ doctrine Barto.Sali.aut earum altera vere existe-
rent,⁊ ꝙ propterea recedi deberet a glossis ordinarijs,⁊ doct.de
quibus supra contra doctrinam Jacobi de butr.in.l.j.C.qui pro
sua iurisdi.iudi.d.a.darime pos.ille tamen non obessent eidem de
Digoma.Et quidem non doctrina Salice.quinimo faceret pro
eo,cum possit quis faciliter,⁊ sine socijs furari,presertim croche
tando:⁊ hoc ita sepissime contingit docet experientia.Dicti etiã
Picolet,⁊ le Pinchenier non inculpant dictum de Digoma,ꝙ
cum eis furta commiserit.Etiam doctrina Bartol.non noceret
quia esto ꝙ secũdum eam potuissent ipsi Picolet,et le Pinche-
nier de se cõfessi interrogari de alijs,vel ipsi ĩterrogati alios no-
4 minare,non tamẽ fuit,vel est eorum dicto,seu nominationi,imo
verius inculpationi,⁊ accusationi fides adhibenda.† Tum quia
licet magis credatur sponte de se confesso,quatenus cõfessio hu-
iusmodi concernit preiudicium confitentis,ꝙ̃ confessio in tor-
mentis:minus tamen creditur spontanee confessioni,quatenus
concernit preiudicium alterius inculpati,ꝙ̃ confessioni facte in
tormentis,vt voluit Baldus in dicto consilio.lxxxj.et Bartol.
in dicta.l.j.§.questioni.ff.de questio.quinimo dicit Alberi.in di-
cta.l.fin.colum.penulti.post Gabric.de osele,vbi supra,ꝙ in casi-
bus in quibus quis potest de alijs interrogari eius confessio,seu
inculpatio nihil valet,nisi sit facta in tormentis:hc enim videtur
asserere.l.prouinciarum.C.de ferijs,⁊.l.j.C.de fal.mone.Et idem
videtur esse in alijs casibus,in quibus cõceditur interrogatio,cũ
eadem sit ratio.Nam cum turpes et notate persone in testimo-
nium recipiuntur,earum dicto sine tormentis non creditur.l.ob
carmen.§.si ea rei cognitio.ff.de testibus.Tum et quia dicti Pi
colet,⁊ le Pinchenier non solum non in tormentis nominaue-
runt dictuz de Digoma,sed etiaz nõ interrogati:propter quod
vt superius dixi.etiam ex hac causa eorum pretensa nominatio
est suspecta.Tum ⁊ quia tempore dicte pretense eorum nomina-
tionis seu inculpationis,et ante nominationem et inculpationez
huiusmodi,ipsi Picolet ⁊ le Pinchenier fuerant condemnati
ad vltimum supplicium.l.testium fides.§.lege iulia.ff.de testibus
1 dicis seu bajuli insulani. qđ ideo procedit, † qꝛ testes huiusmodi ferunt corã eodẽ do. iudice Arelatis producti, ⁊ per eũ admis- si ⁊ recepti, non quidẽ vt per nudũ ministrũ, ⁊ merum executoreꝫ ⁊ vice dicti domini iudicis aut baiuli insulani: sed vt ordinariũ dicte Arelatensis ciuitatis, ⁊ dictorũ nobilis Arletani, ⁊ Jaco bi carterij, ⁊ autoritate iuris cõmunis. l. iudices, ⁊ authẽ. apud eloquentissimũ. C. de fide instru. per quos tex. hoc voluit Specu. tit. de iudi. de leg. §. iam nũc dicẽdum, ver. sed secundũ premissa ⁊c. ⁊ ti. de teste. §. qualiter autem, versi. scribet autẽ iudex iudici ⁊c. Et ita post Pet. de anch. sensit Joan. de imol. in clemẽ. j. ver- sicu. vltimo do. Petr. de ⁊c. de offi. delega. in clemen. ⁊ in. c. con- stitutus, de fideiusso. ⁊ q̃uis Joã. and. in addi. Specu. in. c. ver. sed secundum premissa, in addi. exordiente, Tu dic predicta ⁊c. videatur sentire contrarium in delegato domini pape, vel prin cipis, cui ⁊ requirens ⁊ requisitus iudices subijciuntur: ipse tamen in delegato ordinarij sentit idem quod specu. scilicet qđ ordinariꝰ per eũ requisitus testes recipiat, examinet, ⁊ alias fa- ciat que huic articulo faciẽda incũbunt: nõ quidem vice, ⁊ ex cõ- missione requirentis, qui extra territorium cõmittere nõ potest sed vice suijpsiꝰ reqsiti seu autoritate iuris ꝯmunis. ⁊ dicit Joã. de imol. in. d. c. constitutus, idem esse de iudice ordinario requi- rente, vt in casu nostro: ⁊ per hoc respõdetur ad. d. c. constitutus versi. vt eos vice tua recipiant ⁊ examinent. Qꝛ illud loquitur in archiepiscopo Cantuariensi, qui secundum Joan. de imol. in hoc erat delegatus pape, ⁊ ideo potuisset iudiceꝫ Bononiensem compellere. argu. c. pastoralis. de officio delega.

¶ Argumentum.

¶ Minor feudatarius, seu vassallus a maiore etiam ius rega- liarum super eodem castro habente non debet opprimi vel con- culcari, nec in sua iurisdictiuncula turbari. V. F.

1 ¶ Verba narratiua seu enuntiatiua quando probẽt id quod enuntiant seu narrant.
2 Scriptura quando dicatur esse antiqua.
3 Interpretatio in dubio an fiẽda cõtra illum qui se fundat ex ver bis contractus. ⁊ nu. 15.
4 Verba enuntiatiua in contractibus probant inter contrahẽtes.
5 Reseruatio acquirendorum facta in permutatione an valeat.
6 Pater reseruans sibi vsumfructum bonorum acquirendorum per filium quem emancipat, an inutiliter reseruet, ⁊ cur.
7 Dominus immunitateꝫ si rustico concedẽs sibi quicꝗ̃ retineat an ⁊ quando illa retentione iuuari possit.
8 Reseruatio iuris coloni per venditorem in vẽditione fundi fa- cta quando valida.
9 Dictiones quas, ⁊ que posite in donatione ⁊ concessione nõ pre cedẽte coniunctione se habent ⁊ ponantur.
10 Vocãdi sunt quos res tãgit maxime in exẽplatiõe instrĩ, ⁊ cur.
11 Transumptum factum de transumpto an valeat.
12 Causam per se deductam debet quis probare aut succũbere etiã si aliam alias sufficientem probauerit.
13 Oratio indefinita posita in reseruatione ad que se referat.
14 Conuentio ad incogitata an se extendat.
16 Absurditati iura resistunt.
17 Jurisdictionum quot species.
18 In iudicio retinende possessionis vincere debet qui probat de antiquiore possessione.

¶ De feud. Consi. cclxxij.



Viso processu cause ce- pte, ⁊ aliquãdiu agitate ꝑ ⁊ inter nobiles viros Antoniũ de valateria ex vna parte, ⁊ Antoniũ gõberti de Sisterico ex alia, videtur de iure re- spondendũ, sñiam fuisse, fore, ⁊ esse proferẽdam pro eodẽ Gõberti. Et vt hoc facilius demonstreť ⁊ appareat, p̄- mitto illud fuisse ⁊ esse certũ ꝙ nobilis ⁊ gñosus quõdã vir do. Pet. gõberti miles fuit dñs in parte Castri ⁊ terre Dromonis ꝓut colligiť ⁊ colligi põt ex multis ⁊ varijs scripturis ⁊ docu- mẽtis parte dicti nobilis Anto. gõberti in ꝓcessu cãe huiꝰ ꝓdu ctis ⁊ insertis. Et p̄mo quidẽ ex instrumẽto homagij dicto quõ dã nobili Petro ꝑ multos homines loci p̄dicti Dromonis fa- cti, Ann. veꝫ do. M. cccvj. ⁊ die. xxij. mẽsis Julij, iserto fo. 410. in quo idẽ nobilis Petrꝰ dicitur ⁊ nũcupať dñs in parte castri
1 ⁊ terre Dromonis: † que verba, q̃uis narratiua, seu enuntiatiua existãt qꝛ tñ sunt de tpe antiquissimo, ⁊ hoĩm memoriã excedẽte, probant id qđ enuntiant seu narrant. pro quo induco id qđ vo- luit gl. in. c. si papa, de priuile. in. vj. c. cũ olim, de cẽsi. Ant. de bu. in. c. fi. de succes. ab intest. Bal. in aut. quas actiones, ad fi. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in. l. proprietatis. C. de ꝓba. Jo. de imol. in cle. j. de proba. ⁊ quod voluit Frã. de are. consi. xxxvj. exordiẽ. Casus talis p̄supponitur ⁊c. ⁊ Alex. de imo. cõsi. vj. ad fi. ⁊ cõsi. clxxxvij. exordiente, In hac cã ⁊ lite vertẽte ⁊c. ⁊ Pau. de cast. cõsi. xlviij. exordiente, in causa que vertitur luce inter Lauren. ⁊c. ⁊ Anto. de butri. in. c. quoniam contra falsam, charta penulti. de proba. Colligitur etiã ex instrumẽto cuiusdam recognitionis oliꝫ fa- cte, Anno veꝫ do. M. cclxxxv. ⁊ die. v. mẽsis Aprilis, per Pe. ⁊ Jacobum monerij spectabili quondam viro do. Raymundo de Sisterico militi, inserto fo. 474. iuncto instrumẽto venditionis facte dicto quõdam do. Petro gomberti per dominum Franc. de sisterico, suo, ⁊ nobilis quondam viri Raymundi de sisterico eius fratris nominibus, inserto fo. 464. iuncto instrumento in- uestiture, inserto fo. 475. Premissa coadiuuantur per instrumẽ tum missionis in possessioneꝫ bonorum que fuerunt do. Philip pi de lauene, facte Anno do. M. cccv. die. vj. mensis Maij, in- serto fo. 559. ¶ Etiam premitto fuisse sufficienter ꝓbatũ ⁊ ostẽ sum ꝙ nobilis quondã Jacobus gomberti fuerit dominꝰ terre predicte Dromonis, ⁊ hoc quidẽ ex multis documentis, ⁊ alijs scripturis. Et primo per quoddam publicum instrumentũ sum ptum Anno do. M. cccxxi. ⁊ die. xvj. mensis Decembris, insertũ fo. 437. Probatur etiam per instrumentũ creationis officiario rum facte per ipsum quondam Jacobum, Anno do. M. cccl. in sertum fo. 518. per instrumentuꝫ homagij prestiti ꝑ ipsum nobi- leꝫ Jacobũ gõberti, ⁊ alios cõdominos ⁊c. ann. do. M. cccxxxij. insertum fo. 545. Et per instrumentũ inuestiture olim facte per Gulielmum matani tunc baiulum dicti nobilis Jacobi Anno do. M. ccclxij. ⁊ die penultima mẽsis Maij, insertũ fo. 547. per instrumentũ ꝑmutationis olim facte, anno veꝫ do. M. ccclxij. ⁊ die quinta mensis Martij, inserto fo. 422. Per instrumentum missionis in possessionem facte, Anno do. M. ccclxiij. insertum fol. 431. Per instrumentum homagiorũ prestitorũ dicto quon- dam nobili Jacobo, anno dñi. M. ccclxxviij. insertum fol. 417. Per instrumentũ homagij eidẽ nobili Jacobo prestiti per Põ tium santeli Anno dñi. M. ccclxxix. insertũ fol. 429. Sũt ⁊ alie multe publice scripture parte dicti nobilis Antonij gõberti in processu dicte cause producte, ⁊ inserte, in quibus idem quõdam nobilis Jacobus nominatur cõdominus dicti loci Dromonis, ⁊ aliorũ locorũ in ꝓcessu cause huius latiꝰ expressorũ, ⁊ per quas maxime, vna cum predictis, probatur eundem quondã nobilem Jacobum fuisse cõdominum locorũ huiusmodi: qꝛ, vt dixi, ver- ba narratiua, seu enuntiatiua posita in antiquis instrumentis probant, per ea que predixi, quod etiam voluit Nicol. mi. in suo repertorio, in verbo, verba narratiua. §. verba enuntiatiua in- strumenti faciunt plenã fidem ⁊c. Huiusmodi enim sunt instru-
2 menta ⁊ alie scripture, de quibus supra. † que omnes ⁊ earũ que- libet excedũt tẽpus centum annorum, sunt ergo antique, per id qđ finaliter videtur voluisse Jnn. in. c. veniens. de verbo. signifi. Spec. in tit. de prob. §. j. versi. valet etiam ⁊c. ⁊ vers. ⁊ not. ⁊c. Jo. de imol. in. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcẽ. ⁊. c. veniens. de testi. ⁊ Alex. de imo. in. l. cum aliquis. C. de iu. delib. ⁊ alij in alijs locis. Nec opponat aliquis, ꝙ idem quondam nobilis Jacobus eius condominiũ permutasse videať, anno predicto. M. ccclxij. ⁊ die. xv. mensis Martij, cum spectabili viro domino Rogerio de sancto Seuerino, tunc prouincie senescallo, ⁊ nomine regina- lis curie. Quoniã respõdeo ꝙ permutatio, de qua ibi, facta fuit de alijs rebus: non autẽ de iurisdictione quã idem quondã Ja- cobus habebat in dictis locis: qđ satis declaratur ⁊ apparet ex tenore instrumenti hmõi permutationis. quãuis enim in princi- pio eiusdem instrumenti dicatur, volens de bonis, iuribus, ser- uitijs, seignoria, ⁊ alijs omnibus, que habet, tenet, ⁊ possidet ⁊c. tamen in subsequentibus restringuntur dicta verba generalia, vt apparet ibi, prout bona ipsa, que nomine excambij seu permu tationis dantur, sunt in hominibus ⁊ vassallis subscriptis: ⁊ ibi, Item ius qđ habet ⁊ ad eũ spectat ⁊c. vbi nullus sermo habetur de iurisdictione. Non igitur cẽsetur ipsa iurisdictio permutata:
3 † in dubio enĩ fieri debet interpretatio cõtra illũ qui se fundat ex verbis cõtractus. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. obl. ⁊. c. cõtra eum. de reg. iur. in. vj. de quo Alex. de imo. in. l. si pascenda. C. de pac. ⁊ consil. lxiij. exordiẽte, Super eo de quo queritur veꝫ ⁊c. in prima parte. Declaratur etiã qđ predixi ex postea subsecutis. Et primo qui- dem ex instrumẽto pactorũ, conuentionũ, ⁊ diuisionũ factarum

inter

inter cōdn̄os ⁊ plebios loci p̄dicti Dromonis anno vꝫ do.M.
ccclxvj.⁊ die quarta mensis Junij,⁊ sic post ꝑmutationeꝫ inser
to fo.412.in quo idem quondā nobilis Jacobus reperitur cum
alijs condn̄is,⁊ vt condn̄is dicti loci interuenisse:qui verisimili
ter,vt talis admissus nō extitisset nisi fuisset talis.Etiā hoc col
ligitur ex instrumēto homagiorū eidē quondā nobili Jacobo fa
ctorum anno do.M.ccclxxviij.⁊ die.xxviij.mensis Januarij,in
serto fo.417.Etiam hoc colligitur ex instrumento alteriꝰ ho
magij eidem quōdaꝫ Jacobo prestiti anno do.M.ccclxxix.⁊ die
xx.mensis Nouembris,inserto fo.419.vbi idem nobilis Jaco.
dicit condn̄s terre Dromonis.Addo ꝙ dicta oppositio etiam
ꝓ eo non obstat,quia dictus nobilis de Valateria super ea se nō
fundat nec de ea opposuit.

Premitto insuper, qđ etiam

nobilis quondam vir Ameluis gōberti,filius dicti Jacobi,fuit
condn̄s predictorū locorū,⁊ ꝓ tali se gessit,⁊ talis fuit reputatꝰ
⁊ habitꝰ:ꝙ primo apparuit ⁊ apparet ex instrumēto diuisionis,
caualcatarū p̄dictorū locorū Dromonis,Briēsoni,sancti Gene
sij ⁊ Antonij facte anno.ccccxvj.⁊ die.xxix.mēsis Augusti,inser
to fo.451.Etiam ꝓbatur ꝑ instrumentū ꝓuisionis facte de tuto
re,seu bonorū administratore ꝑ dictum quōdam nobilē Ameliū
anno domi.M.cccxcix.⁊ die.xv.mensis Octobris,insertum fo.
522.Etiam hoc colligitur ex tenore cuiusdam p̄tensi instrumēti
parte dicti de Valateria in hac causa producti,inserti fol.118.in
quo inseritur quoddā aliud p̄tensuꝫ instrumētū cuiusdā asserte
permutationis facte,vt dicitur,Anno domi.M.cccxcix.per et
inter prefatum quōdam nobilem Amelium gōberti ex vna par
4 te,⁊ nobilē quondam viruꝫ Francisquelum arcuissie:†a cuiꝰ pre
tensis successoribus idem de Valateria se dicit ius habuisse ⁊ ha
bere,in quo idem Amelius nominatur cōdominꝰ dicti loci,⁊ vt
talis contraxit,⁊ talē censetur fuisse confessus ipse quōdā Fran
cisquelus cū eo cōtrahens.l.optimā,⁊ qđ ibi gl.⁊ docto.C.de con
trahen.⁊ cōmitten.stipula. Joan.de imol.in.l.qui volebat.ff.de
heredi.institu.Pet.de ancha.consi.mihi.clxxj.exordiēte,Pri
ma facie videtur ⁊c.⁊ consi.mihi.ccxliiij.exordiente,Prius de
viribus dicte ꝓbationis ⁊c.⁊ Alex.de imol.consil.vj.in quarto
5 volu.†Nec ꝓdest eidem nobili de Valateria quedā pretensa re
seruatio seu retētio,quā in dicta permutatione fecisse dicitur di
ctus quōdam Francisquelus,quia nō propterea acquisiuit iuris
dictionem in dictis locis,⁊ eorū territorijs,quā antea nō habe
bat:qꝛ ꝑ huiusmodi pretēsam retētionē nō apparet ꝙ ius nouū,
seu iurisdictionē,quā antea nō habebat, acquirere voluerit ab
ipso nobili Amelio,per id qđ voluit Oldr.cōsi.mihi.clxiiij.exor
diēte,Factū tale est in instrumēto cuiusdā emācipatiōis ⁊c.Jo.
an.in addi.Specu.tit.de natus ex libe.ven.in fi.Pet.anti.in suo
diuersorio munerū,ver.septijssime euenit mihi,ī cōsi.ix.ibi,si au
tē non debebantur.Albe.in.l.fi.C.de emancipa.libero.Barto.⁊
Alex.de imol.in.l.si quis legauerit.ff.de lega.j.⁊ Ange.in.l.si in
vēditione.ff.cōmuni.predi.in quibus locis volunt docto.prefa
ti,Oldra.videlicet Jo.and.⁊ albe.†ꝙ si pater in emancipatione
filij sibi reseruet,aut retineat vsumfrumfructū in bonis ꝑ ipsuꝫ
filium post emancipationē acquirēdis,huiusmodi retētio inuti
lis est,⁊ hoc ꝓ eo,qꝛ in bonis acquirendis nullū ius habet pater
⁊ sic in illis nihil potest retinere.Nec,vt dicit Alberi.in.d.l.fi.ꝑ
7 verbum retentionis ius nouum intēdit acquirere.†Petr.vero
anti.dicit,ꝙ si dominus in concessione immunitatis facta alicui
rustico,ne imposterū teneretur ad munera, p̄stātias,vel malas
seruitutes,sibi retinuerit fornagia,mulcturas,corroatas,vel si
milia,retētio hmōi nō valet nisi hec retenta antea deberētur,vt
8 ipse plenius prosequitur in.d.ver.si autē antea non debebātur.
Bar.vero Alex.⁊ Ange.in locis preallegatis dicunt,†qđ si in
venditione fundi reseruet venditor ius coloni qui forte pretēde
batur ius habere in fructibus,⁊ nullus sit colonus,nihil vꝫ retē
tio,⁊ sic retētione huiusmodi nō obstāte habuit emptor fructus
integros.Reseruatio ergo seu retētio iurisdictionis,quam fe
cisse dicitur dictus quōdam Frācisquelus,nō est operata acqui
sitionē iurisdictionis,quā antea nō habebat idē Frācisquelꝰ:et
sic ꝑ retentionē huiusmodi nō apparet eum acquisiuisse iurisdi
ctionē existētem penes dictū nobilē Ameliū.Preterea idē Frā
cisquelus in dicto p̄tenso instrumēto non legitur sibi simpliciter
reseruasse,seu retinuisse merū,⁊ mixtum imperium,⁊ omnimo
dam iurisdictionē in criminalibus ⁊ ciuilibus:sed limitatiue et
restrictiue,scꝫ meruꝫ ⁊ mixtū imperiū,⁊ omnimodā iurisdictio
nem in criminalibus ⁊ ciuilibus,illā vꝫ.quā curia regia in lo
cis predictis,⁊ eorum territorijs habere consueuerat rōne ma
ioris dominij.Et sic nihil ibi dicit de simplici iurisdictiōe.Ad
iicio ꝙ etiam in scripturis extractis ab archiuis,⁊ parte ipsius
de Valateria in hac causa ꝓductis ⁊ insertis,quo ad partem fa
cientē ad intentionē fo.152.ver.tenor iurium repertorū in dicto
libro siue registro nūcupato Leopardus dicitur curiam regi
nalē habere in castris de Briensono,Dromono ⁊ sancto Gene
sio merū ⁊ mixtū impiū:⁊ postea subiungit,excepta simplici iuris
dictione.Etiā fo.153.ver.tenor iuriū receptorū in registro signa
to ꝑ.H.dicitur ꝙ dn̄s rex habet in castris de Dromono,Bri en
sono,⁊ sancto genesio maius dn̄ium,⁊ merū imperiū,⁊ alias iusti
tias,ſm conuētiones et statuta do.comitis Raymūdi berēga
rij.Idē dicitur fo.155.eodē vero fo.dicitur eum habere maiꝰ do
miniū,⁊ merū imperiū,ac omnia que ad ea pertinere noscuntur.
¶Nec opponat dictus nobilis de Valateria,ꝙ dicto quondaꝫ
nobili Frācisquelo data,donata,⁊ cōcessa existerint ꝑ recolende
memorie illustrissimā do.Mariā castra de Dromono,de sancto
Genesio,Briēsono,⁊ de Anthono,⁊ eorū qđlibet cū mero ⁊ mix
to imperio ac gladij potestate.⁊ cuꝫ iurisdictiōe omnimoda,al
ta,⁊ bassa,⁊ eiꝰ exercitio in homines ⁊ vassallos,cū oībꝰ iuribus
iurisdictionibꝰ ⁊c.Quī rn̄deo ꝙ hoc nō obstat,tū qꝛ cum dicta il
lustrissima do.Maria,seu recolende memorie illustrissimꝰ do.
Ludo.eiꝰ natus,tūc Prouincie ⁊ Forcalquerij.comes seu curia
comitatuū hmōi aliqua iura haberet,⁊ habere cēseret in castris
⁊ locis p̄dictis,p̄sumitur ⁊ p̄sumi dꝫ ꝙ ipsa do.Maria dederit,
donauerit,⁊ cōcesserit dicto nobili Francisquelo,nō quidē bona
res,iura,⁊ iurisdictionē cōdn̄orū castrorū,⁊ locorū p̄dictorū,sed
res,bona iura,⁊ iurisdictionem,q̄ curie ꝑtinebāt, exceptis his
quas excipi ⁊ reseruari voluit.l.si domꝰ.§.fi.ff.de leg.j.⁊.l.fi.C.de
loca.p̄di.ciui.lib.xj.de quo Jo.fa.in.§.edicto,insti.de vsuc.Tuꝫ
⁊ qꝛ ī dictis p̄tēsis donatiōe,donatiōe,⁊ ꝯcessiōe facta ē restrictio
ad ea,q̄ dicti illustrissimi dn̄i mr̄ ⁊ filiꝰ,habebāt ⁊ habere visi fue
rāt in dictis locis castris,⁊ eorū territorijs:vt appꝫ ibi.Quas
⁊ q̄ nos ⁊ dictꝰ filiꝰ noster rex habemꝰ ⁊ hꝫ ip̄e rex ⁊ visus est habe
re ⁊ sibi competere in dictis castris ⁊ eorū territorijs ⁊ quolibet
9 ipsorū.†Ille eīm dictiones quas,⁊ que,vtpote inibi posite sine p̄
cedente copulatiua,⁊ ponūtur restrictiue,nō ampliatiue.per ea
que no.Bar.⁊ doct.in.l.cūctos populos.C.de summa trini.et fi.
catho.Qđ si ita est imo qꝛ sine dubio ita esse videt,tenet idē de
Valateria p̄tensus successor dicti quondā nobilis Francisqueli
ꝓbare ⁊ ostēdere ꝙ̄ iurisdictionē haberēt in locis,castris,⁊ ter
ritorijs p̄dictis p̄fati illustrissimi dn̄i mater ⁊ filiꝰ seu eorū curia
aut saltē ꝙ inibi haberēt simplicē iurisdictionem,ꝑ id qđ voluit
Oldr.consi.mihi.cxij.alijs vero.clxxiij.exordiente,Viso instru
mēto siue priuilegio inclite recordationis do.Lud.quōdā Frā
corum regis ⁊c,Spec.tit.de loca.§.nūc aliqua,ver.lviij.querit
⁊c.Dy.⁊ post eum Bar.Alex.de imol.⁊ doc.in.l.si sic.§.j.ff.de le
ga.j.Ange.Alex.de imol.⁊ moderni in.l.locus.ff.de acqui.poss.
Idem Alex.cōsi.xiiij.exordiente,Viso ⁊ cōsiderato themate su
prascripto ⁊c.versi.nec ad hoc obstat ⁊c.in scđo volu.ꝓ quo alle
gari solet.d.l.si sic,⁊.l.legaui.ff.de lega.qđ maxime videtur debe
re procedere in hoc casu,in quo multas scripturas apparet,qđ
in castris,⁊ locis predictis erant multi condn̄i,⁊ inter alios pre
decessores huius nobilis Antonij gōberti.Et qꝛ etiam,vt predi
xi,vt apparet ex scripturis parte dicti de Valateria extractis
ex archiuis dicti do.mater ⁊ filius,seu eorū curia non habebant
simplicem iurisdictionem,aut saltem eorum pretēsa iurisdictio
erat limitata secundum conuentiones ⁊ statuta dicti domini co
mitis Raymundi berengarij.

Preterea etiam premitto qđ

licet idem nobilis de Valateria dicat ⁊ pretendat se habere rega
lias in locis ⁊ castris predictis:hoc tamen non videtur fuisse ꝑ
eum sufficienter probatum.Et quidē non per duo vidimus,siue
pretensa transumpta parte ipsius in hac causa producta, quorū
primum pretenditur factum Anno incarnationis domini.M.
ccccl xxxv.⁊ die.xij.mensis Augusti,insertum fo.164.Aliud ve
ro factum pretenditur eisdem anno,mense,⁊ die,insertū fo.181.
Et primo quidem non per primum,qꝛ illud factum est,si factuꝫ
appareat,absente ⁊ nō vocato dicto nobili Antonio gomberti:
qui tamen vocandus erat vtpote de cuius interesse,⁊ preiudicio
10 agebatur.†Vocandi enim sunt quos res tangit.c.ad hec,de of
fi.Arch.l.vlt.C.de auto.tuto.l.in cōcedendo.ff.de aqua plu.arc.
l.nam ita diuus,⁊.l.adoptio.ff.de adop.l.de vnoquoq̄.ff.de re iu
di.⁊.c.j.cū suis simili.de cau.pos.⁊ ꝓprie.quod etiā voluit in ter
minis Hostien.in summa.tit.de fi.instru.§.fi.in princi.⁊ videtur
fuisse de mēte Joā.and.in addi.Specu.titu.de fi.instru.§.osten
so,versi.ceterū quidam prouinciales ⁊ dominus meus ⁊c.⁊ Pa
nor.in.c.cum.P.tabellio,de fi.instr.⁊ longe plenius post alios
in.c.albericus,versi.nunc extra glo.ibi,in casu tertio dic qđ om
nes scripture ⁊c.de testi.⁊ ita ibi communiter tenent docto.⁊ in
c.fi.de fi.instru.⁊ legiste maxime Barto.in authē.si quis in ali
quo.C.de edi.⁊ domini de Rota decisione.xiij.Et huius dicti il
la ratio reddi solet quia in hac transcriptiōe,seu exemplatione
subest magnum periculum,⁊ non minus,ꝙ̄ quando testes exa

minant: imo maius, cũ instrumentum seu litere que transcribuntur; possent esse false latẽter, ꝛ iudex ꝛ notarius de facili nõ perpenderẽt, cum nõ sint de materia informati. Et eadẽ ratione dico de alio transumpto, quod etiã ꝛ alia ratione non probat, ꝙ hoc transumptũ factum est de pretenso transumpto. cõtra id ꝙ
11 habetur in. l. sancimus. C. de diuer. rescrip. Originales enim scripture, non etiam illarum pretensa exempla exemplari possunt. Adijcio ꝙ ille pretense litere recolende memorie illustrissime domine Joanne regine ꝛc. in dictis transumptis exemplate, ꝛ per quas idem de Ualateria pretendit se probasse habere regalias, non videtur se posse extẽdere ad castra, ꝛ loca, de quibus in hac causa: cũ ille, si tamen de earũ concessione appareat, cõcesse pretendantur non quidẽ dicto quõdam Frãcisquelo, sed nobili Jacobo arcussie eius pretenso patri ꝛ diu ante ptẽsas donationẽ ꝛ concessionem, quam de locis ꝛ castris predictis fecisse asseritur dicta illustrissima do. Maria in cuius etiam donatione ꝛ cõcessione reseruantur regalie, vt patet ex tenore pretẽsarum literarum donationis, ꝛ concessionis huiusmodi.

Premitto finaliter, ex scripturis ꝛ documẽtis parte dicti nobilis Gomberti in hac causa productis sufficiẽter apparuisse, ꝛ apparere eundẽ nobilẽ Gomberti descẽdisse ex predictis quondam nobilibus Amelio ꝛ Jacobo gomberti, ꝛ per eorum medium ex dicto do. Petro milite, ꝛ ipsum eisdem successisse. Ex quibus infertur dictũ de Ualateria male pretẽdisse ꝛ pretẽdere se fuisse ꝛ esse verũ ꝛ insolidũ dominum castrorum, locorum, ꝛ territoriorũ predictorũ, ꝛ ad eum spectasse omnimodã iurisdictionẽ, quatenus tamẽ vellet dictũ nobilem Gõbertia condominio ꝛ saltem simplici iurisdictione excludere cum ꝛ ipse, ꝛ dicti sui predecessores castrorum ꝛ locorum huiusmodi cõdomini extiterint, ꝛ ipse existat, habuerintq; ꝛ habeant saltem simplicẽ iurisdictionẽ: quinimo si attẽdat ad proposita ꝛ deducta, insuper ꝛ ad pretẽsas scripturas in hac causa pductas parte dicti de Ualateria, prout attẽdi debet, nõ reperiẽtur nec fuerunt pbata principalia fundamẽta per eundẽ deducta. Et primo quidem non illa ptensa recompẽsatio titulo donationis. quam factam fuisse pretẽdit de castris ꝛ alijs pdictis dicto quõdam nobili Francisquelo per pfatam illustrissimã dominã Mariã, anno do. M. ccc. ix. de qua articulauit in decimosexto suorum pretẽsorũ titulorũ. Nihil enim pductũ reperio in hac causa, per ꝙ appareat hãc deductam donationẽ fuisse factã. Etiam nec probata reperitur illa pretẽsa pmutatio, de qua articulauit in. xxij. articulorum dictorum titulorũ, ꝛ quam fuisse factam pretẽdit Anno dñi. M. ccclxxxix. ꝛ die. ix. mẽsis Aprilis. Cui nõ obstat si forte opponatur, ꝙ imo appareat de pdictis, de recompẽsatione videlicet p pretensas literas dicte do. Marie cõcessas Anno do. M. cccxcviij. insertas fo. 127. ꝛ de permutatione, instrumẽto sumpto ꝛ recepto Anno do. M. cccclxix. ꝛ die nona mensis Aprilis. Quoniam respondeo ꝙ istud nõ sufficit etiã si alias huiusmodi pretẽse litere ꝛ instrumẽtum sufficienter probassent intentionẽ ipsius de Ualateria si fuisset ẽm earũ datas
12 deducta ꝛ allegata. † Debet enĩ quis pbare causam per se deductam, alias succũbere debet etiã si aliam alias sufficientẽ ꝛ legitimã pbauerit. pro quo allegare sufficiat. l. habebat, in principio ff. de institoria acti. c. abbate sane de re iudi. ꝛ quod no. Inn. in. c. cum contingat, de offi. delega. c. ceterum, de iudi. c. j. de litis contest. ꝛc. c. ex parte abbatisse, de priuile. Barto. in. l. j. in principio. ff. de eden. Alexã. de imol. in. l. si ita stipulatus fuero si titius. §. chrisogonus, ff. de verborum obligationibus ꝛ consil. xliij. exordiente, Uisis ꝛ ponderatis his que continẽtur ꝛc. in quarto volu. Et per hec etiam videtur ꝙ ipse debuerit ꝛ debeat succumbere quo ad illa pretensa homagia, que sibi deberi pretẽdit: cum vt predixi nõ pbauerit, aut pbet dictam pretẽsam ꝛ per eũ deductam recompensationem factam vz Anno do. M. ccc. ix. Et si illam probasset, prout non probauit, illud tamen certissimũ est ꝙ non sibi, sed dicto nobili Gomberti successori prefati Amelij ptinerent homagia prestãda per alios, ꝙ per condominos predictorum castrorum, vt apparet ex illo ptenso instrumẽto pmutationis olim facte per ꝛ inter dictos quõdã nobiles Frãcisquelũ ꝛ Ameliũ parte ipsius de Ualateria in hac causa pducto, ꝛ inserto. 33. quod propterea fidẽ facit contra eum: vt etiam apparet de remissione pascuorũ facta p dictum quondã Francisquelũ ipsi nobili Amelio: ppter qd nõ subfuit nec subest cã, occasione cuius debuerit aut de iure potuerit dictus nobilis Gõberti impediri per ipsum de Ualateria quominus pascua alijs arrendaret aut locaret, vel alias disponeret vt de suis. Cuius cõtrarium fecit idẽ de Ualateria, vt apparet ex actis. Nisi forte quis dicere voluerit dictum quondam Francisquelum sibi retinuisse ꝛ reseruasse in permutatione, de qua supra, pascua pro suis aue-
13 ribus: sed istud obstare non videtur. † Tum quia idẽ quondam Francisquelus in reseruatione huiusmodi vsus extiterit verbo indefinito animaliũ, ꝛ nihil dixerit de futuro tempore, reseruatio huiusmodi intelligi debuit de pascuis quo ad animalia, que tunc habebat, non que postea erat habiturus idem quondam Francisquelus. l. si ita, ꝛ quod ibi Barto. versi. si vero esset oratio indefinita. ff. de auro ꝛ argen. lega. pro quo optime faciũt allegata per Barth. cepol. in suo tracta. seruitu. sub rubri. de furno, versi, quinta questio est pulchra ꝛc. in prima parte ꝛ in decisione illius, versicu. quarto casu principali quando promissio est facta sub nomine indefinito ꝛc. que maxime procedere debent in hoc casu, in quo idem de Ualateria non est filius vel alias descendẽtibus ex dicto quondã nobili Frãcisquelo, nec de eius familia, aut heres vel alias vniuersalis successor eiusdem. Et ita non est qd possit aut valeat imputari eidẽ quondã Amelio permutanti, si nõ cogitauerit de hoc casu. Nõ debuit ergo, nec debet dicta pretensa reseruatio de pascendis aueribus ipsius quondã Frãcisqueli in locis, ꝛ territorijs superiꝰ mẽtionatis ad hunc casũ
14 extẽdi, ꝙ cõuentio regulariter nõ extendit ad incogitata. l. cũ aquiliana, ꝛ. l. qui cum tutoribꝰ. ff. de transac. ꝛ imputari dz dicto quõdã Frãcisquelo, ꝛ eius successoribus, a quibꝰ idẽ de Ualateria ius habere ptendit, ꝛ sic cõsequẽter ꝛ ipsi de Ualateria, ꝙ nõ
15 fuerit apertius loquutꝰ idẽ quondã Francisquelus: ꝙ, vt iam dictum est superius in alio articulo contra eum facienda est interpretatio, qui se fundat ex contractu. l. quicquid adstringẽde. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborũ obliga. ꝛ. c. contra eum, de regu. iur. in sexto: no. Alex. de imol. in l. si pascenda. C. de pactis: alias sequi posset magna absurditas. Fingamus enĩ, ꝙ tempore facte dicte pretense reseruationis idẽ quondam Francisquelus pauca animalia haberet, ꝛ forte vnius generis dũtaxat, vt vbi gratia, mutonina aut bouina, ꝛ ppterea illi reseruationi de facili consensit dictus quondam Amelius: ꝛ quod post factam reseruationem voluerit idem Francisquelus ampliare aueria non solum in eodẽ genere, sed in omni genere, ꝛ horum omnium immittere ꝛ depascere magnam quantitatem ꝛ numerum: profecto istud videretur iniquum ꝛ absurdũ: ꝛ multo fortius in hoc nobili Antonio de valateria omnino sibi extraneo et qui forte vel vt magis noceat prefato nobili Gomberti, vel vt sibi prosit maiorem animalium numerum immittit, aut immittere contendit, quam vnquam immiserint, aut immittere cogitauerint dicti de Arcussia: alias si contrariũ diceretur potuisset nobilis Frãciscus arcussie pretensus immediatus autor huius de Ualateria, ꝛ hodie posset idem de Ualateria surrogare in eorum locis ꝛ iuribus multos etiam potentes, ꝛ abundantes omni genere animalium, ꝛ quibus non solum non sufficerent pascua territoriorum, castrorum, ꝛ locorum predictorũ, sed nec
16 pascua totius comitatus Forcalquerij. † Que omnia absurda sunt, ꝛ cui absurditati iura resistunt: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Pet. de anch. consi. mihi. lxxij. exordiente, Contra Philippum faciunt not. ꝛc.

Etiam infertur ex premissis eundem de Ualateria, seu quendam eius pretensum baiulũ male, quinimo iniuriose, ꝛ de facto inquisiuisse contra dictum nobilem Gomberti, ꝛ honorabilem virũ Gulielmum hugonis eius baiulum, pro eo qꝫ idem Hugonis exercuerat. ꝛ idem Gomberti exerceri fecerat officium magistratus in castris, seu locis predictis, aut eorũ altero: cum hoc facere potuerint: qꝫ, vt predixi, idem nobilis Gomberti, ꝛ dicti eius predecessores habuerunt, ꝛ
17 habet in illis saltem simplicem iurisdictionem, † cuius, vt dicit Bar. ꝛ sequitur Fulgo. in. l. imperium. ff. de iurisd. omniũ iudic. sex sunt gradus, vel tres vt voluit Bar. in. l. ij. C. de peda. iudi. ꝛ Bald. in repetitio. d. l. imperium. ꝛ puto ꝙ non solũ probauerit idem nobilis Antonius gomberti per depositiones testiũ parte eius in hac causa productorũ, quas non vidi, dictos eius predecessores, ꝛ seipsũ fuisse ꝛ esse in possessione seu quasi simplicis iurisdictionis, sed etiã meri ꝛ mixti imperij: qd ideo dixerim, qꝫ (vt predixi) prefatus quõdam nobilis Amelius probatur prouidisse de tutore Antonete tũc pupille, filie Gulielmi mutonis, vt apparet in instrumento producto ꝛ inserto. fol. 522. ꝛ que prouisio facta fuit Anno incarnationis dominice. M. cccxcix. ꝛ die xv. mẽsis Octobris. Sunt etiam producte multe inquisitiones, ꝛ publice preconizationes facte parte condominorũ loci ꝛ terre Doromoni Anno domini. M. ccclinj. vel circa, inserte. fo. 549. Etiam cũ Anno dñi. M. ccclxxxi. ꝛ die. xx. mensis Junij inquireretur per curiã Sisterici contra quendã Martinũ iuliani de quibusdã satis magnis excessibus per eundẽ cõmissis, ꝛ inter cetera interrogaretur, si in loco de Dromono fuisset contra eũ inquisitũ: dixit ꝙ sic, ꝛ ꝙ ipse condẽnatus extiterat per curiã dicti quondã nobilis Jacobi Gõberti, vt apparet p instrumentũ publicum sumptũ ꝛ receptum anno ꝛ die predictis, insertũ. fol. 59.

Apparet

Apparet etiã ꝑ multas scripturas in hac causa parte eiusdẽ no
bilis Sõberti productas, ⁊ de recẽti, ⁊ de satis antiqua possessiõ
ne seu quasi iurisdictionis, ipsi⁹ nobilis An. gõberti: ⁊ nõ soluꝫ
18 de possessiõe seu quasi simplicis iurisdict. sꝫ ẽt meri ⁊ mixti im
pij. † Propter q̃ videt̃ debere obtinere i iudicio retinẽde posses
siõis, iuxta tenorẽ primorũ articulorũ parte ei⁹ in hac cã ꝓdu
ctorũ, in quo ille vincit ⁊ vincere debet, qui probat de antiquiore
possessione, qꝛ illa censenda est iustior: alia vero hoc est posterior
ꝑsumitur clãdestina. c. licet cãm, ⁊ qd̃ ibi Inn. sup verbo, plures
⁊ Panor. in octauo notabili, de proba. qd̃ etiã voluit Bar. in. l.
j. §. qd̃ ait ꝑtor, ver. ex ꝑdictis habes. ff. vti possidetis: Cy. Bal.
⁊ Sali. in. l. j. C. eo. tit. Cy. vcꝫ in versi. decimo querit̃: ibi, sꝫ quali
ter apparebit quẽ melius ꝓbasse. Bald. vero in ver. aduerte qd̃
ãn ꝓbatur de possessione anteriore ⁊c. ⁊ Sali. in ver. nũc reuer
tor ad gl. ⁊ idẽ tenuit Jac. de are. put refert Cy. vbi supra. Idẽ
Bar. in quodã suo cõsi. exordiẽ. In. q. do. Cyoli ⁊c. Pau. de cast.
cõsi. v. exordiẽ. Causa que vertit̃, ver. scd̃o principaliter est vidẽ
dũ ⁊c. ⁊ cõsi. clxxviij. exordiẽ. Fũdamẽtũ ꝑfati do. vicarij. Alex.
de imo. in. d. l. si duo. Jo. ferra. in sua practica, tit. forma libel. pro
turb. posses. in gl. sup verbo, tenet ⁊ possidet. ⁊ Ang. are. in. §. qua
drupli, in materia possessorij retinẽde possessiõis, insti. de actiõ.
Debet preterea, iuxta ea que predixi, idem nobilis Somberti
absolui ab impetitis parte dicti de Valateria. Que omnia dixe
rim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Argumentum.

Prescriptio ⁊ mala fides nunquam seinuicem compatiun
tur. V. F.

1 Prescribens in nulla parte temporis oportet qd̃ habeat conscientiam rei aliene.
2 Obligatio naturalis non oritur ex sentẽtia maxime iniusta.
3 Forus ecclesie cõtentiosus presumit ꝓ sentẽtia donec appareat de iniustitia.
4 Natura contrariorum eadem est.
5 Debitum ex contractu an presumatur esse male debitũ, ⁊ possit contrahens prescribere.
6 In iudicijs quasi contrahitur.
7 Restitutio i integrũ ꝑ viã replicatiõis an sit opportune petita.
8 Restitutio in integrũ ꝑtita ex generali clausula, si qua mihi iusta causa ⁊c. quibus concedatur, ⁊ quando.
9 Ignorãtia an sit ꝓbabilis causa ad obtinendũ restitutioneꝫ in integruꝫ aduersus decursam prescriptionem.
10 Conclusio generalis in libello petens declarari actionem competere cuius effectus sit.
11 Clausula, sup premissis ⁊ singulis petit ius ⁊ institiam sibi ministrari, est multum vtilis, ⁊ ad plura valet.

De prescr. xxx. vel. xl. an. Consi. cclxxiij.



Christi nomine inuoca
to. Viso ꝓcessu cause agitate ꝑ ⁊ inter nobilẽ ⁊ ge
nerosam mulierem do. Romanã de montegaudio
ex vna parte, ⁊ nobilẽ ac potentẽ virũ Jacobũ de
symiana do. de Casanoua, filiũ ⁊ vniuersalem here
dẽ nobilis quondam viri Bertrandi de symiana ex alia: dico et
respondeo ꝙ etiam presupposito, citra preiudiciũ veritatis, qd̃
de equitate canõica, vel alias, posset vniuersalis successor seu he
res debitoris prescribere aduersus creditorem: ꝙꝗ mala fides
ipsius debitoris nocere nõ deberet sei⁹ vniuersali heredi, ⁊ ꝙ pro
pterea idẽ nobilis Jacob⁹ potuisset ⁊ posset allegarẽ ꝑscriptio
nẽ eius, super quo conuenit̃. cuius tñ contrariũ alias fuit ꝓba
tũ, ⁊ plene ostẽsum in alijs iuriũ allegationibus exordientibus,
Licet mala fides defuncti ⁊c. quas hic repetere nec oportet, nec
expedit: deberet tñ dicta do. Romana in integrũ restitui aduer
sus lapsum temporis, vt etiam alias dixi in quibusdam alijs iu
rium allegationibus exordiẽtibus, Etiam si verum esset ⁊c. Et
vt hoc pleni⁹ appareat premitto, ꝙ licet ius parte nobilis quon
dã mulieris do. Senebre litarde, ex cuius persona nũc experit̃
ipsa do. Romana, obtinuerit sentẽtiã pro se ferri contra dictuꝫ
quondã nobilẽ Bertrandũ de symiana, Anno do. M. ccccxliij. ⁊
die. vij. mensis Octobris: non tamẽ potuit prescriptio cõtra eaꝫ
incboari ꝙdiu postea superuixit idẽ nobilis Bertrãd⁹ debitor
⁊ se sciens debitorẽ tam ꝑ productionẽ instrumẽti, in vim cuius
cõuẽt⁹ ⁊ cõdẽnatus extiterat, ꝙ sentẽtie cõtra eũ ꝓmulgate, per
1 id ꝙ habetur in. c. q̃m omne, de ꝑscri. † vbi probatur oportere vt
ꝑscribẽs in nulla parte tẽporis habuerit cõscientiã rei aliene. ad
qd̃ facit. c. sanctorũ, de ꝑscrip. c. si virgo. xxxiiij. q. ij. Et sic nõ ob
stat ꝙ dicit Bal. in. c. si quis per triginta, si de feu. fue. cõtrouer.
⁊ Panor. in. d. c. quoniam, versi. sed circa predicta quero: quate
nus videtur voluisse, ꝙ sciens se debitorẽ, quando est solum de
bitor ex sententia que transiuit in rẽ iudic. potest prescribere
2 † pro eo qꝛ ex sententia non oritur obligatio naturalis, maxime,
quando fuit iniusta, iuxta not. in. l. iulianus. ff. de condi. indebi.
qꝛ vt predixi, dictus quondã nobilis Bertrandus sciuit se debi
torẽ non solũ ex sentẽtia, ꝑ quã fuit condẽnatus, sed etiã ex con
tractu celebrato ⁊ inito ꝑ magnificũ quondã virum do. Guliel
mũ de symiana. Preterea illud dictuꝫ Bal. ⁊ Panor, non videt̃
3 de iure: † qꝛ ꝓcedere donec appareat de iniustitia forus ecclesie
contẽtiosus ꝑsumit pro sentẽtia, vt no. Inn. in. c. quia pleriꝗ, de
immunitate ecclesiarũ. Et si ꝑsumatur sentẽtia iuita ꝑsumptio
ne iuris ⁊ de iure. c. cum inter, de re iudi. non oportet aliter ꝓba
re iustitiã: ⁊ ita nunꝗ ꝓcedit dictuꝫ Panor. nisi ꝓbetur de iniu
stitia sentẽtie, qd̃ nõ est hic ꝓbatum quinimo potius de contra
rio, vt apparet ex actorũ inspectione. Preterea tut⁹ autoritate
rei iudicate licite tenet in foro ecclesie ⁊ cõscientie, vt no. Inn. in
4 d. c. † qꝛ pleriꝗ: sed contrariorũ eadẽ est natura. c. hospitiolum.
xxxij. dist. de quo Fran. de are. ⁊ Alex. de imol. ff. de acqui. posses.
in rubri. Nec dicat aliquis sufficere ꝙ sentẽtia possit esse iniqua.
Quia rñdeo, ꝙ hoc nõ sufficit, vt apparet ꝑ instãtiã in terminis.
5 † Nam etiam debitum ex cõtractu posset esse male debitũ, vt qꝛ
contractus fuit simulatus: ⁊ tamẽ hoc non ꝑsumitur, nec potest
contrahens ꝑscribere, per ea que habentur in. c. quoniam, et qd̃
ibi doct. de ꝑscrip. Ergo idẽ erit in eo qui est debitor ex sentẽtia
6 maxime † qꝛ in iudicijs quasi cõtrahit̃. l. iij. §. idẽ scribit, cũ suis
simili. ff. de pec. Cũ igitur ex actis cause hui⁹, vel alias, nõ appa
reat dictũ quondã nobilẽ Bertrandũ ab humanis decessisse an
te annũ do. M. cccc. palã infert̃ illaꝫ assertã ꝑscriptionẽ, de qua
opponere conat⁹ est dict⁹ nobilis Jac. nõ esse incboatã ante an
nũ predictũ, qui fuit ab anno predicte sentẽtie, que vt dixi, lata
est anno do. M. ccccxliij. ⁊ die. vij. mensis Octobris.

Preterea presupposito, citra
preiudiciũ veritatis, ꝙ a dicto anno mortis ⁊ decessus dicti quõ
dã nobilis Bertrãdi de symiana potuerit incboari ꝑscriptio: il
la tamẽ cõpleta aut cõsummata nõ extitit viuẽte ⁊ supstite dicta
quondã do. Senebra, quẽ parte do. Romane ꝓbatã est ab huma
nis decessisse ꝑ triginta annos, aut circa, ante tp̃s depositiõis te
stiũ parte eiusdẽ do. Romane in hac cã ꝓductorũ, ⁊ sic añ annuꝫ
do. M. ccccl xv. aut saltẽ. lxx. Nec potuit post mortẽ ipsius domi.
Senebre, ⁊ tẽpore dictorũ nobiliũ Arnautoni de mõtegaudio, ⁊
huius do. Romane patris, ⁊ filie ipsius do. Senebre vniuersaliũ
successorũ cũ effectu cõpleri, hoc est sic ⁊ taliter ꝙ nõ possent ipsi
ambo ⁊ eorũ quilibet ex capite ignorãtie petere se restitui in in
tegrũ aduersus lapsuꝫ tẽporis, vt potest succedẽtes in ius alteri⁹
7 regula cũ qs, cũ suis simili. de reg. iu. in. vj. † Nec opponat aliqs
ꝙ hmõi in integrũ restitutio opportune petita nõ extiterit. Quia
respõdeo ꝙ imo opportune petita fuit, scꝫ ꝑ viam replicationis
qd̃ fieri potuit, iuxta. l. nã ⁊ postea. §. si minor, cũ ibi not. ff. de iu
reiur. allegando vcꝫ ignorantiã sententie, de qua in hac cã, ⁊ iu
8 ris dicte quondã nobilis Senebre, † ⁊ sic petendo restitutionem
ex gñali clausula, si qua mihi iusta causa ⁊c. q cõcedit̃ etiam ma
ioribus vbicũꝗ dictat equitas eã esse concedendã. l. j. in fi. ⁊. l. sꝫ
9 ⁊ si ꝑ pretorẽ. §. hec clausula. ff. ex qui. cau. maio. † ꝙ aũt ignorã
tia sit equa ⁊ ꝓbabilis causa ad obtinẽdã restitutionẽ in integrũ
aduersus decursam ꝑscriptionẽ, est gl. in. l. si partẽ. §. j. ver. non
ptẽdo, iũcto text. ff. quẽadmo. seruit⁹ amitta. ⁊ in. l. j. C. de patri.
pote. de quo. Specu. titu. de prescrip. §. j. ver. pone colon⁹ Bar. ⁊
Ange. in. l. j. §. si quis aũt, per illũ tex. cum gl. ff. de itine. actuque
priua. ⁊ Ang. in. l. fi. C. de prescrip. long. tẽpo. ⁊ alij in alijs locis,
quos alias induxi. Nec etiã opponat aliquis, ꝙ nõ fuerit peti
tũ eandẽ do. Romanã in integrũ restitui, sꝫ declarari eã fuisse,
fore, ⁊ esse in integrũ restituẽdã, vt legit̃ in schedula exordiente,
Ut vobis reuerẽdo patri ⁊c. Quia rñdeo ꝙ nõ obstat, tũ qꝛ suffi
cit ꝙ sic, vt ꝑmisi, petitũ extiterit, ꝑ id ꝙ habet̃ in. l. si finita. §. ele
gãter, ver. in verbo actionẽ, ⁊ qd̃ ibi Bar. ⁊ doct. ff. de dã. infec. q
10 per illũ tex. ibi volũt, ꝙ sufficiat petere in libello declarari mihi
cõpetere actionẽ qꝛ hec gñalis cõclusio idẽ operatur ac si petijs
11 sem reũ condẽnari ad contẽta in libello. † Tũ ⁊ qꝛ in cõclusione
schedule ꝑdicte subiũcta est gñalis clausula, scꝫ ⁊ alias petit in ⁊
sup ꝑmissis, ⁊ singulis eorũdẽ ius ac debitã iustitiã sibi ministra
ri vt in. c. fi. de offic. ordi. ⁊. c. ij. de ord. cogni. q̃ vt ibi pꝫ est multũ
vtilis, ⁊ ad plura valet: de qua Spec. tit. de libel. cõcep. §. iã nũc
videdũ, ver. sed cũ ex his. Ang. in. l. fi. C. de anna. except. ⁊ in. l. j.
in princi. ff. de eden. Ant. de but. in. c. ij. de lib. obl. ⁊ in. c. examina
ta, de iudi. Jo. de imol. in. l. cũ nulla, ⁊. l. seq. ff. de re iudic. ⁊ alij in
alijs locis. Tum ⁊ quia hec restitutio etiam expresse deducta est
in alijs articulis nouissime traditis.

¶ Argumentum.

¶ Sicarius non est qui se legitime ab iniuria personali defendendo gladio iniuriā tunc interimit, nec ideo puniri dz. A. F.

1 ¶ Adulteriū vxoris maritus qualiter vindicare debeat, ⁊ qd si occiderit vxorem in adulterio deprehensam, an puniendus pena legis cornelie.
2 Occidens se defendēdo, nō seruato moderamine, an teneaꝛ pena legis cornelie de siccariis, vt homicida. Et quid si ꝓpter verba iniuriosa percusserit modum excedendo.
3 Pena legis cornelie que sit.
4 Defendisse se cum moderamine quis dicatur.
5 Offensa q̄libet ꝑsonalis est maior quacūq; iactura bonorum.
6 Aggressio aggredientē insultū facientē an liceat occidere, et si occidat que pena irrogetur.
7 Offensa personalis que dicatur.
8 Personalis offensa postq̄ illata nō potest per amicos, vicinos vel alios reparari.
9 Repercussisse percutientem ad defensam non ad vindictā quādo dicatur.

¶ Ad leg. Cor. de sicar. Consi. cclxxiiij.



Christi nomine inuocato.

Uiso casu mihi exhibito parte ꝓbi viri Amedei bōtosii, ac iuriū allegationibus egregie dictatis ꝑ egregiū virū dn. Joannē priuati in vtroq; iure licētiatū dico ⁊ rñdeo ꝙ, cū (vt ponitur in casu huiusmodi) idē Amedeus fuisset tribus aut quatuor vicibus de, ⁊ cū ramo arboris sup eius spatulis ꝑcussus per nobilē Joannē oliuerii, ⁊ deinde in capite de, ⁊ cū piqua ex qua ꝑcussiōe emanauit multus sanguis ante q̄ ipse Amedeus gladiū a vagina eximeret, ⁊ ipsum Oliuerii cum gladio ꝑcuteret, nō debet ipse Amedeus ꝓpter dictā ꝑcussionē etiā si ex illa secuta extiterit mors dicti Oliuerii, puniri pena legis cornelie etiā si essemus in casu, ꝓut nō sumus, in quo pretendi posset ꝙ prefatus Amedeus excessisset modū inculpate tutele.
1 † Hoc probatur in. l. si adulterium cū incestu. §. imperatores. ff. de adulte. vbi lz marito nō ꝑmittaꝛ occidere vxorē suā inuentā in adulterio. l. nec in ea. §. fi. ff. de adulte. tamē q2 vxor cōmittendo adulterio infert viro iniuriā. l. si maritus. §. legis iulie, ⁊ l. miles. §. socer. ff. de adulter. ꝙ iniuriā vindicare pōt ꝑ legitimos modos, puta eā accusando, ⁊ eā afficiēdo pena ꝓuatiōis dotis, vt in dictis iuribus: tñ dicit tex. in. d. §. imperatores, ꝙ si maritus occidat vxorem deprehēsam in adulterio, nō debet dānari pena legis cornelie, q2 marito iniuriā passo ꝓpter adulteriū liceat offensam ⁊ iniuriā suam vindicare, sed excessit modum in vindicādo, ⁊ ita nō debet puniri de toto, id est de homicidio ⁊ pena dicte legis, secundū ꝙ plenius habetur in. d. §. imperatores, ⁊ l. j. §. fi. ff. ad leg. corne. de sicca. in. l. si quis in graui. §. si maritus.
2 ff. ad sillan. ⁊ in. l. gracchus. C. de adulte. † Et ob hoc dicit Ang. in. d. § imperatores, ꝙ ille tex. allegaꝛ ꝓ illis, que aggrediūtur aliquē eis dicentē verba iniuriosa vt nō puniātur, nisi solū ⁊ dūtaxat in eo, vel ꝓ eo qḋ fecerunt plus q̄ liceret. excedendo modū in lite. Hoc etiā voluit Joā. and. in addi. Spec. titu. de homicidio, in rubri. vbi dicit ꝙ est questio, qui se defendendo occidit nō seruato debito moderamine, ⁊ an teneaꝛ pēa legis cornelie de siccariis tanq̄ homicida. Et dicit se vidisse terminari ꝙ non, ⁊ ꝙ non debet puniri tanq̄ dolosus, sed tanq̄ culpabilis. per. l. in. l. cornelia. ff. de sicca. ⁊ in. l. j. C. eo. titu. hoc idem fuit de mēte Cyn. in. l. j. versi. item quero pone ꝙ quidam ⁊c. C. vnde vi. Et ibi hoc expressius voluit Bal. in repeti. in. ix. ⁊ x. questionibus. Idē voluit Bal. in. c. j. in princi. de pa. tenen. vbi ꝓ hoc allegat not. per Jo. and. in. c. significauit, de peniten. ⁊ remis. Idē etiā no. Bal. in. c. j. §. si quis vero, le. j. de pa. iura. fir. ⁊ in. l. vt vim. ff. de iusti. et iu. vbi plus dicit idem Bal. ꝙ etiā si ex ꝓposito quis modū excesserit in se defendendo: tamē non est puniendus ꝓ toto, sed ꝓ excessu. Et hoc etiā in effectu sequitur Pe. de anch. in cle. j. de homici. Hoc etiā communiter volūt doc. in. d. l. j. C. vnde vi. Et istud non videꝛ mihi habere aliqḋ dubiū: scz ꝙ ꝑsupposita veritate
3 casus mihi exhibiti, non debet idē Amedeus puniri † pena legis corne. que est regulariter pena vltimi supplicii. Quinimo videꝛ fortius, ⁊ dico, ꝙ dictus Amedeus nō venit aliqua pena afficiendus, aut puniendus pretextu dicti pretēsi homicidii: eo q2 vt infra dicam ipse dici non potest, nec de iure dici debet in sua defensione modum excessisse, ⁊ per consequens nullam penā meretur per id quod habetur in. l. iii. §. cum igitur. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ in d. l. j. cum ibi no. C. vnde vi: in. d. l. vt vim cum ibi plene not. ff. de iusti. ⁊ iu. ⁊ plene in. c. olim, le. j. de restitu. spolia. de quo etiā legitur ⁊ not. in cle. j. de homici. ⁊ in. c. significasti, le. ii. eodem tit. Et ꝙ non dicatur idem Amedeus modū excessisse, sed cū modera-
4 mine se defendisse hoc patet, † q2 ille dicitur se cū moderamine defendere, qui se non poterat ab offensione personaliter defendere, aut tueri, nisi eo modo quo se defendit. l. scientiā. §. qui cū aliter. ff. ad legem aquil. per quē tex. hanc doctrinā colligit Bar. cum aliis in. d. l. j. C. vnde vi. ⁊ in allegata. l. vt vim, ad fi. ff. de iusti. ⁊ iu. ⁊ gl. in. d. c. significasti: ⁊ Ant. de but. in. d. c. olim, le. j. si enī pro rerum defensione licitum est aliquem occidere, vbi non pōt occidens aliter res suas saluas facere. l. furem nocturnum. ff. de sicca. ⁊ l. ita ꝗ. ff. ad legem aqui. ⁊ c. si perfodiens, de homici. q̄to magis est licitum hoc facere pro defensione sui ꝑsonæ ab offensa
5 personali, † cū quelibet offensa personalis sit maior qualibet iactura bonorum. l. in seruorum, in fine. ff. de peñ. sed ita est qḋ, vt audio, iste Amedeus bontosii antea percussus tribus, aut quatuor ictibus per dictum Joannem oliuerii de ⁊ super spatulis, ⁊ cū ligno, ⁊ per Jacobum eius fratrem in capite de ⁊ cū piqua ferrea ⁊ qui post hec omnia, ⁊ tempore per eum facte percussionis per ipsos Jacobum ⁊ Joannem ⁊ per capillos detinebatur in terram prostratus, ⁊ sub eis, quorum alter scilicet Jacobus antea exclamauerat, verba sua dirigendo ad dictum Joannē fratrem, ⁊ dicendo, Tuez le ribault, tuez le: non habebat aliud remediū ad euadendū ab illa personali offensa, quam sibi inferebant ipsi Jo. ⁊ Jaco. detinendo eū per capillos, ⁊ cōtinue offendendo q̄ vulnerare dictum Joan. aut Jaco. cum gladio. Nō est ergo huiusmodi ꝑcussio eidē Amedeo imputanda, nec ipse propter eā puniendus. Et ꝓ p̄missis bene facit qḋ voluit Bal. in. d. l. j. ver. sed pone quidam insultum fecit ⁊c. C. vnde vi. vbi querit
6 Bal. † Pone, inquit, quidam fecit cōtra me insultū sine aliquo genere armorū volens mihi dare vnam maxillatam manu vacua, ego ne hoc accideret ꝑcussi eū cum gladio, ⁊ mortuus est vtrū puniri debeā. Sup quo arguit Bal. hincinde, ⁊ tandē concludendo dicit, quod aut constat quod me poteram aliter defendere, ⁊ tunc debeo puniri, quia non seruaui formā defensionis, sed assumpsi vindictam, aut constat ꝙ aliter euadere non poterā maxillatam, q2 cum vituperio percuterer, ⁊ tunc licite fieri potuit. nam sm eū si hoc licitum est ꝓpter res defendēdas. d. l. j. C. vnde vi. ergo multo fortius propter ꝑsonam, ⁊ corpus, qḋ est nobilius vt in allegata. l. in seruorū. aut dubitatur, ⁊ tunc in dubio presumiꝛ ꝙ alia via defensionis vti potuerit inter pares: sed vbi non fuissent pares, sed dispares, tunc propter inequalitatem virium presumitur ꝙ aggressus non potuerit se aliter defendere. alleg. no. per glo. in. d. l. j. C. vnde vi. quod vltime dictum si procedat in terminis illius casus, de quo querit Bald. multo fortius procedere debet in casu presenti, in quo nō solū vnus, sed duo aggressi extiterant dictū Amedeū bontosii, ⁊ post tres aut quatuor percussiones factas super eius spatulis, ⁊ vnā grauē ⁊ periculosam multe effusionis sanguinis causatiuam factā cum piqua ferrea in eius capite, ⁊ parte anteriore per capillos ipsum tenebant in
7 terra prostratū, que omnes appellantur offense personales: q2 vbicunq; tangitur persona vel res persone coherens animo offendendi, tunc sine dubio diciꝛ offensa personalis. l. sed ⁊ est questionis. ff. de iniu. ⁊ l. j. §. hec verba. ff. de his qui deiec. vel effude. no. Inn. in. c. nuper. de sent. excommu. ⁊ Bart. in. l. licitatio. §. qḋ illicite. ff. de public. Nec puto ꝙ ad hoc vt aggresso liceat occidere aggredientem vel offendentem necessarium existat, ꝙ aggressus vel offensus sit in periculo ⁊ discrimine vite, sed sufficit ꝙ sit in periculo alicuius offense ꝑsonalis, vt apparet per predicta. quod etiā voluit Bar. in. d. l. j. C. vnde vi. ⁊ in suo cōsil. exordiētē. Vanutius Petri ⁊c. ⁊ Anto. de butr. in. d. c. olim. le. j. de restitu. spol. Pro quo optime faciunt. l. itaq;. § j. ⁊ l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad. l. aqui. ⁊ l. parem. de sica. Et ideo fuit licitum prefato Amedeo facere illud qḋ fecisse dicitur, scilicet gladiū extrahere, ⁊ percutere dictū Joannem, potius q̄ pati eundē Joannē amplius perseuerare in offendendo eundem Amedeum in personam, ad qḋ bene facit quod voluit Bal. in repet. d. l. j. versi. sed pone ꝙ me spoliasti ⁊c. C. vnde vi. quod procedit etiam si superuenturi fuissent amici vel vicini, qui eundem Amedeum liberassent a predictis fratribus, ⁊ eorum manibus: postquam, vt predixi, illi perseuerabant in intentione, ⁊ vexatione illius, ⁊ in illa-
8 tione offense personalis, † que postquam illata est, nō potest per amicos, vicinos, vel alios reparari. vt no. glo. in. l. si quis prouocatione. C. de appel. ⁊ docto. in cle. j. de re iudi. Adiicio premissis ꝙ, cum (vt colligitur ex narratione casus mihi exhibiti) idem Amedeus primo fuit percussus tam per prefatum Jacobum primo aggredientem, quam Joannem fratrem postea superuenientem, ⁊ quidem non vna percussione, sed multis, ⁊ non solum
9 multis ab vno. sed multis a quolibet eorundem, † presumi debet ipse Amedeus repercussisse ad defensam, ⁊ non ad vindictam, cum incontinēti, ⁊ eadem rixa hoc fecisse dicatur. l. ii. ⁊ quod ibi Bal.

Bal.C.de secca.vbi etiam pro hoc allegat in.d.c.significasti.⁊ no. in.d.cle.j.⁊ per Bart.in.l.si ex plagijs.§.tabernarius.ff.ad legē aquil. Preterea,⁊ postremo(vt audio) idem Amedeus nō fuit ille,qui gladiū a vagina extraxit,sed prefatus Jacobus:⁊ q̄ cū idem Amedeus eum sibi auferre vellet, ⁊ impedire ne cum illo ipsum offenderet idem Jacobus,⁊ econtra ipse Jacobus ipsum habere niteretur,⁊ dum sic adinuicem hincinde Amedeus ⁊ Jacobus re ipsa contenderent,prefatus Joannes supra gladiū cecidit,⁊ cadendo vulneratus est:quod si ita est,uno vt audio quia est ita, nō est quod possit aut valeat eidē Amedeo imputari, vt pote qui gladiū a vagina non exemerat, nec cum illo percutere intendebat dictos Joannē ⁊ Jacobū,sed se defendere aut tueri: ne cum illo percuteretur per prefatū Jacobū qui illū a vagina extraxerat,⁊ illum habere ⁊ eximere nitebatur,⁊ hoc nō videtur habere aliquod dubium. Et sic quodcunq̄ dixerimus,non videtur prefatus Amedeus aliqua pena puniendus. Et ita mihi videtur,sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Pacta ex causa facta causa tandem cessante cessant. V. F.

1 ¶ Promissa etiam honesta ⁊ licita,iurata, quando nō seruāda.
2 Fides eam non seruanti non seruanda.
3 Pactum videtur esse appositum pro eo quia ipsum seruat.
4 Rescriptum nunquā pro eo videtur,qui contra rescriptū facit.
5 Purgatio more in quo non admittatur.
6 Ablatiui absoluti an ⁊ quando conditionem important.

¶ De pact. Consil.cclxxv.



Visis pactis, ⁊ conuentionibus celebratis,⁊ initis anno presentialiter currente,⁊ die.xvij. mēsis Martij proxime lapsi, p ⁊ inter nobiles viros Bernardū bruelba, Michaelem ysnardi, Carolum anselmi, ⁊ alios in conuentionibus ⁊ pactis huiusmodi latius mentionatos ex vna parte,⁊ honorabilem virum Joannem de sala ex alia:⁊ supposito, prout in facto supponitur, q̄ prefati Bernardus, Michael,⁊ alij,morosi extiterint in faciēdo obligari seruitores Marcelli Auenionis,q̄ non auderent neq̄ possent recipere aliquam monetam,nisi solum ⁊ duntaxat monetā in preconizatione inibi mentionata latius desiꝫnatā ⁊ cōprehensam,aut q̄ eos iuxta cōuenta,promissa,⁊ iurata per eosdē de premissis nō faciēdis obligari non fecerint,seu etiam q̄ cōuentionibus ⁊ pactis predictis contrauenerint,in recipiendo monetam,seu monetas,aliaꝫ,vel alias a moneta ⁊ monetis,de quib⁹ in preconizatione antedicta:
1 ⁊ videtur dicēdū,sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis,⁊ salua pleniore deliberatione,q̄ prefati nobiles Bernardus, Michael,⁊ alij petere non valeāt cum effectu a predicto de Sala,vt eisdem obseruet cōuenta ⁊ promissa per eundem, etiam si illa iurata extiterint. l. cum proponas. la seconde, ⁊ quod ibi Bald. ⁊ doctor.C.de pactis, capitulo,peruenit. le second, quod
2 ibi per doctorem.de iureiurando. †Non enim,vt probatur in dictis iuribus,fides seruanda est eam nonseruāti: ⁊ vt dicit Bal
3 dus in dicta.l.cum proponas. †pactum videtur appositum pro eo qui ipsum seruat,⁊ non pro eo qui cōtrauenit.l.quero.§.inter locatorem.ff.loca.⁊ q̄ no.in.l.qui fidem.ff.de transa.l.ij. C.de iu. emphy.⁊.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij. Cui est simile q̄ not.
4 Inno.†scilicet q̄ nunquam videtur pro eo scriptū,qui facit contra rescriptum. Et contra dictos nobiles Bernardū, Michaelem,⁊ alios paciscentes multum facit iuramentum per eosdem prestitum,⁊ ratione cuius,si contra conuenta,promissa, ⁊ iurata per eosdē venerint ipsi, ipso iure incurrerint penā priuationis
5 actionuꝫ eis competentiū ex ꝯtractu.l.si quis maior.iunctis ibi not.per glo.Bart.⁊ alios cōiter.†Nec,vt probatur in.d.l.si quis maior.in verbo,mox,ẜm Bart.Bal.⁊ Ang. admittitur purgatio more,q: vbicūq̄ lex ipso iure facit executionē, ibi nō admititur purgatio more.l.si is cui.ff.de leg.ij.not. Bar.⁊ doct.in.l.si insulā.ff.de verb.obli.quod saltem ẜm communē opinionē procedit in casu.d.l.si quis maior.quoad penā priuatiōis actionis. ¶ Preterea in cōuentionibus, ⁊ pactis superius mentionatis dictū est,⁊ per partes ipsas appunctuatū ⁊ conuentū, q̄ durāte dicto tēpore dato cursu alijs monetis,q̄ in dicta preconizatione cōtentis institutio,deputatio,onus faciendi collectam,⁊ alia,de quibus ibi,cessarent,⁊ locū non haberent,sed statim infringerētur, seu q̄ idē de Sala amplius nō teneretur facere dictā colle-
6 ctam:†qui ablatiui absoluti dato cursu,conditionē important,⁊ perinde est acsi dictū extitisset,si durante dicto tēpore detur cursus alijs monetis quā ⁊c.La testatore.⁊ qd̄ ibi Bar.ff.de condi.⁊ demō.⁊.l.ab emptione.in princ.⁊ qd̄ ibi Bar.⁊ doc.ff.de pac. que cōditio videtur euenisse, ⁊ sic proxime dicta cōuentio purificata pro eo q: post pacta ⁊ cōuentiones antedictas datus est cursus alijs monetis ab illis,de quibus in dicta pconizatione. Nisi forte quis dicere voluerit hoc non prodesse eidē Joāni de sala, nec nocere prefatis nobilibus, pro eo q: et si datus sit cursus alijs monetis in comitatu Venayssini,non tamen datus est in ciuitate Auenionēsi:sed istud nō videtur procedere. Cum q:,vt mihi verbo proponit,preceptū fuit per preconizationē, de qua.ꝫ. factum in dicta ciuitate non solū Auenionēsibus,sed etiā comitatēsibus, quatenus ordinationes in ea mētionatas, ⁊ paulo ante factas p reuerendissimū in Christo patrē ⁊ dō.d.gubernatorem Auenionis,⁊ comitatus predictorū tenere, seruare,⁊ adimplere haberēt sub penis,de quib⁹ in ordinationibus hmōi. Quo fit vt, si postea, ⁊ ꝯ preconizationem hmōi datus extiterit in comitatu Venayssini cursus alijs monetis,q̄ in ea mētionatis ⁊ expressis, videatur dicta cōditionalis cōuentio fuisse purificata, ⁊ consequenter resolute cōuentiones, ⁊ pacta per dictas partes celebrate,⁊ inite. Cum ⁊ q: cū indistincte dictū extiterit, q̄ durante dicto tēpore dato cursu alijs monetis quā ⁊c.institutio,deputatio,⁊ alia predicta cessarēt:hoc vr̄ generaliter intelligenduꝫ.l.j. §.generaliter.⁊ quod ibi glo.⁊ doct.ff.de leg.prestā.⁊.l.itē apud labeonē.§.generaliter.cum suis si.ff.de iniu. saltē quoad ciuitatem,⁊ comitatū predictos,pro eo q: per easdem ordinationes in Auenione factas, ⁊ emanatas ab eodem dn̄o erant facta precepta,⁊ pecunie alie,hoc est, in eis nō contente,repulse. Et vt apparet ex predictis,⁊ ex verbis conuentionū ⁊ pactorū predictarum verba hmōi,illa videlicet, que cōcernūt resolutionē dictarū conuentionū,clara sunt,a quibus propterea nō videtur recedēdum.l.ille aut ille.§.cum in verbis.⁊.l.non aliter.ff.de leg.iij. Et ipsis nobilib⁹,si pretendāt se,⁊ prefatū de Sala sensisse de cursu, qui daret alijs monetis in Auenione,nō alibi,incūbit probatio, postq̄ verba cōtractus faciunt pro eodē de Sala,p predicta. Et q: etiā hoc est verisimilius eū ita sensisse propter maius lucrum qd̄ sperabatur,si tam in Auenione,q̄ comitatu predictis seruarētur ordinationes antedicte, Et ita mihi vr̄ sub correctione ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Cum feuda in gallia ⁊ littorea prouincia redacta sint ad naturam bonorum patrimonialium quoad alienationem ⁊ successionem,non obstante substitutione quacūq̄, potest feudatarius de illo saltem vsq̄ ad legitimam alienare. V. F.

1 ¶ Femine ad feudum rectum quando innitentur,⁊ an in perpetuum excludi possint,⁊ quando.⁊ nu.6.
2 Donatario secundo que actio acquisita.
3 Actio personalis contra singularem rei successorem an detur.
4 Possessio an transferatur cum dominio apud retentorē per cōstitutū,⁊ vsufructus retentionē,⁊ quid si semel translata in primum donatarium, ⁊ eo deficiente an transferatur in secundum.
5 Stipulari in dubio videtur pater pro filio vt heredi, ⁊ quid in his que transitura sunt ad filium vt filium,non vt heredem.
7 Feudorum alterata est natura de generali Francie consuetudine,⁊ ad instar bonorum patrimonialium redacta in omnibus.
8 Heres particularis illius, qui res recepit pro se ⁊ heredibus, an succedat in bonis feudalibus, que per consuetudinem sunt transitoria ad quoslibet heredes.
9 Verbum heres,pro liberis concedentis quando capi debeat.
10 Grauatus per pactum de restituēda hereditate an possit de bonis vsq̄ ad legitimam irreuocabiliter alienare.

¶ De feud. Consi.cclxxvi.



Christi noīe inuocato: Viso casu mihi exhibito parte nobilis ⁊ generosi viri Leonardi fryslardi, domini de ystrio, ⁊ Dautresenis, ⁊ insule Martici, dubijs ortis,⁊ elicitis ex casu hmōi, dico ⁊ respondeo ad predicta dubia illorū, ⁊ presertim primi ⁊ scdī,prout infra. Premittens primo pro faciliore solutione,q̄ licet ẜm iura nouissima seu dorum non solū succedat filius masculus patri suo in feudo, sed etiā nepos ex filio,⁊ alij vlteriores descendentes per lineam masculinā auo,⁊ alijs superioribus.c.j.§.cum vero conradus.⁊.§. hoc quoq̄ sciendū.in.ij.tit.qui feu.dona.poss.filie tamen,neptes, pronepetes,vel alie vlteriores femine,aut per lineam femininam descendētes non succedunt in feudo ẜm propriā feudi naturam,

In. d. ca. §. hoc aũt notandum: nisi hoc dictũ extiterit, ꝙ in feudo
1 succederent etiã femine. † Quo vltimo casu non videntur ipse fe
mine inuitate ad feudũ rectũ, quãdiu superest aliquis masculus,
secus tamen deficiẽtibus masculis, etiam si quis infeudatus exti
tisset pro se ⁊ liberis masculis ⁊ feminis copulatiue. c. j. §. filia ve
ro, ⁊ qđ ibi doct. de successione feudi. ⁊. c. j. §. quinetiã. ⁊ quod ibi
doc. episc. vel abba. ⁊. c. j. de eo qui sibi ⁊ heredi. suis. Et si moriẽte
vassallo superfuerit aliquis de masculis, femine in perpetuũ ex
cluduntur, etiã si masculus ille postea ex interuallo decesserit. d.
§. quinetiam. ⁊ quod ibi Bal. Aluaro. ⁊. d. Prepo. ⁊ quod etiam
voluit Bald. in rubr. de feu. consi. iiij. ideo autẽ dixi postea ex in
teruallo, q̃ si illico post mortẽ vassalli decessisset masculus, tunc
nõ excluderetur femina, quominus in feudo succederet, ac si tem
pore mortis vassalli nullus masculus superfuisset, ẜm gl. in. d. §.
quinetiã. quã ibi sequũtur Bal. Alua. ⁊ do. Prepo. licet Andr.
de ysernia ibi tenuerit cõtrarium, motus multis rationibus, de
quibus ibi per eum ⁊ doct. sed opinio glo. cõiter obseruatur. Ex
quibus infertur ꝙ, si donatio, de qua in casu, fuisset infeudatio, ⁊
dictum castrum de vstrio fuisset concessum in feudũ rectũ, nemi
ni dubiũ quin, ẜm cõsuetudines feudorũ, recolende memorie il
lustrissimus do. Carolus filius quõdã naturalis ⁊ legitimus illu
strissimi. d. Caroli primi donatarij perpetuo exclusisset illustris
simã do. Ludouicã eius sororẽ ⁊ suos, per que appareret respõ
sio ad primũ ⁊ secunduz quesita: sed illa donatio nõ fuit infeuda
tio sed donatio, seu concessio bonorum feudaliũ, hoc est bonoruz
inibi mentionatorum, que videlicet diue memorie illustrissima
do. Hyolans donatrix ab alio, seu alijs tenebat, ⁊ possidebat in
feudũ. Et sic, si nõ desipio, non videtur mihi, sub correctione cu
iuslibet domini melius sentientis, insistendum super vlteriore
responsione fienda ad primum ⁊ secundũ quesita, quatenus que
reretur de repulsione illustrissimorum dominorum liberorũ do.
Ludouice fienda propter naturã feudi, ⁊ per iura, de quibus. s.

Premitto preterea ꝙ hic dubi

tari põt, an simus in casu ⁊ terminis. l. quoties. C. de donat. que
sub mo. vt sic censeatur diue memorie illustrissima do. Hyolans
primo cõcessisse, ⁊ donasse, res, bona, ⁊ iura, de quibus in literis,
seu instrumento donationis huiõi, illustrissimo quondã domino
Carolo eius filio naturali ⁊ legitimo, ac deinde, ⁊ post mortẽ eius,
infantibus illius: ⁊ deinde post mortẽ horum, descẽdentibus ex
illis, qđ videtur pro eo q̃, vt dicitur in instrumento predicto, ipsa
dña donauit dicto do. Carolo pro se ⁊ suis infantibus legitimis
natis ⁊ procreatis ex suo corpore, ⁊ alijs ex illis legitime descẽden
tibus. Et hoc videtur asseruisse egregius vir dñs procurator di
ctorũ dñorum liberorũ in litigatis cause, quã habuerunt contra
illustrem do. Franciscuz de luxembourg. qđ si verum est, non vr
ꝙ dictus nobilis Leonardus fryssardi possit conueniri per di
2 ctos do. liberos: † q̃ actio. de qua in illa. l. quoties, est personalis
actio, vez in factũ generalis, ẜm Godofr. in. d. l. quoties. vel actio
vtilis ex stipulatu, si stipulatio interuenerit: non dico stipulatio
secũdi donatarij, sed donatoris paciscentis ⁊ stipulantis rem do
natam tradi, aut restitui secũdo donatario, qđ videntur ibi cõi
ter sentire gl. ⁊ doc. respondendo ad. §. si quis alij. instit. de inuti.
stipul. ⁊ ad iura similia, vel cõdictio ex illa. l. quoties. si nudũ pa
3 ctũ donatoris interuenerit, ẜm Bald. in. d. l. quoties. † Sed quod
cũqȝ horũ dixerimus, actio illa est personalis, que nõ datur ad
uersus particularẽ rei successorẽ. l. j. §. si heres. cum suis si. ff. ad
trebel. Quo fit vt, cũ dictus nobilis Leonardus fryssardi fuerit
⁊ sit particularis rei successor, nõ vniuersalis successor dicti quõ
dã. d. Caroli primi donatarij, non possit idẽ Fryssardi predicta
actione conueniri. Nec opponat aliquis, ꝙ prefatus Fryssardi
possit ⁊ valeat actione rei vendicationis conueniri, supposito ꝙ
dicta quondã illustrissima dña donatrix fuerit dña bonorũ ⁊ re
4 rum donatarum: † ⁊ hoc propter retentionem vsusfructus, ⁊ cõ
stitutum, de quibus in literis seu instrumẽto donationis predi
cte, per quas transfertur possessio, ⁊ cõsequenter dñium, si apud
retentorem ⁊ constitutorem huiõi existebant, per ea que habẽtur
in. l. quisquis. l. si quis argentũ. §. sed si quidẽ. C. de donat. ⁊. l. qđ
meo. in princ. ff. de acquir. poss. ⁊ ꝙ no. gl. ⁊ doc. in. l. ab emptione.
ff. de pac. Jo. and. in addi. Spec. tit. de emptio. ⁊ vendi. §. j. vers. ⁊
not. in addi. que incipit, hic dubitatur. Panor. in. c. ex literis. de
consuet. Ang. consi. cccxxxix. exordiente, Sẽpronius olim Saij
de Florentia. Alex. de imo. consi. xcij. exordiẽte, Perspectis his
que in themate. ⁊c. in. j. vol. Ang. are. in. §. actionum. vers. quero
sit instrumentũ venditionis in quo vẽditor constituit ⁊c. institu.
de actio. ⁊ alij in alijs locis. Quoniã respondeo ꝙ hec nõ obstãt,
q̃ licet retentio vsusfructus, aut constitutũ prodesse potuerint,
vt per eas transferretur possessio, ⁊ consequenter dominium in
dictum do. Carolum primũ donatarium: non tamen operari po
tuerunt, vt per eas possessio ⁊ dñium semel translate in dictum
primum donatariũ, postea, ⁊ eo deficiente, trãsferrentur in dños
liberos illius, aut liberorũ liberos. Tũ q̃, vt apparet ex discur
su literarũ, seu instrumenti donationis superius mentionate, di
cta illustrissima dña solum voluit per retentionẽ, ⁊ constitutum
huiõi transferre possessionem, ⁊ dñium in dictum do. Carolum
primum donatariũ: solum enim se cõstituit tenere ⁊ possidere no
mine illius. Tuz ⁊ q̃, si etiã constitutũ, de quo supra, appareret
collatum in tempus dictorũ do. liberorũ, illud non valuisset, nec
per ipsum, vtpote collatũ in tẽpus quo nõ erat ipsa do. donatrix
futura dña ⁊ possessor, poterãt transferri possessio ⁊ dominiũ in
ipsos dominos liberos. arg. l. quãuis. §. si conductor. ⁊ quod ibi
Ange. ff. de acquir. possess. ⁊ quod voluit Alexan. de imo. consil.
lxxxj. in. ij. volu. ⁊ do. Jason de may. in. l. quoties. C. de rei vendi.

Et si dicatur ꝙ forte videtur

verius, ꝙ hic non simus in terminis, seu quasi. d. l. quoties. C. de
dona. que sub mo. sed potius simus in casu, in quo censeri debeat
dictus. d. Carolus primus donatarius fuisse stipulatus, aut ꝑ se,
⁊ dñis eius infantibus, ⁊ descẽdentibus ex illis recepisse donatio
nem, de qua. s. tũc remanet difficultas, an ipse censeri debeat re
cepisse ꝑ se, ⁊ alijs ꝑdictis, ordine successiuo: primo vez ꝑ se, de
6 inde ꝑ alijs. Super quo respõdeo ꝙ sic, † q̃ in dubio vr pater sti
pulari filio vt heredi, ⁊ sic post mortẽ suijpsius patris. l. tale pa
ctum. §. fi. ff. de pac. no. gl. ⁊ doc. in. l. si tibi. §. si pactus. eo. tit. ⁊ qđ
dixi dictũ. d. Carolũ debere intelligi recepisse pro se, ac infanti
bus, ⁊ descendẽtibus ex illis ordine successiuo, procedit nõ soluz
in his, que de sui natura sunt trãsitoria ad heredes, sed ẽt in his
que sunt trãsitura ad filios, vt filios, non vt heredes, ꝑ id qđ ha
betur in. l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ⁊ in. l. seruus patroni. in fi. cum. l.
se. iuncta. l. si operarũ. ff. de ope. lib. Has cõclusiones videntur tene
re Bar. Bal. Jo. de imo. ⁊ Alex. de imo. ⁊ doc. magis cõiter. in. l.
gallus. §. quidã recte. ff. de lib. ⁊ posthu. Cy. in. l. liberti liberteqȝ.
versi. in. vj. differunt. ⁊ qđ ibi Bal. C. de ope. libe. Jo. de imo. in. l.
qđ dicitur. ff. de verb. obl. Bald. ⁊ Pau. de cast. in. l. cum ita. §. in
fideicommisso. ff. de leg. ij. multos alios refert Alex. in. d. §. qui
dam recte. qui videri possunt. Videtur etiam ꝙ non solũ debue
rit seruari ordo inter dictũ quondam do. Carolũ recipiẽtem ex
vna parte, ac eius infantes, ⁊ descendẽtes ex illis ex alia: sed etiã
inter ipsos infantes ⁊ descẽdẽtes ex eis, vt primo videãtur fuis
se inuitati dicti infantes, ⁊ post eos descendentes ex illis, per ea
que no. Bal. Paul. de cast. ⁊ doct. in. d. l. cũ ita. §. in fideicõmisso.

Sed hic superest dubium an

ad hoc, ꝙ infantes dicti quõdã. d. Caroli primi donatarij potue
rint, aut de iure debuerint cẽseri inuitati ad bona donata, suffe
cerit fuisse infantes, hoc est filios eiusdẽ. d. Caroli, an vẽ ẽt opor
tuerit ꝙ ipsi fuerint heredes eiusdẽ. d. Caroli. Super quo videtur
dicenduz, ꝙ nõ suffecerit eos fuisse infantes, sed etiã opus exti
terit ꝙ fuerint heredes ipsius. d. Caroli. Tũ q̃, vt predixi, pa
ter stipulãdo sibi ⁊ filio, vel recipiẽs pro se ⁊ filio, vr in dubio sti
pulari filio vt heredi, vel recipere pro eo vt herede, non autẽ sti
pulari filio vt filio, vel recipere pro filio vt ꝑ filio. d. l. tale pactũ.
§. fi. ⁊ qđ ponit gl. ⁊ doc. in alle. l. si tibi. §. pactus. ff. de pac. facit. l.
si pactũ. ff. de proba. Tum ⁊ q̃ hoc satis videtur expressum in li
teris seu instrumẽto donationis antedicte: ⁊ presertim ibi, iouyr
⁊ vser par nostredict filz ⁊ sesdicts enfãs legitimes nez ⁊ ꝑcreez
de luy ⁊ de sesdicts enfans ⁊ heritiers: vbi voluit dicta dña dona
trix bona donata peruenire nõ solũ ad infantes dicti do. Caro
li, sed etiã ad descendẽtes ex dictis infantibus ⁊ heredibus. sen
sit ergo ꝙ oporteret infantes etiã esse heredes ad hoc, vt succe
derent in bonis donatis. Sed forte opponetur aduersus hec, ⁊
signanter aduersus primam rationẽ, ꝙ illa procederet, si loque
remur de bonis sui natura transitorijs etiam ad heredes extra
neos: sed nos nõ loquimur de illis bonis, sed de bonis feudalibus,
que sui natura nõ transeunt ad heredes extraneos, sed soluz ad
heredes sanguinis, ⁊ nõ ad omnes eiusdẽ sanguinis, sed solũ ad
masculos, vt superius dixi. Non igitur vr verũ ꝙ in casu, de quo
queritur, videatur dictus quondã. d. Carolus fuisse stipulatus,
vel recepisse bona predicta ꝑ infantibus vt heredibus, sed potius
pro infantibus vt infantibus, quod etiã videtur voluisse Bar. ⁊
alij doct. in. d. l. gallus. in. §. quidã recte. ff. de lib. ⁊ posth. ⁊ in al
legata. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. Sed istud non
obstaret dicto nobili Fryssardi. Tuz q̃ predicta obiectio videtur
procedere in cõcessione feudali, hoc est in infeudatione facta per
dñm feudi: donatio vero, de qua supra, nõ fuit infeudatio, sed do
natio facta per ipsam illustrissimã dñam donatricem de bonis, ⁊
iure, qđ habebat in rebus feudalibus in literis seu instrumento
donationis latius mẽtionatis. Tũ ⁊ q̃ bona donata, saltẽ oppi
dũ seu castrũ de Vstrio, ⁊ turris de Dautresenis site sunt in pro
uincia, in qua bona feudalia redacta sunt ad instar patrimonia
lium,

lium, cũ do. vassalli illa donẽt, vendãt, testẽtur, alias disponãt de illis vt de patrimonialibus, hoc excepto q opus est donatario emptori, aut alij successori saltẽ particulari recipere inuestiturã a domino feudi. Tum ꝛ qꝛ si feuda prouincie seruarẽt propriam feudi naturã, nec dicta. d. Ludouica, nec dñi eius liberi potuissent aut possent succedere in bonis donatis in prouincia existẽ-
6 tibus aut eorũ parte, p eo ꝙ qꝛ, vt superius dixi, filie, neptes, proneptes, vel alie vlteriores femine, aut per lineam femineã descendentes nõ succedũt in feudo, nisi hoc sit expresse actũ. Et ita vt q, siue dicamus dictuz quondã do. Carolũ fuisse stipulatũ sibi, ꝛ infantibus, ꝛ descendẽtibus, ex eis, aut recepisse bona donata p se, ꝛ infantib' ꝛ ex illis descẽdentib' dictis vez infantib', ꝛ descẽdẽtibus ex illis, vt hẽdibus, vel vt infantibus ꝛc. semper cõcludi possit, q nec dicta dña Ludouica, nec dñi eius liberi succedere potuerũt, seu possunt in bonis donatis, supposito q nec dicta do. Ludouica, nec ipsi dñi liberi fuerint heredes ipsius quondã dñi Caroli. Nisi quis dixerit, q fortasse dicta do. Ludouica fuerit heres particularis dicti quondã do. Caroli primi donatarij eius patris, quod videtur sufficere, per id quod no. Bar. in. d. l. vt iurisiurandi. in. §. si liberi. ꝛ per illum tex. ff. de ope. lib. Et ita tenuerũt multi relati p Alex. de imo. in. l. quedã. §. nihil interest. ff. de eden. ꝛ consi. viij. in. iij. vol. saltẽ eo casu quo fit cõcessio rei, que sui natura nõ est trãsitoria ad quoslibet heredes, cuiusmodi sunt bona feudalia, vt dixi superius. Sed istud nõ obstat. Tum qꝛ, vt predixi, donatio, de qua supra, nõ fuit concessio in feuduz, seu infeudatio, sed donatio rei feudalis donata per vassallum.
7 †Tum ꝛ qꝛ in regno ꝛ Prouincia, in quibus existebãt ꝛ existũt bona donata, feuda sunt redacta ad instar bonorũ patrimonialium, ita q vassalli testãtur, ꝛ alias ꝛ in suprema voluntate, ꝛ inter viuos de illis disponunt prout de patrimonialibus, ꝛ in eis passim ꝛ indistincte succedũt nõ solũ liberi masculi, sed etiã femine, ꝛ non solũ liberi, sed etiã extranei heredes. Et sic vel de consuetudine, vel alias alterata est natura feudorũ quoad successionem, ꝛ que de sui natura nõ erant trãsitura nisi ad filios vt filios, facta sunt transitoria ad quoslibet heredes etiã extraneos. Videtur igitur de eis dubitandũ, tanꝗ de rebus sui natura transi-
8 torijs etiã ad heredes extraneos, † in quibus nõ succedit heres particularis illius, qui res huiusmodi recepit pro se ꝛ heredib', vt voluit Bal. in. d. l. quedã. §. nihil. ꝛ in. d. l. liberti. versi. hm dubium, ꝛ vers. sed quid si quidã ꝛc. C. de ope. liber. Ang. in. d. l. gallus. §. etiã si parente. ff. de libe. ꝛ posth. Sali. in. l. ij. q. xx. C. de iu. emphy. ꝛ fuit de mẽte Bald. in. l. cum hm. C. de fideicom. Idem etiam fuit de mente Joan. de imo. in concordatione opinionuz, quã ipse facit post Bal. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. insti. ꝛ in. c. potuit. vers. septimo tangit. de loca. ꝛc. ꝛ hanc concordiam quoad punctũ nostrũ vidẽtur sequi Ang. Paul. de cast. ꝛ Alex. de imo. in. d. l. quedã. §. nihil. ꝛ Pau. de ca. in. l. quoties. C. de heredi. instit. ꝛ Alex. de imo. in. d. consil. viij. Esto igitur q prefata do. Ludouica fuisset particulariter heres instituta per dictum quondam do. Carolũ eius patrem. nõ propterea censeri deberet inuitata tanquã pretensa eius heres: ergo nec dicti dñi eius filij arg. l. si viua matre. C. de bo. ma. ꝛ in. c. j. §. hoc autẽ notandũ. qui. feu. da. poss. Et hec mihi viderentur de iure procedere si illa verba, auoir, posseder, exploicter, ꝛ en iouir ꝛ vser par nostredict fils ꝛ sesdicts enfans legitimes nez ꝛ pcreez de luy ꝛ de sesdicts enfans ꝛ heritiers ꝛc. posita in literis, seu in instrumento donationis superius mẽtionate expressa extitissent a recipiẽte: sed qꝛ non a recipiẽte, sed a prefata illustrissima dña Yolans donatrice expressa extiterũt, ego magis dubito, propterea ꝗ dicit Bart. ꝛ post eum Bal. ꝛ Ang. in. d. l. gallus. §. etiã si parente. ff. de libe.
9 ꝛ posthu. † Ex quorũ dictis videtur illud colligi, q illud verbũ, heritiers, sumi debeat non quidẽ vniuersaliter pro heredibus, ꝛ prout alias sonat hoc verbũ heres, sed pro liberis concedẽtis. l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. saltẽ eo casu, in quo vniuersaliter intelligendo illud verbũ heredibus, resultaret iniquitas cõtra mentem concedẽtis: qđ videtur contingere in casu, de quo queritur, attentis maxime illis verbis positis circa principiũ literarum, seu instrorum donationis superius mẽtionate: ibi, A nostre tres chier ꝛ tresayme fils Charles a tousioursmais par heritage en accroissemẽt ꝛ augmẽtation de son bien, hõneur, ꝛ estat pour luy ꝛ ses enfans legitimes nez ꝛ pcreez de son corps ꝛ autres descẽdans deux legitimement: ꝛ ibi, ꝛ en iouyr ꝛ vser par nostredict fils ꝛ sesdicts enfans legitimes nez ꝛ pcreez de luy ꝛ de sesdicts enfans ꝛ heritiers: ꝛ ibi, sans ce que par nostredict fils ou sesdicts enfans ꝛ heritiers ꝛ autres descendans deux: per que verba satis videtur expressum, dictã quondam illustrissimam reginam donatricẽ noluisse inuitare ad res donatas nisi dictum do. Carolum eius filiũ, infantes illius, ꝛ descendẽtes ex illis, nec videntur aliter posse intelligere verba eiusdem regine, quis offendatur eius mẽs ꝛ volũtas; vbi videlicet diceremus q per donationem antedictã inuitati extiterunt non solũ dicti quondã do. Carolus primus donatarius, ꝛ eius liberi ꝛ heredes ex eo descẽdente, sed etiã extranei. Verũ fateor q licet sequẽdo doctrinam Bar. ꝛ sequacium. in. d. §. etiam si parente. cẽseri nõ deberent heredes dicti quondã. d. Caroli primi donatarij, qui non essent illius liberi, nõ propterea infertur q omnes ipsius liberi, ꝛ sic etiã liberi nõ heredes censeantur inuitati, nec Bar. hoc dicit in. d. §. etiam si parente. quinimo huius contrariũ colligitur ex not. per multos in simili in. d. l. quod dicitur: qui videntur sentire, q ad hoc vt dici debeant inuitati, opus sit q illi sint liberi ꝛ heredes, ꝛ sic q non sufficiat eos esse heredes non liberos, vel liberos non heredes: qđ si ita est, adhuc non viderentur liberi dicte do. Ludouice inuitati, vtpote non heredes. Super quo tamen intendo plenius deliberare. ¶ † Illud autẽ certum est, q dicta illustris dña Yolans donatrix non potuit dictum do. Carolum grauare in sua legitima. l. omnimodo. l. qm̃ in prioribus. ꝛ. l. scimus. C. de inoff. testa. Non obstante igitur illa pretẽsa substitutione, quam fecisse dicitur in donatione, de qua supra, potuit idem do. Carolus donatarius, seu eius heres detrahere, seu retinere de rebus donatis eius legitimã, ꝛ deinde illã irreuocabiliter alienare, per id quod in simili voluit Cy. ꝛ ibi Albe. in auth. res que. C. cõi. de lega. Bal. in. l. ij. C. ad. l. falci. ꝛ consi. xxxix. exordiente, Punctus questionis, in secũda parte, ꝛ consi. clxiiij. exordiente, In ecclesia regina statutum ꝛc. ꝛ consi. clxxxix. exordiente, Queritur vtruz filius de restitu. ꝛc. in, tertia parte. ꝛ in. l. potest. ff. de leg. j. Oldr. consi. cvij. exordiente, Circa ius municipale ꝛc. vers. ad tertiam questionem. Franc. de areti. consil. clvi. §. preterea. ꝛ Andr. siculus in repetitione. c. raynaldus. fol. 72. qui loquentes de filio herede instituto ꝛ grauato dicũt, posse irreuocabiliter alienare de bonis defuncti vsq ad legitimã: quod si pcedit in grauato per testamentũ, videtur etiam procedere in grauato per contractũ, arguendo de vltima voluntate ad contractũ, quod videtur fieri posse in hoc casu, per id quod habetur in. l. seruum filij. §. euz qui chirographum. ꝛ. l. qui chirographum. ff. de leg. iij. ꝛ. l. iure ciuili. ff. de reg. iur. de quo etiam in. l. pactum inter heredem. ꝛ quod ibi Angel. ff. de pact. eo maxime qꝛ non legitur in literis, seu instrumento donationis prementionate, q dictus domi. Carolus primus donatarius, vel alius, donationẽ receperit pro liberis, nec q pacto, vel alias, se adstrinxerit ad restitutionem eisdem faciendam de bonis donatis. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ A vulgari substitutione sub compendiosa comprehensa testamentum incipere potest: ex pupillari vero repulsis auo ꝛ auia maternis substitutus admittitur etiam in bonis, que ad pupillum per ipsam matrem obuenerant. V. F.

1 ¶ Verbum substituo, an sit verbum commune.
2 Substitutio compendiosa facta per verbum cõmune an apta sit comprehendere vulgarem, pupillarem, ꝛ fideicommissariam.
3 In substitutione pupillari comprehensa in compendiosa que bona impuberum veniant.

¶ De impub. ꝛ alias substi. Consi. cclxxvij.


Viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris domi. Monete molone, vna cum copia certorum libellorũ parte prouidi viri ꝛ honeste mulieris Petri arnaudi de domonoua, ꝛ Joanne coniugum, vna cum instrumento vltimi ꝛ nuncupatiui testamenti prouidi quondam viri Mermeti moloni dicte do. Monete quondam filij naturalis ꝛ legitimi, dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte, salua rectiore sententia cuiuslibet dñi melius sentientis, ꝛ pleniore meijpsius deliberatione, quoad bona ꝛ hereditatẽ eiusdem quondam Mermeti, q in illis, ꝛ ipsi Mermeto succedere debet dicta do. Moneta auia paterna Perone ꝛ Marthe molone. Et hoc siue prefate Perona ꝛ Martha se immiscuerint bonis ꝛ hereditati dicti Mermeti earũ quondã patris, siue ab humanis decesserint ante inmixtionẽ hmõi. Et idem si eisdẽ bonis ꝛ hereditati se immiscuerint dicte Perona ꝛ Martha, eisdẽ succedere debet, ꝛ p mediũ ipsarũ dicto Mermeto eius filio ipsa. d. Moneta in vim substitutionis pupillaris cõprehẽse in substitutione cõpẽdiosa, de qua in dicto eius testamẽto. in vers. ꝛ au cas ꝗ elles moruissent toutes sans heritiers de leurs corps, ꝛc. † certũ est eñi q, cũ sub-
1 stitutio hmõi facta fuerit pd ic tis filiabus p verbũ substituo, qđ est cõmune, hm Jo. and. in. c. si pater. de testa. in. vj. gl. in. l. preci-

bus.C.de impu.ꝛ alijs substit. Oldr.cons.mihi.xxviij.vers.circa secundā questionem. Bar.in.l.centurio.ff.de vulg.ꝛ pup.ꝛ alij in
2 alijs locis. ꝛ illa apta erat cōprehendere vulgarem, pupillarē, ꝛ fideicommissariā. vulgarem quidē ante immixtionē, seu aditionē hereditatis, ꝛ que per illā expirauit.l.post aditā.C.de impub. ꝛ alijs substi.item pupillarē post immixtionē, ꝛ durāte pupillari etate dictarū filiarum, per doctrinā quam ponit glo.in.§.qua ratione.instit.de pupil.substit.quam cōiter sequūtur doct. Si igitur pfate Perona ꝛ Martha ab humanis decesserint ante aditionē, seu immixtionē hereditatis dicti quondā Mermeti eorū patris; dico etiā in isto casu, ꝙ repulsis prefatis Petro arnaudi de domonaua, ꝛ Joāna cōiugibus, auo ꝛ auia maternis earūdem Marthe ꝛ Perone, debet eadem do. Moneta eisdem succedere in vim vulgaris substitutionis cōprehense, vt predixi, in dicta cōpendiosa substitutione, ꝛ a qua potuit testamētum incipere. p quo allegasse sufficiat no.per Jo.de imo. ꝛ Alex.de imo. in.l.si pater filium.ꝛ.l.lex cornelia.ff.de vulg.ꝛ pup.de quo etiam Alex.de imo.consi.j.in.j.vol. Quo vero ad pratū, ꝛ alia bona dotalia honeste quondā mulieris Marie arnaude earundē Marthe ꝛ Perone quondā matris naturalis ꝛ legitime, dico ꝛ respōdeo, ꝙ si iste filie ministerio sui patris, vel alterius hoc facere volentis adiuerint maternam hereditatem, vel alias pro eius heredibus se gesserint, deberet etiā eis, quod hec bona, ꝛ alia quecūq bona eiusdē quondā Marie, succedere. d. Moneta: † ꝛ hoc
3 per pupillarē substitutionē in dicta cōpendiosa comprehensam, in qua veniūt omnia bona impuberū vndecūq eis quesita. l. sed ꝛ si plures.§.ad substitutos.cū suis si.ff.de vulga.ꝛ pup. Si vero ante aditionē hmōi vita functe extiterint, tunc videtur ꝙ in bonis predictis successerint prefati Petrus ꝛ Joanna coniuges, perinde acsi bona ꝛ hereditas dicte quondā Marie delate non fuissent dictis Marthe ꝛ Perone.l.si infanti.C.de iu.delibe.

¶ Argumentum.

¶ Edito libello respondendum est, non obstante contrario decreto sine cause cognitione facto. V. F.

1 ¶ Decretum interpositū sine premissa cause cognitione an valeat, ꝛ qualiter hec cause cognitio fieri debeat.
2 Judicio possessorio an opponi possit de titulo vel dominio.
3 Exceptio an possit impedire litis ingressum quando de nullitate decreti opponitur replicando.

¶ De eeden. Consi.cclxxviij.



Nihil opponitur parte Blasij alāsonis loci taulignani in quadam eius pretēsa schedula exordiente, Visa copia instrumēti cuiusdam permutationis ꝛc. ex parte eius in hac causa nouissime producta, per quod appareat aut concludi possit libello parte Joannete coste in hac causa producto fuisse, fore, ꝛ esse non respondendū, ꝛ litem legitime contestandā, etiam si de illo pretēso decreto ex aduerso allegato
1 sufficiēter appareret. † Tum qꝛ illud, si de eo appareat, fuit ꝛ est nullū, vtpote interpositum cause cognitione nō premissa, que tamen premitti, ꝛ interuenire debuit.l.magis puto.§.ne passim.ff. de re.eo.qd etiā voluit Spec.tit.de ferijs.§.sequitur.ad fi. Jac. de aret. Cy. Bal.ꝛ doct.in.l.actus.C.de ferijs, Ang.are.in.§.tripli.vers.aduertas tñ ꝙ dictum decretū.instit.de actio. Et idem Ang.in.§.appellantur.vers.an autem possit tali die ꝛc.instit.de except.ꝛ in.l.si expressim.versic.quid dicendum in decreto an sit nullū.ff.de appel.de quo etiā Jaco.rebuf.in.l.si quis.C.de pred. curia.lib.x. Pet.de anch.cons.mihi.lxxxj.ꝛ Pau.de cast.consi. lxxxix. vbi etiā dicit idem Pau. ꝙ de hac cause cognitione debet fieri scriptura ad partem, ꝛ ponit practicam. Idem quod doct. prefati voluit Constan.de bar.in suo tract.caut.iudi.titu.de fe-
2 rijs.§.quarto principaliter, prope fi. † Tum etiā non obstat, qꝛ vt apparet ex tenore dicti libelli, in eo intentatur iudicium possessoriū, scilicet remediū canonis reintegrāda.iij.q.j.cui opponi nō potest de titulo vel dñio, per id qd voluit Alex.de imo.consi.
3 vj.in.iij.vol.ꝛ in.l.rem que nobis.ff.de acquir.possef. † Tum ꝛ qꝛ exceptio ex aduerso opposita non est de impedientibus litis contestationē: vbi alias impedire posset litis contestationē, qꝛ tamen habitura esset altiorem indaginem, illa non debet impedire in hoc casu, in quo replicando opponitur de nullitate dicti pretensi decreti. pro quo allegasse sufficiat not.per Bar.ꝛ alios in.l. nam ꝛ postea.in princ.ff.de iureiur.ꝛ per Alex.de imo. in.l.ille a quo.§.si de testamento.ff.ad trebel. Petunt igitur prefati Joānes, ꝛ Joanneta, seu eorum legitimus procurator procuratorio nomine eorūdem, dicto eorū libello responderi, ꝛ illi fuisse, fore, ꝛ esse respondendū, ꝛ litem super eo ꝛ contētis in eodem legitime contestandam ordinari, ꝛ partem aduersa in condemnari in expensis per eosdem sustentis ratione frustrati processus, non obstantibus quibuscunq in aduersum allegatis, propositis, ꝛ deductis, que non obstant. Et alias petunt in ꝛ super premissis, ꝛ singulis eorundem ius ac de.ꝛ ce.iu.si.fi.ꝛ mi.vestrum ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Post appellationis fatalia exacta, si iudex appellationū sententiaz ferat, nulla est: qꝛ ex tali appellatione per negligentiā partis non prosecute nullā habuit in ea causa iurisdictionē. V. F.

1 ¶ Appellatio an censeri debeat deserta propter appellantis negligentiam.
2 Judex an teneatur ferre sententiam etiam contra contumacem nisi petatur.
3 Conditionem an importent ablatiui absoluti.
4 Judex nō obstante appellationis desertione an possit procedere ad reuocationem prime sententie etiam inique.
5 Appellans an videatur a causa sua cecidisse per desertionem.

¶ De tempor.appel. Consi.cclxxix.



Existimo, quinimo pro indubitato habeo, ꝙ egregius vir do. Laurētius castellanie iuriuz bachalaureus male ꝛ inciuiliter, ꝛ alias sine iurisdictione processerit in diffiniendo causam appellationis antea ceptam, ꝛ tunc pendentem indecisam per ꝛ inter dominam Hugonam milherie pretensam appellantem ex vna, ac honorabilem ꝛ honestam mulierem Alayonā guafarone appellantem ex alia. Et vt hoc clarius ostendatur, presuppono ꝙ pridem, anno videlicet incarnationis dominice. M.cccclxxx.ꝛ die quarta mēsis Augusti.lata fuit ꝛ promulgata sententia condemnatoria pro dicta Alayona, ꝛ cōtra dictam Hugonam: ꝙ que, quamuis a sententia huiusmodi pretendatur extitisse appellatum parte dicte Hugone, ꝛ deinde in causa appellationis huiusmodi aliquantulum processum, vsq ad annuz domini. M.cccclxxxj.ꝛ diem.xj.mensis Augusti. nihil tamen reperio in processu cause huius fuisse actitatum ab Anno, mense, ꝛ die predictis, vsq ad annum domini. M.cccclxxxiiij.ꝛ die.xviij.
1 mensis Nouēbris. † Quo fit vt propter negligentiam dicte Hugone appellātis cēseri debuerit, ꝛ debeat eius pretensa appellatio fuisse ꝛ esse deserta. aut.de his qui ingre.ad appel.§.j.colla.v. ꝛ aut.ei qui appellat.ꝛ qd ibi gl.ꝛ doc.C.de temp.appel.ꝛ.c.ex ratione.cum suis simi.ꝛ quod ibi doct.de appella. Non enim prosecuta est ipsa dña Hugona appellationem hmōi ea diligentia seu ope, scilicet summa, qua hoc eam facere oportuit.l.fi.§.illud.ibi, summa ope ꝛc.C.de tempo.appella. Nisi forte quis dicere voluerit, ꝙ non steterit per dictam dominam Hugonam, quominus appellationis causa diffinita extiterit infra primum, aut saltem secundum fatale, cum reperiatur bis, aut ter infra illa petijsse diffiniri, ꝛ in causa ius dici. Sed istud non obstat. Tum quia in discursu eiusdem cause nō apparet, ꝙ prefata Hugona causam diffiniri, aut decidi petierit infra dicta fatalia, per egregiuz virum dñm in ipsa causa, ꝛ sede appellationum presidentē, sed per nobilem ꝛ magnificum quondam virum dominum Constantium garini, tunc appellationum iudicem, ꝛ absentem, ꝛ (vt presumēdum est) postulationis huiusmodi insciū ꝛ ignarum: ꝛ ita superfuit, ꝛ superest, quod potuerit ꝛ possit eidem domi. Hugone imputari, postquam hoc impedimentum non fuit ineuitabile. debuit enim petere sententiam ferri a iudice, ꝛ quidem ab eo, a quo eam ferri optabat, ꝛ ideo satis fuit in culpa si hoc non fecerit.
2 Nam iudex non tenetur ferre sententiam, nisi petatur, etiam cōtra contumacem.l.properandū.§.si quidem. vbi tex.ꝛ ibi Bar. ꝛ alij.C.de iudi.l.ad peremptoriam.vbi text.ꝛ etiam Bart.ff.co. titu. Bar.in.l.si finita.§.iulianus.ff.de dam.infec.ꝛ in.l.consentaneum.C.quomodo ꝛ quan.iudex. Anton.de butr.ꝛ Panormi. in cap.j.de iud. Si ergo dictus quondam do. Garini tunc iudex non tenebatur iudicare, nisi peteretur, dici non potest per dictā dominam Hugonam ꝙ impedita extiterit facto ipsius do. iudicis, sed suo. Nec etiam dicere potest se fuisse impeditam facto. d. locūtenentis, quia non reperio ꝙ ab eo infra predicta fatalia petitum extiterit per predictam Hugonam sentētiam ferri. Tum etiam non obstat dicta pretensa oppositio, quia vt apparet ex actis dicte pretense appellationis, dicta do. Hugona non petijt simpliciter infra dicta fatalia sententiā ferri, sed cū grano salis, ¶ quod totū cibū exasperat ꝛ acuit, scilicet data schedula iuris ad partem.

3 partem,† q̄ verba data schedula, cum sint ablatiui absoluti, conditionē important. l. a testatore, & quod ibi Bart. ff. de cōdi. & demō. & l. ab emptione, & qd̄ ibi docto. ff. de pac. Perinde est ergo acsi dixisset. Peto diffiniri si dedero schedulā iuris ad partem, qd̄ q2 fecisse non apparet, sibi cucurrit tempus, quia dispositio conditionalis adueniente conditione sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. l. pecuniam. ff. si cert. petatur, & l. qui heredi. §. fi. cum suis simi. ff. de condi. & demon. Non igitur censeri debet eadem do. Hugona petijsse diffiniri, donec & quousq3 data est iudici, & ad partem dicta iuris schedula, qd̄ tamen fuisse factum nō reperio. Fuit igitur, vt predixi, dicta pretensa appellatio deserta: qd̄ si ita est, imo q2 reuersa est ita, egregius vir dn̄s Petrus de arena iurium licentiatus bene & ciuiliter processit, Anno incarnationis dominice. M. cccc xciiij. & die. xiiij. mensis Martij, quatenus pronuntiauit & declarauit, dictā pretensam

4 appellationem fuisse, & tunc esse desertā:† & qui nec debebat, nec de iure poterat ꝓcedere ad reuocationem dicte prime sententie etiam si illa fuisset iniqua & iniusta: desierat eīn esse iudex ꝓpter desertionē. pro quo allegasse sufficiat cle. si appellationē, & qd̄ ibi docto. de appella. qd̄ etiam voluit Hostiē. in dicto. c. ex ratione, de appel. Senec. & Cardi. flo. in dicta cle. si appellationē. q2 certū est q lapso primo fatali, & multo fortius lapsis primo & scd̄o, rata manet prima sententia, vbi non interuenit iustū impedimen

5 tum, & perinde est acsi nunq̄ appellatū extitisset:† quinimo & appellans videtur a causa sua cecidisse. c. cum sit romana, rn̄so primo, & quod ibi Hostien. & c. sepe. §. q2 tamen, in fin. & §. seq. de appella. qd̄ etiā voluit Hostiē. in dicto. c. ex ratione, col. fi. vbi subiungit idē Hostien. q si postea infirmata fuerit sententia a iudice appellationis, huiōi scd̄a sn̄ia lata fuit a nō suo iudice: q2 appellatio, q̄ fingitur non fuisse, non pōt ei dare iurisdictionē, & sic sententia infirmatoria nulla est. c. at si clerici, cū suis simili. de iudi. Ex quibus infertur, q dictus dn̄s Laurētius castellane debuit sn̄iam dicti do. de Arena, quo ad id qd̄ dictū est, sc3 quoad declarationē desertionis, cōfirmare: super quo tn̄ articulo nihil dicit, & non debuit, nec de iure potuit ꝓcedere ad infirmationē, seu reuocationē dicte prime sententie, put vt predixi hoc facere nō debuit, nec de iure potuit dictus dn̄s de Arena, in cuius locū surrogatus extitit idem do. Laurētius iudex scd̄e appellationis.

¶ Argumentum.

¶ Qui transigendo promisit certam summam pro dote, & legitima soluere, si dos huiusmodi non sufficiat, teneri videtur ad legitime supplementū, que quasi debitum patris dici pōt. A. F.

1 ¶ Legitima & eius supplementum an valeat appellatione eris alieni.
2 Legitima est per patrem liberis quasi debita.
3 Supplementum an sequatur naturam legitime.

¶ De transact. Consil. cclxxx.



Si est verū q mille floreni, oudum, & per nobilem quondam virum Antonium de vaesco in suo vltimo, & nuncupatiuo testamento relicti nobili Joanne de vaesco eius filie naturali & legitime pro eius dote, & non sufficiant ad suijpsius nobilis Joanne legitimam in bonis dicti quondā nobilis Antonij eius patris sibi debitam, videtur q in solutione supplementi, seu eius quod deest ad integram legitimam cōtribuere teneatur & debet pro media parte nobilis vir Raymūdus de vaesco dn̄s Spelachie, & hoc in vim trāsactionis oudū, Anno vez dn̄i. M. cccc lxxxi. & die. ix. mensis Nouēbris, celebrate & inite per & inter eundē nobilem Raymundum ex vna parte, ac nobilem & generosum quondam virum Reyneriū de vero, dn̄m sancti Maurij, tunc tutorem & tutorio nomine nobilis Ludouice de vaesco, filie, & vniuersalis heredis dicti quondam nobilis Antonij, & sororis dicte nobilis Joanne. Et signanter in vim capituli exordientis, Item transegerunt plus & concordauerunt nōibus ac tractatu quorum supra, q ipse nobilis Raymundus teneatur & debeat soluere medietatem eris alieni, siue omnium, &c. In quo capitulo prefati transigentes conuenerunt & transegerunt, q ipse nobilis Raymūdus teneretur & deberet

1 soluere medietatem eris alieni, siue omnium eorū, que debebat ipse nobilis Antonius de vaesco noīe suo ꝓprio,† cuiusmodi videtur fuisse legitima ꝑfate nobilis Ludouice, & cōsequenter dictū ꝓtensum supplementū, si quid deest ad illā integrandā, p id

2 qd̄ no. gl. in. l. si quis legatū. ff. ad. l. Corn. de fal.† Et ꝑsupposito citra ꝑiudicium veritatis, q legitima nō sit p patrē debita liberis, est tamen quasi debita. l. fi. §. sinautē perpetuas: ibi, quasi debita &c. C. de curat. fur. & l. & q2. ff. pro soc. qd̄ etiam senserunt glo. & docto. cōmuniter. in. l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. & in. l. iuris. C. qui admitti ad bono. possessionē possunt. Et cū in Zctibus fieri debeat plena interpretatio. c. cū dilecti. de donat. videt̄ q, queadmodū dictus nobilis Raymundus cōuenit & trāsegit, & trāsigendo se obligauit de soluēdo mediā partē eris alieni, seu omniū eorū q̄ debebat ipse nobilis Antonius de vaesco suo proprio nomine, ita se obligasse cēsendus sit de soluēdo mediā partem eorū, q̄ quasi debebat ipse quōdā nobilis Antonius. Quinimo videtur q ipse nobilis Raymundus soluere teneatur, & debeat hoc totū pretēsū supplementū, & hoc pro eo q2 ipse in trāsactione predicta transigēdo conuenit, & promisit soluere dictos mille florenos pro dote, & legitima, & alijs, q̄ petere poterat in & super bonis & hereditate dicti quondā Antonij, eidē Joāne re

3 lictos,† vt sic dictū pretēsum supplementū sequatur, prout sequi debet, naturā sui principalis: & per eū solui, per quē solui debent dicti mille floreni pro dote & legitima relicti. ar. l. cum principalis. ff. de regn. iur. & regula, accessorium. eo. tit. in. vj. Et pro hac parte, scilicet q idē nobilis Raymundus teneatur ad solutionē totius dicti pretēsi supplementi, hoc videtur aperte probari in instrumēto dicte trāsactionis, in. ix. capitulo exordiente, Item plus transegerunt & cōcordauerunt partes iam dicte q si pretextu pretensarum substitutionū &c. vbi dicitur q dicti transigentes conuenerunt, & concordarunt, & transegerunt, q si pretextu pretensarū substitutionum, ratione quarū lis & causa, de quibus ibi, mote extiterant, aut etiam pretextu aliorum in dicta transactione declaratorū, & aliorū quorūcunq3 ex quacūq3 alia causa contingeret controuersiam seu litē moueri aut fieri, dictus nobilis Raymundus teneret̄ amparare, & defendere suis sumptibus, & de omni euictione eādem nobilē Ludouicam seruare aduersus omnes & quoscunq3, cum damnis & interesse, & q nihil petere posset ab eadem nobili Ludouica, aut suis. Et q2 verba conuentionis huiusmodi clare significant & importāt quod predixi, presertim illa verba, & aliorū quorūcunq3, ex quacunq3 alia causa & illa aduersus omnes & quoscunq3 que omnia sunt distributiua vniuersalia, nō est a verbis huiōi recedendū. l. ille aut ille. §. cū in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. iij. Que omnia dixerim &c.

¶ Argumentum.

¶ Sententia ad acta que non extant se referēs non per modum cause, sed ne iudex sine cause cognitione processisse videatur, est valida. A. F.

1 ¶ Judex an videatur falsam causam expressisse si dicat, visis instrumentis, que quidem non fuerunt inter partes super hoc facta, & ad quid videatur talia verba protulisse.
2 Sententia iudicis dicentis, absoluo reum, q2 reperi eū soluisse, an habeat errorē iuris expressum, quāuis de solutione nō cōstet.
3 Paria an sint aliquid esse expressū in sententia, vel exprimi per relationem ad acta.
4 Expressio que fit per relationem ad acta, an dicatur propria & formalis.
5 Dictio quasi, quid significet in dubio.
6 In appellatione ab interlocutoria an sufficiat q causa, que pro forma exprimi debet per relationem ad acta exprimatur.

¶ De senten. & interlo. om. iudi. Consi. cclxxxi.



Duo inducūt Uitalis bastide & Ludouicus baldonis loci Toschie, contra & aduersus nobilē & generosum virum Humbertū de vero dn̄m eiusdē loci, & eius officiarios, propter que pretendūt & inferūt sententias cōtra eos promulgatas pretextu, & ad causam immissionis, & depastionis certorum animaliū in territorio loci predicti de Toschia: quorum neutrum, si illa attendā

1 tur prout oportet, infert pretensam nullitatē.† Et primo quidē nō primū. scilicet q egregius vir do. iudex loci predicti de Toschia i dictis sentētijs, & verbis narratiuis inter alia dixerit, presertim visis instrumētis transactionum: que tamē, vt ex aduerso pretenditur, nec sunt, nec vnquam fuerūt super hoc inter ipsas partes passata & facta. Cum q2 non apparet nec constat ex actis cause huius q instrumēta transactionum non sint, nec vnquam fuerint: & ita non est iustificatum aut probatum q iudex falsam causam expresserit in dictis sententijs, quod tamē per prefatos Bastide & Baldonis probari oportuit, vtpote id quod esse pretenditur fundamentū eorum intentionis, pro quo allegasse sufficiat ea q̄ ponit Bar. & post eū Alexan. de imol. in. l. hoc iure. ff. de verbo. obl. Cum & esto q de hoc constitisset & constaret, q2 tamen idē iudex nō se retulit ad instrumēta trāsactionū huiōi per mo

duas cause, sȝ dicit, vt ex aduerso ꝓponitur: visis instrumẽtis ⁊c. hoc nõ obesset, prout nõ voluit Bal. in. l. ij. vers. quero quid si error ⁊c. C. de re iudi. ⁊ post eũ expressius Frãc. de aret. in. l. si is ad quem. ff. de acquir. hered. Non enim sic loquẽdo vr̃ iudex se retulisse ad dicta instrumẽta tanꝙ ad causam, sed ita vr̃ dixisse, vt nõ videref processisse sine cause cognitione, ſm Bal. ⁊ Fran. de are. vbi. s. Cũ ⁊ qꝛ si ad instrumẽta hmõi se retulisset per modũ cause, prout nõ retulit: adhuc non ob hoc videref sentẽtia esse nulla, sed valida. vt voluit Inno. post. ⁊ Bal. in. c. qm̃ cõtra falsam. de proba. ⁊ hanc opin. approbat vbiqꝫ Bal. scilicet in. l. j. C. de error. calcu. vbi etiã Pau. de cast. ⁊ Sal. sequunf hanc opin. ⁊ in. l. prolatã. C. de sen. ⁊ interlo. que dicta adducit in. d. l. si is ad quẽ: ⁊ idẽ dicit vltra eos. in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa. Hoc dictũ vr̃ tenere Bar. in. d. l. si is ad quẽ: dũ inibi voluit

2 †ꝙ si iudex dicit, absoluo reum qꝛ reperi eũ soluisse: ista sentẽtia nõ habet errorẽ iuris expressuȝ, quãuis de solutione nihil appareat: ⁊ ibi ſm eũ appellandũ est vt sententia rescindatur. Fateor ꝙ Ant. de butr. in. d. c. qm̃. de proba. ⁊ aliqui moderni in alijs locis videnf tenere cõtrarium in hoc casu, qui tñ nõ est casus: sed

3 vt predixi, moti ea ratione, †qꝛ paria sunt aliquid esse expressuȝ in sentẽtia, vel exprimi per relationẽ ad acta. l. ait pretor. §. si iudex. ff. de re iudi. ⁊ in. l. hec sentẽtia. C. de sent. que sine cer. quãti. adducũt etiã. c. cũ bertholdus. de re iudi. sed huic rationi potest

4 rñderi, †qd̃ expressio, que fit per relationẽ ad acta, non dꝛ propria ⁊ formalis expressio. Hinc dicimus ꝙ, licet sententia que se refert ad acta valeat, illa tñ appellatur incerta. d. l. hec sentẽtia. Et ideo text. in. d. l. ait pretor. §. si iudex. dicit ꝙ vr̃ quasi expres-

5 sum in sentẽtia qd̃ exprimitur per relationẽ ad acta. † Verbum aũt quasi, significat in dubio impropriẽtatẽ ⁊ similitudinẽ. l. ij. ff. de vsu ea. re. que vsu cõsu. ⁊ in. l. j. in prin. ff. de eo qui ꝓ tuto. neg. gest. qd̃ etiã voluit Frãc. de are. in. l. si quis nõ quasi. ff. de acquir. here. Pro predictis adducit idẽ Franc. in. d. c. qm̃ cõtra falsam. de proba. tex. valde no. in materia. in. c. per tuas. de senten. excõi. vbi dꝛ expresse ꝙ ad hoc vt sententia sit nulla, debet patẽter exprimi error in forma excõicationis: vbi primo põderandum est verbũ forma, qd̃ non põt verificari in expressione, que fit per relationẽ ad aliud, ſm Ange. in. l. quoties. §. si quis nomẽ. ff. de hered. instit. de quo Frãc. de aret. in. l. j. ff. de libe. ⁊ posth. Pro quo facit ꝙ no. Anto. de but. referẽs dños de Rota. in. c. vt debitus. de appella. ⁊ Bal. in. l. minoribus. C. de his qui. vt indig. vbi vo-

2 eiusdẽ quondã Marini: † qr eo ipso ꝙ filius habitat in domo paterna post mortẽ patris, ipse presumitur se immiscuisse paterne hereditati, seu illã adiuisse, si aliud nõ probetur. l. j. & qđ ibi Bar. Bal. & Paul. de cast. Alexã. de Jmol. & doc. C. de repudian. here. de quo Bar. in. l. gerit. ver. circa tertiũ principale. ff. de acqui. heredi. Bal. & moderni in. l. nõ hoc. C. vnde legi. Bal. in. l. j. C. si vt se ab heredi. abstine. & Jo. de Jmol. in. l. filio preterito, col. xlij. ver. & pro predictis bene facit &c. ff. de inius. rup. & irri. testa. & quod dixi de filio possidente domũ paternã, intelligẽdum est idẽ esse si possideret agrũ, vel vineã patris, & fructus perciperet. Nam tũc ꝑm Bal. in. d. l. j. C. de repudian. hered. est eadem ratio que in domo: nam in domo non est separatus fructus ab ipsa possessione, quia fructus eius est ipsa habitatio: vnde vt dicit Bal. efficacius presumitur immixtio cui est connexa fructuum perceptio. Ex quibus infertur ꝙ quemadmodum dictus quondam Marinus lagerij dũ viueret tenebatur cõtribuere, & cõtribuebat in tributo predicto, ita & teneãtur dicte eius quondam filie, ac vniuersales heredes

heredes,⁊ possessores bonorũ eiusdẽ quondã Marini:⁊ hoc siue dicamus hoc munus,seu tributũ esse mere reale,aut personale, impositũ,vcʒ personis pro rebus,cũ ipse ⁊ dicti earũ viri fuerint ⁊ sint subditi dictorũ nobiliũ Perdicis ⁊ de Agõto dñorũ loci iã dicti de Balma.Et vbi appareret ꝙ bona predicta insolidũ,aut pro parte fuissent dictis viris in dotẽ cõstituta, ipsi vederentur debere contribuere pro rata,iuxta ea que ponit Bar.in.l.lucius Paulus.§.idẽ rñdi.ff.ad municipa.Bar.⁊ Alex.de Jmol.in ad di.ad cũ in.l.neqꝫ.ff.solu.matri.glo.Bar.⁊ doc.in.l.j.C.de mulie.
3 ⁊ in quo loco,lib.x.†Jlle enim qui fructus percipit ⁊ possidet vocatur ad talia munera.l.hactenus.⁊.l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufru.l.j.C.de anno.⁊ tribu.li.x.l.sine herede.§.luci⁹.ff.de admi.tut.l.fructus.C.de actio.emp.⁊.l.in summa.C.de pig. sed maritus est de talib⁹.l.ꝓ oneribus.C.de iu.do.l.dotis fruct⁹. §.si res.ff.eo.tit.⁊.l.põponius.§.in dotẽ.ff.de acqui.pos.Premissis nõ obstat qđ ex aduerso pretẽditur,scʒ ꝙ prefati Stephanus Marcelini,Jacobus Lõbardi,⁊ quondã Huigo Marcelini esse vel fuisse pretẽdantur hoĩes Delphinales,⁊ exẽpti a cõtributione faciẽda in predicto munere.Qm̃ rñdeo ꝙ et si probent̃ homines Delphinales,nõ tñ sufficiẽter probãtur exẽpti a cõtributione muneris,saltẽ eo casu,quo ipsi reperiũtur habere ⁊ possidere de bonis ⁊ rebus eorũ,qui olim cõtribuere cõsueuerat,nisi forte hec haberẽt titulo emptionis:quinimo potius probat̃ contrariũ,vt apparet ex his que testes parte dictorũ nobiliũ Perdicis ⁊ de Agõto in hac causa ꝓducti deposuerũt super quinto,⁊ sexto articulis dicte schedule,Ut facilius elidat̃ ⁊c.Nec videt̃ hoc iniquũ,ꝙ illi ad quos peruenerũt bona eius,qui cõtribuere tenebatur,⁊ cõtribuere consueuerat,pro eorũ rata cõtribuãt.ar.l.fin.C.
4 de debito.ciuitatis lib.xj.†Etiã nec obstat ꝙ ex aduerso ⁊ parte dictorũ recurrentiũ oppositũ extitit cõtra testes parte dictorũ nobiliũ Perdicis ⁊ de Agõto in hac causa productos,scʒ ꝙ ipsi fuerint ⁊ sint hoĩes iustitiabiles,⁊ subditi dictorum nobiliũ,aut eorum alterius.Quoniã respõdeo istud nõ impedire quominus potuerint ꝓ eis testificari in hac causa:ꝓ quo allegare sufficiat not.per Pe.Cy.⁊ docto.cõiter in.l.eos.C.de testi.per Gul.de suda.Albe.Bart.⁊ flori.in.l.idonei.ff.eo.tit.quod saltẽ ea ratione procedit,q꜡ nõ apparet esse verisimile ꝙ prefati nobiles Perdicis sint impressiui,aut ꝙ minacẽ feruorem intulerint vel inferãt, ⁊ ita in nullo obstant dicta Bald.in.d.l.eos.⁊.Floria.in allegata l.idonei.Non etiam obstat.d.l.idonei:per quã glo.ibi tenuit contrariũ,scʒ ꝙ subditi ratione iurisdictionis pro eorum dño,cui sic subsunt,testificari nõ valeant.Quoniam respondeo ꝙ ſm cõem intellectũ scribentiũ in iure cõiter dãnantium illam glo.illa.l.intelligenda est de subdito ratione patrie,aut dñice potestatis,hoc est de filiofamilias ⁊ seruo,alias sequeretur absurdũ:de quo per doct.in.l.idonei,⁊ allegata.l.eos:scʒ ꝙ nullus de imperio.aut regno posset pro imperatore vel rege testificari,⁊ ꝙ nullus subdit⁹ Delphinalis testificari valeret pro serenissimo dño nostro Delphino.Etiam non obstat quod vlterius opponitur contra prefatos testes,scʒ ꝙ ipsi contribuũt,⁊ contribuere cõsueuerũt in tallia breuis dñi Jordani de rosanis,hoc est in solutione tributi,de
5 quo supra:†q꜡ ex hoc nõ infertur quominus probẽt,attẽto eorũ numero,per quẽ suppletur defectus qualitatis,per id quod no. Jaco.Butri.in.l.iij.post principiũ.ff.de testib.⁊ per id quod no. glo.in eadem.l.§.eiusdem,in verbo,numerus:dum dicit ꝙ illud quod defecit in fide testium supplet numerus. Joã.and.in addi. Specu.ti.de notorio crimi.§.fama,in addi.incipiente, Allegato ⁊c.ad qđ etiaʒ facit qđ not.in.l.si quis ex argentarijs.§.j.⁊ qđ ibi Bart.Alexand.de Jmol.ff.de eden.

Argumentum.

Qui pasci a longissimo tẽpore consueuerunt animalia in vicino territorio,si spoliati fuerint,vincere debent in petitorio ⁊ in possessorio.U.F.

1 Pastio cõtinuata per tempus longissimum an sufficiat ad prescriptionẽ seruitutis,⁊ probatio possessionis huiusmodi an presumat titulum.et nu.3.
2 Jn corporalibus an tantum operetur patientia quantum traditio in corporalibus,⁊ quando.
4 Actus presertim tpalis gest⁹ cõtra ꝓcedẽs iuramẽtũ an vitiet̃.
5 Testes negatiuã nec loco nec tpe coarctatã astruẽtes nõ ꝓbãt, sʒ presumptionem contra eos inducunt,⁊ sunt de falso suspecti.
6 Testium depositio super non articulatis an valeat.
7 Testis deponẽs se vidisse instrumẽtũ tale quid cõtinẽs an ꝓbet.
8 Spoliatio pascuorũ an censendã ꝑ expulsionẽ pastorũ a pascuis.
9 Spoliatus ante omnia restituendus.
10 Dominium predij,quod negatur debere seruitutem, in actione negatoria deduci an debeat.

De pascuis. Consil.cccvij.



Loquendo cum humilitate,⁊ omnimoda reuerentia debita huic insigni curie,⁊ saluo illius honore,ꝙ sententia dudũ lata pro ⁊ in fauorẽ vniuersitatũ ⁊ hominũ locorũ de Calma ⁊ Ualonis,cõtra vniuersitates seu homines locorum de Clois ⁊ Saleranis,fuerit ⁊ sit iniusta,⁊ lata ꝑ inaduertentiã,⁊ alias talis ⁊ taliter lata,que propterea debuerit ⁊ debeat per ipsam insignem curiam reuocari,⁊ ipsi de Calma et Ualonis condemnari in expẽsis,apparet causis,rationibus, ⁊ motiuis inferius subiunctis ⁊ alijs apparentibus ex processu et processibus olim ceptis,⁊ diu est fundatis per ⁊ inter dictos vniuersitates ⁊ homines locorũ de Clois ⁊ Saleranis ex vna parte ⁊ ipsos de Calma,⁊ Ualonis ex alia.Et primo quidẽ illud certũ est,ꝙ prefati de Clois ⁊ Saleranis probauerunt in primo ⁊ antiquo processu se fuisse ab antiquissimis temporibus,et citra,vsqꝫ tamen ad tempus eiectionis inibi mentionate,in possessione seu quasi immittendi ⁊ depascendi eorum animalia in ⁊ per totũ territorium dictorum locorũ de Calma ⁊ Ualonis,seqꝫ a predictis temporibus ⁊ citra immisisse ⁊ depauisse dicta eorũ animalia in ⁊ per totum territoriũ huiusmodi:quibusdã pretensis Deuesijs seu defensis exceptis,vulgariter nominatis de ysil at de capra videntibus,⁊ alias scientibus,⁊ ita fieri patientibus prefatis de Calma ⁊ Ualonis,⁊ vbi scientia ⁊ patientia huiusmodi probata
1 nõ esset,que plene probata est,†q꜡ tñ immissiones ⁊ depastiones continuate extiterunt per tempora longissima,ille sufficerent et sufficiunt etiam ad prescriptionem seruitutis,vt notat.Pau.de castro in.l.ij.C.de seruitu.⁊ aqua.queʒ refert ⁊ sequitur Bartho. cepol.in suo tracta.seruit.sub rubrica,quot sint necessaria ad inducendum prescrip.col.iiij.ver.quartum quod requiritur.Et iuuãtur depositiones testium huiusmodi per depositiones,siue informationes sumptas per honorabilem virum magistrum Joãnem sererie tunc iudicem dictorum locorũ de Ualonis ⁊ de Calma,anno videlicet domini Millesimo.ccccl vij.⁊ de mẽse Januarij,insertas fol.295.Quo fit vt ex probatione possessionis huiusmodi debuerit ⁊ debeat presumi titulus parte ipsorum de Clois ⁊ Saleranis allegatus,per id quod voluit Jnno.in.c.si diligenti.⁊ quod ibi Panor.col.v.versi.ego dico hanc opinionẽ limitandam:ibi,hoc etiam sentit hic Jnno.de prescrip.Joã.And.in.c. peruenit.⁊ qđ ibi Anto.de but.col.xj.⁊ Panor.col.fi.de censi.gl. Bar.⁊ Floria.in.l.seruitutes.ff.de seruitu.glo.Bart.⁊ Flo.in.l. cum de in rem verso.ff.de vsur.Bar.Joan.de Jmol.in.l.j.§.fi.ff. de aqua pluuia arcen.Bar.in quadam sua disputatione exordiẽte,quedam mulier ⁊c.Ange.are.in.§.eque,insti.de actio.⁊ Pau. de cast.in.d.l.seruitutes:dicens hanc esse communem opinioneʒ legistarum ⁊ cano.pro qua inter alia principaliter adducitur.d. l.cum de in rem verso,que dicit ꝙ prestatio ⁊ traditio actualis fa
2 cta diuturno tempore arguit presumptionem tituli.†Jn incorporalibus autem,vtpote seruitutibus,tantum operatur patientia quantum in rebus corporalibus operatur traditio et prestatio.l.quoties.ff.de seruitu.⁊.l.ij.§.dare.ff.de vsufruc.maxime eo casu in quo non tractatur de preiudicio magno,videlicet amissionis dominij:facit.l.j.⁊ quod ibi Bald.C.de patria potesta.⁊.l. qui in aliena,versic.quod si non adierit ⁊c.ff.de acquiren.heredi. inducendo vt per Barto.in dicta disputatione,quedam mulier, ⁊ pro hac parte cõsuluit Alexan.de Jmol.prout ipse refert,in.l. si certis annis.ad fi.C.de pact.⁊ quamuis Bald.⁊ Ange.videantur tenere contrarium in.d.l.seruitutes.ff.de seruitu.et idẽ Bal. in.d.l.si certis annis.C.de pac.hic tamen quod primo dixi cõiter tenetur.Uidetur igitur ꝙ cũ dicti de Clois ⁊ Saleranis probauerint,salteʒ presumptiue,titulum seruitutis immittẽdi ⁊ depascendi dicta eorum animalia in territorijs de Calma ⁊ Ualonis,ipsi obtinere debuerunt etiam in petitorio,super quo lata videtur predicta sententia,⁊ hoc ex probationibus in dicto primo processu,iuncto titulo per eos allegato in secundo.

Quibus nõ refragabãtur nec obstabant proposita ⁊ deducta parte dictorũ de Calma et Ualonis in duabus earũ schedulis parte ipsorũ ꝓductis in dicto primo ꝓcessu,prima vcʒ exceptiones ⁊ facta ⁊c.inserta fo.208.⁊ se-
3 cũda vt testes ꝓ parte hoĩm ⁊c.inserta fo.250.†Et primo quidẽ nõ ꝓposita ⁊ deducta in primo,scđo,tertio,quarto,⁊ quinto articulis dicte prime schedule:q꜡ ex illis etiã si probarẽtur esse vera, nõ inferret̃ nec infert̃,quin prefati de Clois ⁊ Saleranis potuerint sibi acquirere titulũ ⁊ possessionẽ,seu quasi,dicta eorum animalia immittẽdi ⁊ depascẽdi in territorio ⁊ districtu locorũ predictorũ de Ualonis ⁊ de Calma:ꝓ quo allegasse sufficiat not.per Host.Jo.And.in nouel.Panor.⁊ doct.in.c.dilecti.de arbit.pro

quo facit.c.cũ sint.⁊.c.ad apostolice.de deci.⁊.c.super quibusdã.
§.preterea.cũ suis cõcordã.de verb.signi.⁊.l.vẽditor.§.si cõstat.ff.
cõia predi. Etiã nec obstat qꝺ opponit̃ in.vj.⁊.vij.articulis dicte
prime schedule de pretẽsa libertate, olim sibi cõcessa, vt pretẽdũt
dicti de Valonis ⁊ de Calma: qꝛ esto citra preiudiciũ veritatis,
ꝙ hmõi pretẽsa libertas vel eis vel eorũ predecessoribus cõcessa
extitisset, vel etiã supposito, citra preiudiciũ ⁊c. vt. s. qꝺ tunc dñi
dictorũ locorũ de Valonis ⁊ de Calma se adstrixissent ad nõ ven
dẽdũ, vel alias cõcedendũ pascua locorũ hmõi, nõ propterea vi-
tiaretur vẽditio, vel alias cõcessio eorundẽ per ipsos dños vel eo
rũ successores postea facta. etiã si facta extitisset cõtra propriũ iu
ramentũ, per id qꝺ no. Inn. Jo. And. ⁊ doc. in.c. dilecto. de p̄ben.
4 † Actus enim presertim tẽporalis gestus cõtra precedens iura-
mentũ nõ vitiatur, vt no. doc. in.d.c. dilecto. dicti etiã de Calma
⁊ de Valonis per scientiã ⁊ patientiã, de qua supra, ⁊ in dicto pri
mo processu, cẽsentur renũtiasse illi pretẽse libertati, ⁊ quã si ha-
buerint perdiderũt per nõ vsum, saltẽ quatenus illa concernere
poterat dictos de Clois ⁊ Saleranis. ¶ Insuper etiã nõ obsta-
bãt nec obstãt proposita ⁊ deducta in.viij.⁊.ix.articulis dicte pri
me schedule. Tũ qꝛ articuli hmõi probati nõ fuerãt, quinimo po
tius cõtrariũ. Tũ ⁊ qꝛ si quid ꝓbatũ extiterit de pretẽsis pigno
rationibus, ille facte fuerũt inter mẽsem Maij, seu principiũ il-
lius, ⁊ festũ natiuitatis dñice, ⁊ ꝓpter immissiones factas de aue
ri minuto, in dictis pretensis Deuesijs seu defensis de ysil et de
capra, que tp̄e hmõi, vt conantur testes dictorũ de Valonis ⁊ de
Calma asserere, censebãtur interdicta ⁊ defensa, alio vero tẽpore
nõ erãt ꝓhibita. ¶ Preterea nec etiã obstabãt siue obstãt ꝓpo-
sita ⁊ deducta in decimo ⁊ sequẽtibus articulis, vsq; ad.xviij.ar-
ticulũ inclusiue dicte prime schedule. Tũ qꝛ supposito ꝙ sufficiẽ
ter cõstitisset vel cõstaret de pretensis finalagijs in dicto decimo
articulo mẽtionatis: qꝺq; prefati de Saleranis ⁊ de Clois seu eo
rũ predecessores aliqñ finales extitissent, cũ tñ, vt ex aduerso ꝓ-
ponit̃ in.xij.xiij.⁊ quibusdã sequẽtibus articulis, finalagia hmõi
sublata extiterint iã preterierũt centũ ⁊ octuaginta anni ⁊ vltra
nõ erãt nec sunt censendi prefati de Saleranis ⁊ de Clois dicta
eorũ animalia immisisse ⁊ depauisse in dictis territorijs de Va-
lonis ⁊ Calma. Tũ ⁊ qꝛ nõ fuit probatũ, quinimo nec propositũ,
ꝙ cõtract⁹ finalagiorũ esset cõtractus tẽporalis, vel alias reuo-
cabilis ad nutũ dñorũ de Valonis ⁊ de Calma: qꝺ tñ ⁊ proponi ⁊
probari oportuisset ad hoc vt appareret, ꝙ ipsi dñi potuerint fi-
nalagia hmõi reuocari in preiudiciũ finaliũ, cõtra regulã.l.sicut.
C.de actio.⁊ obliga.⁊ ita hmõi pretẽsa sublatio siue reuocatio eis
dẽ de Valonis ⁊ de Calma nõ prodesset, quinimo poti⁹ noceret,
⁊ suffragaretur prefatis de Saleranis ⁊ de Clois, eo maxime qꝛ
ipsi vt predixi, plenissime probauerũt se per tẽpora lõgissima di-
cta eorum animalia immisisse ⁊ depauisse in dictis territorijs de
Valonis ⁊ de Calma: ⁊ sic pro eis optime faciebat ⁊ facit.d.l.ven
ditor.§.si cõstat.ff.cõi.predi. Cui nõ obstat qꝺ conãtur deponere
sup articulis hmõi quidã pretẽsi testes, scz ꝙ ipsi de Saleranis ⁊
de Clois nõ soluerũt finalagia a tẽpore pretẽse vltime sublatio-
5 nis eorundẽ. † Tũ qꝛ cũ ipsi nitantur adstruere negatiuã nec tẽ-
pore nec loco coarctatã, ⁊ ꝓpterea sensu corporeo imperceptibi-
lem, ipsi non probãt.c.cũ ecclesia Sutrina, ⁊ qꝺ ibi glos. ⁊ docto.
de cau.pos.⁊ proprie. Est enim presumptio contra eos.iij.q.ix.§.
testes.⁊.l.testiũ.C.de testi. quinimo vt colligitur ex verbis Bal.
in.c.si quis per triginta, col.ij.ver.sed quid ecõtra ⁊c.si de feu.cõ
tro.fue.inter do.⁊ agna.post Dy.⁊ Jaco.de are.in.l.j.§.j.ff.de iti
ne.actuq; priua. testes hmõi sunt suspecti de falso: pro quo alleg.
Bal.d.c.cum ecclesia Sutrina, ⁊ idẽ sentit ibi Panor.col.v.ver.
quero dicitur in textu. Tũ etiã nõ obstat qꝺ dicũt dicti testes, qꝛ
prefati de Valonis ⁊ de Calma nõ exceperũt de hmõi pretẽsa nõ
6 solutione finalagiorũ: † ⁊ sic deponũt super nõ articulatis, ⁊ ideo
nõ valet depositio, per id qꝺ no.doc.in.l.si duo patroni.§.idẽ iu-
lianus.ff.de iureiur.⁊ si de nõ solutione huiusmodi opposuissent
adhuc nõ obesset, qꝛ hoc est ius tertij, de quo eisdẽ de Valonis et
de Calma opponere nõ licuit.l.loci corpus.§.cõpetit.ff.si ser.vẽ-
di.no.doc.in.l.cũ seruũ.C.de ser.fugi. Qꝺ autẽ opponit̃ in.xiiij.
articulo de emptione pasqueragiorum facta, vt pretẽditur, per
illos de Saleranis, ideo non obstat, qꝛ de illa nõ apparuit nec ap
paret. Pretẽsum enim instrumentũ ex aduerso pro verificatio-
ne huius asserte emptionis productum, ⁊ insertũ fo.279.etiã si
alias valeret. solum probaret assertionẽ factã de huiusmodi pre
tẽsa emptione per homines de Calma, que nõ probat̃: dicta etiã
assertio facta est, si tñ facta appareat, anno dñi. M.cccciij.et die
xx.mẽsis Aprilis, postq̃, ⁊ tp̄s illius, potuerunt ipsi de Salera-
nis ⁊ de Clois acquirere ⁊ possessionẽ, seu quasi ⁊ titulũ iuris de-
pascẽdi, ⁊ sic contẽta in dicto articulo nõ concludũt. Et idẽ dicẽ-
dũ est de contẽtis in dictis decimo, vndecimo, ⁊ alijs articulis,
vsq; ad dictũ.xviij.articulum: que etiã si vera essent, nõ inferrẽt
intẽtionẽ dictorũ de Valonis ⁊ de Calma, vtpote compatibilia
cũ cõtrario intẽtionis huiuscemodi.l.neq; natales.l.ad probatio
nẽ.C.de ꝓba.l.nõ hoc.C.vnde cogna.⁊.c.cũ cõtingat.cũ suis simi.
de offi.deleg. insuper etiã nec obstant ꝓposita ⁊ deducta in.xix.et
sequẽtibus articulis, vsq; ad finem dicte prime schedule qꝛ de cõ
trario multorum inibi cõtẽtorũ apparet per ꝓcessum alia vero
sunt negatiua: ⁊ si que sint que facere videant̃ pro ipsis de Calma
⁊ Valonis, illa nõ sunt probata. ¶ Etiã nec suffragãtur prefatis
de Valonis ⁊ de Calma ꝓposita ⁊ deducta in dicta scd̃a schedu-
la exordiẽte, Ut testi inserta fo. 250. Et primo quidẽ nõ ꝓposita
et deducta in primo, scd̃o, ⁊ tertio articulis, etiam si de illis appa
reret, qꝛ in eis deducit̃ res inter alios gesta q̃ alijs ⁊ absentib⁹ ob
esse nõ dz.l.j.C.res inter alios acta, ⁊ in rubrica eiusdẽ tituli.⁊ in
c.inter dilectos.§.porro.de fi.instru. Quod aũt deducit̃ in quar-
to articulo non probatur: ⁊ si quis sit qui de inibi cõtentis testifi-
cet̃ vel deponat, ille est vnicus ⁊ singularis, ⁊ sic vox eius vox nul
lius,l.iurisiurãdi.C.de testi.⁊.c.tam literis, eo.ti. ille etiã nõ dicit
se fuisse presentẽ in illa p̄tẽsa inhibitiõe de qua ibi: sed dicit se vi-
disse literas dñi de Riparijs, in quibus cõtinebatur inhibitio de
7 qua in articulo: † qui ꝓpterea nõ probat, prout alias dici solet de
teste deponẽte se vidisse instrumẽtũ, in quo cõtinebatur ⁊c.l.sicut
iniquũ: vbi per Bar.de fi.instru.⁊ voluit Azo in summa.C.tit.de
fide instru.col.iiij.versi.in admissione aũt instrumẽti: vbi, in secũ-
do casu cuius illã vr̃ rõnẽ assignare idẽ Azo, qꝛ sicut per exẽplũ
instrumẽti originalis, nõ ꝓbãtur cõtenta in ipso originali instru
mẽto, aut.si quis in aliquo documẽto.C.de eden. ita nec ꝓbantur
per testes dicẽtes se vidisse in instrumẽto talia vel talia cõtineri.
Poterant enim esse multa vitia in instrumẽto, ad que testes non
attenderunt: ⁊ hoc saltẽ procedit, vbi nõ sunt multi testes valde
periti, qui sciuissent ad talia attendere, ⁊ illa cognoscere: vt dicit
Bar.in.l.sicut iniquũ. ⁊ si hec cessarent, que nõ cessant, adhuc non
ꝓdessent parti aduerse cõtẽta in dicto articulo, ꝓ eo qꝛ nõ ꝓbat̃,
qꝺ dicti de Saleranis ⁊ de Clois acqenerint illi p̄tense inhibitio
ni. ¶ Insup etiã pro dictis de Saleranis ⁊ de Clois fieri debuit
sentẽtia in petitorio, saltem iuxta formã pronũtiationis ⁊ ordina
tiõis facte per arbitros ⁊ arbitratores per dictas vniuersitates
seu earũ administratores legitime electos, ⁊ de qua sufficiẽter ap
paruit ⁊ apparet depositionib⁹ eorũdẽ arbitratorꝝ, scz proborꝝ vi
rorꝝ Antonij andree, Gulielmi guidi iunioris, ⁊ Antonij Ruffi:
⁊ si quid obscuritatis ꝯtinebat ordinatio huiusmodi, illa poterãt
declarari subijciendo rem oculis. Et hec quoad petitorium.

Quo vero ad possessorium recu
perãde possessionis per ipsos de Saleranis ⁊ de Clois in primo
⁊ antiquo processu intentatum: videtur esse certissimum eosdẽ suf
ficiẽter probasse possessionẽ, seu quasi, iuris immittẽdi ⁊ depascẽ-
di dicta eorum animalia in territorijs de Valonis ⁊ de Calma ex
ceptis dictis duobus Deuesijs seu defensis de ysil ⁊ de capra in
quibus animalia nõ immitttũur a prima die Maij vsq; ad festũ
natiuitatis dominice. Probauerunt etiam deiectionem dicte eo
rum possessionis seu quasi. Et primo quidem de probatione pos-
sessiõis apparet ex his que predixi, ⁊ que deposuerũt testes parte
eorum producti super tertio ⁊ quarto articulis schedule exordiẽ
tis, pro declaratione ⁊c. inserte fo.195. ex quorum depositionib⁹
apparet ipsos de Saleranis ⁊ de Clois fuisse ab antiquissimis tẽ
poribus ⁊ citra vsq; tñ ad tẽpus eiectionis in processu predicto
mentionate in possessione seu quasi immittendi ⁊ depascendi di-
cta eorum animalia in ⁊ per totum territorium dictorum locorũ
de Calma ⁊ Valonis, seq; a predictis temporibus ⁊ citra illa im
misisse ⁊ depauisse in ⁊ per dictum totum territorium exceptis p̄-
dictis Deuesijs videntibus, scientibus ⁊ ita fieri patientib⁹ pre-
fatis de Valonis ⁊ Calma: vt iã dixi circa principiũ p̄sentis sche
dule in prosecutione materie petitorij: quorũ testiũ depositiones
iuuantur p depositiones siue informationes sumptas per magi-
strum Joannẽ sererie tunc iudicem locorum de Valonis ⁊ de Cal
ma insertas fo.295. p quas etiã clare apparuit ⁊ apparet de pos
sessiõe seu quasi, superi⁹ mẽtionata, ⁊ quarũ validitati nõ refra-
gat̃ neq; obstat qꝺ in illis sumẽdis nõ fuerit seruatus ordo iuris
nec citati extiterint dicti de Valonis ⁊ de Calma visuri iurari
testes. Quoniam respondeo ꝙ cum informationes huiusmodi
sumpte extiterint in vim Delphinalis statuti, quis per literas,
nõ fuit opus obseruatione ⁊ vocatione hmõi vt ꝓbatur in dicto
statuto. Si quis, versi. probata possessione ⁊ eiectione etiã absque
violenti ⁊c. Ipsi etiam de Saleranis ⁊ de Clois sufficienter pro-
bauerunt eorum eiectionem siue spoliũ, vt apparet ex his que de
posuerunt ⁊ deponunt multi ex testibus parte eorum productis
⁊ examinatis super quinto, sexto, ⁊ septimo articulis dicte sche-
dule pro declaratione. Dicunt enim ⁊ deponũt multi ex testibus
huiusmodi de captura ⁊ ablatione mutonum dictorum de Sale-
ranis ⁊ de Clois ⁊ quod dicti de Valonis ⁊ de Calma ⁊ ablato-
res Mutonum preceperũt pastoribus, vt a territorio recederẽt,
⁊ ꝙ ipsi

8 ꝙ ipsi pastores hec videtes illico recesserut.† Quo fit vt p deiectione seu expulsione predictorum pastorum teneri debuerint prefati de Saleranis & de Clois spoliati vel expulsi.l.peregre.§.quibus explicitis,& qd ibi glo.& doct.ff.de acqui.pos.&.l.j.§.qd sertus.ff. de vi & vi arma. Ex quibus apparet ꝙ cum supplicatibus & requirentibus pfatis de Vallonis & de Calma fuerit dictus antiquus pcessus reassumptus, & parte eorundem de Calma & Vallonis postulatum vt in eo pcederet, debuerint ipsi de Saleranis & de Clois in dicta eorum possessione, si tn no possidebat tpe moti secundi pcessus reintegrari iuxta dispositionem dicti statuti, Si quis per literas: & si illud coditum no esset hoc tn fieri debebat ex dispositione iuris
9 cois,† qr spoliatus ante oia restituendus est.l.j.C.si per vim vel alio mo.l.si maritus.C.de dona.inter virum & vxo.l.si quis ad se fundum.C.ad lege iul.de vi.l.si coloni.& qd ibi p Bar.& doc.C.de agrico.& censi.libro.xj.&.c.j.cum suis simili.de restitu.spoliato.

Fortasse vero premissis opponetur ꝙ cum iuxta dispositionem rescripti seu literarum illustris dni gubernatoris debuerit dicta insignis curia procedere simul & semel ad decisione petitorij & possessorij, suffecerit & sufficiat sententiam fuisse latam super petitorio, & pro dictis de Calma & Vallonis reis in ambobus processibus, ex eo qr snia lata super petitorio, & p dictis reis videt attrahere possessoriu. Sed istud no obstat. Tum qr, vt predixi in primo articulo, snia debuit pferri etiam super petitorio pro dictis de Saleranis & de Clois. Tum & qr esto ꝙ snia iuste proferri potuisset super petitorio pro dictis de Vallonis & de Calma: illa tn non est prolata, nec proferri potuit pro eisdem, quasi probauerint in negatoria actione per eos intentata post rescriptu, fundos & predia dictorum territoriorum de Vallonis & de Calma, & in quibus ipsi de Saleranis & de Clois dicut, cotedunt, & pbant se cosueuisse eorum animalia immittere & depascere, esse suos, aut ad eos iure dnij seu quasi pertinere, quinimo nec hoc proposuerunt: qd vltimum salte videbatur & erat necessarium,
10 † qr in actione negatoria deduci debet dnium, seu quasi predij, qd negatur debere seruitute, sicut & in cofessoria deducit dnium seu quasi fundi, seu predij, cui seruitus deberi preteditur.l.vti frui.ff. si vsufruc.peta.l.ij.§.j.l.si forte.§.hec aut actio.&.l.loci corpus.§. copetit.ff.si serui.vendi.de quo Bart.& alij in.l.si prius.la.j.ff.de ope.no.nutia. Est igit lata predicta sentetia pro dictis de Vallonis & de Calma ea duntaxat ratione, quia visum est dicte insigni curie prefatos de Saleranis & de Clois probasse eorum intetionem quo ad ius seruitutis pecoris depascedi: sed istud obstare no debuit quominus sententia proferretur etia super possessorio recuperade possessionis, nec quominus ipsi de Saleranis & de Clois in sua antiqua possessione reintegrarentur: & si probatum no fuisset in nouo processu eosde esse in possessione dicta eorum animalia immittedi & depascedi in locis & territorijs superius metionatis prout elegater voluit Jo. And.in.c.pastoralis.col.vlti.ibi, & ide de casu couerso in quo pronutiabit in petitorio pro reo &c.& vers. & si queras: vbi etia ide voluit Panor.col.xj.vers.ad tertium qualis debet esse exitus: ibi, ide in casu couerso in quo pronutiabit in petitorio pro reo.de cau.pos.& proprie.& ide volut ibi alij canoni. Cy.in.l.incerti.q.ij.vbi etia ide voluit Albe.& alij docto.C.de interdic.Bar.in.l.naturaliter.§.nihil comune.col.fi.ibi, quis aute sit effectus.ff.de acqui.pos.quatenus ibi se remittit ad no.p Joa. And.& Cy.in locis superius allegatis. Et dicit etia ibi Bart.ꝙ ita voluit Pe. Preterea esto citra preiudiciu veritatis, ꝙ prefati de Vallonis & de Calma obtinuissent & obtinere debuissent sententia super petitorio, tanꝙ probates eorum intentione, nihilominus debuit ferri sentetia super possessorio per dictos de Saleranis & de Clois intetato, & hoc propter expesas factas in processu possessorij, & propter damna et interesse, per id qd habet in.l. vtiqꝫ.ff.de rei vendi.&.l.ex sextate.§.latinus largus.ff.de except. rei iudi.qd clare colligitur ex no.per Jo.And.Cy.& Albe.in locis superius allegatis. Et ide dico si per secundu processum apparuerit, prout apparuisse videt, eosde de Saleranis & de Clois pbasse se esse in possessione, seu quasi, inmittedi & depascedi eorum animalia i dictis territorijs: debuit enim etia hoc possessoriu decidi, pter expesas factas in causa possessorij, in quo ipsi de Calma & Valonis vinci debebat, & pter dana & interesse.d.l.vtiqꝫ.& per ea que superius dixi. Nec videtur obstitisse eisde de Saleranis & de Clois illa pretesa otrarietas, de qua opposuit pars aduersa, vez ꝙ cum in processu antiquo prefati de Saleranis et de Clois dixissent se fuisse spoliatos possessione seu quasi depascendi &c. dicere no poterat in nouo se esse in possessione: qm respondeo ꝙ hic no est cotrarietas, pro eo qr hec no referutur ad ide tepus, sed ad diuersa vt apparet ex vexatione dictorum processuum. Sz quicquid sit, videtur ꝙ super vtroqꝫ possessorio debuerit ferri sentetia, saltem propter expesas & alia dana, & si volut dicti de Valonis & Calmis non esse probatum in secundo processu, quod prefati de Saleranis et de Clois essent in possessione, seu quasi, prout probauerut, saltem debuit & debuerit pro eis ferri sententia quo ad restitutione possessionis, a qua minus debite fuerant expulsi, & quoad expensas, dana & interesse: & istud no videtur habere dubiu iuxta doctrinam Jo. And. Cy. & aliorum predictorum.

¶ Argumentum.

¶ Vsufructuarius inuentarium facere debet, & cautionem prestare de his, que finito vsufructu ad alium sunt peruentura: purus vero heres ad aliqd inuentariu faciendum non tenet. A. F.

1 ¶ Mulier facta per virum suum legataria proprietatis an teneatur inuentariu coficere, & quid quado vsufructuaria relicta est.
2 Bona in quibus quis habet vsumfructum an possint alteri locari & fructus vendi.

¶ De vsu & vsufruc. Consil.cccviij.



1 Viso† publico instrumeto testamenti honorabilis quonda viri Gulielmi Delphini mercatoris & habitatoris cum in humanis ageret loci de Buxo, & auditis his, super quibus aliquantulum dubitatur, dico & respondeo ad dubitationes huiusmodi prout infra. Et primo quidem, ꝙ honesta mulier Claudia mostole dicti Delphini relicta inuentarium facere non tenetur de vestibus iocalibus et indumentis sui ipsius Claudie, nec etiam de auro, & argeto monetato, et non monetato, insuper nec de pecunijs dicti quondam Delphini testatoris, cum hec omnia fuerint eidem Claudie per ipsum Delphini legata & relicta, & eidem cocessa facultas de illis disponendi et testandi ad eius voluntate in vita pariter & in morte: non est igitur ipsa Claudia legataria vsufructus istorum bonorum, sed est legataria proprietatis.& pleni iuris eorunde. Et sic tanꝙ vsufructuaria nec inuentariu de his facere tenetur, nec pro eis prestare cautione fideiussoria. Quo vero ad alia bona & iura, quorum vsufructus fuit eide Claudie legatus & relictus, dico & respondeo ꝙ ipsa tenetur de illis facere inuentariu: cuius illa est ratio, qr ille cui vsufructus legatus est tenetur prestare cautione et satisdatione de vtendo & fruedo arbitrio boni viri, & de rebus seu bonis & iuribus restituedis finito vsufructu, scz put extabut, siue sint res mobiles siue imobiles.l.j.l.si vsufructus mihi.§.si vestis.&.l.fi.cu ibi nota.& fere per totum titulu.ff.de vsufruc.queadmo.caue.&.l. vsufruc.ff.de vsufruc.& hoc pro rebus seu bonis, que vsu no consumutur: pro illis vero que vsu cosumuntur, vt est vinu oleu, frumentu, & alia hmoi, debet prestari cautio de reddenda estimatione dictarum rerum finito vsufructu, facta tn prius estimatione, anꝙ cautio prestetur, & habito respectu ad estimationem scdm tempus quo res tradutur legatario, prout legitur & not.in.§.coficiutur, cum.§.seq.& qd ibi glo.in verbo, vestimenta.instit.de vsufruc.l.si cui.&.l.se.& fere per totu.ff.de vsufruc.ea.re.que vsu cosu.& not.in d.l.si vsufruc.mihi.§.si vestis, & plene legi.& no.in.c.fin.de pign.& quod dixi de estimatione vini, olei, frumenti, seu annone, lane, et aliorum huiusmodi, vt pote carnium salsarum, intelligo in casu nostro quo ad ea que sunt reperta in bonis & hereditate dicti quondam Delphini tepore eius mortis: qr quo ad ea que postea percipiuntur ex bonis & rebus in quibus ipsa Claudia habet vsumfructu, non tenetur illa inuentarisare, nec cauere de illis restituedis, cum illa sint futura sua, & non heredis per dictum Delphini institu-
2 ti.† Quo vero ad id qd queritur de locatione, an vez dicta Claudia alteri locare possit bona, in quibus habet vsumfructu, dico & rndeo ꝙ licet ipsa no possit vendere, vel alias alteri remittere et cedere ius vsufructus: ipsa tn pot vedere fructus & comoditate vsufructus.& sic etia pot locare res in quibus hz vsumfructum, per id qd habet in.l.necessario.§.fi.ff.de pericu.& como.rei vedi.& & in.l.arboribus.§.ij.ff.de vsufruc.ad qd facit.l.si vsufructus.ff. de iur.do.l.vsufruc.ff.solu.matri.&.c.vestra.de loca.& coduc.& qd voluit Oldra.consi.mihi.clxxvj.exordiete.de toto themate questionis, post mediu: ibi, sicut aliqn cotingit ꝙ penes vnu est vsufructus &c. Bal.nouel.in suo tracta.iuris dotium, fo.54.versi.et sic pot inferri ad quinquagesimusextu priuilegiu &c. Barthol. cepol.in suo tracta.de seruitu.titu.de seruitu.vsufruc.colum.iiij.

¶ Argumentum.

¶ De trebellianica sua & legitima, filia de restituendo grauata nihilominus disponere potest pro libito voluntatis sue. A. F.

1 ¶ Trebellianica post legitimam detrahitur.
2 Expesa funeris an veniat detraheda ex quota restitutioni subiacente.

3 Iuramentum minorem fingit esse maiorem.
4 Donatio remuneratoria non est mera donatio.

Commu. delega. Consil. cccix.



Viso casu mihi exhibito parte prouidi viri Gulielmi coronelli textoris, mariti et persone coniuncte, ac dñi rerũ dotalium honeste mulieris Belite baiule, filie quondam et vniuersalis heredis pro semisse Andree baiuli, et dubijs ex casu hmôi subtiliter et opportune elicitis dico et respódeo breuiter et succincte ad dubia hmôi put infra. Et primo ad primũ, quod prouidus vir Petrus chapati latbomus, pretẽsus donatarius dimidie partis bonorũ et iuriũ honeste quondam mulieris Margarete baiule, eius cũ in humanis ageret vxoris, et persone cõiuncte, potuit et pôt cõueniri, ac etiã cogi et cópelli p prefatã Belitã ad reddendũ, restituendũ, dimittendũ, et relaxandum eã quotã et portionẽ, que de bonis dicti quondã Andree basuli ad prefatã Margaretã eius filiã peruẽtis subiacebãt et subiacent restitutioni: qr esto quod pédente conditione, hoc est prius et anteq̃ eueniret cõditio, sub qua eidẽ quondã Margarete fuerat dicta Belita substituta, potuerit ipsa Margareta donare, vel alias alienare bona ad eam peruenta ex bonis et hereditate dicti quondã Andree eius patris: tñ postea adueniente cõditione substitutionis, hoc est qr dicta Margareta vita functa est, et ab humanis sine liberis decessit, donatio facta per prefatã Margaretam dicto Petro eius viro fuit de iure resoluta et extincta, saltem quoad quotã et portionẽ restitutioni subiacentẽ. l. fi. §. sed qr nostra. et quo ibi gl. et doc. C. cõia delega. Quota vero et portio subiacens restitutioni erat, et est dimidia pars illius dimidie partis que ex bonis et hereditate dicti quondã Andree patris ad dictã Margaretã eius filiã peruenerat: de alia vero dimidia parte potuit dicta quondã Margareta facta pubes testari, vel alias disponere: et hoc pro eo qr ipsa detrahere potuit duas quartas de ea quota et portione, in qua fuit heres instituta, scz quartã debitam iure nature, q̃ est tertia pars sue dimidie, cũ eidẽ quõdã Andree solũ et dũtaxat superfuerint duo liberi, scz prefate Margareta et Belita, aut. §. de trien. et semis. col. iij. et trãsumptiue in auth. no-
1 uissima. C. de inoffi. testa. † et quartã trebellianicã. que est quarta pars residui, hoc est quarta pars eius qd superest detracta legitima, iuxta cõputationẽ quã facit glo. in. c. Raynaldus, sup verbo licet ipsas, de testa. et Joã. de Imol. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulg. et pupil. Debet igit dimidia pars illius dimidie partis seu quote, in qua fuit heres instituta dicta quondã Margareta reddi, restitui, et relaxari dicte Belite eius quondã sorori, et sibi p
2 fideicõmissariã substitutionẽ substitute. † Nec dz aut de iure pôt dictus Petrus chapati pretẽsus donatarius detrahere de quota et portione hmôi expẽsas funeris, cũ ipse, vtpote ad quẽ peruenit totũ patrimoniũ dicte quõdã Margarete, teneatur ad expẽsam hmôi. l. in eũ. l. celsus. ff. de religio. et sumpti. fune. et. l. quod in vxorẽ. in fi. C. de nego. gest. nisi poneretur et appareret qd vltra et preter ea bona que ad dictã quondã Margaretã peruenerũt ex bonis et hereditate dicti quõdã Andree eius patris ipsa Margareta aliqua bona acquisiuisset, eo enim casu deberet solui expẽsa funeris per dictũ Petrũ chapati eius quondã virũ, et per illũ ad quẽ peruenisset dimidia pars horũ bonorũ per dictã quondã Margaretam aliunde acquisitorũ, q̃ ex paterna successione, per quẽlibet, vcz pro rata et portione bonorũ que ad singulos peruenisset. In hac aũt expẽsa cõtribuere nõ tenet dicta Belita ratiõe illi⁹ dimidie partis, quã hz et habere debet in viz fideicõmissarie substitutionis de eã facte, pro eo qr illã nõ hz a dicta Margareta, nec in illa sibi succedit: sed eã habet a dicto quondam Andrea patre, et in illa sibi succedit. d. l. coheredi. §. cũ filie, et qd ibi doc. ff. de vulg. et pupil. Et per hoc ptz rñsio ad scdm quesitũ. Ad tertiũ dico et rñdeo alio nõ apparẽte, quod donatio, de qua in dicto casu valuit et valet: et quod illius validitati nõ suffragat neq obstat quod illa fuerit donatio inter viuos, et facta inter cõiuges. Tũ qr nõ reuocata. Tũ qr reciproca. Tũ et qr iurata, prout ex aduerso scribitur et p veritate. Nõ etiã refragat quod illa facta fuerit per minorẽ
3 xxv. annis, et hoc p eo, † qr in ea interuenit iuramẽtũ, p qd minor representat et fingit esse maior. xxv. annis, et quod talis donatio valeat, pbat p id qd habet in aut. sacramẽta puberũ, vbi p gl. et oẽs scribẽtes. C. si aduersus vẽdi. Et p Jo. de Jmol. in repe. c. cũ cõtingat. de iureiu. Non etiã refragat eidẽ donationi Delphinale statutũ, de nõ faciẽdis donationibus nisi obseruata certa solenni
4 tate de qua inibi. † Tũ qr, vt pdixi, donatio iã dicta fuit donatio reciproca seu remuneratoria, que nõ est ppria et mera donatio: p quo allegasse sufficiat qd voluit Jas. may. in. l. lz, col. v. C. de pact. Roma. consi. xxvj. col. iij. et Angel. consi. clxxxj. col. x. et se. Statutũ vero Delphinale, de quo supra, loquit in mera donatione. Tũ etiã qr in dicta donatiõe interuenit iuramẽtũ ratiõe cui⁹ in ea nõ habet locũ pdictũ statutũ p ea q̃ ample ponit Alex. de imol. cõsi. lix. exordiẽte, Viso instro et ti. qõnis. et c. in. j. vol. et cõsi. cij. exordiẽte, cũ statutũ dirigit prohibitionẽ in psonã minorũ. et c. in. iiij. vol. Ad quartũ dico et rñdeo litẽ fuisse legitime cõtestatã, verũtamen prefat⁹ Petrus chapati min⁹ ciuiliter et indebite cõtendit se posse debere detrahere expensam funeris de et sup illa dimidia parte q̃ in viz fideicõmissarie substitutiõis restitui debuit et debet dicte Belite actrici, et ipse de illa dimidia parte, de qua disponere potuit et quã sibi donauit dicta quõdã Margareta, tenet illã soluere: nisi forte, vt predixi, ipsa quondã Margareta aliqua bona acquisiuisset vltra bona paterna qr eo casu teneret p rata ad expensam funeris ille ad quẽ dimidia pars huiuscemodi bonorũ p eã acquisitorũ peruenisset, et ipse Petrus Chapati pro sua rata: et sic tã p dimidia parte bonorũ hmôi, q̃ pro dimidia parte illius dimidie partis que ad dictã quondã Margaretam de bonis paternis peruenerat. Ad quintũ et vltimum dico et respondeo quod ipsa quõdã Margareta potuit donare dicto Petro ei⁹ marito illam dimidiam partẽ, hoc est quartã debitã iure nature, et legitimã, quas (iuxta ea que no. glo. Bar. et doc. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. in. l. q̃q̃. C. ad leg. fal. et alij in alijs locis) detrahere poterat de dicto fideicommisso. Et istud nõ habet dubium propter quod super eo nõ insisto, nisi super hoc quod in dicta dimidia parte debent includi decem floreni per dictam quondam Margaretã donati ipsi Petro chapati. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Argumentum.

Clericus vel in sacris ordinibus constitutus ecclesiastici beneficij possessionem acquirere potest etiam sine titulo. V. F.

1 In iudicio retinende possessionis quis vincere debet.
2 Probatio tituli in iudicio retinẽde possessionis quãdo nõ suffragetur et prosit.
3 Renuntians causa permutationis permutatione minus effectũ sortiente an possit redire ad suum ius pristinum beneficij.
4 Permutatio initium efficax non capit ex mutuo consensu permutantium, sed ex traditione.
5 Possessio beneficij sine prouisiõe et autoritate collatoris an et per quem acquiri potest.
6 Capacitate ex parte persone data sufficit animus acquirere volẽtis et possidentis patientia.

De epis. et cler. Consi. cccx.



1 In † interdicto vti possidetis seu iudicio retinẽde possessiõis ille vincit et vincere debet, qui pbat de antiquiore possessione: qr hmôi antiquior possessio cẽsenda est iustior alia vero hoc est posterior presumitur clãdestina c. licet causam, et quod ibi per Inno. super verbo, plures, versi. ad hoc potes respondere: et ibi per Panor. in octauo not. de proba. quod etiã voluit Bar. in. l. j. §. qd ait pretor, ver. ex predictis habes. et. l. si duo. col. ij. ver. si vero testes. ff. vti possidetis. Cy. Bal. et Sali. in. l. j. C. eo. ti. Cyn. videlicet in versi. decimo queritur: ibi, sed qualiter apparebit quem melius probasse. Bal. vero in versi. aduerte quod autem probatur de possessiõe antiquiore. et c. et Sal. in ver. nunc reuertor ad gl. Et idem tenuit Jaco. de are. prout refert Cy. vbi supra. idem Bar. in quodam suo consi. exordiente in questione domini Cyoli. et c. Paul. de cast. cõsil. v. exordiente, Causam que vertitur coram domino vicario. et c. ver. secundo principaliter est videndum, et consi. clxxviij. exordiente, Fundamentũ prefati dñi vicarij nõ est bonũ. et Jo. ferra. in suis libel. ti. forma libelli pro turba. posses. in glo. super verbo, tenet et possidet. Et idẽ voluit Bar. in. d. l. j. col. fi. C. vti pos. Bar. Pau. de ca. et doc. in. l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. pos. et Ang. are. in. §. quadrupli. in materia interdicti vti possidetis, versi. si vero testes vniuscuiusq. et c. instit. de actio. quo fit vt cũ venerabilis et egregius vir dñs Gulielmus de quercore pbauerit, tã per istrumẽtũ et scripturas publicas, q̃ plures et idoneos testes de antiquiore possessione seu quasi parochialis ecclesie loci de Auriolo q̃ fecerit venerabilis vir domin⁹ Franciscus sextoris, debuit et debeat idẽ do. de Quercore in iudicio retinende possessionis per dictũ do. Sextoris cõtra eũ intentato obtinere. Et quidẽ quod ipe de antiquiore possessione tã per instrumentũ q̃ plures testes idoneos probauerit apparet p publicũ instrm missionis in possessionem seu adepte possessionis dicte parochialis ecclie. sumpt tũ et cõfectũ sub data anni dñi Millesimi cccc.xciiij.

cccc.xciiij.et die tertia mensis Iulij in hac causa productum, iuncto pretenso instrumento asserte missionis in possessionem ipsius do. Sextoris, quod ut ex illius tenore apparet, sumptum est, et receptum ex longo tpis intervallo post annum predictum. M.cccc.xciiij. et die tertia mensis Iulij: hoc etiam apparet per depositiones testium parte eiusdem do. de Quercore in hac causa productorum et examinatorum de et sup contentis in .xlix. articulo schedule exordien. Ut vobis magnifico Delphinali parlamento etc. parte ipsius de Quercore in hac causa producte, et inserte fo.101. quorum dicta et depositiones adiuvantur per ea quae multi testificantur et deponunt sup. xxxvj. articulo eiusdem schedule. Insuper etiam adiuvantur per ea quae multi deposuerunt sup articulis parte eiusdem de Quercore in hac causa oblatis contra do. Benedictum de Castillione. Debuit ergo et debet idem de Quercore in hoc iudicio, tum ratione predicta, tum quia reus obtinere, et vincere prefatum do. Sextoris, et nihilominus manutenerí et defendi in dicta eius possessione.

Nec opponat aliquis quod predi-cta ita demum videantur procedere eo casu, quo ille qui in iudicio retinende possessionis probat de recentiore aut posteriore possessione, non allegavit et probavit dominium aut titulum illius rei, de cuius possessione retinenda contenditur inter partes: sed non eo casu, quo non solum possessionem, sed etiam vel dominium vel titulum: quia eo casu videtur iste habens dominium vel titulum habere etiam iura fortiora ratione dominij aut tituli. Sed istud non obstat.
2 † tum quia ita demum proficit et suffragatur probatio dominij aut tituli in iudicio retinende possessionis, si quo ad reliqua probationes hincinde facte reperiantur pares, ut quia per testes pares in numero et eque idoneos probatur hincinde possessio, et quia etiam probatur possessio eiusdem tpis: sed ubi quo ad reliqua non sunt probationes hincinde pares tunc non suffragatur aut proficit probatio dominij vel tituli ut aperte voluit Bar. in d. l. j. col. fi. C. uti pos. Et ita videtur ibi sentire Cy. in dicto ver. sed qualiter apparebit: idem ibi Albe. col. penul. ver. sed qualiter apparebit: idem ibi Bal. et Sali. in ver. superius allegatis, idem Ange. are. in d. §. quadrupli, in ver. superius allegato. hic autem ut predixi non sunt probationes hincinde pares: quia dictus do. de quercore probavit de antiquiore possessione. Dictus igitur do. Sextoris vel nullam habet possessionem, vel si quam habeat, illa fuit et est clandestina respectu possessionis eiusdem domini de Quercore. Non igitur debet ipse do. Sextoris vincere in predicto iudicio, in quo oportet est vincere volenti, ut non vi, non clam, non precario ab adversario possideat. d. l. j. et quod ibi glo. et doc. C. uti possi. et l. j. in prin. et §. quod ait pretor. cum suis simi. ff. eo. tit. ¶ Preterea eidem do. Sextoris non suffragatur nec proficere debet dicta pretensa tituli probatio, cum dictus do. de Quercore in articulo schedule superius mentionate opposuerit de clandestinitate pretense possessionis eiusdem do. Sextoris respectu possessionis suiipsius do. de Quercore: quo casu non prodest in dicto iudicio allegatio aut probatio dominij, seu tituli eius, de cuius possessione seu quasi contenditur, per id quod voluit gl. et ibi apertius Bar. Pau. de ca. Jo. de Jmol. Alex. de Jmol. et Fran. de are. in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. pos. et Alex. de Jmol. consi. cx. exordiente, Visis accutissimis dubitationibus, col. iiij. ver. porro, in primo vol. et consil. lxiij. col. iij. ver. fateor quod ubi essemus in mero possessorio etc. in tertio vol. Tum etiam non suffragatur eidem do. Sextoris dicta pretensa probatio tituli: quia ut apparet ex actis cause huius, prefatus do. de Quercore probavit titulum: et non titulum duntaxat, sed etiam titulum antiquiorem illo pretenso titulo, quo se iuvare contendit idem do. Sextoris, ut apparet per literas apostolicas parte dicti de Quercore impetratas et in hac causa productas, iunctis instrumentis acceptationis per eum facte, aut alium eius nomine, de dicta parochiali ecclesia, et suis iuribus et pertinentijs ac provisionis et collationis sibi facte, et subsequute missionis in possessionem, que omnia probantur facta: et non solum facta, sed diu facta ante dictum pretensum titulum ex adverso allegatum: quod etiam non probatur adversus hunc do. de Quercore apostolicum impetratorem per pretensas literas reverendi in Christo patris domini Valentinensis epi, per ea que ponit Rota decisione. xxij. exordiente, Fuit dubitatum utrum credatur literis episcopi, ver. non obstat stylus palatij: et per ea que plenius not. Panor. in c. post cessionem, de probatio.

3 **His non obstat quod ex adverso** opponitur de pretensa resignatione seu renuntiatione facta, ut ex adverso asseritur per dictum de Quercore: quoniam respondeo quod si de illa apparet illa facta fuit causa faciende permutationis de dicta parochiali ecclesia cum tribus capellanis in predicta schedula latius mentionatis, que culpa et defectu venerabilis quondam viri domini Philiberti martini compermutantis, et sine culpa et defectu huius do. de Quercore non est sortita effectum. Quo fit ut saltem mortuo eodem do. Martini, et nemine alio ab ipso do. de Quercore possidente predictam ecclesiam, potuit ipse do. de Quercore etiam eius propria autoritate redire ad ipsam ecclesiam, et eius possessionem seu quasi apprehendere, ut probari videtur per tex. in c. cum pridem, iuncta gl. ultima in tertia lectura de pac. non enim habuit idem de Quercore animum libere renuntiandi dictam suam ecclesiam, sed cum hoc renuntiavit, si tamen eum renuntiasse appareat, ut consequeretur capellanias predictas, quas quia consequi non potuit, neque pot, videtur quod potuerit redire ad suum ius pristinum, quod etiam videtur velle Ant. de but. et Panor. in d. c. cum pridem.
4 quis Panor. dicat se pro tunc nolle firmare. † Adijcio quod permutatio initium efficax non capit ex mutuo consensu permutantium, sed ex traditione. c. inter cetera. de prebe. et c. cum olim. de re. permu. Cum igitur capellanie predicte eidem do. de Quercore tradite non extiterint obstantibus impedimentis, de quibus in schedula predicta, non videtur valuisse renuntiatio premetionata: et hec pars confirmari pot per plura iura per glo. allegata in c. cum inter. R. sup verbo, ex consensu, de elec. et pro ea videtur casus in c. si beneficia. de preben. in vj. Et hanc partem videtur firmare de equitate Fede. de se. in suo tractatu permutationum. q. viij. Jo. And. in c. j. de re. pmu. in vj. in novel. et Alex. de Jmol. in sua repeti. eiusdem. c. pro quo faciunt no. ibi per Archi. super verbo, libere. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod aliqui teneant contrarium: illud tamen certissimum est quod hoc sufficiat ad hoc, ut appareat eundem do. de Quercore habere titulum coloratum, cui tamen in hoc iudicio retinende possessionis, in quo ipse reus est, ti. opus non existat, nec parti adverse suffragetur aut prosit allegatio et pretensa probatio tituli: hoc attento quod ipse do. de Quercore habet longe antiquiorem possessionem, et quod ipse pposuit, et deduxit dictum eius adversarium, si et quatenus predictam ecclesiam, aut aliquid de iuribus illius, clam possideret respectu possessionis eiusdem do. de quercore, et quod presumitur, ut not. doc. in locis superius allegatis, scilicet in d. l. j. C. uti possi. et l. si duo. ff. eo. tit. ¶ Nec opponat prefatus do. Sextoris, quod idem do. de Quercore non potuerit acquirere possessionem seu quasi sine tit. saltem colorato. Quoniam respondeo quod istud non obstat. Tum quia habuit et habet titulum, ut predixi, et non solum coloratum, sed etiam verum secundum mentem Fede. de se. Jo. And. et Alex. de Jmol. quatenus ex eorum doctrina colligitur, quod eidem de Quercore licuerit eius propria
5 autoritate redire ad dictam parochialem ecclesiam. † Tum quia possessio beneficij sine institutione seu provisione, et alias sine autoritate collatoris acquiri pot per personam habilem et capacem, ut declarat Panor. in c. in literis. col. x. vel circa, ver. ego tamen respectu acquisitionis possessionis etc. de restit. spolia. et multis se. Joan. de Jmol. in cle. j. col. x. vel circa, de cau. pos. et ppriet. et Pet. de Anch. in repet.
6 c. j. in not. de reg. iur. in vj. † Ubi enim datur capacitas ex parte persone, sufficit animus acquirere volentis, et patientia possidentis. c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. et proprie. et c. cum olim, eodem tit. facit quod legitur et no. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, et l. peregre. ff. de acqui. pos. et in c. olim. le. j. de restitu. spolia. et quod not. in c. conquerente. de offi. ordi. et pro premissis videtur bonus text. in d. c. in literis. de restitu. spolia. in c. ex insinuatione, de procura. et c. patet. iij. q. j. Probatum est autem parte ipsius do. de Quercore, quod diu ante adeptam possessionem dicte parochialis ecclesie ipse erat non solum clericus, sed etiam in sacris ordinibus constitutus: et sic capax ecclesiastici beneficij. Potuit igitur acquirere illius possessionem, etiam si titulum non habuisset, prout habebat.

¶ Argumentum.

¶ Perpetua locatio naturam magis sapit emphiteuseos quam, uis non facile iura eius passiua transferri queant. A. F.

1 ¶ Inventarium heredem quando liberet.
2 Actiones hereditarie et passiue adeo heredis ossibus inherent, ut nullo pacto tolli possint.
3 Locans locatori rem locatam, de qua pensionem debet, dimittens quando a solutione pensionis liberetur.
4 Locatio perpetua non est mera et simplex locatio, sed contractus emphyteuticus, per quem ius in re constituitur, et utile dominium acquiritur conductori.
5 Scheda per notarium descripta in suo protbocollo sine subscriptione an et quando fidem faciat.

¶ De locat. et conduc. Consil. cccxj.



Et quod dixi testamentū ipso iure vitiari propter coactionem, videtur procedere non solum eo casu quo coactio facta est per heredem institutum, sed etiā eo casu quo facta est coactio per tertium, arg. eius quod voluit gl. & quod ibi Bar. ff. si quis aliquem testa. prohibue. in rubrica, quam ibi etiam sequitur Dy. & Cy. C. eo. titu. super rubrica. Pet. Alberi. Bal. Ange. & docto. communiter in dicta. l. j. C. eodem titu. & Barto. in l. fin. versicu. secundo habet locum iste titulus: voluit enim glo. & docto prefati perinde esse aliquem fuisse coactum ad heredem instituendum tertium, acsi coactus extitisset ad instituendum ipsum cogentem: quia vtrobique metus illatus est im-
7 mediata causa acquisitionis, & ideo attendi debet: † quia quādo dolus alicuius est immediata causa mee acquisitionis, debet mihi nocere: vt videmus in dolo procuratoris, qui nocet domino. l. si procurator. ff. de doli exceptione. l. j. §. si quis tamen, & §. fili'. ff. de vi & vi armata. Pro quo videtur casus secundū docto. in dicta. l. j. ibi, vel quolibet. C. si quis ali. testa. prohibue. Ex quib' infertur quod cum honorabilis vir Andreas bernardi quondā mercator loci bellicardi coactus extiterit per Peronam lucas eius quartam vxorem, ad condendum quoddam pretensum testamētum quod condidisse dicitur Anno domini Millesimo quatercentesimo octuagesimonono, & die. iij. mensis Septembris, huiusmodi pretensum testamentum fuit & est nullum, causis & rationibus superius allegatis. Et quod ipse per eam coactus extiterit, satis probatur per depositionem reuerendorū patrum, & religiosorum virorū magistrorū Gregorij miraleti, & Bernardini bosqueti, ordinis fratrum minorum, super. xxj. articu. schedule exordiēntis, Ut vobis magnifico & potenti viro &c. parte honorabilis viri Petri bernardi in causa oblate: deponunt enim quod eis presentibus dictus Andreas Bernardi dixit cum singultibus suspirijs, & lachrymis, & cū grādi difficultate sermonis, se esse perditum & mortuum, pro eo quia prefata eius vxor per relationem alicuius ex testibus testamentarijs intellexerat & sciuerat eundem Andream fuisse testatum, & quod in eius testamento aliquid plus reliquerat dicto Petro Bernardi eius primogenito, & de prima vxore, quā Gulielmo eius & dicte Perone vltime vxoris filio: & quod ob hanc causam ipsa tam fortiter exclamabat, & magnas briguas ducebat, quod ipse nihil amplius poterat, pro eo quia eidem comminabatur de abbreuiando dies eius, et quod durantibus illis nunquam haberet pacem, aut consolationem, donec & quousque aliud testamentū condidisset ad suijpsi' Perone voluntatem, cassando & reuocando dictum primum testamentum. Et licet diceret quod primum processerat ex eius mera & spontanea voluntate, & quod diu antea proposuerat & deliberauerat testamentum huiusmodi sic facere, & propterea vellet quod illud sic maneret, nesciebat tamen quid facere, dicere, aut respōdere dicte eius vxori, & quod propter euitationem abbreuiationis dierum suorum quam eadem Perona promiserat: & pro habēda pace, consolatione, & euitatione malorum, & melancholiarū infinitarum, que & quas dicta eius vxor eidem facere delibera-
8 bat &c. † cui Andree super comminationibus huiusmodi, & metu sibi illato credendum est, postquam nō simpliciter, sed determinate & precise idem Andreas dixit & expressit per quē metus infertur, pro quo allegasse sufficiat quod voluit Barto. in d. l. fina. versic. quero pone quod testator &c. ff. si quis ali. testa. prohibue. & idē Bald. in dicta. l. j. versicu. sed quero pone quod testator &c. & idē Bald. in l. nostram, ad fin. C. de testa. qui volunt quod, si sub presentia duorum vel trium testium testator expressit & dixerit, se fuisse per talem (pone Titium) coactum ad testandum, & quod libenter mutaret testamentum: sed omittit propter timorem, hec est sufficiens probatio, & quod hereditas est illi auferēda. Et si hoc procedat in casu, in quo loquuntur Bart. & Bal. multo fortius,
6 vel saltem non minus procedere debet in hoc casu: † quia facili' impe-

impediunt facienda, quod demoliantur aut destruantur iã facta. l. patre furioso. ff. de his q sunt sui vel ali. iu. et coadiuuatur assertio seu dictũ huiꝰ, pbi, et fere martyris viri Andree bernardi p depositionẽ sexti et octaui testiũ, factam sup. xxi. articulo schedule superiꝰ mentionate, qui satis clare deponunt de querelis, exclamationibus, et minis, quas contra eundem Andream faciebat dicta Perona ad causam testamenti per eũ facti in conuentu fratrũ minorũ. Et esto quod non appareat, quod tempore facti dicti pretensi vltimi testamenti, idem Andreas coactus extiterit ad testandũ: hoc tamen non noceret dicto Petro Bernardi, cũ (vt predixi) constet ipsum Andreã predixisse minas sibi illatas, de quibꝰ supra, et cui creditur, vt predixi. Sufficit enim minas precessisse, vt voluit Bar. in. d. l. vltima, ad fin. ff. si quis ali. testa. probibue. Bal. in. d. l. j. versicu. item quero pone quod tẽpore testamẽti &c. Salice.

10 et Pau. de cast. in. l. fina. C. eo. titu. † Ubi etiam dicit Jason may. quod licet dicatur licitum esse vxori verbis blandis prouocare virum vt eam instituat, et econtra. et idem in quocunque alio: hoc tamen intelligendum est quando sole bladitie interueniunt, secus si misceantur mine, aut verbera. Et pro hac decisione solẽt Barto. et alij allegare dictũ Inno. in. c. causam matrimonij, de offici. delega. Et puto quod dubium non existat, quin mine predicte fuerint sufficientes ad causandum et inferendum iustum metum in

11 pfato Andrea testatore, viro octuagenario, † et sic decrepite etatis et valde sene, et ita non habente sensum, per id quod habetur secundi Regum. c. xix. versicu. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde idest octuagenarius &c. et quod voluit Alberi. in l. senium. C. qui testamen. face. pos. ad quod etiam facit quod dicit Cato. Cum sapias animo noli irridere senectũ. Nã quocũque sene sensus puerilis in illo est: et vt refert Bal. in. l. quid ergo. §. pena grauior, in repetitio. ff. de his q no. infa. Doct. dicit quod Bulga. antiquus iuris ciuilis glossator, et optimus interpres, adeo cernit, quod cum pueris ludebat ad puluerem: et dicit beatus Grego. in homilijs, quod in senili etate statura curuatur, ceruix exsiccata deponitur, frequẽtibus suspirijs vrgetur, virtus deficit loquẽtis, verba anhelitus intercidit: et si lãgor desijt senibꝰ, ipsa

12 salꝰ egritudo est. † Et, vt dicit philosophꝰ in secũdo rethoricorũ, Pueri habent quinque proprietates, quas similiter habent et senes maxime decrepite etatis: vna est quod sunt pusillanimes, eo quod sunt humiliati a vita, alia est quod sunt formidolosi. et omnia pertinentes, alias nõ refero. Et de vel defectu vel minoratione sensus, et imbecillitate dicti quondam Andree non solũ apparet ex eo quod ita videmus communiter accidere in senibus. sed etiã per depositiones testium parte prefati Petri in hac causa productorũ, et examinatorũ super vicesimosecũdo articulo schedule superius mentionate. Et hec faciunt ad hoc, vt minor metus sufficerit, et sufficere debuerit ad inducendum dictum quondam Andream ad reuocandum primum eius testamentũ, et aliud fa-

13 ciendũ, quod si alias defectꝰ, de quibꝰ supra defuissent: † put de muliere dici solet, quod minor metus eam excusẽt, quod virum, vt not. glo. et docto. in. d. c. cum locum, de sponsa. Et hoc contingit ratione imbecillitatis. c. indignantur. xxxij. questi. vj. quod etiam voluit Panormi. consi. iiij. exordiente, Facti contingentia talis est in primo volumine. Si enim ratione imbecillitatis minor metus in muliere sufficiat multofortius et in hoc Andrea viro tũc val-

14 de sene, surdo, et redacto ad mores pueriles. † Nec miremur hũc senem fere senio cõfectũ timuisse irã mulieris, cũ mulier nõ dixerim cõminando. sed etiam crocodilus lachrymando insidias paret vt facit serpens quando vult homines deuorare, iuxta verbũ sapientis. Instruit insidias lachrymis dũ femina plorat. Cui si non creditur, credatur saltẽ alteri sapiẽti, et magis authẽtico, cuiꝰ verba sunt hec. Omnis plaga tristitia cordis est, et omnis malitia nequitia mulieris: et omnem plagam et non plagam videbit cordis, et omnem nequitiam et non nequitiam mulieris, et omnem obductum et non obductum odientium, et omnem vindictam et non vindictã inimicorũ: non est caput nequius super caput colubri, et nõ est ira sup irã mulieris. Et subdit, Commorari leoni et draconi placebit, quod habitare cũ muliere nequã. Nequitia mulieris immutat faciẽ eius, et obseruauit vultũ suũ tanquam vrsus, et quasi saccũ ostendet in medio proximorũ. Ingemuit vir eius, et audiẽs suspirauit modicũ. Breuis omnis malitia sup malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam, et reliqua, que videri possunt Ecclesiastici. c. xxv.

15 † Adijcio quod hec Perona de qua est sermo, fuit nouerca dicti Petri Bernardi: propter quod cõtra eam est presumendũ. l. nõ ẽm, et quod ibi Bal. Ang. et Paul. de cast. ff. de inoffi. testa. et dicit ibi Ange. quod nouerce p falsas suggestiones inducũt maritos et iniuriam faciendam sanguini proprio. Pau. de cast. etiam ibi dicit, quod nouerce presumũtur inimice priuignorũ, et quod quicquid pater facit cõtra filios habentes nouercas presumatur facere suasionibus nouercalibꝰ, et sic tolerari non debeat: et ideo nouerca, secundũ Albericũ in suo dictionario, dicitur nocens arcus. Cum igitur dictus quondã Andreas in dicto primo testamento, non solũ vniuersalem heredem et pro semisse instituerit dictũ Petrũ eius filium primogenitũ, sed etiã quedam predia sibi prelegarit, et cum magis honorauerit, quod prefatum Gulielmũ eius et dicte Perone filiũ, presumẽdũ est quod nouercalibus delinimentis idem Andreas a testamento huiusmodi discesserit, et fecerit aliud, in quo multa et grãdia prelegata eidem Gulielmo reliquit multa etiã ipsi Perone, et recognouit et legauit vltra quod facere potuerit. Non enim potuit vel recognoscere nõ habitũ, et de quo alias nõ cõstet, vel legare etiã incluso eo quod sibi datum extiterat in cõtractu matrimonij, plusquam de eius bonis habuerit vnus ex liberis primi matrimonij, et ille qui minus l. hac edictali. C. de secun. nup. et aut. de nup. §. optime, coll. iiij. et tandem idem Andreas exhausta eius hereditate heredes vniuersales instituit dictos Petrũ et Gulielmũ, psumendũ est, etiã si de alio nõ appareret, hec omnia fuisse facta persuasionibꝰ no-

16 uercalibꝰ dicte Perone vxoris. † Quo fit vt debuerint et debeãt ea, in quibus reperitur idẽ Gulielmus magis honoratus in hoc pretẽso secũdo testamento, quod in primo, eidẽ Gulielmo anferri, et assignari seu tradi dicto Petro, per id qđ eleganter voluit Ange. in. d. l. fi. C. si quis ali. testa. probibue. et in allegata. l. non enim. ff. de inoff. testa. Refert enim quod, cum testator bona sua reliquisset pauperibus distribuẽda, quidam eius agnati per certas et mi[n]ꝰ licitas persuasiones eundẽ induxerunt ad mutandũ testamentũ qui etiã postea fuerunt p testatorẽ heredes instituti, et dicit Ange. quod ab eis erat auocanda hereditas, per dictam. l. non enim. qđ ita factũ est, et pauperibus concessa. Et idẽ voluit Barth. cepol. cautela. lxij. Fateor quod vbi nõ subesset alia causa, quam huiusmodi p

17 tense psuasiões, † fortasse primo agendũ esset ad duplũ contra dictã Peronã, per id quod habetur in aut. vt nulli iud. §. et hoc peruenit, colla. ix. qui. §. procedit nõ solũ in administratore ciuitatis, sed etiam in quocũque alio, vt voluit glo. Barto. et Jo. de imol. in l. lucius titius testamento. §. sempronia. ff. de lega. ij. et Fulgo. in l. ij. C. si quis ali. testa. probibue. quod etiã videtur fuisse de mente Bar. in. d. l. fi. ff. si quis aliquẽ testa. probibue. in multis locis: et deinde ea non reperta soluendo, contra eũ apud quẽ bona existunt. Sed quia hic fuerũt non solũ persuasiones, seu blanditie, sed etiam mine, vt predixi, quinimo et verbera, vt deposuerunt Petrus cauenat septimus, Claudius de labe vndecimus, et Claudius prati longi duodecimus testes super vigesimooctauo articulo schedule superius mentionate, ¶ Nec predictis obstat, si fortasse scriptum esset, vel imposterum scriberetur per notarium, qui instrumentum de dicto pretẽso vltimo testamẽto recepisse dicitur, quod idem Andreas sanus mente, vel tunc prudẽs

18 sponte &c. † quia notario attestanti de prudentia, vel sanitate mentis testatoris non creditur, sm communem docto. opinionem in l. ij. ff. de testa. pro qua multa inducit do. Jas. may. in. l. senium. in princ. C. qui testa. face. poss. Nec etiam creditur notario attestãti de spontanea voluntate testantis, vel alterius disponentis, seu etiã contrahentis: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Fran. de are. cons. xiiij. vers. et licet in prefatis instrumentis &c. et quod not. doct. in. l. ij. C. quod met. cau. Que omnia &c.

¶ Argumentum.

¶ Si quis in emphyteusim quid ceperit non sub expressione certe speciei vel corporis: sed tantũ numeri vel mẽsure: interim autem negligenter alium diu possidere permiserit, postea possessorio retinende agere non potest. U. F.

1 ¶ Locans vel emens certum fundum intra suos limites, et exprimens mentis conceptum si incipiat a nominibus denotantibus numerũ vel mensuram, nil amplius quam quod declaratum est habere potest etiã si sit maior iugerũ numerus, secus si explicet per nomina designantia certam speciem, vel corpus determinatum.

2 Mensure adiectio in his, que certam speciem vel corpus determinatum designant, est loco demõstrationis, que si falsa existat, nec vitiat, nec minuit illud cui adijcitur.

3 Uenditio ad mensuram censetur esse venditio conditionalis et imperfecta, donec facta mensuratione. et nu. 5.

4 Pars incerta quoad locum et quotam possideri non potest.

6 Probatio, que fit per facti euidentiam, an possit impediri propter testium publicationem.

7 Possessio citius amittitur, quam vsusfructus.

8 Possessio per edificationem alterius an perdatur.

9 Possidens ciuiliter, si sciat naturalem possessionem per alium occupatam, et illam negligat recuperare etiam per modicũ tempus, perdit possessionem ciuilem.

10 Possessio naturalis qualiter amitti possit.

¶ De iure emphy. Consi. cccxxxvij.



Non puto q̃ prouidus vir Joãnes eberardi senior ⁊ ei⁹ fratres sufficiẽter, ⁊ ad victoriam obtinendã ꝓbauerit eorũ intẽtionẽ in quadam ciuili causa quã olim mouerũt, ⁊ ꝓsequũtur cõtra ⁊ aduersus honorabiles viros Claudiũ peyssonis, ⁊ eius fratres. Quo fit vt prefati Claudius peyssonis ⁊ fratres debuerint ⁊ debeant
1 ab impetitis absolui: qđ vt clarius appareat, premitto, † quod nobilis ⁊ potens quondã vir Claudius ademarij iunior, ꝑ tempore pretensus domin⁹ loci de Marsana, ⁊ prefati Joannes, et Joannes eberardi in quodã pretenso accensamento eisdez suo, ⁊ eorũ fratris nominibus facto per dictũ nobilẽ Siraudum, eorum mentis conceptũ explicare inceperũt a nominibus designãtibus numerũ aut mensurã, non certã speciem, siue corp⁹. Dictũ est enim, q̃ idem nobilis Siraudus ademarij eisdem Joanni et Joanni suo ⁊ dicti Antonij nominibus recipientibus accẽsauit ⁊ ad nouũ acapitũ tradidit centuz sextariatas terre: nõ q̃ eisdẽ accensauerit ⁊ ad nouum acapitum tradiderit terrã aut tenemẽtum cẽtũ sextariatarum: non debẽt ergo dicti Eberardi in vim concessionis hmõi habere nisi centum sextariatas. l. si quis testamento, in prin. ff. de lega. j. per quam. l. hoc voluit Oldra. consil. cxcvij. exordiente, In concessione cuiusdam donationis ⁊c. Jo. and. in addi. Spec. tit. de empt. ⁊ vendi. §. j. versi. hic queritur si venditor, vel testator. Albe. in. l. comprehensum. ff. de cõtrahen. emp. ⁊ venditio. super rubrica, versi. vltimo quero quidam vẽditor ⁊c. Pau. de eleaza. in. c. si. eo. tit. Pet. de ancb. ⁊ Joã. de imo. in. c. per tuas, de don. Pau. de ca. in. l. si seruũ. §. j. ff. de acti. emp. Alex. de imol. consi. clxiij. exordiente, Viso processu cause vertẽtis ⁊c. versi preterea etiam dato q̃ dicta petia ⁊c. consi. cxx. exordiẽte, Omissis argumentis ⁊c. in. ij. volu. ⁊ consi. lxxi. exordiente, Videtur prima consideratione dicendum, in. iij. vol. Secus autem esset, si partes prefate mentis conceptum exprimere inchoassent a certa specie, seu corpore: vt verbi gratia. si dictũ extitisset, q̃ dictus nobilis Siraudus accensauit, ⁊ ad nouũ acapitum concessit terram aut tenementũ centũ sextariatarũ cõfrontatuz sic ⁊c. q᷑ isto casu quicquid cõprehenderetur infra cõfrõtationes, seu limites designatos, censeretur accensatuz, etiã si nu
2 merus sextariatarum excederet numerum centenarium: † quia adiectio mensure est loco demonstrationis: que si falsa existat, nec vitiat, nec minuit illud cui adijcitur. l. si seruus legatus. §. qui quinq;. ff. de lega. j. l. his. §. pater. ff. de lega. iij. l. demonstratio falsa. ff. de condi. ⁊ demonst. ⁊. l. j. C. de fal. cau. adiec. lega. ⁊ videtur hoc determinari per. l. si venditor, in principio. ff. de acti. empti. ⁊ per not. in. l. penulti. §. vltimo, eod. titu. quod etiam voluerunt Oldra. Joan. andr. Alberi. Bald. Paulus de Eleaza. Pau. de cast. Pet. de ancha. Joan. de imol. ⁊ Alexand. de imol. in locis superius allegatis. Cum igitur incipiẽdo a limitibus seu metis territoriorũ cliui Andrancij, ⁊ itinere tẽdente apud sanctum Seruasium, ⁊ alijs confrontationibus, quibus primo scribuntur confrontari dicte centum sextariate, ⁊ tendendo ad confrõtationem nemoris Andrancij a parte venti reperiũtur centũ sextariate vltra, ⁊ preter eam partem contensiosam parte dictorum Eberardorum in hac causa petitam, non videtur ipsi Eberardi eam petere potuisse. nec in ea habuisse, vel habere titulum, siue causam, vtpote in dicto pretenso accensamẽto non comprehensa. ¶ Preterea supposito, q̃ dinumeratio dictarum centum sextariatarum inchoari non deberet a locis ⁊ limitibus seu confrontationibus superius mentionatis, saltem illud certum videtur, quod accensamentum, de quo supra, factum fuerit ad mensuram, per id quod no. Bar. ⁊ post eum Frãci. de are. ⁊ Alex. de imol. l. possideri. §. incertam. ff. de acqui. poss. Fran. de are. in. l. locus, eo. tit. ⁊ Bal. in. l. sicut, versi. sed quid si dixi: ibi, in
3 contrariũ videtur ⁊c. C. de periculo ⁊ cõmo. rei vẽdite. † Venditio autem ad mensuram censetur esse venditio conditionalis, et imperfecta, quousq; facta fuerit mensuratio, vt voluit Bart. in l. iulianus. §. si titius. ff. de actio. empt. ⁊ Franc. de are. in. d. l. possideri. §. incertam, vbi etiam dicunt Barto. Alexãd. de Jmol. ⁊ idem Franci. quod licet venditor vendens ad mensuram se constituta tenere ⁊ possidere mensuras huiusmodi nomine emptoris, vel precario nomine illius; non tamen per constitutum, vel precarij constitutionem transfertur possessio in emptorem. Cu
4 ius dicti illa solet ratio assignari: † quia pars incerta quoad locum ⁊ quoad quotam possideri non potest. d. §. incertam, ⁊ quod ibi docto. ⁊. d. l. locus, ⁊ quod ibi per docto. huiusmodi autez fuerunt ⁊ sunt dicte centũ sextariate, que de predio, seu campo, aut terris heremis eiusdem quondam nobilis Siraudi pretenduntur accensate: sunt enim dicte centũ sextariate incerte quoad locum quia nescitur in qua parte dictorum heremorum tradẽtur item ⁊ quoad quotam, quia nescitur an sint vel media pars, vel tertia, aut que alia totius fundi prout declarant docto. in. d. §. incertam, in eo qui vendidit centũ tabulas certi eius fundi: ⁊ Frã. de are. in dicto. §. incertam, dicit quod iste emptor agere non poterit rei vendicatione: quia non fuit translatum dominiũ in emptorem, neq; possessio, vt predixi. Et si esset translatũ dñium in emptorẽ obstaret tamen sibi exceptio, si ageret ante mensuratio
5 nem, vt no. Fran. de are. vbi supra: † q᷑ venditio que fit ad mensuram dicitur esse cõditionalis, vel quasi, ⁊ sic imperfecta, vt voluit Barto. in. l. si in venditione. §. in libro. ff. de pericu. ⁊ cõmo. rei vendi. ⁊ Bald. in. l. j. in tertia oppo. C. eo. titu. Et ideo non potest agi ante implementum, idest ante mensurationem. Quia autez in predictis heremis, de quibus pretenduntur fuisse in accensamentum concesse dicte centum sextariate, comprehendantur multe sextariate vltra ⁊ preter dictas centum, hoc satis probatũ per ea que deposuerunt multi ex testibus parte dictorum Claudij peyssonis ⁊ fratrum in hac causa productorum, ⁊ examinatorum super. xv. articulo suarum exceptionum exordientium, Vt appareat vobis egregio viro ⁊c. Et vbi de hoc dubitaretur posset egregius vir dominus Judex cause hui⁹, vel ex suo officio,
6 vel etiam ad postulationem partis facere mensurari: † quia cum probatio hec fiat per facti euidentiam, illa impediri non debet propter testium publicationez, etiam si testes partis aduerse deposuissent super cõtrario, hoc est super minore quantitate, seu sextariatarum numero, per id quod voluit Specu. tit. de probatio. §. videndum, versi. quarto per facti euidentiam: Bald. in. l. deo nobis, ante medium. C. de episcopo. ⁊ cler. idem Bald. C. de probatio. super rubrica, in fin. ⁊ in lege. si quis testi, ad fin. versicu. quero nunquid post. C. de testi. vbi etiã Salic.

Insuper non etiam videntur prefati Eberardi agere potuisse interdicto vti possidetis, seu possessorio retinende. Et primo quidẽ non quoad grangiã, furnum, ⁊ alia edificia si que sint etiam si probaretur ipsos Eberardos alias possedisse loca illa in quibus grãgia, furnus ⁊ alia edificia facti aut cõstructi extiterunt: quia eo ipso q̃ quis edificat in predio meo, ⁊ a me possesso, ego perdo possessionẽ, etiam si nes
7 ciam illum edificare. Cuius dicti illa assignatur ratio: † q᷑ possessio citius amittitur, q̃ vsusfructus. l. si quis vi. §. differẽtia. ff. de acquiren. possessio. sed vsusfructus sic amittitur. l. repeti. §. j. ff. qui. modis. vsusfruct. amitt. pro quo facit quod habetur in. l. qui vniuersas. §. item quod a mari. ff. de acquirẽda possessione.
8 † vbi per inundationem perditur possessio: ergo a simili, ⁊ ꝑ edificationẽ. quod etiam voluerunt Pet. Cy. Bal. ⁊ Ang. in. l. si inferiorem. C. de rei vẽdi. ⁊ idem tenuit Gulielmus. de cug. vt refert Bal. in dicta. l. si inferiorem. ad fin. ⁊ Alexãd. de imol. in. l. si de eo. §. si forte, versiculo ex predictis potest inferri. ff. de acquirẽda. posses. Preterea nec quo ad dictos furnum, grangiam, ⁊ alia edificia nec quoad alias pretensas partes vidẽtur ipsi eberardi bene egisse possessorio retinẽde pro eo quia agendo rei vẽdicatione vidẽtur renuntiasse eorũ pretẽse possessioni, per id qđ voluerunt Bal. ⁊ Joan. relati per Glo. ordina. in. §. eque, versicu. iste quoq;, super verbo, neget, institu. de actio. quoruz opinio saltẽ saluatur eo casu, quo quis agit pro ea possessione, quam se pretẽdit habere, vt in casu nostro. Adijcio quod etiã dicti Eberardi non vidẽtur sufficienter iustificasse, aut ꝓbasse, se possedisse ea, pro quibus nunc experiuntur ⁊ agunt possessorio retinẽde Et primo quidem non ꝑ Joannẽ violete secundum testem, Bartholomeum aymonis quartum testẽ, Stephanum violete septimum testẽ, Stephanum pupini vndecimum testẽ, ⁊ Stephanuz hugonini duodecimum testẽ examinatos, super sexto ⁊ nono articulis dictorum Eberardorum: quia illi deponunt de auditu dici ab alio: non ergo probant. c. tam literis, de testib. ⁊. iij. questio. ix. ca. testes: ad quod facit. l. testium: ibi, presto fuerunt. C. de testib. Non etiam per Stephanum aymonis, quia ille deponit de loco existente vltra tegulariam vbi erat puteus ⁊ casale, ⁊ in quo dicti Peyssonis grangiam edificarunt per triginta passus a parte occasus, ⁊ sic nõ dicit se vidisse prefatos Eberardos, aut eorum aliquem extirpantes in tegularia, nec in loco dicto in tegularia, sed vltra tegulariam per triginta passus, ⁊ a parte solis occasus. Jacobus marail tertius testis deponit vidisse in loco tegularie, ⁊ prope casale, a parte boree. Antonius barnerij, quintus testis dicit vidisse in loco dicto in tegularia prope casale a parte vẽti in loco in quo est canapale. Ecce quod isti omnes variant quoad locum: vnus enim dicit quod a parte solis occasus, alius quod a parte boree, ⁊ alius a parte venti. Arnulphus vero clementis sextus testis dicit, quod vidit Joannem Eberardi circa tegulariaz in loco dicto tegularia curantẽ puteũ, ⁊ alios extirpantes ⁊ eligentes prope casale tegulare in loco vbi est cana-

est canapale a parte occidentis: vbi aduertendū est q iste arnulphus dicit canapale esse a parte occidentis casalis, et Antonius barnerij a parte venti. Antonius borcherij quartus testis dicit vidisse Eberardos extirpantes et eligētes circū circa tegulariā a parte boree et vēti, ecce q ipse nō dicit de tegularia, aut de loco dicto tegularia, sed de loco existente circum circa tegulariam a parte boree et venti. Francisc. reboli nonus testis, dicit qd casale et tenementum circum circa comprehenditur sub cōfinib⁹ in tertio dictorum articulorum expressis, et q non est locus dict⁹ tegularia nisi in casali vbi erat puteus: quod si est verū, vbi ergo erāt ille pretense centū sextariate, que et in dicto tertio articulo, et in pretenso instrumento dicti asserti accensamēti dicuntur esse site in territorio Marsane, loco dicto in tegularia: nisi forte qs dixerit q casale et puteus comprehēderent totam hanc quantitatem quod videtur absurdum, et nō verisimile. Et idez dico de Petro odoardi decimo teste, cuius depositio etiam alia ratione non facit pro prefatis Eberardis: sed potius cōtra, quaten⁹ deposuit q si predia inibi mentionata comprehenderētur in accensamento, illud contineret ducentas sextariatas terre. Ysnard⁹ barnerij dicit, q vidit aliquos ex Eberardis estizgiantes et ebrācbiantes circū circa casale tegularie inter puteum et Marsanā a parte boree. Ex quibus infertur q isti testes, vtpote varij, et nō contestantes, nō probāt intentionē dictorū Eberardorū. Et esto q ipsi viderentur de aliquo loco cōtestes et ppterea probarēt eosdem Eberardos locum illum possedisse, non deberent ppterea ipsi Eberardi quoad locū huiusmodi obtinere in possessorio retinende, pro eo quia fuerunt negligentes in recuperatiōe posses
9 sionis naturalis. †Si enim ille qui possidet ciuiliter rē aliquam sciat naturalem possessionem per alium occupatā et illam negligat recuperare, etiam per modicum tempus perdit possessionē ciuilem. l. quod meo, in fi. et. l. Quis. ff. de acquirend. possessio. pro quo facit. l. iij. §. eum igitur, et quod ibi docto. et quod no. in. l. qui in possessionem. ff. de vi et vi arma. quod etiā voluit Bart. et post eum Pau. de cast. Francis. de are. Alex. de imol. et Mod. in. d. l. si de eo. §. si forte. ff. de acqui. possessio. et idez Alex. in. l. j. §. interdictum. ff. vti possi. quod etiam post Oldr. fuit de mente Bal. in. l. j. C. de seruis fugi. et consil. lxiiij. exordiente, Casus talis est, ibi, sed postq ecclesia Beluecensis, in prima parte. Cū igitur prefati Claudius peyssonis, et fratres, non soluz per modicū tempus sed multo tempore tenuerint et possederint res, de quarū pretensis dominio seu quasi et possessione inter partes cōtenditur sciētib⁹, et ita fieri patiētibus dictis Eberardis, palam infertur eosdem perdidisse possessionez ciuilem, si quam animo retinuerāt,
10 †naturalem autem per exituz prediorum, aut saltem per ingressum prefatorum Peyssonis amiserunt. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possessio. Non igitur videntur ipsi Eberardi potuisse agere possessorio retinende, etiam si probassent se alias possedisse.

¶Argumentum.

¶Mater que anno luctus nubit, nec impuberi filio tutorem petit, nihilominus ex tertylliano Senatuscon. filio succedit, si ipse pubes factus decesserit, nec mater ex priore matrimonio, alios liberos babeat. V. F.

1 ¶Filius ex bonis patris legitimā detrahēs in ea grauari nō potest.
2 Pene contra mulierem secundo nubentem infra annū olim introducte an sint hodie sublate.
3 Pene mulieri binube indicte in fauorem liberoruz primi matrimonij quatenus procedant.
4 Pubertatis tempus sequitur tutela et eius petitio, quo elapso labuntur.
5 Filius non adita hereditate an transmittat portionez suam ad matrem.
6 Mater de portione filij grauati per fideicōmissum quid retinere possit, et an succedat in bonis per filium post mortez grauātis acquisitis, et cur.
7 Relatiua posita in substitutione fideicōmissaria an referant se ad omnes heredes, et illos comprehendant.
8 Numerū singularem accipi pro plurali non est inconueniens.
9 Pater an videatur minus grauare voluisse filiū quem min⁹ habere voluerit.

¶Ad senatuscon. tertyl. Consi. cccxxxviij.



Thema consultationis tale est. Dudum, Anno videlicet do. M.cccclxxxiij. et de mense Augusti, prouidus vir Stephanus iordani, quondā de Lecbijs, fecit et condidit eius vltimū et nuncupatiuū testm̄: in quo inter cetera voluit et ordinauit, q Ludouicus suus filius naturalis et legitimus ex eius secūda vxore suscept⁹ esset et esse deberet ecclesiasticus, et ordines sacerdotales reciperet, et in eum casum eidē Ludouico dedit et legauit quadraginta florenos monete tunc currētis, in quibus eū particularem heredem instituit, et cum illis contentum esse voluit, hoc adiecto qd heredes sui vniuersales tenerenť et deberēt eidē Ludouico prouidere in scholis de alimentis, vestib⁹, calciamētis, et libris, eorū proprijs sumptib⁹ et expensis, et q idē Ludouic⁹ sup bonis suis ipsi⁹ testatoris habere deberet victū et vestitum donec et quousq idez Ludouicus foret beneficiatus de quo viuere posset. Heredes vero suos vniuersales fecit et instituit Petrū et Michaelē iordani eius filios naturales et legitimos, et ex prima vxore susceptos equis portionibus et p cōmuni, et dictū Ludouicū casu quo non vellet esse ecclesiasticus. Et si vnū ex dictis eius heredib⁹ sine liberis vno vel plurib⁹ et de legitimo mr̄imonio pcreatis seu procreandis mori cōtingeret, vt; voluit et ordinauit q oīa bona illi⁹ sic decedentis peruenirent et puenire deberēt ad supuiuente ipsorum. Et si oēs decederent sine liberis vno vel pluribus etc. eisdē substituit Petrū iordani fratrem suij psius testatoris: qui pmanens in volūtate hmōi vita funct⁹ est, superstitib⁹ dictis Petro, Michaele et Ludouico tunc in pupillari etate constituto. Mortuo vero dicto Stephano testatore prefati Petrus et Michael bonis et hereditati eiusdem quōdā Stephani se immiscuerunt, et p illius vniuersalibus heredibus gesserūt et reputarunt. An autē idē fecerit prefatus Ludouic⁹, vel voluntatē suam declarauerit, an vellet esse ecclesiastic⁹, nō fuit verbo vel in scriptis informatus, quis audiā eum fuisse positum, ac tentū, et neutritū multis annis per dictos eius fratres in scholis, et qui eas tempore mortis de qua infra, adhuc sequebatur. Deinde vero, Anno videlicet presenti, mortuus est sine liberis prefat⁹ Ludouic⁹ etatis viginti annorum vel circa, superstitibus dictis Petro et Michaele eius fratribus consanguineis tantū, et honesta mulie re. A. eius matre, que lapsis tribus mensibus a tempore mortis dicti quondam Stephani, vel circa, et sic non expectato anno, et etiam per eam non postulato prouideri de tutore eidem Ludouico, tunc minori quatuordecim annis, et sic impuberi, cōuolauit ad secunda vota. ¶Quesitum est ad; quē bona illius debeāt peruenire, an videlicet ad matrem, vel dictos eius fratres: et an eidem matri nocuerit, vel noceat, q ipsa non expectato anno luctus, et etiam non petito prouideri de tutore, secundo nupserit.

Viso casu predicto, et dubijs ex eo elicitis, dico et respondeo prout infra. Premittēs q, si appareat, vel apparere possit eundem Ludouicuz voluisse esse ecclesiasticum, et sic approbasse voluntatem dicti quondā Stephani eius patris, et sic consequenter non fuisse heredem vniuersalē dicti quondam Stephani, sed particularem, et particulariter institutum in dictis quadraginta florenis, ipse non potuit petere nisi dictos quadraginta florenos, et alia sibi relicta, si tamen hec
1 sufficiebāt ad suam legitimam: †que erat tertia pars eius quod ab intestato fuisset de bonis dicti eius patris habiturus, si ille intestatus decessisset. auth. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. et in qua legitima non potuit idez Ludouicus grauari. l. omnimodo. l. quoniā in prioribus. et. l. scimus. C. eo. titu. Et in hac legitima, et alijs bonis per eundem Ludouicū post mortem patris acquisitis, si que acquisierit, debet prefata eius mater succedere. aut. defuncto. et in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. Cui non obstat q ipsa mater ad secunda vota conuolauerit. Et quidem non pro eo qz cōuolauit
2 infra annum luctus, †qz pene olim contra mulieres secundo nubentes infra annum luctus introducte hodie sunt sublate, per id quod habetur in cap. penult. et quod ibi docto. de secun. nupt. quod etiam voluerunt doctor. communiter. in. l. j. C. eodem titu.
3 Etiam contra eandem matrem locum non habent pene introducte in fauorem liberorum primi matrimonij, de quibus in. l. femine. l. generaliter, et alijs multis. et auth. ex testamento. C. de secun. nupt. qz ille ita demum procedunt, si superfint alij liberi eiusdem mulieris ex priore matrimonio, vt voluit Bar. Bald. et Sali. in dicta auth. ex testamento. et Angel. in auth. de non eligen. secun. nuben. collat. j. quanuis quedam glossella, in d icta auth. ex testamento, super verbo, filij, contrarium senserit, sed quod prius dixi verius est, et glo. illa est communiter reprobata: contra quam etiam dicit Bar. in dicta auth. ex testamento, vno anno consulē
4 do et iudicando bene quinq vicibus dixisse. †Etiam eidem matri non obstat, q non petito de tutore prouideri dicto Ludouico suo filio ipsa conuolauerit ad secundas nuptias, postquam in facto supponitur q ipse Ludouicus mortuus est factus pubes: pro quo allegasse sufficiat. l. matres. et. l. omnem. C. ad tertullia. et auth. de nupt. §. si autem tutelam. colla. iiij.

Si vero non appareat qđ idez
quondã Ludouicus nõ voluerit esse ecclesiasticus, tunc videret
5 ꝙ ipse potuerit esse heres vniuersalis ꝓ tertia parte.† Et esto
ꝙ nõ se imiscuisset paterne hereditati, nec se gessisset ꝓ herede,
trãsmisisset tamẽ paternã hereditatẽ ad matrẽ, per id quod no.
Bal. qui pro hac parte multa inducit, in. l. si fratris. C. de iur. de
liberã. Sed nunc restat dubiũ, an de ista tertia parte debeat ipsa
mater aliquid restituere dictis Petro ⁊ Michaeli in viz substi
tutionis superius mẽtionate. Ad qđ dico qđ, si in instrumento
predicti testamẽti in capitulo substitutiõis, ⁊ post verba, ⁊ pue-
nire debeãt, adesset scriptũ superuiuẽtes, ⁊ sic pluraliter: non su
peruiuẽtẽ, ⁊ sic singulariter: tũc nõ esset dubiũ, quin isti Petrꝰ
⁊ Michael cẽseri deberẽt substituti per ea que no. Bar. in. l. iu-
lius pheb. ff. ad trebel. Sed si scriptũ sit, superuiuẽtẽ, singulari-
ter: tũc videretur esse maius dubiũ, pro eo qꝛ cũ forte cogitaret
habere duntaxat duos heredes vniuersales, scz Petrũ ⁊ Mi-
chaelẽ, ⁊ ꝓpterea eos pure instituisset, ⁊ nõ Ludouicũ, sz sub cõ
ditione, si nõ vellet esse ecclesiasticꝰ: ipse primo decedẽti ex illis
duobꝰ substituit superstitẽ. ⁊ si ita esset nõ videret aliqua substi-
tutio fuisse facta eidẽ Ludouico, qui nõ erat de numero illorũ.
Cõsulo igit vt videat prima nota dicti testamẽti ꝓ faciliore sub
latiõe dubij hmõi. Et si i ea repiat scriptũ supuiuẽtes, materia,
vt predixi, est expedita, ꝙ dicti Petrꝰ ⁊ Michael sunt substitu
ti, ⁊ ꝙ in vim fideicõmissarie substitutionis facte ꝑ verbũ perue
niant, debebit dicta mater eisdẽ restituere dimidiã illius tertie
partis, que ad ipsũ dictũ quondã Ludouicũ peruenit. aut per-
6 uenire potuit de bonis paternis: † aliam vero dimidiam retine
bit pro legitima ⁊ trebellianica, quas idẽ quondã Ludouicꝰ de
hmõi tertia parte deducere potuit iuxta doctrinã quã ponit gl.
⁊ sequit Bar. ⁊ doc. in. l. papinianꝰ. §. meminisse. ff. de inoff. testa.
glo. ⁊ bar. in. l. ꝙꝙ. C. ad leg. fal. Bal. in. l. filiũ quez. C. fami. ercis.
Jo. de imol. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vul. ⁊ pupil. ꝓ qua sunt
boni tex. Et ita ibi tenent cõiter Cano. in. c. raynutius, ⁊. c. ray-
naldus, de test. Et in hac medietate succedet effectualiter dicta
mater quoad bona eiusdẽ quondã Stephani testatoris. Debet
etiã succedere in bonis per dictũ quondã Ludouicũ acquisitis
aut. defuncto. C. ad tertul. pro eo qꝛ illa non veniũt in restitutio-
ne fideicõmissi. d. l. coheredi. §. cũ filie. Si vero scriptũ extiterit
superuiuentes pluraliter, est dubiũ, vt ꝑdixi: tamẽ salua plenio
re deliberatione, ⁊ correctione cuiuslibet meliꝰ sentiẽtis, dico ꝓ
nũc adhuc mihi videri qđ nõ solũ cẽseri debeat grauatꝰ ille, q ex
ꝑfatis Petro ⁊ Michaele primo ab humanis sine liberis dece-
deret, sed etiã ille, qui ex dictis tribus filijs primo decederet: ⁊ ꝙ
ꝓpterea dici possit eũdẽ Ludouicũ, qui primo ab humanis sine
liberis decessit, fuisse grauatũ, ⁊ ꝙ ꝓpterea substitutio facta sibi
locũ vẽdicauit ⁊ vẽdicet in ꝑsonã dictorũ Petri ⁊ Michaelis.
Moueor qꝛ nõ solũ ipsi Petrꝰ ⁊ Michael fuerunt per dictum
quõdã Stephanũ heredes instituti, sed etiã dictꝰ quõdã Ludo
uicꝰ, saltẽ sub cõditiõe si nõ vellet esse ecclesiasticꝰ. Cũ ergo post
ea substituit primo ex eius heredibus sine liberis decedẽti videt
substituisse nõ solũ illi, qui ex dictis Petro ⁊ Michaele ab hũa
nis sine liberis decederet sz etiã illi qui primo ex ipsis tribꝰ ab
7 humanis decederet, † ꝓpter illa verba posita in substitutione;
scilicet, ⁊ si cõtingeret mori siue decedere vnũ ex dictis heredibꝰ
meis: que sunt relatiua, debent ergo cõprehẽdere ⁊ referre oẽs
heredes ad quos fit relatio. l. asse toto. ff. de here. insti. l. si ita scri
psero. ff. de cõdi. ⁊ demõstra. ⁊. l. institutio talis. ff. de condi. insti.
Ad quod facit. l. iij. §. filius. ff. de libe. ⁊ posth. ⁊ quod voluit An
ge. consi. cclxxvi. exordiẽte, Domina massina, ad fin. Alexan. de
imol. consi. cxix. Quibus non obstat, ꝙ dictꝰ quondam Stepha-
nus primo sine liberis decedẽti substituerit superuiuentẽ, singu
8 lariter, non superuiuẽtes: † qꝛ non est incõueniẽs, ꝙ numerꝰ sin
gularis accipiatur pro numero plurali ita enim aliquãdo acci-
pit in diuina scriptura, put refert magister sniarũ in scđa dist.
9 xxxiij. c. vel. §. alioquin sibijpsi ꝯtradicere ostẽderet. † Pro qua
parte facit qꝛ non est verisimile, ꝙ ipse quõdã Stephanꝰ minꝰ
grauare voluerit dictũ quõdã Ludoui. ꝙ dictos Petrũ ⁊ Mi
chaelẽ, cũ ipse eum minus habere voluerit, saltẽ eo casu quo vo-
luisset esse ecclesiasticꝰ. Nisi forte hic dicat, ꝙ imo eũ minꝰ graua
re voluit, intelligẽdo ꝙ ipse Stephanꝰ solũ substituerit eũ q ex
dictis Petro ⁊ Michaele supesset: ob ꝙ cũm alias informatus
de veritate dicti verbi, superuiuentes, aut superuiuentẽ, pleniꝰ
laborabo, ⁊ enitar dicere veritatẽ, autore deo, a quo omne donum
optimũ, ⁊ omne datũ perfectũ ⁊c. Nemo enim veritate ꝑ priꝰ nõ
plene examinata ⁊ cognita cõsulere ꝓ salute cõsciẽtie sue ⁊ iudi-
care poterit. Nam multũ est periculosum ⁊ plenũ tristissimi euẽ
tus consulere incõsulte. Quapropter aduertãt cõsultores vt ha-
beant instruere consulentes de iure eorum ad verum, nullo reli-
cto, si fieri possit, quod faciat ad ius eorum.

¶ Argumentum.

¶ Pignoris pro mutuo traditi fructus perceptos creditor
in sortem sibi imputare tenetur. V. F.

1 ¶ Heredes an ⁊ quando possint agere ad rescissionez venditio
nis per testatorẽ facte. ⁊ hoc ex capite lesionis, vel ex modicitate
pretij impugnare.
2 Pretij vilitas ⁊ pactũ de reuendendo presumit contractũ sonã
tem in venditionẽ ⁊ emptionem fuisse pignoratitium.
3 Pretiũ vt sit iustũ vel iniustum quando, ⁊ per quẽ cognosci de-
beat, ⁊ an sit expresse limitata quãtitas lesionis in pretio ad pre-
sumendam contractus simulationem.

¶ De pignor. actio. Consi. cccxxxix.

1 **N**on† puto qđ nobiles
⁊ honorabiles viri Claudius ⁊ Petrus fabri, fi
lij naturales ⁊ legitimi, ac etiaz heredes vniuer
sales nobilis quondã Auberti fabri ⁊ suorũ fra
trũ, possint aut de iure valeãt agere ad rescissio-
nẽ vẽditionis olim facte per eundẽ Aubertũ de besse, seu duabꝰ
tertijs partibꝰ vince in casu mihi exhibito latiꝰ mentionate, ex
capite lesiõis, ⁊ ꝑ remediũ de quo in. l. ij. i. c. cũ dilecti. ⁊. C. de re-
scin. vẽ. in. c. cũ causa, de empt. ⁊ vẽ. Cuius dicti illã assigno rõnẽ
qꝛ (vt apparet ex tenore iuriũ hmõi) illa requirũt ⁊ ꝑsupponũt
lesionẽ vltra dimidiã iusti pretij, cuiusmodi nõ fuit lesio de qua
in dicto casu: qꝛ presupposito ꝙ verus valor bessis, seu dictarũ
duarũ partiũ, fuerit ducẽtorũ quadraginta florenorũ: dimidia
pars veri ⁊ iusti pretij fuit centũ ⁊ septuaginta florenorum: ad
hoc ergo, vt dici potuisset aut posset eundẽ quondã nobilẽ Au-
bertũ fuisse lesum vltra dimidiã iusti ꝑtij, opꝰ erat ⁊ esset ꝙ ipse
habuisset minus dictis cẽtũ ⁊ septuaginta florenis: quod tñ nõ
fuit, cum habuerit ducẽtos. Certũ est ergo ꝙ ex capite predicto
2 non venit rescindẽda predicta vẽditio. ¶ † Sed superest dubiũ
an vẽditio predicta possit impugnari ratione modicitatis ꝑtij,
⁊ ꝓpter pactũ de reuendẽdo: super quo dico, ꝙ pretij vilitas seu
modicitas, ⁊ pactũ de reuẽdendo faciunt ꝑsumi cõtractũ sonan-
tem in vẽditionẽ ⁊ emptionez fuisse ⁊ esse cõtractũ pignoratitiũ
vt voluit glo. quã ibi sequitur Panor. ⁊ Joã. de ana. in. c. con-
questus, de vsur. Panor. ⁊ doc. in. c. ad nostrã, de emp. ⁊ vendi. ⁊
idẽ Panor. consi. lxxvi. in prin. ⁊ hec est cõis opinio: sz non repe
3 ritur bene determinatũ, † qñ ꝑtiũ dicatur esse ville aut modicũ.
Panor. enĩ in. d. c. ad nostrã, dicit ꝙ non sufficit quelibet ꝑtij in
iustitia, sed debet esse pretiũ valde tenue respectu valoris rei, et
hoc duplici ratione seu respectu. Primo qꝛ cõtrahẽtes solẽt se
decipere in ꝑtio. Scđa qꝛ res minꝰ valet ꝓpter onꝰ retrouẽdẽdi
in vẽditiõe appositũ, argumẽto. l. fundi partẽ. ff. de cõtrah. emp.
Barth. cepol. in quodã suo tracta. facto de cõtractibus emptio.
⁊ vendi. cũ pacto de retrouẽdẽdo. §. penul. dicit ꝙ ex his q̃ spar
sim habentur in diuersis locis, possunt colligi sex opiniões: ⁊ o-
missis quinq primis dicit ꝙ sex ⁊ vltima quã ipse credit sequen
dã, colligitur ex his que habẽtur ꝑ gl. in. §. pretiũ, in verbo, di-
finierit, institu. de emptio. ⁊ venditio. que voluit ꝙ stetur arbi-
trio iudicis quando pretiũ dicatur iustum vel iniustũ, qui iudex
arbitrabitur secundũ qualitatem cause ꝑsonarũ, ⁊ rei debite: qꝛ
in paupere parua ꝙtitas dicit magna. l. illicitas. §. ne tenuis, cũ
gl. ff. de offi. presi. ꝓ quo facit qđ no. gl. in aut. ꝑterea. C. vnde vir
⁊ vxor. ⁊ Bar. in. l. si cõstante, in prin. ff. sol. mat. ꝙ etiã videt tene
re Bal. in materia arbitramẽti, in. l. cũ antea, ver. itẽ est cõsiderã
dũ. C. de arbi. vbi dicit qđ magna ⁊ parua ꝙtitas dicit respectu
personarũ ⁊ cãe. Ad qđ allegat no. in aut. ꝙ locũ. C. de colla. Et
ita etiã no. Ang. are. in. l. i. §. si quis ante. ff. a quibus appella. nõ
lz Jo. de imo. in. c. quãtanallis in. v. q. principali, ad fi. de iureiu.
⁊ Sali. in. l. fi. C. de cõtrahẽ. emp. vbi etiã Cy. post Jaco. de are. ⁊
Pet. Et secundũ hãc opinionem refert idẽ Cepol. semꝑ vidisse
iudicari in materia reductionis ab arbitriũ boni viri: ⁊ subiun-
git se credere, ꝙ hec opinio sequenda sit in dubio de quo querit.
Tum qꝛ non reperit expresse limitata qñ ꝙtitas dicat lesio in
pretio ad hoc, vt ex illa ⁊ pacto de retrouendẽdo presumatur cõ
tractus simulatus, seu pignoratitiꝰ: ergo standũ est arbitrio iu-
dicis. c. de causis, in fi. de offi. deleg. l. i. §. i. cum suis similibꝰ. ff. de
iure deliberan. Tum qꝛ gl. in. c. conquestus, de vsur. loquitur de
pretio modico, ⁊ pretiuz modicũ dicitur qñ res valet multo plꝰ
vt dicit gl. in. l. per diuersas. C. mandati. sed ille gl. non declarãt
quomodo, ⁊ qñ intelligatur illud multũ plus, vel illud modicũ
pretium: ergo intelligendũ est ꝙ istud relinquatur arbitrio iudi
cis: dicit etiã ipse Cepo. ꝙ in vẽditione dicitur esse pretiũ iniu-
stũ, ⁊ sic lesio, ꝙtum ad inducendã ꝑsumptionẽ simulationis arbi
trio

trio iudicis, seu boni viri, non in minima quãtitate, sed in tertia. vel dimidia, vel prope dimidiam: ⁊ hoc inspecta qualitate personarum, rei, ⁊ cõtractus, ⁊ cause, ⁊ inspecta loci cõsuetudine. Propter que videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, et salua pleniore deliberatione, ꝙ lesio, de qua in dicto casu, que fuit in centum ⁊ quadraginta florenis, iuncta cũ pacto de retroendẽdo, debuerit ⁊ debeat iudicari sufficiẽs ad inducendã presumptionẽ simulationis contractus: hoc est ad presumptionem faciẽdam, ꝙ contractus celebratus sub formula seu specie emptionis ⁊ venditionis presumi debeat contractus pignoratitius. Et sic videretur ꝙ in hoc casu teneretur ille pretensus emptor, qui tamen non emptor, sed creditor ex mutuo, ⁊ possessor rei sibi pignorate, non vendite presumitur, imputare fructus per eum perceptos in sortem. l. i. ⁊ ij. C. de pigno. actio. ⁊ c. ij. cum suis simili. de vsur. Consulo tamẽ ꝙ super imputatione huiusmodi non moueatur difficultas, sed offerantur illi ducenti floreni, de quibus in casu, vt sic minorem causam contradicendi habeat idẽ emptor, vel eius heres.

Argumentum.

Conditio hec, si intestata decesserit filie substituo, magis permittere videtur testamenti factionem, quam negare. V. F.

1 Persone testari prohibite que sint, remissiue.
2 Non domini rerum testari an possint, ⁊ qui.
3 Constitutus in extrema paupertate propter donationem omniũ bonorum suorom an possit testari.
4 Dispositio conditionalis effectum suum quando sumat, ⁊ in qua conditione habeat verum. ⁊ nu. seq.
5 Conditio voluntaria in qua forma impleri debeat.
6 Contrahentium verba ad vnguem seruanda, que omnia operari debent.
7 Casus omissus remanens in dispositione iuris communis an pcedat in substitutionibus ⁊ omnibus dispositionibus.
8 Substitucio fideicommissaria nõ est prouisio, sed grauamen eius cui substituitur, nec per fideicommissum adulto grauato succeditur, sed testatori.
9 Testator substituens filio, si sine liberis, an videatur conditionẽ fauore liberorum apponere, ⁊ liberos huiusmodi preferre substituto.
10 Ex omni testatoris voluntate an agatur, vel solũ ex illa que transit ad dispositionem.
Testatori an sufficiat velle, nisi disponat.
11 Substitutus filio alicuius sub cõditione, si filius sine liberis decederet, ⁊ filius habuit liberũ, qui post eum mortuus est, an substitutus veniat.

De insti. ⁊ substi. Consi. cccxl.



Ponitur in facto quod

dudum, Anno videlicet domini. M. cccclix. et die sexta mensis Nouembris, nobilis quondam vir Antonius hugoleni domicellus cõdidit ei⁹ vltimũ ⁊ nũcupatiuum testamentũ: in quo inter cetera legauit, ⁊ iure institutionis reliquit nobili Margone ei⁹ filie naturali ⁊ legitime certam pecuniariam quantitatem, ⁊ nobilem Emergonum eiusdem testatoris filium naturalẽ ⁊ legitimũ heredem vniuersalem instituit, ⁊ sibi si sine liberis naturalibus ⁊ legitimis vno aut pluribus ab humanis decederet substituit dictam nobilem Margonam. Et si ipsa Margona ante ipsum testatorẽ. vel alias quãdocũqꝫ intestata moreretur, ipsi Margone, ⁊ prefato Emargoni heredi substituit oẽs liberos eiusdẽ Margone masculos, ⁊ tam natos, ꝙ̃ postea nascituros, ⁊ pro tẽpore viuentes. Et permanens in voluntate hmõi ab humanis decessit. Quo mortuo dict⁹ nobilis Emergonus bonis ⁊ hereditati eiusdẽ se immiscuit: ⁊ postea ex certi tẽporis interuallo, et iam pubes vita functus est ⁊ ab humanis sine liberis decessit superstite dicta nobili Margona substituta: que fideicõmissum per patrẽ sibi relictũ acceptauit. Et successu longi temporis ab humanis decessit superstitibus, ⁊ sibi superuiuentibus nobili Joanna de ruspo, ac egregio ⁊ nobilibus viris domino Hugoleno, Guigone, Ludouico, ⁊ Gaucherio de ruspo fratribus, ⁊ dicte nobilis Margone nepotibus, ex nobili quondã viro Henrico de ruspo filio predefuncto, condito tamen prius per ipsam Margonam testamento in quo heredẽ vniuersalẽ instituit dictũ nobilẽ Joannẽ ⁊ prefatis dño Hugoleno, ⁊ nobilib⁹ Guigoni, Ludouico, ⁊ Gaucherio certas pecuniarũ summas. vel res alias legauit, ⁊ iure institutiõis reliquit. Quesitum est primo an eidẽ Margone testari licuerit.

Secundo an, non obstante testamento per eundem cõdito, potuerint ⁊ possint prefati do. Hugo, nobilis Guigo, Ludouicus, ⁊ Gaucherius aliquid petere in vim substitutionis superius mẽtionate, ⁊ facte per dictum quondam nobilem Antonium de liberis masculis dicte quondam Margone eorum auie, tunc natis, ⁊ nascituris.

Viso toto tenore instrumenti

testamenti dicti nobilis Antonij, ⁊ signanter in verbis substitutionis superius mentionate, vna cum casu, de quo supra, ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊ respondeo ad predicta dubia breuiter ⁊ succincte, q² ad peritissimos est mihi sermo, prout infra. Et primo ad primũ ꝙ, cũ nõ pponatur, vel alias pretendatur eandem no-
1 bilẽ Margonã fuisse de personis testari prohibitis, † de quibus
per glo. ⁊ multos doct. in. l. si queramus. ff. de testa. glo. in. §. si. institu. qui. non est permis. face. testa. Spec. tit. de instru. edi. §. cõpẽdiose, versi. primo si fuerit seruus ⁊c. ⁊ Panor. extra de testa. sup rubrica, eidẽ nobili Margone testari licuit: qđ procederet etiã si tempore facti testamenti huiusmodi ipsa nihil habuisset vltra, et preter bona, que fuerunt dicti quondam Antonij: quinimo esto ꝙ ipsa nihil habuisset. l. qui soluendo non erat, ⁊ l. si is qui soluen-
2 do. ff. de heredi. institu. † Quod autem dicitur non dominos rerũ
testari non posse, auth. in gressi. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in. l. conficiũtur. §. si post: ibi, ⁊ de alienis quodãmodo rebus ⁊c. ff. de iur. codicil. intelligitur de non domino abnegatiue, hoc est de illo, qui nec dominus est, nec dominus rerum esse potest, vt mendicantes religiosi non mendicantes, ⁊ alij hmõi: nõ autẽ de alijs, qui si pauperrimi existant. possunt tamen acquirere: pro quo allegasse sufficiat no. per multos in. d. auth. ingressi, ⁊ plene ⁊ eleganter voluit Ange. consi. mihi. clxxxi. alijs antẽ. clxxix. ex ordiẽte. Visis instrumentis predictis, col. v. ⁊ seq. ⁊ in. l. stipulatio hoc modo cõcepta.
3 ff. de verbo. obli. † alias sequeretur, ꝙ donãs omnia bona sua, ⁊ sic
pro eo tẽpore se cõstituens in extrema paupertate, p eo tẽpore testari non possit, qđ nullus dicit, quinimo est truphatoriũ, vt dicit Ange. in casu magis dubio, in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. Et quia istud primũ quesitum non habet aliquam difficultatem, nisi aliud proponeretur, ego vlterius non insisto.

Ad secundum dico ⁊ respõdeo

ꝙ, cum (vt ponitur in facto) dicta nobilis Margona non intestata, sed testata decesserit, substitutio de qua supra expirauit, pro eo
4 q² conditio sub qua facta extitit nõ euenit. † Dispositio enim con
ditionalis per euentum cõditionis sumit effectum. l. cedere diẽ. ff. de verb. signi. l. pecuniam. ff. si cer. peta. ⁊ l. qui heredi. §. fina. et multis alijs iuribus eiusdem tituli. ff. de conditio. ⁊ demonstra. ꝙ
Ponitur in facto ꝙ dudum, Anno domini vez. M. cccclxxxv. & de mense Decembris, fuit matrimonium contractum per verba de futuro per, & inter nobilem virum Petrum forbini, filium naturalem & legitimum nobilis & egregij viri Joannis forbini, domini de Laberbent, ex vna parte, & nobilem domicellam Mariam de simiana, filiam naturalem & legitimam nobilis & potentis viri Jacobi de simiana, domini de Casanoua, ex alia: quod postea fuit per verba de presenti contractum, ac carnali copula consummatum, & alias suum sortitum effectum: cuius matrimonij cõtemplatione ipse nobilis Joannes, ac etiam propter naturalẽ & sincerũ amorem, quem habebat & gerebat erga prefatũ Petrum eius filium, per se & suos heredes, & quoscunq; iuris & rei successores eidẽ Petro in potestate existenti tunc presenti, stipulanti solẽniter, & recipienti dedit & donauit donatione ꝓpter nuptias, & post ipsius nobilis donatoris mortẽ, & non ante valitura, castrum de Laberbent, cũ omnimoda iurisdictiõe, alta, & bassa, ac etiã cũ omnibus iuribus & pertinentijs eiusdẽ castri, omnibusq; alijs bonis, vtẽsilibus, mobilibus, immobilibus, & se mouentibus, tunc existentibus tam in castro & fortalitio de Laberbent, q̃ eius territorio, tunc presentibꝰ & futuris: sibi tamen q̃diu viueret in humanis reseruatis, & retẽtis administratione, & vsufructu castri, ac bonorũ, & rerum predictarum. ¶ Preterea, vltra & preter donationem eidẽ Petro factã de certis alijs bonis, rebus, & iuribus, ascendentibus ad valorem. viij. milliũ florenorum, dedit & donauit donatione, de qua supra, hoc est propter nuptias, eidem nobili Petro tunc presenti, stipulanti, & recipienti pro se & suis &c. summam quatuor milliũ

florenorum

florenorũ monete tunc currentis in Prouincia, in super omnibus bonis suis tunc presentibus & futuris, quorum etiam administrationem et vsumfructũ ipse nobilis Joães ad vitã suã ipsi⁹ sibi retinuit & reseruauit. Hanc autem donationem, & alia parte eiusdem nobilis Joannis conuenta, & promissa iurauit ipse nobilis Joannes tenere, attendere, & seruare, & non contrauenire in forma: & nihilominus renuntiauit iuri dicenti, donationem excedentem summam quingentorum aureorum non valere nisi illa insinuata extiterit. ¶ Ex quibus sic pro veris presuppositis oriũtur dubia sequentia. ¶ Primum an donatio predicta de iure valuerit. ¶ Secundum an dictus nobilis Joannes donator facere possit & valeat, q̄ dicti quatuor mille floreni exigi nõ valeant post eius mortem & decessum per dictum Petrum eius filium & donatarium, nisi per solutiones & terminos per eundem nobilem Joãnem statuendos. ¶ Tertium an dictus nobilis Joannes possit inuito dicto Petro donatario ad suĩ ipsius Joannis vitam disponere de vsufructu castri, & aliorum bonorum superius mentionatorum. ¶ Quartum an prefatus nobilis Joannes in testamento, quod autore domino facere vult & intendit, dicto Petro eius filio sub conditione, si sine liberis decederet, vel alias, in dicto castro, ac suis iuribus & pertinentijs substituere alios eius liberos. ¶ Quintũ an declaratio, quittantia, & remissio, quas fecit dictus nobilis Petrus, Anno incarnationis dominice. M.cccc.xciiij. & de mense ianuarij, valuerint, & de iure valeant, sic q̄ eis obstantibus, & eidem nobili Petro refragantibus, non possit ipse Petrus petere, aut sibi fuisse donata pretendere aueria, lanutum, et caprina inibi mentionata.

Christi nomine inuocato.

Viso themate, de quo supra, & dubijs ex illo elicitis, dico & respondeo prout infra. Et primo ad primum. Pro cuius faciliore responsione premitto
1 † quod donatio, de qua supra non videtur fuisse vel esse donatio propter nuptias, illa vez, & illius nature, de qua, & cuius natura habetur in. §. est & aliud, institu. de dona. & in. l. j. & per totum titu-
2 lum. C. de dona. ante nup. † Cuius illa assignatur ratio, q2 donatio ꝓpter nuptias, de qua habet̃ sermo in predictis iuribus, fit p virũ, vel ex eius parte sue vxori. l. vltima. §. sancimus. C. de dona. ante nup. & c. nuper, in fi. & qd̃ ibi glo. de dona. inter vi. & vxo. & fit donatio huiusmodi ꝓpter multas causas, quas post abba. anti. Pe. & io. an. colligit Panor. in c. fi. col. iij. de dona. inter vi. & vxo. donatio vero de qua supra, nõ fuit facta ꝑfate nobili Marie tũc future spõse eiusdẽ nobilis Petri, sed ipsi nobili Petro. vt apparet ex tenore instrumẽti donatiõis huĩ. Nec etiã legit̃ donatio predicta fuisse facta dicto nobili Petro, vt deinde res donatas donaret donatione propter nuptias dicte nobili Marie, & sic ad hanc donationẽ nõ potest adaptari. l. vt liberis. C. de colla. Et qd̃ donatio huĩ censeri nõ debeat donatio propter nuptias, ea vez de qua loquuntur iura superius allegata, voluit Pau. de ca. cõsi. cv. exordiẽte, Circa bona que fuerũt dñi Huberti &c. & do. Jacobus de aurelia in quodam suo consilio exordiente, Factũ tale est titius dedit, constituit & assignauit in dotẽ &c. Propter q̄ cũ donatio huĩ facta fuerit dicto nobili Petro tunc existenti in patria potestate eiusdẽ nobilis Joannis, & in qua fuisse ꝑsumit̃. l. si emãcipati, & qd̃ ibi Alex. de Jmo. & moder. C. de dona. & qd̃ voluit Alex. de Jmo. consi. iij. col. iij. in tertio volumine, illa videtur nõ valuisse. l. donationes. C. de dona. inter virum & vxorem. & l. ij. iun-
3 ctis ibi not. per glo. & doct. C. inoffi. dona. † Nec videtur donatio predicta potuisse firmari iuramento: quia, vt videtur voluisse gl. in. c. fi. de dona. inter virum & vxorem, & expressius glo. in dicta. l. donationis. C. eo. titu. donatio inter viuos ꝓhibita est inter patrem & filium in eius patria potestate constitutum ratione impossibilitatis insurgẽtis, scdm̃ Albe. in d. l. donationes, ex eo q2 pater & filius censentur eadẽ persona, & sic inter eos obligatio contrahi non potest: & etiam quia donatio esset profectitia, & sic patri quereretur, que impossibilitas non tollitur per iuramentum, vt dicit Paulus de castro in dicto consilio. cv. & Huber. de bonacur. in repetitione auth. sacramenta puberum. §. ex his premissis tria illatiue inferuntur. C. si aduer. vendi. & Ambro. de viua. in suo tracta. iura. versi. circa hoc probabiliter dubitatur quid de donatione inter patrem & filium &c. Preterea si poneremus talem donationem ab initio valere, illa videretur esse ipsi Petro donatario
4 omnino inutilis, & consequenter illusoria: † quia cum profectitia acquiratur patri per filium, & non ipsi filio, & nihil sit magis profectitium, q̄ id quod a patre proficiscitur in filium, vt not. Pau. de cast. in dicta. l. ij. C. de inoffi. dona. res per patrem filio donata non acquireretur ipsi filio, sed patri: & sic pater vna manu reciperet quod filio suo alia manu donaret. Et q̄ talis donatio iuramẽto non firmetur, & tenuerunt Pau. de cast. Huber. de bonacur. et Ambro. de viua. in locis superius allegatis: & dicit etiam idem Ambro. vbi supra, se ita sepe consuluisse. Hoc etiam videtur fuisse de mente Bal. in. c. cum contingat, versicu. pater autem potest,
5 de iureiurando. † Contrarium tenuit Bal. in. l. fi. ad fi. C. pro dona. & in sua repeti. l. ij. charta. xvj. col. iij. ff. de iureiur. & fuit de mẽte eiusdẽ Bal. in. l. si donatione. C. de colla. quẽ ibi, col. v. ver. vtrũ antẽ donatio &c. sequitur Alex. de Jmo. Etiam pro hac opinione consuluit Bal. cõsi. ccclxxv. exordiente, Premittendum est ad euidentiam q̄ donatio facta filio &c. Alex. de Jmo. consi. viij. exordiente, Visis & cõsideratis his que in themate &c. ibi, pro hac parte multa inducit, & consilio. clvij. exordiente, Viso instrumẽto donationis &c. col. vj. in secundo volu. & cõsi. xx. in tertio volu. Etiã pro hac parte consuluit Rapha. Fulgo. & ambro. de viua illam etiam sequutus est Gul. de monte lau. in cle. romani, de iureiurã.
6 Bar. Bulg. & Catho. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. † Et q2 hec secunda opinio videtur hodie magis cõmuniter teneri per doct. tam in scribendo, quam in cõsulendo, tutũ nõ esset contra eã consulere. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. l. j. ff. de senato. & l. athletas. §. j. ff. de his qui notan. infa. fa. c. in canonicis, dist. xix. c. de quibus, di. viij. Insuper etiam hic est attendẽdum, qd̃ donatio predicta non videtur fuisse simplex, sed ob causam matrimonij, quod fortasse alias sequutum non fuisset: & ita vi-
7 detur fuisse donatio, conuentio, & pactum ob causam factum, † q̄ valet & tenet etiam inter patrem & filium, vt habetur, & no. in. d. l. ij. C. de inoffi. dona. sicut enim valet & tenet in casu. l. pomponius philadelphus. ff. fami. ercis. sic & in casu presenti, eadem ratione: & maxime q2 multa debentur, & multum fauendũ est matrimonio.
8 † Etiam pro hac parte facit quod donationes huiusmodi generali consuetudine multum inoleuerunt in partibus citramõtanis. Dico ergo ad primum quesitum, sub correctione cuiuslibet meli⁹ sentientis, q̄ eidẽ donationi non obstitit, neq3 obstat, q̄ illa facta
9 extiterit per patrem filio in ipsius potestate existenti. ¶ † Sed restat dubium, an eidem obstiterit, & obstet, q̄ illa non fuerit insinuata, quis excederet & excedat valorem quingentorum aureorum. Ad qd̃ dico q̄, licet super hoc fuerint opiniones: illa tamen videtur de iure cõior, q̄ donans possit saltem cum iuramento renuntiare insinuationi: pro quo allegasse sufficiat not. per Jo. an. in addi. Spec. ti. de instru. edi. §. porro, in vlti. addi. Jo. de Jmo. in solẽni repeti. c. cum contingat, in decimo membro, versi. quando fit donatio &c. de iureiur. Alex. de Jmo. in. l. nemo potest. colũ. v. ver. item inquantum quesiuit Bar. an statuto vel legi requirenti insinuationem &c. ff. de lega. j. vbi etiam multos refert tenentes hanc partem: pro qua etiam pluries cõsuluit, vt videri potest cõsilio. iiij. & consi. xij. in primo volumine, consi. lxxxij. colum. penul. & fi. in secundo volu. & consi. xx. in tertio volumine. Fran. de Are. consi. ij. & consi. lxxvij. in fin. & alijs multis. Fateor quod multi tenuerunt contrariam opinionem: sed hec (vt predixi) videtur communior: & ita videtur donatio predicta valuisse. Et quamuis in ea habita fuerit mentio mortis: illa tamen non fuit, nec est donatio causa mortis, sed donatio inter viuos: multis rationibus, sed ea maxime, quia in ea interuenit iuramentum: pro quo allegasse sufficiat. l. vbi autez. ff. de dona.

Ad secundum dico & respõdeo

q̄ cum donatio predicta valuerit, vt predixi, idẽ nobilis Joannes nõ videtur posse ordinare, vel alias facere inuito eodẽ petro donatario, quominus ipse Petrus post mortem & decessum eiusdem nobilis donatoris exigat simul & eodem contextu a suis heredibus summam predictam quatuor milliũ florenorũ, arg. l. perfecta, & quod ibi glo. & doct. C. de dona. que sub mo. facit. l. debitorũ pactionibus. cum se. & quod ibi docto. C. de pact. non enim potest debitor preiudicare suo creditori, quod fieret si prouideretur qd̃
11 expeditio summe predicte fieret per solut. & dilationes. † Tum quia particularis solutio non minima habet incõmoda. l. plane, & quod ibi glo. & doc. ff. fami. ercisun. & l. tutor. §. lucius, cuz suis simili. ff. de vsur. Tũ & propter interusuriũ medij temporis, quo interim propter dilatas solutiones priuaretur creditor.

Ad tertium dico & respondeo,

q̄, inspectis verbis donatiõis, de qua supra, ꝑfat⁹ nobilis Joãnes donator voluit donationem huiusmodi dũtaxat suum sortiri effectũ post eius mortẽ, ita vt videatur voluisse remanere dominus pleno iure castri, & aliorum predictorũ, q̄diu in humanis viueret: & sic non videtur habere ipse nobilis Joães in castro & locis predictis vsumfructuz formalem, sed causalẽ, vtpote qui remansit & adhuc remanet dominus castri & aliorum donatoruz: quod si ita est, nemini dubiuz quin ipse possit & valeat interim locare, vel arrendare dictuz castrum, & alia donata, aut fruct⁹ prouenientus, & redditus castri & bonoruz huiusmodi alteri vel vẽdere vel donare, & alias de eis facere vt dñs; q2 qlibet est moderator rei sue & arbiter. l. in re mandata. C. mãdati. l. polla. §. de his qui. vt indig. l. dudum. C. de contrahenda emptione & venditione. l. ge

12 neraliter. §. fi. ꝛ. l. hac edictali. §. fi. C. de secundis nuptijs. † Si vero poneremus quod per retentionem vsusfructus, de qua in instrumento dicte donationis, fuerit translatum dominium castri, ꝛ aliorum donatorum, ꝛ consequenter quod dictus nobilis Joannes sit verus vsufructuarius, ꝛ dictus nobilis Petrus proprietarius: dico quod licet ipse nobilis Joannes vendere non possit vel alias in aliū trāsferre p̄dictū vsumfructū. §. finit. cū suis simili. instit. qui. mo. vsufruc. fini. pōt tū vēdere, donare, vel alias alteri cōcedere cōmoditatē vsusfructus, seu facultatē fructuū ꝑcipiēdorū, ita ꝙ lȝ ipsum ius vsufructus maneat apud eūdē nobilem Joānē, poterit tū cōmoditas iuris hm̄ōi. seu facultas percipiendorū fructuū esse apud aliū, vtpote donatariū, vel emptorē huiꝰ cōmoditatis, vel aliū, cui sic vel sic ipse nobilis Joānes cōmoditatē aut facultatē percipiēdorū fructuū cōcesserit. l. si vsufructꝰ. ff. de iure do. ꝛ. l. vsufructu. ff. solu. mat. facit. c. vestra, de loca. ꝛ con-

13 duc. est eīn separatus fructus ab vsufructu: † ꝛ ideo nihil obstat quominus remanente vsufructu apud vnū sit apud alium facultas percipiendorum fructuum, vt etiam voluit Oldra. consi. mihi. clxxvi. exordiente, De toto themate questionis illud soluȝ ꝛc. paulopost medium, versi. sicut aliquando contingit quod penes vnum ꝛc. ꝛ Bartho. cepol. in suo tractatu seruitu. titu. de prima seruitu. mix. videlicet de serui. vsufruc. col. ij. ver nunquid auteȝ differat legatū vsusfructus ꝛc. ꝛ Bal. nouel. in suo tractatu iuris do. charta. liiij. col. iiij. versi. ex quibus potest notāter inferri: ibi, certū est enim qḋ cōmoditas vsusfructus pōt per vsufructuariū cedi, vendi ꝛc. qui pro hoc allegat. l. necessario. §. fi. ff. de pericu. ꝛ cōmo. rei vendi. dicens ita esse intelligendam. l. arboribus. §. vsufructuarius vel ipse frui ꝛc. ff. de vsufruc.

14 † Ad quartum dico ꝛ respōdeo ꝙ, cū quis debeat disponere ꝛ testari de bonis suis ipsius, nō regulariter de alienis, auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. ꝛ. l. cōficiūtur. §. si post. ff. de iu. codi. per quem tex. hoc not. Cy. in. d. auth. ingressi, in secundo no. non poterit ipse nobilis Joannes substituere dicto Petro inuito: ꝛ hoc, nisi eidem Petrus expresse consentiret faciende substitutioni, vel legato de castro, ꝛ alijs bonis donatis l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mo. pign. vel hypo. sol. quem tex. reputat Bal. singularem in. c. j. §. preterea, quibus mo. feu. amit. ꝛ in. c. j. §. donare, col. ij. quali. olim feu. pote. alie. in. l. venditioni. C. de vsucapi. pro empto. in. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommis. ꝛ in. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. ꝛ in alijs multis locis. Et quod de expresso cōsensu domini possit quis de re alterius in testamento disponere, voluerūt Bal. Salice. ꝛ moder. in. l. cum alienam. C. de lega. Ideo autem dixi de expresso consensu, q̄r forte sola presentia, ꝛ taciturnitas dicti nobilis Petri donatarij, si eum esse presentem in testamento ipsius nobilis Joannis, ꝛ tacere cōtingeret, non sufficeret ad validitatem dispositionis quam faceret idem nobilis Joannes, de castro. ꝛ alijs bonis donatis, vt voluit Bal. in. c. j. de probi. feu. aliena. per lotha. quē sequitur Alex. de Imo. consi. xx. exordiente, Ponderatis his que in themate narrantur ꝛc. col. vj. in tertio vol.

15 † Ad quintum dico ꝛ respōdeo ꝙ, cum ille iurate extiterint, ille valuerunt ꝛ valent: pro quo allegasse sufficiat qḋ post Huber. de bōhi. voluit Jo. an. in addi. Specula. titu. de testa. §. j. ver. pone filius fecit pactū finem ꝛ reputationem ꝛc. ibi, consuluit tamen ꝙ filius vel filia iuret. facit ad premissa. c. quamuis pactū, ꝛ quod ibi doc. de pac. in. vj. Preterea cū (vt superius dixi) donatio inter viuos facta per patrem filio in ipsius patria potestate existenti firmetur iuramēto, multofortiꝰ firmari debet donatio inter viuos per filiū facta patri, pro eo q̄r est minor resistentia in primo enim casu obstat personarum idētitas, ꝛ q̄r etiam profectitia queruntur patri per filium, non ipsi filio sed in secundo casu non obstat nisi personarum identitas, vel ꝙ de iure mihi non videtur posse cōtrahi obligatio ciuilis inter patrem ꝛ filium in ipsius potestate existentem. Et q̄r iste articulꝰ nō vr̄ mihi habere dubiū, eo maxime q̄r iuramentū, ꝙ sine dispendio salutis eterne seruari potest regulariter seruandum est, ꝛ cōtractū firmat, ego super eo vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Qui rite ius dominij impetrauit in pignore, non dȝ per aliuȝ deturbari, qui super illo pactum legis cōmissorie inierat, aut post impetrationem pignus aliter emerat. V. F.

1 ¶ Pactum de pignore dando in solutum an preiudicet creditori possidenti.

2 Pactum legis commissorie est reprobatum in pignoribus, ꝛ cur sit reprobatum, fallit in duobus casibus.

3 Intententionem fundans ex exceptione, que est contra regulam iuris communis, debet exceptionem probare.

4 Negatiuam tenetur probare fundans se super illā tanquam fundamentum sue intentionis.

5 Ad dominij translationem venditio rei non sufficit sine traditione.

6 Qualitates precedentis ꝛ principalis dispositionis quando intelligantur repetite in dispositione accessoria, ꝛ an habeat verum in tempore adiecto.

7 Res vendita in causa iudicati an possit per debitorem euinci.

8 Factum iudicis reputatur factum partis.

9 Constitutio precarij nihil operatur sine possessione cōstituentis.

10 Heres possessionem rerum hereditariarum an acquirat nisi illaȝ apprehendat, ꝛ an habeat verum in suis.

Possessio defuncti non transit ad heredem.

¶ De iure dominij impetr. Consi. cccxlvij.



Duabus pretensis venditiōibus sibi, vt asserit, factis innititur Ysnardus pradeli, alias boysserie, vna vcȝ ꝛ conditionali per Thomaz lisle. Anno incarnationis dominice. M. cccclxxxi. ꝛ die quinta mensis Maij alia vero per Bonifaciū ꝛ ꝛ Antoniam lisle coniuges, Anno incarnationis dominice. M. cccclxxxij. ꝛ de mense Januarij: ȝ neutra harū suffragatur eide Ysnardo pradeli, nec refragatur aut nocet honorabili Petro coste, quominus debuerit ꝛ debeat idē Petrꝰ ab impetitis parte dicti Pradeli cū expēsarū reportatiōe relaxari ꝛ absolui. Et primo quidē nō prima. q̄r, vt apparet ex actis cause huius, ꝛ signāter ex pretēso illiꝰ instrumento, producto ꝛ inserto fo. 191. hm̄ōi pretensa vēditio cōtinuit

1 ꝛ cōtinet pactum. l. cōmissorie. † Cōfessus enim fuit ꝛ recognouit idē Thomas se debere dicto Pradeli summā. xxx. florenoꝝ monete currētis ex cā pretēsi viri ꝛ legitimi mutui, ꝛ illos cōuenit ꝛ promisit sub obligatione expressa oīm ꝛ singulorū bonorū suoruȝ dare, soluere, ꝛ realiter expedire eidē Pradeli illinc ad tres annos tūc ꝓxime futuros ꝛ dicta die quinta mēsis Maij incipiendos, ꝛ subiūxit ꝙ nisi infra tēpus hm̄ōi candē summā dicto Pradeli soluisset, ipse Thomas extūc vendebat ipsi Pradeli domū in actis cause huiꝰ latius mētionatā, ꝛ de qua in presentiarū contēditur per ꝛ inter dictū Pradeli actorē quoad hunc Petrū coste, ꝛ ipsum Petrum reum, per que euidēter apparet dictā pretēsam venditionem fuisse factam sub pacto legis cōmissorie aut eidem simili, vt clare colligitur ex his que not. Bar. in. l. calipodiꝰ als incipit, Quis. ff. de solu. ꝛ in. l. creditores. la. ij. col. iiij. C. de pigno. doc. in. l. j. ꝛ fi. C. de pac. pigno. ꝛ canoniste in. c. significāte, de

2 pigno. † Huiusmodi autē pactū ab initio interpositū, vt in casu reprobatū est a iure. d. l. j. ꝛ fi. ꝛ quod ibi gl. ꝛ doc. C. de pac. pigno. no. Barto. in allegata. l. calipodius. ꝛ. l. creditores. ꝛ cano. in. d. c. significāte. Nec opponat aliquis premissa nō obstare, pro eo quia in hoc casu nō fuit dicta domus vendita pretio dictorū triginta florenorū, quod tūc idē Thomas ꝯfessus fuit ꝛ recognouit se debere, sed pretio sexaginta florenoꝝ, ꝛ sic ꝓtio ampliore: sed istud nō obstat. Qm̄ licet dicta pretensa vēditio facta nō extitit pretio deberi recognito per eam tamē ledi poterat ꝛ grauari, quinimo de facto grauabatur idem Thomas lisle, cum paulopost eadē domus per probos ꝛ iuratos appretiata extiterit ad centum ꝛ decē florenos, ꝛ hoc cum onere annue pensionis quatuor florenorū auri ꝛ quinq̄ solidorū cēsualiū. Ipse etiam Pradeli pretēdit se domum huiusmodi paulopost a dictis Joāne le camus ꝛ Antonia lisle cōparasse ꝛ emisse pretio cētum ꝛ decē florenorū in ca igitur sibi locum vendicabat ꝛ vendicat ratio, propter quam reprobatū est pactuȝ legis commissorie, eo casu quo vel venditur vel datur in solutum aut vendi seu dari in solutū promittitur res obligata pro eo pretio pro quo obligabatur. que est ne debitores, qui pro recipienda pecunia omne pactum celebrarēt ꝛ inirent, grauia incurrent dispendia, ꝛ bonis suis priuētur pretijs minus iustis vt post Petrū voluit Cy. in dicta. l. fina. ꝛ cano. in dicto. c. significāte. vel vt voluit Goffre. in dicta. l. fin. ratio fuit quia si pactum legis commissorie valeret creditores nunq̄ sine eo pecuniam mutuarēt sub pignore. Quemadmodum ergo reprobatum dicitur pactum predictum, quando per illud venditur aut datur in solutum aut vendi seu dari in solutum promittitur pro eo pretio pro quo obligabatur, ita reprobatum censeri debet etiam si pro maiore pretio vēdatur aut detur in solutum, seu vendi aut dari in solutum promittatur. l. illud cum suis simili. ff. ad legem aquil. Preterea si tale pactuȝ valeret esset via aperta creditoribus per quā cum detrimento debitorum possent illudere iura reprobantia pactum legis cōmissorie in pignoribus, adijciēdo videlicet aliquid

vltra

vltra summā numeratā quod nō est permittēdū, quinimo mali-
tijs hominum obuiandum est.l.in fundo.cum suis simil.ff.de rei
vendi. Adijcio q pactū legis cōmissorie: ⁊ sibi simile, ab initio in
pignoribus inter debitorem ⁊ creditorem interpositum est regu
lariter in pignoribus reprobatū.d.l.j.⁊ fi.C.de pact.pigno.a qua
regula non excipiuntur nisi duo casus, vt colligitur ex no.p Bar.
in.d.l.calipodius.⁊.d.l.creditores.col.iiij.C.de pigno.⁊ alios in
l.j.⁊.l.fi.⁊.c.significante.superius alleg.quorum primus est qñ vē-
deretur aut daretur insolutum, seu vendi aut insolutum dari pro
mitteretur pretio iusto, tunc enim valeret pactum.l.si fundus.§.
fina.ff.de pigno.iustum autem pretium estimabit bonus vir, idest
iudex.l.fin.circa fi.C.de in.do.impe.nisi forte esset prouisum per
contrahētes de futuris estimatoribus seu arbitratoribus qd fie
ri posset, vt voluit Barto.in dicta.l.fi.C.de pact.pigno.quod hic
factum non fuit. Nisi forte quis dicere voluerit q imo factū exti
terit cum adueniente casu de quo supra, fuerit domus vēdita pre
tio dictorū sexaginta florenorum vel estima proborū. Sed istud
non obstat. Tum quia id quod de estima seu estimatione dicitur,
scriptū nō reperitur, vt audio in scheda seu protocollo dicti pre-
tensi instrumenti, cui potius credi debet per id quod not. Bar.in
l.sempronius proculo.ff.de lega.ij.⁊.l.si librarius.ff.de regu.iur.
Alex.de imo.⁊ doct.in.l.si quis ex argentarijs.§.pretor ait.ff.de
eden. Tum ⁊ qr huiusmodi pretensa estimatio collata est in homi
nes incertos.⁊ sic non valuit.l.si merces.in princip.ff.de loca.no.
glo.in.l.in vendentis.C.de contrahen.empt.⁊ vendi.⁊ Sali.in.l.
fina.C.eo titu. Tum ⁊ quia vbi premissa cessarēt que non cessant,
nō posse tamen dicta pretēsa vēditio dici perfecta nisi facta esti
matione.l.fi.C.de contrahen.emp.⁊ vend.⁊.l.si quis arbitratu.ff.
de verbo.obliga. Secundus casus est quando res fuisset simplici
ter vēdita vel promissio simpliciter facta de vēdēdo eo casu quo
pecunia infra terminū nō solueretur, tunc enim etiam valeret pa
ctum: quia intelligitur rem esse venditam, aut factam promissio-
nem de illam vendēdo pretio iusto, dicta.l.si fundus.in fi.qd etiā
voluerūt doc.in iuribus superius allegatis. Regula ergo repro
batiua pacti legis cōmissorie in pignoribus in alijs casib⁹ firma
manet, qr exceptio firmat regulā in casibus non exceptis.l.que-
situm.§.denique.ff.de fundo instruc.⁊ auth.de nō alie.aut permu.
3 colla.ij. † Ad quod facit q fundans eius intētionem ex exceptio
ne, que est contra regulam iuris communis vel cōtra aliā regulā
debet probare illam exceptionem.vt no. Jo.de imol.in.l.post do-
tē.ff.solu.matri.pro quo allegat gl.in clemen.fi.super verbo, crea
tum, de rescrip.⁊ Alexan.de imo.in.l.non solum.§.sciendum.col.
j.ff.de no.ope.nuntia.

Preterea, vt plene apparet ex
actis cause huius prefat⁹ Pradeli post ea discessit a dicta pretē
sa venditione, pro eo quia saniore cōsilio ductus nō domum tanq
venditam, sed dictam summam triginta florenorū sibi dari ⁊ sol
ui petijt in causa generalis discussionis bonorum prefati quōdā
Thome, ⁊ ad eam soluēdam sibi cōdemnari obtinuit prefatam
Antoniam heredē eiusdem Thome, seu curatorem bonis datū
⁊ se pro summa huiusmodi collocari in duodecimo creditorum
gradu, quod facere potuit cū res integra existeret, per ea que no.
doctores in.l.ab emptione.ff.de pact. Ipse etiā hoc facere voluis
se censendus est cum exigere ⁊ recuperare voluerit eam summā,
quam dari seu dimitti voluerat in diminutionē dicti pretensi pre
tij sexaginta florenorū. Insuper dicta pretensa prima vēditio nō
fuit pura, sed conditionalis, sub ea videlicet conditione cōtracta
si dicti triginta flore.nō soluerētur infra trieniū dicto Ysnardo
Pradeli: ⁊ quia dispositio conditionalis per euentum conditio-
nis vires assumit, illa probari debet.l.cedere diem.ff.de verborū
significa.l.pecuniam.ff.si certum petatur.⁊.l.qui heredi.§.fina.
⁊ in multis alijs iuribus eiusdem tituli.ff.de conditionibus ⁊ de-
monstrationibus.⁊ propter ea probari debet, ⁊ quidē per ipsum
4 Pradeli licet verbis negatiuis concepta extiterit: † quia se fun
dās super negatiua tenetur eam probare tanq id quod est funda
mentum sue intentionis, vt voluit Barto.in.l.hoc iure, quam le-
git cum.l.in illa stipulatione.ff.de verborum obligationi.⁊ idem
voluit ibi Alexand.de imol.multos text.et doctores plurimos
ad hoc inducens, quos nō refero causa breuitatis sed cōditio pre
dicta probata non extitit, ergo ⁊c. Preterea supposito (citra pre
iudiciū veritatis) quod premissa cessassent ⁊ cessarent, ⁊ quod di-
cta pretēsa venditio valuisset ⁊ valeret, quodque cōditio sub qua
facta extitit probata appareret, non tamen potuisset, nec posset
dictus Ysnardus pradeli in vim venditionis huiusmodi agere
vel experiri cōtra prefatū Coste, seu etiam cōtra magistrum Gu
lielmum pietre in aliquo eius autorem: ⁊ quidem non actione ex
empto, quia isti non sunt venditores, nec heredes venditoris cō
tra quos duntaxat datur actio ex empto, non contra particularē
rei successorem.l.j.§.si heres, cum suis simili.ff.ad treb.nō etiam
5 actione rei vendicationis, † quia ad translationem dominij non
sufficit rem fuisse venditam, sed opus est traditione illius, ⁊ alijs
quibusdam.l.traditionibus.C.de pac.⁊.l.cum res.cum suis simi
li.C.de probationi. Et idē dico de publiciana. Pro quo allegasse
sufficiat not.per glo. Joan.fa. Ange.are.⁊ doctores in.§.sed iste,
insti.de actio.que tamen probata non fuerunt, quinimo nec suffi-
ciēter, aut vt alias fieri oportuit proposita ⁊ deducta. Nec oppo-
nat aliquis, quod imo in casu de quo supra interuenerit traditio,
6 scilicet per constitutionem precarij. † Quoniam respondeo quod
cum constitutio precarij accesserit dicte asserte vēditioni, illa de-
buit ⁊ debet regulari secundum naturam dicte pretense vēditio-
nis, et sic quemadmodum ipsa venditio collata est post lapsum
triennium a tempore facte confessionis et recognitionis mutui,
ita etiam censeri debuit ⁊ debet precarium huiusmodi fuisse col-
latum post lapsum triennium, per id quod not. Bartolus in.l.ex
testamento.C.de fideicommis.⁊ in.c.j.de feu.da.in vim leg.com-
misso.quod etiam voluit Alexander de Jmo.cōsilio.lxxxi.exor-
diente, Perspectis his que in themate ⁊c.in secundo volumine:
p quo facit theorica Bar.in.l.si ita stipulatus.§. Chrisogonus,
col.iij.ff.de verborum obligationibus: quā commemorat Franc.
de are.in.l.si diuortio.colū.iij.⁊ dicta.l.hoc iure.col.iij.ff.de ver-
borum obligationibus: dicit enim Bart.quod vbi sequens et ac-
cessoria dispositio tendit ad vnum ⁊ eundem effectum cum prin-
cipali, tunc qualitates precedentis et principalis dispositionis
intelliguntur repetite in dispositione accessoria.l.si vt proponi-
tur.ff.de fideiusso.⁊.l.fina.§.fina.ff.de verborū obligationibus.
⁊ vt dicit Fran.de are.in dicta.l.hoc iure.colum.iij.illam esse re-
gulam, q tempus adiectū in dispositione principali videtur re-
petitum in dispositione accessoria, que tendit circa idē. Pro quo
allegat dictā.l.si vt proponitur, ⁊.l.id quod, in principio.ff.de cō
stitu.pecu.⁊ quod not. Bart.in dicto.§. Chrisogonus. Cum igi-
tur effectus dicte pretense venditionis, imo ipsa venditio colla-
ta extiterit post triennium, ergo et dicta asserta precarij cōstitu-
tio, vtpote eidem accedens: facit regula accessorium.de regu.iu.
in.vj. Quo fit vt cum pendēte hoc triennio dictus quondā Tho
mas lisie ab humanis decesserit, vt apparet tam ex responsione,
quam fecisse leguntur officiarij curie Pisentiani, Anno domini
millesimo.cccclxxxij.⁊ die quarta mensis Nouembris, inserta fo.
96.quam ex actis aditionis hereditatis eiusdem quōdam Tho-
me, facte per dictam Antoniam Anno incarnationis dominice
Millesimo.cccclxxxij.⁊ die.xv.mensis Februarij, ⁊ ex actis ge-
neralis discussionis bonorum prefati quōdam Thome, insertis
fol.175.dictum pretensum precarium, vtpote collatum in tēpus
quo idem quondam Thomas tenere ⁊ possidere desierat domū
de qua supra.l.qui vniuersas.§.quod per colonum.ff.de acquirē.
possessio.l.j.§.sceuola.ff.si quis testa.liber esse iu.fue.qd etiam vo
luit Alexand.de Jmol.in dicto consilio.lxxxj.⁊ se.nihil operatum
extiterit, per id quod not.glo. Ange. Joan.de Jmol.⁊ doctores
in.l.quamuis.§.si conductor.ff.de acquiren.possessio.⁊ Angelus
in.l.minus instructus.C.eodem titu.⁊ consilio.clxxx.exordiente,
Jn questione vertente inter Antonium luce.⁊c.

Etiam nec eidem Pradeli suf-
fragatur dicta pretēsa secunda venditio, nec nocet, aut refragat
prefato Petro coste, quominus debuerit ⁊ debeat ab impetitis
parte dicti Pradeli relaxari, ⁊ cum expēsarum reportatione ab-
solui. Quoniam vt apparet ex actis cause huius, domus predicta fuit
cepta de pignore ad instantiam prefati Petri coste, ⁊ deinde de-
bite incantata, ac ipsi Petro coste vt ⁊ tanq plus ⁊ vltimo offe-
rēti liberata, ⁊ postea idem Petrus missus ⁊ inductus in posses-
sionem realem, actualem, ⁊ corporalem dicte domus prius et an-
teq facta extiterit dicta pretēsa secūda vēditio. Jlla enim facta
est.si facta appareat, Anno incarnationis dominice Millesimo
cccclxxxij.⁊ die.xxix.mensis Januarij, vt apparet instrumento
dicte pretense vēditionis parte dicti Pradeli in hac causa pro-
ducto, ⁊ inserto fol.40.dicta vero in possessionem missio, que se-
quuta est dictas alias exequutiones, facta est Anno incarnatio-
nis dominice Millesimo.cccclxxxij.⁊ die.xvj.mēsis Decembris:
7 † vnde cum per liberationē, et missionem in possessionem censeri
debuerit ⁊ debeat prefatus Petrus coste, perinde acquisijsse do
minium dicte domus, acsi illa fuisset eidem Petro vendita ⁊ tra
dita per dictum quondam Thomam debitorem.l.si ob causam.
C.de euic.non debuerunt, nec postea de iure potuerūt dicti Joā-
nes le camus, ⁊ Antonia lisie eius vxor domum predictam ven-
dere dicto Ysnardo Pradeli, saltē quatenus venditio huiusmo-
di concernebat et concernit preiudicium prefati Petri coste, co
maxime quia autoritate iudicis fuerat venditio inhibita. Et ad
confirmationem iuris eiusdē Petri coste faciunt cessiones ⁊ re-
missiones eidem facte, primo quidem per honestam mulierem
Francesiam faysane relictam prefati quondam Thome, ⁊ Joā-

nem le camus, eius secundū virū, de quinquaginta florenis eidē Fracesie debitis de, ꝛ pro triginta florenis olim datis et solutis dicto Thome in diminutionem dotis eiusdē Francesie, ꝛ pro viginti ipsi Fracesie donatis tempore contracti matrimonij per, ꝛ inter eosdem Thomam ꝛ Francesiam, prout de cōtractu matrimonij huiusmodi, ꝛ donatione dictorum viginti florenorum constat et apparet instrumento sumpto Anno domini Millesimo cccclxxix. ꝛ die sexto mensis Nouembris, inserto fo. 62. de solutione vero dictorum triginta florenorum apparet instrumēto sumpto anno domini Millesimo. cccclxxx. ꝛ die vltima mēsis Maij, inserto fo. 70. de datione autem in solutum dictorū quinquaginta florenorum facta per eosdem Frācesiam ꝛ le Camus apparet instrumento producto, ꝛ inserto fol. 99. Etiam pro confirmatione iuris eiusdē Petri coste facit remissio, quā fecisse legitur prefatus magister Gulielmus pietre, de iuribus eidem competentibus in ꝛ super dicta domo, pretextu et ad causam executionū super eadem factarū pro triginta tribus florenis, quinqꝫ grossis, ꝛ vno quarto, ꝛ in executione pro eo late in causa generalis discussionis bonorū prefati quondam Thome facta, ꝛ pro quibus fuit in primo creditorū gradu collocatus. Etiam pro confirmatione iuris eiusdē Petri coste faciunt liberationes sibi facte de dicta domo, non solū cum illa inquantaretur ad ipsius instantiam pro arreragijs annue pensionis trium sextariorum frumenti sibi vēdite per dictos Thomam ꝛ Francesiam coniuges, anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxxxij. ꝛ die. xxix. mēsis Martij. constante instrumento in causa producto, et inserto fol. 81. ab vna parte: ꝛ pro octo florenis, ꝛ duobus grossis eidē Coste debitis tam ex causa mutui, ꝙ alias, cōstante instrumēto sumpto ꝛ recepto anno domini Millesimo. cccclxxx. et die. xx. mensis Aprilis, inserto fol. 314. sed etiam cum inquantaretur ad instantiam prefatorum Joānis le Camus ꝛ Francesie coniugū, ꝛ cuiusdam Christophori viviani, qui omnes fuerūt collocati in dicta generali discussione ante dictū Pradeli, vt etiā apparet ex actis cause huius: ꝛ post inquantus ꝛ liberationes huiusmodi fuit idē Petrus Coste in possessione dicte domus immissus ꝛ inductus.

Quibus non obstat, quod fortasse inquātus ꝛ liberatio huiusmodi, facti videlicet in executionem sententiarū latarum in dicta generali discussione, pro prefatis Joanne le camus ꝛ Francesia coniugibus, magistro Gulielmo pietre, Christophoro viviani, ꝛ dicto Petro coste, quo ad dictos octo florenos ꝛ duos grossos, secuti extiterint dictā pretensam secundā venditionē. Quoniā respondeo, ꝙ licet huiusmodi pretensa vēditio precesserit dicti tū inquātus, liberatio, ꝛ in possessionem missio, ac etiam remissio iurū facta per dictū Gulielmum pietre, que facta fuit anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxxxviij. ꝛ die. xvi. mensis Januarij, vt constat actis insertis, fol. 137. precesserūt traditionē factā dicto Pradeli: quinimo vt aptius loquar, lꝫ de dicta pretensa venditione appareat, tū nō apparet de aliqua traditione dicte dom⁹ facta dicto Pra-
8 deli. † Debet igitur quo ad dominiū illius censeri potior prefatus Petrus coste. l. quoties, ꝛ quod ibi doctores. C. de rei vendi. iūcta dicta. l. si ob causam. C. de euictio. per quam factum iudicis probatur ꝛ reputatur factū partis. Nec opponat aduersarius ꝙ imo per constitutionem precarij factam tempore dicte pretense secunde venditionis, ꝛ de qua apparet in instrumento venditio-
9 nis huiusmodi, facta fuerit traditio. † Quoniam dico ꝛ respōdeo ꝙ constitutio precarij nihil operatur, nisi cōstituens tempore facte cōstitutionis huiusmodi teneat ꝛ possideat rem, quam se constituit tenere ꝛ possidere precario nomine alterius, per id qd no. gl. in. d. l. quanuis. §. si conductor. ꝛ quod ibi Ange. Jo. de Jmol. ꝛ doctores. ff. de acquiren. posses. et idem Angel. in dicto consilio clxxx. ꝛ in allegata. l. minus instructus. C. de acquiren. posses. vbi etiam dicit idem Ange. ꝛ post eum Jo. de Jmol. in dicto. §. si cōductor, quod cautus esse debet ille, qui allegat per constitutū, vel constitutionē precarij sibi traditam possessionem, quod articulet, ꝛ quod probet de possessione constituentis tempore constitutionis huiusmodi, alias esset cōstitutio inanis: nō autem probatum est, quinimo nec deductum, quod tempore facte dicte pretēse venditionis prefati venditores aut eorum alter domum predictā possiderent. Cui nō obstat, quod prefata Antonia, altera ex venditoribus, fuerit ꝛ sit herēs prefati quōdā Thome eius fra-
10 tris. † Quoniam respondeo, quod propterea non probatur tunc possedisse dictam domum, quia heres non acquirit possessionem rerum hereditariarum, nisi illā apprehendat, qꝛ possessio defuncti nō transit in heredem. l. cum heredes. in principio, ver. possessio tamen ꝛc. ff. de acqui. posses. quod procedit non solū in extraneis heredibus, cuiusmodi fuit ꝛ est prefata Antonia: sed etiam in suis, secundū cōmunem opinionem, quam posuit ꝛ tenuit glo. in. l. cum miles. in prin. ff. qui. ex cau. maio. ꝛ in dicta. l. cum heredes. in principio, in secunda solu. ff. de acquiren. posses. ꝛ has glo. sequuntur Bar. ꝛ alij communiter in dicta. l. cum heredes. ꝛ in. l. in suis. ff. de libe. ꝛ posthu. Albe. in. l. fi. col. vij. C. edic. diui adria. tol. vbi etiam Bal. in princi. ꝛ idem voluit in. l. j. in fi. C. de appellatio. aut. defuncto. C. ad tertul. in. c. j. de controuer. inter mascu. ꝛ femi. de benefi. ꝛ in auth. ingressi. col. iij. C. de sacrosan. eccle. vbi ponit rationem per text. in dicta. l. cum heredes. ꝛ in dicta. l. j. §. Sceuola. ff. si quis testa. li. que iura loquuntur indistincte in quolibet herede. ¶ Adijcio predictis, ꝙ oppositio predicta facta de processu dicte pretense secūde venditionis etiam alia ratione nō obstat dicto Gulielmo pietre, ꝛ cōsequenter nec huic Petro coste ab illo causam habenti: quoniā (vt apparet ex actis cause huius) cum post pignorationem ꝛ inquantus factos ad instantiam dicti magistri Gulielmi, ꝛ in executionem sentētie pro eo late in causa generalis discussionis, idem magister Gulielmus peteret se mitti in possessionem realē ꝛc. dicte domus, dictus Ysnardus pradeli se opposuit.

¶ Argumentum.

¶ Judicium vbi ceptum est ibi finem accipere debet. A. F.

1 ☞ Judicium vbi ceptum est an debeat ibi finē accipere, ꝛ qñ.
2 Cautela qua actori tollitur occasio adeundi alias curias, qui semel causam coram vno iudice inchoauit.

¶ De iudicijs. Consil. cccxlviij.



Postꝙ honorabilis vir magister Ludouicus Dalmatij processum inchoauit corā nobili ꝛ honorabili viro dño Baiulo Curtedonis, contra et aduersus honorabilem virum Laurentium autrani dicti loci Curtedonis, ꝛ in quo processum est ad captionē de pignore ꝛ certos inquantus factos de domo in pignoratione ꝛ inquātibus huiusmodi latius mentionata, ꝛ insuper ad productionem legitimarū exceptionum parte eiusdē Autrani in causa productarum, non debet nec de iure potest idem magister Ludouicus eundē Autrani vexare per aliam curiam, sed debuit ꝛ debet in petitiōe per
1 eum facta, ꝛ coram dicto domino Baiulo insistere, † qꝛ vbi ceptū est iudicium ibi debet finem accipere, nec potest idē magister Ludouicus instantie iam cepte de iure renūtiare, nisi forte vellet renuntiare instātie, actioni, ꝛ cause. Pro quo allegasse sufficiat qd habetur in auth. de litigiosis. §. omnem. colla. viij. ꝛ authē. qui semel. C. quomodo ꝛ quando index. ꝛ quod not. doc. in. l. postꝙ liti. C. de pact. ꝛ Ange. are. in. §. si minus. versic. quūꝫ enim actor vult
2 in totum desistere ꝛc. instit. de actio. † propter quod mihi videtur bonum esse ꝙ ad instantiam prefati Laurentij, ꝛ de mandato dicti domini Baiuli citetur, aut citari requiratur idem magister Dalmatij visurus purgari contamaciam, si que cōmissa extiterit per dictum Laurentium, ꝛ nihilominus processurus in causa oppositionis gradatim ꝛ successiue ad oēs ꝛ singulos actus vsqꝫ ad sententiā diffinitiuā, ꝛ eidem Dalmatij inhiberi ne pendente causa oppositionis, ꝛ in illius preiudicium eundē Laurentiū vexet, fatiget, aut molestet per aliā curiā vel curias, ꝛ hoc sub magnis ꝛ formidabilibus penis, ꝛ laudo ꝙ coram dicto do. Baiulo idē Laurentius se offerat ꝛ presentet incōtinenti probaturū exceptiones, ꝛ articulos exceptionales corā eo productos, ꝛ de ista oblatione fiat mentio expressa in literis requisitorijs, citatorijs, ꝛ inhibitorijs superius mentionatis, ꝛ ꝙ copia articulorū predictorū tabellionata annexetur, ꝛ allegetur dictis literis ad eos fines, vt facilius haberi possit prouisio a magnifico Delphinali parlamēto, si fortasse postea oportuerit ad illud recurrere. Etiā consulerē si sciri posset ad quā summā ascendant expense contumaciales, ꝙ illa summa sub presentia testium ꝛ notarii eidē magistro Dalmatij realiter offerretur, vt sic sibi tollatur occasio adeundi aliam vel alias curias. Que dixerim sub correctione ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Testamentum facere non dicitur qui per instātis mortis angustias loqui nō potest articulate: qui tamē pro illius modi testamēto agit, ꝛ succūbit, ab expēsis excusatur, fraude cessante. A. F.

1 ☞ Articulate loqui nequiēs, ꝛ morti proximus, testari an possit.
2 Laborans in extremis nec viuit, nec mortuus est, presumiturꝙ animi consilium non habere.
3 Memoria mutilata totus languet intellectus, ꝛ deficit deficiente corpore.

Articulate

3 Articulate loqui quid sit.
4 Testamentum infirmi interrogati per non notarium qui dispo
sitionem testamentariam scripserat, an talem faciat heredē cui
dixit ita, ⁊ an valeat.
5 Tabellionis fides omnem falsitatis suspitionem tollit.
6 Ultime voluntates falsitatis materiam abhorrent.
7 Fideicommissum relinqui nutu an possit.
8 Opinio alicuius doctoris vltimo loco recitata an videatur ap-
probata.
9 Succumbens in causa habens, in conflictu opinionem doctorē
famosum tenentem partem, pro qua litigabat, an habebat iustā
causam litigandi, que ab expēsis excusare debet, ⁊ an istud limite
tur. nume. seq.
10 Doctor habet potestatem interpretandi iura, ⁊ illius autoritas
est probabilis.

¶ Qui testa. fa. pos. Consi. cccxlix.



1 Testamentū,† quod cō-
didisse dicitur Antonius rebuffati, non videtur
valuisse. duabus de causis. Prima qꝛ eo tēpore
quo illud cōdidisse pretenditur, ipse Antonius
erat graui infirmitate oppressus, ita vt propter
huiuscemodi grauem oppressionem articulate loqui non posset
⁊ qui statim post vita functus est, ⁊ ab humanis decessit nō ergo
potuit testari qꝛ qui propter oppressionē infirmitatis loqui non
potest articulate, est similis mortuo. l. iubemus. col. j. ibi, quoniā
scribere nec articulate loqui potest mortuo similis est. C. de testa.
⁊ de tali dicit Pet. ⁊ post eum Cy. ⁊ communiter omnes doct. in
d. l. iubemus, ꝙ testari non potest. Et idem voluit Alex. de imo.
consi. mihi. xij. exordiente, Uisis instrumentis ⁊c. col. iiij. in. j. vol.
⁊ consi. xxxiij. exordiente, Ponderatis verbis vltimi testamēti
⁊c. in tertio volu. Pau. de cast. consil. ccclxvj. exordiente, Uiso pū
cto ⁊c. Roma. consi. cccvj. exordiente, Proposita consultatio hoc
solum querit, col. ij. versi. tertio qꝛ presupponitur ꝙ iste Joānes
⁊c. ad quod facit quod voluit Bal. in. l. cum non solum. in vltima
col. principij, ver. quero an pater possit adire ⁊c. C. de bo. que lib.
2 † Dicit enim qđ qui in extremis laborat, nec omnino viuit, nec
omnino mortuus est, sed viuens moritur: vt no. gl. in. l. qui duos.
ff. de manumis. testa. dicit etiā quod memoria mutilata totus lan
guet intellectus. l. hac consultissima. §. ac cum humana. C. qui te-
sta. fa. pos. ⁊ ꝙ lingua ingrossatur, ⁊ articulate loqui non potest,
dicta. l. iubemus. ⁊ subijcit quod omnis sic laborans presumitur
animi consilium non habere: qꝛ penitus deficiente corpore deficit
intellectus, nam intellectus sine corpore nihil agit: pro quo alle-
gat Bal. Aristotelem in primo de anima: de tali etiā dicit Pet.
⁊ post eum alij in. d. l. iubemus. quod si ab eo quereretur, interfe-
cisti hominem, diceret ꝙ sic: quia cū sit extra memoriā nescit quid
3 loquatur. † Et quod dixi ꝙ articulate loqui non poterat, intelli-
go ꝙ loqui non poterat, intelligibiliter, hoc est quod non intelli-
gebatur, vel nō exaudiebatur a testibus: ita enim exponit hoc ver
bum articulate D. doffre. ⁊ docto. communiter in. d. l. iubemus. ⁊
Alexan. de imo. in dicto consi. xxxiij. in tertio vol. propter quod
⁊ vt veritas habeatur esset, bonum quod egregius vir dominus
iudex cause huius quereret a domino commissario, qui in hac se
cunda instantia testes examinauit super articulis exordiētibus.
Ut autem ⁊c. parte dictarū Joannete ⁊ Antonie in secunda in-
stantia productis, ⁊ in sertis fol. 23. quomodo intelligat illa ver-
ba, nec loquebatur distincte, quibus vsus est in scribendo deposi-
tiones testium huiusmodi super octauo articulo examinatorum
vbi tamen egregius vir dominus aduocatus harum mulierum
perite articulauerat qđ dictus quondā Antonius articulate lo-
qui nō poterat, nō ꝙ nō poterat loqui distincte: vel etiam esset bo
nū ꝙ idē do. iudex ex suo officio testes recēseret, quod facere po-
test, per id quod habetur in. c. cum clamor, de testi. etiam quia te-
stes super vndecimo articulo deposuerunt ꝙ dictus Antonius
ab humanis decesserit paulo post dictū pretēsum testamētū esset
bonū clarificare hoc paulopost ꝑ tēpus magis expressuz vt ver-
bigratia per mediā horā, per horā, ⁊ alias prout cōtigit vt sic ple
nius intelligeretur istud paulopost, quia mors statim sequuta fa
cit presumi ꝙ tunc valde grauabatur propter infirmitatē vt di-
cit Pau. de cast. in dicto consilio. ccclxvj.

Secunda ratione nō videtur
valuisse dictum pretensum testamentum, pro eo videlicet quia
priusꝙ intelligeretur, vel sciretur volūtas eiusdem quōdam An
tonij quidam dominus Roletus, ac parentes, seu cognati, et vi-
cini eiusdē Antonij in absentia ipsius ⁊ extra domū in qua infir
mabatur, deliberarūt ⁊ cōcluserūt de modo testandi: ⁊ factis de-
liberatione ⁊ cōclusione huiusmodi idez do. Roletus iuxta illas
in absentia ipsius Antonij, ⁊ extra domū, aut saltem in ostio do-
mus scripsit totaz pretensam testamentariā dispositionem eius-
dem Antonij, ⁊ deinde ipse dominus Roletus et alij predicti cū
scriptura huiuscemodi pretense testamentarie dispositionis ac-
cesserunt ad eundem Antonium graui infirmitate oppressum, ⁊
in extremis laborantem, ⁊ eum interrogauerunt organo prefati
domini Roleti, ⁊ puto de singulis, an videlicet sepulturam suo
corpori in tali loco eligeret, ⁊ an legaret huic talem summam, ⁊ il
li aliam, et sic de alijs. Et inter hec an Alisiam suam heredē vni-
uersalem institueret, qui ad singula respondisse dicitur, ohe sei-
4 gneur, ⁊ non aliud. † Testamentum enim sic factum non videtur
valuisse, eo saltem quia idem do. Roletus non erat notarius per
ipsum Antoniū vocatus, vt illius testamentū conscriberet. Pro
quo induco quod voluit Bal. in. d. l. iubemus. col. ij. versi. in glo.
no. regulā in fi. C. de testa. qui hoc aperte dicit, Quis secus esse di-
5 cat quādo interrogatio fieret a tabellione inde rogato, † quia fi-
des tabellionis aufert omnē suspitionē falsitatis. Si enim eidez
committatur tota substātia viritatis, ei ergo stādum est, arg. l. si
quādo. C. de testi. hoc autem non erat in dicto domi. Roleto, vel
alijs, qui pro testamento scribendo conuocati nō fuerant, nec eis
aut eorum alteri fuerat aliquid commissum per dictū Antoniū:
⁊ idem quod Bal. voluit Pau. de cast. in dicta. l. hac consultissi-
ma. §. ac cuz humana. C. qui testa. face. pos. ⁊ in dicto cōsi. ccclxvj.
vbi etiam allegat Bald. in dicta. l. iubemus. ⁊ subijcit ꝙ plus alij
dicunt esse necesse ꝙ precesserit scriptura facta per manū notarij
de tali institutione facienda de volūtate testatoris, ⁊ quod postea
interrogatio sit sequuta, vt fit cōmuniter, et ita loquitur dicta. l.
hac consultissima. §. ac cum humana. Sed quando interrogatio
fuit facta non a notario, sed ab alijs, ⁊ non apparet quod precesse
rit voluntas testatoris de tali, vel talibus instituendis heredibꝰ
non habentur illi pro institutis, alias daretur materia falsum fa
6 bricandi, † que potissime fugienda est in vltimis voluntatibus.
l. fina. C. de fideicommis. ⁊ hec fuit opinio Alberi. papi. prout re-
fert Joan. And. in addi. Spec. in titu. de testa. §. in primis. vers.
quid si is, in addi. exordiēte, Pileus cui in personam vxoris ac-
cidit ⁊c. dicebat enim idem Alberi. quod hic facile daretur mate
ria fabricandi falsum: quia ad singula infirmus ⁊ quasi mortuus
responderet, quod sic, dicta. l. iubemus. Preterea secundum euz
iste modus testandi non est a iure inuentus, et sic superstitio im-
proba est illum inuenire. c. ij. versic. ⁊ quod non est, de transla. pre-
latorum, etiam voluit qđ testatoris voluntas declaretur scripto
vel voce: ⁊ adijciebat idem Alberi. quod si constaret de volūtate
testatoris distīnctim anteꝙ tabellio scriberet predicta, valeret sic
scriptum, ⁊ postea lectum corā testatore cum tali responso, intel-
ligo facto per sic, vel ohe, vel simili. Et ita dicit ꝓcedere. l. pāphi
lo. §. propositū. ff. de lega. iij. vbi fuit testator interrogatus, an sic
prius dixisset: qui. §. propterea non obstat, ⁊ cui etiam potest ali-
7 ter responderi, ſm Alberi. in dicta. l. iubemus. prope finē, † ꝙ il-
le nō loquitur in heredis institutione, sed in fideicommisso, quod
valet etiā nutu, vt dicit idem Albe. post glo. in dicta. l. iubemus.
Dictam etiam sententiā, qđ testamentum factum vt predixi nō
valeat, tenuit Roma. in dicto consi. cccvj. ad fi. vbi etiam dicit, ꝙ
hec fuerit opinio Joā. And. in dicta addi. ⁊ idem voluit in. l. ge-
rit. ff. de acquiren. heredi. Etiam Anto. de butri. in. c. cum tibi, de
testa. dicit ꝙ Joan. And. in dicta addi. sequutus est hanc senten
8 tiam seu opinionem Albe. papi. Et potuerunt isti moueri, † quia
opinio Alberi. fuit vltimo loco per Joā. And. recitata, ergo illa
videtur per eum approbata, per id quod not. glo. in. l. qui filium.
§. sabinus. ff. ad trebel. pro quo facit. l. si idem cum eodem. §. si vi-
ua, ⁊ quod ibi Baldus ⁊ Angelus. ff. de iurisdi. omnium iudicū.
⁊ Baldus in. l. j. ad finem. ff. de constitu. princip. facit etiam quod
voluit ipse Jo. And. in addi. Specu. titu. de cessio. actio. §. j. col.
v. versicu. si vero dubitatur, in addi. exordiente, Sic loquitur ibi
quasi assentiat quia non resistit: ⁊ illam sequitur dominus Jason
de mayno in dicta. l. iubemus. ad finem. Et reuera ista sententia
videtur in hoc casu multum equa, attenta grauissima oppressio-
ne infirmitatis, ⁊ quia non per notarium vocatum, sed per aliuz,
⁊ non habita volūtate testatoris fuit illa dispositio scripta: ⁊ de-
inde idem Antonius interrogatus, et quia etiam multum iuue-
nis erat. Fateor ꝙ multi in hoc contrariū tenent. ¶ Illud autez
certū est, ꝑfatas Joannetā ⁊ Antoniā nō debuisse nec debere cō-
demnari in expensis; etiam si verū esset ꝙ cōmunior opinio esset
in contrariū: pro eo qꝛ negari nō potest quin iste habuerint ⁊ ha-
beant pro se opinionē, non quidē vnius dūtaxat famosi doctoris
sed pluriū famosissimorū, ⁊ (vt predixi) Albe. Papi. Bal. Pau.
de cast. Roma. ⁊ Jas. insuper ⁊ Jo. And. si tamen Anto. de butr.
⁊ Roma. credimus. Pro quo allegasse sufficiat quod post anti-
quos voluit Pe. de Anch. in cle. ne romani. in prin. de elec. Car-
di. Flo. in cle. ij. de magistris, Bal. in aut. generaliter. C. de epis. ⁊

cle. ⁊ q̄ᵒ voluit Joan. And. in. c. vt debitus. ⁊ q̄ᵒ ibi glo. in verbo rationabili. de appella. Jo. And. in. c. j. in prin. de postula. prela. in nouel. ⁊ Specu. in titu. de expensis. §. nunc videndū. col. j. Isti
9 enim sentiūt† ꝙ licet quis succumbat in causa, si tamē succūbens in cōflictu opinionum habebat doctorem famosum tenentē partem, pro qua litigabat, ista fuit iusta causa litigandi, ⁊ que euz de-
10 bet excusari ab expēsis, † quia doctor habet potestatem interpretandi iura, ⁊ autoritates doctorum sunt probabiles. c. j. cū ibi no. de postula. prela. ⁊. l. j. C. de professo. qui in vrbe Constantinopoli, libro. xij. Et Ꝓuis Anto. de but. in. c. finem litibus. de dolo ⁊ contuma. videatur hoc limitare, vt non procedat qñ opinio communis est in cōtrariū. Panor. tamen in. c. finē liti. ad fi. videtur in simili tenere contrariū, per dictū Jo. And. in. c. j. de constit. in. vj. in vers. sed neq̧ ex multitudine, ⁊ per tex. no. in. l. ij. §. sed neq̧. C. de vete. iur. enucle. ⁊ quod not. Zence. in dicta cle. ne Romani, de elec. Dicit enim Panormi. vbi supra, ⁊ per predicta se putare, ꝙ vbi litigans haberet consilium s̄m vnam opinionē acutissimi doctoris, licet succumbat propter ius cōmune contrariū, nihilominus euitet condemnationem expensarum. Idez voluit Panor. in. d. c. finem litibus. de dolo ⁊ contu. quem sequitur do. Cardina. Alexan. in. c. vt debitus. col. xiij. de appella. Dicit enim ꝙ etiam singularis opinio excusat contra communem opinionem, dūmodo sit suffulta aliqua bona ratione. Et pro hac opinione est bonꝰ text. s̄m eum in. d. l. ij. §. sed neq̧. C. de vete. iu. enucle. allegat etiā quod voluit Joan. And. ⁊ ibi Panor. in dicto. c. j. de constitut. et quod ibi Pet. de Ancha. col. xvj. in repeti. Facit etiam. c. capellanus. ⁊ quod ibi Panor. de fe. q̄ᵒ si procedat vbi litigans habet consilium s̄m opinionem acutissimi doctoris, multofortius procedere debet in casu nostro: in quo non solum vnus acutissimus doctor, sed multi pro parte dictarum mulierum opinati extiterunt, ⁊ quidem viri doctissimi: vbi etiam aduertendum est, ꝙ iste sunt mulieres, ⁊ iuris ignare: quibus etiaz magis parci debet q̄ꝫ peritis in iure, vel etiam viris. Que omnia dixerim sub benigna supportatione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Substitutio reciproca, seu breuiloqua in cōgruis casibus vulgarem, pupillarem, ⁊ fideicommissariam continet. A. F.

1 ☞ Substitutio breuiloqua seu reciproca an contineat etiam fideicommissariam.
2 Substitutiones vulgaris ⁊ pupillaris quando expirent.
3 Res restitutioni subiacens an possit pendente conditione interim alienari.

¶ De impube. Consil. cccl.

Ponitur in facto q̄ꝫ prouidus quondam vir Gonetus Grangerij in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento heredes vniuersales instituit Catharinam, Alaysiam, ⁊ Jacobetam Grangerie eius filias naturales ⁊ legitimas premorienti sine libero seu liberis ex suo corpore ⁊ legitimo matrimonio procreatis superuiuentes seu superuiuentē substituendo: qui permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis decessit superstitibus dictis Catharina, Alaysia, ⁊ Jacobeta, que bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro ipsius Goneti vniuersalibus heredibus se gesserūt, reputarunt, ⁊ nominarunt. Deinde vero prefata Catharina vita functa est, ⁊ ab humanis sine liberis decessit, superstitibus et sibi superuiuentibus prefatis Alaysia ⁊ Jacobeta. ¶ Quesituz est an in vim substitutionis superius mentionate potuerint et possint prefate Alaysia ⁊ Jacobeta aliquid petere super bonis ⁊ hereditate dicti quondam Goneti testatoris.

1 Ad† quod respondeo breuiter et succincte, ꝙ substitutio, de qua supra, fuit breuiloqua, seu reciproca, vt apparet per ea que no. doc. in. l. lucius. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et q2 illa fuit mixta cū cōpendiosa, in illa fuerūt cōprehense non solū directe substitutiones, scz vulgaris, ⁊ etiā pupillaris, si oēs dicte filie tp̄e cōditi testamēti, de quo supra, erāt impuberes. l. iā hoc iure. ⁊. l. q plures. ⁊ q̄ᵒ ibi doc. ff. de vulg. ⁊ pupil. sed etiā substitutio obliqua, scz fideicōmissaria. l. precibꝰ. in fi. C. de impu. ⁊ alijs substi. ⁊. c. Raynutius, de testa. q̄ᵒ etiā voluit Bart. in. d. l. lucius, in penul. vel antepenult. q. ⁊ in repetitione. l. si arrogator. col. vltima. ff. de adop. ⁊ in. l. cēturio. ff. de vulga. ⁊ pupil. in. q. qua querit, an cōpendiosa substitutio cōtineat vulgarem, iūctis his que ipse ibi tangit in ver. seq. de quo articulo etiam ponit Cyn. et Guli. de Cug. in. d. l. precibus. in materia reciproce. ⁊ Alexan. de Jmol. in. l. in testamēto, col. penul. C. de testa. mili. ⁊ plenius in. l.
2 ij. vbi etiam multos allegat. C. de impube. ⁊ alijs substi. † Supposito igitur ꝙ per immixtionem vel aditionem hereditatis expirauerit vulgaris substitutio, ⁊ per pubertatē euanuerit pupillaris. l. post aditam. C. de impub. ⁊ alijs substi. ⁊. l. in pupillari. ff. de vulga. ⁊ pupilla. non tñ expirauit fideicommissaria, quinimo sibi locum vendicauit, ⁊ vendicat in personā dictarū Alaysie ⁊ Jacobete superuiuentiū, in vim cuius potuerunt ⁊ possunt petere illā tertiam partē, que de bonis ⁊ hereditate dicti quondam Goneti peruenerat ad dictam Catharinā: de qua tamen tertia parte poterunt per heredē ipsius Catharine, vel donatariū, aut alios successores, si quos habeat, detrahi due quarte, scz legitima, ⁊ quarta trebellianica, que ascendunt ad dimidiā partē dicte tertie partis: q̄ᵒ vt apertius dicam suppono, ꝙ dicto quondā Goneto superfuerunt dicte tres filie, quarū omniū legitima est tertia pars omniū bonorū dicti quondā Goneti, aut. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Et sic diuidendo bona dicti quondā Goneti in duodecim vncias legitima trium filiarum ascendit ad quatuor vncias, que debuerūt diuidi inter eas equis portionibus. Et sic legitima cuiuslibet ascēdit ad vnam vnciam ⁊ tertiam partem alterius vncie. Ex persona igitur dicte quondam Catharine detrahet eius heres, aut alius successor, de illa tertia parte, in qua fuit instituta, vnam vnciam ⁊ tertiam partem alterius vncie, que sunt duodecima pars ⁊ tertia pars alterius duodecime partis bonorum dicti quondā Goneti, ⁊ hec pro legitima. Et de residuo, scilicet de duabus vncijs, ⁊ besse, seu duabus tertijs partibus alterius vncie. detrahet quartam partem pro trebellianica, iuxta theoricam quam ponit glo. in. c. Raynaldus, super verbo, licet ipsas, de testamen. ⁊ Jo. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupillari. Residuum vero debet restitui dictis Alaysie ⁊ Jacobete, quod ascendit ad duas vncias, ⁊ sic ad dimidiam partez illius tertie partis in qua fuit predicta Catharina instituta.

3 Nec† premissis obstat quoddā pretensum pactum, quod olim fecisse dicuntur Anto. ymberti, et ipsa Catharina tempore per eos contracti matrimonij: quo conuenisse dicuntur, ꝙ omnia bona mobilia ⁊ immobilia primo decedentis seu morientis sine liberis remanerent, et remanere deberent, ac pleno iure spectarent superuiuenti. Quoniam respōdeo ꝙ supposito (citra preiudicium veritatis,) ꝙ pactuz huiusmodi alias de iure fuisset validum. illud tamen non preiudicauit, nec preiudicare potuit prefatis Alaysie ⁊ Jacobete substitutis, quominus post euentum conditionis substitutionis superius mentionate petere potuerint, ⁊ possint dictam dimidiam partez: pro quo allegasse sufficiat. l. fina. §. sin autem sub conditione, et quod ibi glo. ⁊ docto. C. communia de leg. ⁊ quod not. Joan. And. in addi. Specu. titu. de dona. sub rubrica. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Ecclesiastice res vltra triennium locari non possunt, propter extrauagantē Pauli. pp. ij. incipientē, Paulus seruus ⁊c. A. F.

1 ☞ Bona ecclesiastica vltra triennium prohibentur locari, ⁊ locatio in contrarium facta annullatur.
2 Factum cōtra legis resistentiam est nullum, nullamq̧ parit obligationem ciuilem vel naturalem.
3 Reipublice vel ecclesie fauore iuramentum non firmat factū cōtra prohibitionem, ⁊ quid si odio.

¶ De sacrosan. eccle. Consil. cccli.

Locatio siue arrēdamētum, quod olim fecisse dicitur capitulum venerabilis monasterij sancti Ruffi, extra ⁊ prope muros ciuitatis Valentinensis, venerabili viro domino Carolo de blaone, de prioratu sancti Jacobi seu fructibus, redditibus, prouentibus, et pretijs illius, non videtur valuisse nec de iure tenuisse seu etiam valere, aut de iure tenere, saltem quatenus locatio seu arrēdamētum huiusmodi excessit ⁊ excedit primū triennium, ⁊ hoc propter extrauagātem recolēde memorie dñi Pauli pape secūdi exordiētē, Paulꝰ episcopus seruus seruorū dei ad perpetuā rei memoriam ambitiose
1 cupiditati illorū ⁊c. † vbi expsse res ⁊ bona ecclesiastica p̄hibētur locari vltra triennium: ⁊ nihilominus locatio in contrariū facta
2 annullatur. † Resistit igitur predicta extrauagās dicto arrēdamento

mento,ergo illud est nullū,quatenus de facto processit cōtra pro
hibitionem.l.qui vetante.ff.de regu.iur.l.prefectus.ff.de rit.nu-
ptia.Nec ex eo nasci seu oriri potuit obligatio ciuilis,vel etiā na
turalis.l.j.⁊.ij.ff.de dona.inter virū ⁊ vxor.iuncta.l.iij.§.si vxor.
eo.titu.ad quod facit.l.si qua mulier.C.ad velleia.⁊ qd̄ no.Bar.
Joan.de Jmol.⁊ docto.in.l.cum lex.ff.de fideiusso.⁊ Joānes.de
Jmol.in repetitione.c.cum contingat.in.viij.membro.de iureiu
ran.Et q̄uis sola legis,seu predicte extrauagātis resistentia suf-
ficere videatur ad annullationē dicti arrēdamenti,nihilominus
tñ in dicta extrauagāti etiā expresse annullatur huiusmodi arrē
damentū,seu locatio,quatenus sit vltra trienniū:per quā annul-
lationem,vt dicit Joan.de Jmol.in dicta.l.cum lex.versi.primo
casu considera quatuor ⁊c.si tamen non habeo eum ibi incorrectū
videtur in effectu apponi decretū decernēs irritū cōtra factū:ad
qd̄ facit ſm eū.l.iubemus.§.sane.C.de sacrosan.eccle.c.ad dissol-
uendū.in fi.de desponsa.impube.⁊.c.si apostolice.de prebē.in.vj.
¶Nec obstat ꝙ in dicto arrēdamento interuenerit iuramētum,
q᷑ non propterea confirmatum est arrendamentum huiusmodi:
vel ea ratione,q᷑ locatio rerū ⁊ bonorū predictarū prohibita est
3 principaliter fauore ecclesiarū,† ⁊ sic fauore rei publice,quo casu
iuramentū non firmat factū contra prohibitionē.c.si diligenti.
circa fi.⁊ qd̄ ibi doc.de fo.compe.l.ij.⁊.l.quēadmodū.C.de agrico.
⁊ censi.lib.xj.⁊ qd̄ voluit Bart.in.l.si quis ꝓ eo.in princip.in ter-
tia col.versi.secundo qñ reprobatur.ff.de fideiusso.vel quia pro-
hibita est odio eorū,qui in arrendamentum talia bona recipiunt
qd̄ videntur sonare verba dicte extrauagantis:quo etiā casu fa-
ctū contra prohibitionem nō firmatur iuramento,vt etiā voluit
Barto.in.d.l.si quis pro eo,in princip.in.v.col.ver.quarto dixi.
Consulo tamen ꝙ si illi domini capitulantes,qui arrēdauerunt,
velint contrauenire,prout debent,petant ꝙ liberētur vel absol-
uantur a iuramēto per id quod habetur in simili in.c.debitores.
de iureiu.⁊ qd̄ voluit Bar.in dicto ver.quarto dixi.Et hoc facto
poterunt etiā ipsi venire cōtra factum suum,pro eo q᷑ illud fuit
contra legem:per id quod habetur in dicta.l.quemadmodum.et
quod ibi docto.⁊ per glo.⁊ docto.in.l.post mortem.ff.de adop.

¶Argumentum.

¶Episcopus vrgentibus ita rebus subditos suos cogere po-
test ad sibi prestandum officium(vt vocant)charitatiuum,⁊ pe-
cuniam moderate pendendam.V.F.

1 ☞Episcopi per modum charitatiui subsidij an possint a subdi
tis petere exactionē,⁊ subditos cogere.⁊ nume.3.⁊ propter quas
causas.nume.6.
2 Episcopus sponsus totius ecclesie.
4 Charitas vbi non prodest,potestas adhibenda est.
5 Subsidium charitatiuum non liberalitatis sed necessitatis.
Equitas scripta necessitatem importat.

¶De episco.⁊ cleri. Consil.ccclij.

1 
Jcet† epī prohibeātur
regulariter,ne suos tailhijs ⁊ exactionib⁹ gra-
uare presumant:ipsi tamen cū subest causa ratio
nabilis ⁊ manifesta pñt petere a subditis chari-
tatiuum subsidiū.c.cōquerente,⁊ qd̄ ibi Hostiē.
Bald.Anto.de But.Panor.⁊ doct.cōiter,de offi.ordina.⁊.c.cū
apostolus.§.prohibemus,⁊ qd̄ ibi Inno.Host.Joā.And.Hen-
ri.boyc.Panor.⁊ doct.de censi.Host.in summa.eo.titu.§.ex qui-
bus causis,ver.Item pōt fieri exactio:⁊ Archi.in.c.cauendū.x.
q.iij.Et appellatur exactio hm̄oi subsidiū charitatiuū,pro eo q᷑
vt dicit Anto.de But.in.c.cōquerente.subsidiū huiusmodi cum
charitate petitur,non violenter,nec a pauperibus ⁊ oppressis.d.
§.prohibemus.⁊.c.licet.de censi.Et instruitur eps̄ petere subsi-
diū huiusmodi,cōgregato clero,exprimēdo causam sue indigen
tie,⁊ hortādo ꝙ cū cuilibet proximo subueniēdū sit in necessitate
2 multo fortius sibijpsi,narrādo† q᷑ spōsus est totius ecclesie,⁊ ab-
surdum esset ꝙ sponsa videret laborantē egestate sponsum,ipsa
existente diuite,sicut dicitur in simili.ff.de reiudi.l.non tantū:et
hortando ꝙ nō expectent conquestionem.dicendo qd̄ dicitur in
3 c.j.de dona.†Uerum q̄uis subsidium hm̄oi cū charitate peti de-
beat,vt predixi,subditi tamen ad illud exhibēdum cogi possunt,
si ostensa necessitate precibus seu hortationibus ⁊ monitionibus
suis acquiescere nolint.Nam ⁊ fructus ecclesiarum potest episco
pus pro suis necessitatibus accipere ⁊ habere.c.cū nostris.§.fi.
de constitu.preben.c.cum venissent.de insti.⁊.c.j.§.fin.vt eccle.be
nefi.Quāuis enim in talibus plus debeat operari charitas q̄ po
4 testas:tamen† vbi non prodest charitas,adhibenda est potestas.
c.licet nonnunquam.⁊.c.⁊ qui emendat.distinctio.xlv.⁊.c.cauen-
dum.x.q.iij.quod etiam voluit Hostiensis ⁊ docto.communiter
in.d.c.cum apostolus.§.prohibemus.Archi.in.d.c.cauendū.qui
post Uincentium in.d.§.prohibemus.dicit ꝙ postulatio auxilij
de qua in dicto.§.prohibemus.si fuerit iusta ex necessitate exau-
dienda est,⁊ per suspensionem extorquenda:naʒ si par pari sub ue
nire tenetur,etiam sub pena excommunicationis,multo fortius
minor maiori.c.j.de censi.⁊.d.c.conquerente:vt dicit Bal.in.d.c.
conquerente.col.ij.versi.quero vtrum charitatiuū subsidium ⁊c.
5 †ꝙ charitatiuū subsidiū,de quo ibi,nō est liberalitatis,sed neces
sitatis,pro eo quia ista charitas est in iure scripta,equitas auteʒ
scripta necessitatem importat.l.si ⁊ me ⁊ titium.ff.si cer.pet.sicut
alimentum quod debet pater filio,⁊ econtra.l.postliminium.§.fi-
6 lius.ff.de capti.⁊ postlimi.reuer.†doct.autem ponunt in locis su
perius allegatis multas causas,propter quas potest episcopus
petere charitatiuū subsidium a subditis,⁊ inter eas ponūt istas
scʒ quando eps̄ fecit magnam emptionē,vel facit grandes expē
sas pro eundo ad papā vel imperatorē vel litigando pro iuribus
ecclesie,vel quādocūq; casus vel superuenit,ꝓpter que supportā
dum habet necesse talia petere.Et hoc verum,nisi in casuʒ incide
rit culpa sua.¶Ex quibus infero ꝙ supposita veritate ⁊ euiden
tia cause,imo causarū pluriū plenius expressarū in casu mihi ex-
hibito parte reuerēdi in Christo patris ⁊ do.do.Joannis de mō
te cauato Uiuariensis epī potuit idē reuerēdus dñs eps̄ charita
tiuum subsidium postulare a subditis,⁊ ꝙ per maximam partē
cleri Uiuariēsis eidē charitatiue concessum est quibusdā paucis
nūc recusantib⁹ cōtribuere in subsidium hm̄oi qd̄ re vera facere
nō deberēt,ꝓ predicta,cū nec illud sit immoderatū,attētis facul-
tatibus dicti cleri,⁊ iuste cause subsistant.Si cū ꝓpter expensas
quas facit eps̄ accedēdo ad imperatorē peti possit predictū sub-
sidium,⁊ nisi valeat cū charitate obtineri adhibenda sit potestas
cur nō potest ipse dñs,qui(vt puto)ad iussum regie maiestatis
eandē associauit,⁊ sibi seruauit in plurimis,⁊ in seruiendo gran-
des expēsas sustinuit,ꝓpter expensas hm̄oi petere predictum
subsidiū:⁊ si charitas nō subsit in subditis,operet̄ potestas ꝑ quā
ipsi cogantur ad subsidiū hm̄oi.Et q̄uis aliqui dixerint hāc coa
ctionē fieri posse per solū papā alij vero ꝑ superiorē,vtpote ꝑ ar-
chiepm̄:Inno.tamē magis placere videt̄,ꝙ hec coactio fieri pos
sit ꝑ ipsum epm̄,dūmodo causa sit rationabilis euidēter,⁊ subdi-
ti nō grauent̄ nimium.Et hanc opinionē Inno.sequit̄.Host.Jo.
an.⁊ docto.cōiter in.d.c.cū apostol⁹.Si aūt subditi referrēt que-
stionem:puta q᷑ dicerēt se nimium pregrauari,vel causam esse ir-
rationabilē,vel minus rationabilē,tunc debet adiri superior,vel
arbitri,ꝑ quos cā sopiatur superior quidē quando subditus con
queritur ⁊ arbitri quando eps̄ cōuenit subditū questionē referen
tē.vt no.Hosti.in.d.c.cū apostolus,super verbo,cōquerente,iun-
ctis,per cū ibi not.super verbo,cū charitate,ibi,nec exinde refe-
rūt questionē.Et ita cōiter ibi transeūt doc.ꝓpter quod,cū (vt
audio)isti recusantes referant questionē,q̄uis non sim de illa in
formatus,⁊ ꝓpterea appellauerūt.ista est causa sopiēda est ⁊ ter-
minanda per superiorē qui super hoc arbitrabitur vt etiam vo-
luit Hosti.in.d.§.ex quibus causis,ver.quid si subditus dicat ⁊c.

¶Argumentum.

¶Interdicto recuperande pos.ab actore intentato,ipso inuito
nō potest reus cumulare petitorium.V.F.

1 ☞Actore intentante possessorium recuperande reus an possit
actore inuito vel excipiēte intentare petitorium ⁊ illud per viam
recōuentionis cumulare,vel per viā exceptionis illud deducere.
2 Spoliatus an ⁊ quando ante omnia restituendus.

¶De interdict. Consi.cccliij.

1 
Jcet† petitorium et pos
sessoriū iudicia possint in nonnullis casibus cu-
mulari illud tamē certū est ꝙ vbi actor primo in
tentauit possessoriū recuperande,nō potest reus
ipso actore inuito,vel excipiente intentare peti-
torium.nec illud per viam reconuētionis cumulare.c.fi.de ordi.
cogni.quia actor spoliatus habet priuilegium,vt non cogatur
respōdere super petitorio anteq̄ restitutus extiterit.d.c.fi.quod
etiā voluit Panor.in.c.cum dilectis.col.iij.versi.tertio potest
practicari,de cau.pos.⁊ propric.Nō etiā potest reus per viā exce
ptionis deducere petitoriū ipso actore inuito.qui est ante omnia
restituēdus.c.j.⁊.c.solicite.cum multis simili.de restitu.spoliat.
Nec cōtrarium ꝓbant allegata parte quorūdā Claudij marbau-
di.Antonij anondi,⁊ Ponceti aymonis in quadam eorū pretēsa
schedula exordiēte,Quāuis forte ⁊c.Et primo quidā,nō.c.pasto
ralis.de cau.pos.⁊ ꝓprie.q᷑ illud nihil dicit de cumulatione pe-

titorũ parte rei oppositi,ꝛ deducti per vias exceptionis,seu etiã reconuentionis,cum possessorio recuperande possessionis parte actoris deducto:sed bene dicit ꝙ suspenso per actorem petitorio per ipsum primitus intentato,põt idẽ actor intẽtare possessoriũ qđ intelligunt docto.tam de possessorio recuperande,ꝙ de possessorio adipiscende.Quo vero ad possessoriũ retinẽde,recipit hoc dictum multã restrictionẽ,vt ibi videri põt per doct.ꝛ in.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.posses.l.ordinarij.C.de rei vẽdi.ꝛ in.l.incerti.C.de interdic.Etiã nec obstat.d.c.cũ dilectis.de cau.pos.ꝛ proprie.qꝛ illud ſm mentem glo.loquitur ꝛ procedit in possessorio recuperande,ꝛ petitorio simul intentatis ab eadẽ parte,non a diuersis.Et ꝙuis Panor.ꝛ alij quidam dicant.c.hmõi posse etiam practicari,quando actor eius petitorio,ꝛ reus recõuenit eum possessorio iudicio,deducendo spoliationem per viam agendi:tunc enim nihil obstat hec iudicia cumulari,ꝛ hoc super diuersis rebus.c.dilectus.de ordi.cogni.Dicit etiam idem Panor.d.c.cum dilectus,posse practicari quando actor egit possessorio,ꝛ reconuentus per eũ super petitorio nihil excipit:pro quo allegat not.in.d.c.fi.de ordi.cogni.Sed hec in nullo tãgunt casum nostrũ,in quo dictus nobilis magister Albertus de sancto Ferreolo dicitur primo egisse possessorio recuperande possessionis,ꝛ cum reus opponere conatus est de concernentibus petitorium per viam exceptionis,idem de sancto Ferreolo opportune excepit.qđ admitti non deberet,petens articulos parte dictorũ reorum in causa oblatos ꝛ productos rejici ꝛ repelli.Etiam nec obstant.no.per Inno.in.c.cõstitutus.de filijs presby.quinimo potius faciunt pro,si bene inspiciãtur,† ꝛ signanter in ver.sed si nõ
2 cõstet adhuc:sensit enim Inno.ꝙ vbi exceptio opposita esset notoria per confessionem partis actricis,vel per probationes admissas,non sit spoliatus restituendus.Sed si non constet de iure opponentis,sed sit adhuc res dubia põt dicere spoliatus,non respondebo nisi de possessione mea vel iure meo,sed tu non es audiẽdus nisi primo facta restitutione:pro quo allegat.c.ex literis.de restitu.spoliato.c.cum dilectus,ꝛ.c.fi.de ordi.cogni.Et hec dicta faciunt pro dicto magistro de sancto Ferreolo,cum nec constet,nec imposterum posse constare speretur de pretenso iure dictorum Marbaudi,Aymonis,ꝛ Auondi.

¶ Argumentum.

¶ Cum in legitimam alienata imputentur,non mirum si fideicommisso non obstante vsq; ad eam filius alienare possit.A.F.

1 ¶ Legitima cur potius sit quota bonorum,ꝙ hereditatis.
2 Bona alienata de fideicommisso imputantur in legitimam vsq; ad illius quotã,ꝛ sint irreuocabilia:ꝛ quid si excedant,an heres alienantis teneatur de pluri alienato.
3 Possidens domino patiente ꝛ sciente post contractum intelligitur per eundem in possessionem inductus.

¶ Commu.de lega. Consil.ccclviij.



Ponitur in facto qđ dudum anno videlicet incarnationis dominice.M.cccclix.et de mense Nouembris.nobilis quondam vir Honoratus seuboni,loci Partusij,fecit ꝛ condidit eius vltimum ꝛ nuncupatiuum testamentũ:in quo nobilis Sansie ꝛ Silone eius filiabus legauit,ꝛ iure institutionis reliquit certas pecuniarias quantitates,ꝛ bona alia,quibus voluit eas esse contentas,ꝛ nihil aliud posse aut valere petere in ꝛ super bonis eiusdem.nobiles vero Antonium,Julianũ,ꝛ Jacobum eius filios naturales ꝛ legitimos heredes vniuersales instituit:ꝛ ipsos si ipsi vel eorum alter sine prole seu liberis ex eorum corporibus legitime procreatis ab humanis decederent,inuicem substituit,ita ꝛ taliter ꝙ si vnus ipsorum quandocunq; decederẽt sine prole seu liberis ex suo corpore procreata seu procreatis,omnia bona seu portio illius sic decedentis perueniret ꝛ peruenire deberet pleno iure ꝛ absq; retentione alicuius quarte ad alios ex ipsis fratribus superuiuẽtes,ꝛ suos,ꝛ si duo ex ipsis fratribus quandocunq; sine prole seu liberis ex suis corporibus legitime procreatis ab humanis decederent,bona seu portiones illorũ sic decedentium peruenirent ꝛ peruenire deberent ad aliũ superuiuentem,ꝛ suos.Et deinde permanens in voluntate huiusmodi ab humanis decessit.Quo mortuo ꝛ vita functo prefati Antonius,Julianus,ꝛ Jacobus bonis ꝛ hereditati eiusdem se immiscuerunt,ꝛ bona paterna primo pro indiuiso ꝛ simul,et deinde diuisa tenuerunt ꝛ possederunt multis annis.Deinde vita functus est ꝛ ab humanis decessit dictus nobilis Antonius,superstite ꝛ sibi superuiuente nobili Joanne seuboni eius filio naturali ꝛ legitimo.Post hec etiam decessit ꝛ sine liberis,saltem naturalibus ꝛ legitimis,dictus nobilis Jacobus,superstitibus et sibi superuiuẽtibus prefatis nobilibus Juliano,ꝛ Joãne ex fratre eius nepote,prius tamen condito per eũdem Jacobum eius vltimo ꝛ nuncupatiuo testamento:in quo heredem vniuersalem instituit nobilem Catharinam Rebole,eius tunc vxorem,ꝛ nũc relictam.Tandem cum lis seu questio orta extitisset,maiorq; oriri dubitaretur inter prefatos nobiles Julianum ꝛ Joannem ex vna parte ꝛ dictam nobilem Catharinam ex alia,de ꝛ super substitutione superius mentionata,ꝛ fideicommisso eisdem Juliano ꝛ Joanni per dictum quõdam nobilem Honoratum relicto,ipsi nobiles Julianus ꝛ Joannes compromiserunt in spectabiles viros dominos Joannem guirani iurium eximium professorem,ꝛ Petrum de ponteues iuris vtriusq; licentiatum egregium:qui tandem auditis partibus antefactis dixerunt,ꝛ inter alia declararunt,eidem nobili Rebole relicte ꝛ heredi dicti nobilis Jacobi competere ius retentionis legitime in restitutione paterne hereditatis:quam in capitulo,Item preterea declaramus ꝛc.videtur declarare,ꝛ dixisse fuisse ꝛ esse tertiam partem quote seu portionis peruente ad dictum quondam Jacobum de bonis prefati Honorati.Ex quibus ꝛ alijs contentis in sententia seu laudo dictorum dominorum arbitrorum ꝛc.oriuntur dubia sequentia.¶ Primum quanta fuit legitima,supposito ꝙ substitutio superius mentionata sibi locum vendicauerit in personis dictorum nobilium Juliani ꝛ Joannis.¶ Secundum que debuerint ꝛ debeant in legitimam huiusmodi imputari.¶ Tertium de validitate ꝛ effectu sententie dictorum dominorum arbitrorum ꝛc.

Christi implorato subsidio. Ad primum respondeo breuiter ꝛ succincte quod cum eidem quondam nobili Honorato superfuerint quinq; liberi,tres scilicet filij,ꝛ due filie,horũ omnium legitima fuit semis,seu dimidia pars,authen.de trien.ꝛ semis.collatio.iij.ꝛ transumptiue in authenti.nouissima.C.de inofficioso testamẽto.Et sic legitima cuiuslibet fuit decima pars bonorum dicti quondam nobilis honorati,eorum videlicet que superfuerũt aut superfutura erant detracto ere alieno ꝛ funeris impensa.l.papinianus.§.quarta autem,et quod ibi
1 doctores.ff.de inofficioso testamento.† Legitima enim non est quota hereditatis,sed est quota bonorum,pro eo quia ante illam deducitur ꝛ detrahitur es alienum,ꝛ funeris impensa,per quas legitima minuitur:per id quod voluit Bartolus ꝛ doctores in.l.ex facto,la grande.ff.de heredibus institu.et Bald.in.l.quoties.C.eodem titulo,post Jacobum Butri.in.l.si quis in suo.C.de inofficioso testamento.Ex quibus infertur ꝙ cum prefati domi.arbitri adiudicauerint eidẽ nobili Rebole,pro legitima dicti quõdam Jacobi tertiam partem illius portionis,que ad eundẽ peruenerat de bonis dicti quondam Honorati,ꝛ quam voluerunt ꝑ eandem Rebole posse retineri,ipsi grauarunt dictos Julianum ꝛ Joannem.Processerunt enim ꝛ iudicarunt perinde acsi legitima dicti quondam nobilis Jacobi fuisset nona pars bonorũ prefati Honorati,que tamen non nona,sed fuit decima pars.Etiã grauarunt eosdem nobiles Julianum ꝛ Joannem quatenus cẽseri deberent voluisse,ꝙ non soluentibus dictis Juliano ꝛ Joãne eidem nobili Rebole pro dicta legitima seu tertia parte dicte tertie portionis infra annum ducẽtos ꝛ triginta florenos,quod bes seu due tertie partes predicte portionis,que eisdem Juliano ꝛ Joanni debebant in vim substitutionis(de qua supra)restitui,censerentur ꝛ essent eidem Rebole vẽdite,vel per eam empte pretio dictorum ducentorum ꝛ triginta florenorum.Si enim legitima,hoc est tertia pars illius portionis,(vt ipsi voluerunt) fuerit iuste appretiata ad ducentos triginta florenos,profecto dicte due tertie partes debebãt estimari valere florenis quadringentis ꝛ sexaginta.Nisi forte quis dicere voluerit,quod istud nõ procedat,pro eo quia soluendum erat es alienum ꝛ funeris impensa dicti quondam Honorati.Sed istud nõ obest,pro eo quia vt predixi,ante detractionem legitime hec detrahi debuerant,et sic si bene appretiabatur legitima ad florenos ducentos,ꝛ triginta,opus erat quod tanta superessent aut superfutura forent bona que valerent florenis quadringentis et sexaginta,quia(vt ꝑdixi)legitima debetur deducto ere alieno,ꝛ funeris impensa.

Ad secundũ dico ꝛ respondeo, omissis multis verbis,que sup articulo huiusmodi effundi possent,illud non esse dubium,quin in quartam huiusmodi imputari debeant ea que de quota,seu portione superius mentionata,et peruenta ad dictũ quõdam Jacobum,per eum vel cõsumpta vel alienata extiterunt,per id qđ habetur in.l.marcellus.§.res que,ꝛ quod ibi Bar.Alexan.de Jmol.ꝛ alij.ff.ad trebellia.Alexand.

de Imol.cōsil.iij.exordiente, Viso processu cause ⁊c.in tertio volu.Bal.consilio.lxxxvi.exordiente, Pepus nicolutij ⁊c.col.ij.in prima parte.Ex.in auth.res que.in fi.C.cōmunia de legat.Bal. in.l.ij.C.ad legem fal.qui ideo videntur cōmuniter opinari,⁊ dicere,filiū per patrē heredē institutū,⁊ de alteri hereditate restituenda grauatū posse irreuocabiliter alienare vsq ad eius legitimā de bonis restitutioni subiacentibus,quia bona alienata sibi imputātur in legitimā:ad qđ facit qđ voluit Bart.in.l.in quartā.ff.ad legē fal.Et cum(vt audio)dictus quondā Jacobus multo plura,vel cōsumpserit,vel alienauerit de bonis dicte eius portionis,ꝙ ascenderet,vel ascendat predicta legitima,non videbatur,nec videtur dicta nobilis Catharina posse aliquid vlterius petere:quinimo tenebatur ⁊ tenetur,vt ⁊ tanꝙ heres dicti quondam Jacobi,eisdē Juliano ⁊ Joāni satisfacere de illo pluri alienato,aut consumpto:quibus etiam ex persona dicti quondā Jacobi eius predecessoris,⁊ vt heres illius,tenetur reddere rōnē.l.mulier.§.sed ⁊ eum.ff.ad trebellia.⁊.l.cum tale.§.f.⁊ qđ ibi doct. ff.de condi.⁊ demon.De quo Joan.ferra.titu.for.libel.quo agitur ex substitutione,in glo.super verbo,ac ꝑ fideicōmissum,versi. Ex quibus deciditur istud quotidianum ⁊c.ibi,et per hoc etiam aliud sequitur.Fuerunt igitur ⁊ in isto prefati Julianus ⁊ Joānes granati per dictam sententiam,pro eo quia non habito aliquo respectu ad bona alienata,vel consumpta ipsi condemnati extiterunt ad dandum eidem nobili Rebole,⁊ pro dicta pretensa legitima dictos ducentos ⁊ triginta florenos:qui tamē facta debita ⁊ opportuna imputatione eidem Rebole in nullo tenebantur,sed potius econtra tenebatur ipsa Rebole eisdem Juliano ⁊ Joanni substitutis,quatenus dictus quondā Jacobus vel alienauerat vel consumpserat de bonis dicte tertie portionis vltra dictam pretensam eius legitimam.

Ad tertium dico ⁊ respōdeo ꝙ quicquid sit de validitate vel inualiditate predicte sententie,sup quibus pro nunc insistere non oportet,illud saltem certū est ꝙ cū iuxta sentētiam seu laudū,prefati nobiles Julianus,seu nobilis Gregorius eius heres,⁊ Joānes eidē Rebole satisfecerint de dictis ducētis ⁊ quinquaginta florenis,ipsa nobilis Rebole repetere non pōt dictā pretēsam legitimā,etiā si de illis non fuerit satisfactum infra annum,quia recipiendo solutionem post annum videt renuntiasse iuri,qđ propter pretensum lapsum dilationis pretendere potuisset.Et supposito citra preiudiciū veritatis,ꝙ vēditio,vel alius alienationis cōtractus factus de dicta legitima,⁊ pro dictis ducētis ⁊ triginta florenis,fuisset ⁊ esset resolutus,quoq bes,seu dicte due tertie partes cēseri deberent fuisse et esse vēdite dicte nobili Rebole:non posset tñ,nec de iure deberet eadē nobilis Rebole sua autoritate,vel alias cā nō cognita,eniti tenere ⁊ possidere legitimā,seu dictā tertiam partē ⁊ bessem,seu alias duas tertias partes:q(prout mihi dicitur)prefati Julianus,ac post eū dictus Gregorius eius filius,⁊ Joānes,tenuerūt ⁊ possederunt pacifice ⁊ quiete,ac vidente ⁊ patiente dicta nobili Rebole a tempore dicti laudi,⁊ citra,bona predicta.Et quidem
3 non quo ad predictā legitimam,† q: cum dominium illius semel transierit in dictos Julianum ⁊ Joannem in vim contractus,de quo in dicto laudo,⁊ hoc per traditionem eis factam,aut saltem per patientiam dicte Rebole.l.traditionibus.C.de pact.⁊.l.minus instructus.C.de acqui.possess.nō potuerunt postea ipso iure resolui,sed opus fuit retraditione,argu.eius qđ voluit glo.magna in.l.f.ad fi.C.de inofficio.testamen.⁊ Alexan.de Jmol.consilio.x.exordiente,Videtur fortasse ⁊c.vbi plene,⁊ consilio.xcij.exordiente,Perspectis his que in themate ⁊c.circa principium,in eodem volumine.Non etiam quo ad dictas duas tertias partes, per id quod habetur in.l.si ex stipulatione,et quod ibi doctores. ff.de acquirenda possessione.et quod notant doctores in dicta.l. minus instructus.C.eodem titulo.

¶ Argumentum.

¶ Lege Julia ⁊ stuprator non tenetur,qui pro virgine habitā ipsa volente deosculatur.V.F.

1 ¶ Aliud est esse talem,et haberi pro tali,vt in puella habita ꝑ virgine.
2 Indicium vnicus testis probare an possit per suam depositionem.
3 Probatio imperfecta an possit cū alia coniungi vt perficiatur.
4 Inimicitia grauis testem repellit.
5 Depositio testis de auditu dici ab alio,⁊ non de perceptione actus per proprium sensum an valeat.
6 Confessionem rei actor vel totam acceptare,vel totam repellere an cogatur.

¶ Ad leg.iul.de adult.⁊ stup. Consi.cclv.



Roposita et deducta parte Gulielmete amblarde,contra ⁊ aduersus discretum virum magistrum Antonium millani,barbitonsorem,de iure non procedunt,nec inferunt intentionem eiusdē Gulielmete.Et quatenus dici possent de iure procedere,illa non fuerunt,nec sunt ꝓbata per depositiones seu dicta quorūdā pretensorū testium par-
1 te eiusdem Gulielmete in hac causa productorū.† Et primo quidem non procedunt proposita ⁊ deducta,etiam si illa probata extitissent,⁊ signāter quatenus in eis deducitur,ꝙ ante pretensam deflorationē eiusdē Gulielmete,⁊ de qua in actis cause inter eā ⁊ prefatum Milani vertenti,⁊ vsq ad huiusmodi deflorationē ipsa fuit tenta ⁊ reputata virgo:quia ex istis nihil infertur.Non enī ex hoc qđ ipsa reperitur fuisse tenta ⁊ reputata virgo vsq ad tēpus dicte pretense deflorationis,de qua in hac causa,sequitur, vel infertur,ꝙ ipsa vsq ad tempus huiusmodi virgo extiterit. Pro quo allegasse sufficiat.c.multi corriguntur.col.fi.versi.nam si nominatio sufficit.ij.questione.i.c. inserta.xxx. questione. v.⁊ quod voluit beat' Hieronymus in epistola ad Romanos,super illo,Paulus seruus Jesu christi vocatus apostolus,ad quod facit.l.imperatores.§.penul.ff.ad municip.⁊.l.si vero non remunerandi.§.cum quidam.ff.manda.⁊ quod no.glo.in.l.si maritus.§. j.ff.de adulte.Parū enim prosunt verborū folia ⁊c.c.marchion ⁊ basilides.i.q.i.⁊ aliud est esse talem,aliud haberi pro tali,vt voluit Pau.de cast.consilio.cxcvj.exordiente,Posset quis dicere ꝙ statutum ⁊c.

Preterea,presupposito,citra preiudicium veritatis,ꝙ proposita ⁊ deducta parte dicte Gulielmete procederent:illa tamen non fuerunt,nec sunt (prout dixi) probata.Pro cuius dicti faciliore declaratione premitto ꝙ nullus ex testibus parte eiusdē Gulielmete in hac causa productis dixit,aut deposuit se vidisse eosdē magistrū Antoniū ⁊ Gulielmetam adinuicem commisceri:⁊ sic nullus deposuit de actu,sed tantum de quibusdam pretensis indicijs,siue coniecturis.Quo premisso dico intentionem prefate Gulielmete non esse probatā per depositionem quorūdam Stephani bugonis,⁊ Alaysie portauerie eius vxoris:quia licet isti videātur deponere se reperisse eosdem magistrum Antonium ⁊ Gulielmetam se mutuo ⁊ ad inuicem osculantes in domo cuiusdam Antonij Charaterij,⁊ sic videantur conuenire in loco,ipsi tamen non testificantur,nec deponunt de eadem repertione,quod satis colligitur ⁊ apparet ex depositione vtriusq.Et primo quidem prefate Alaysie,quatenus dicit ⁊ deponit se reperisse eosdem Antonium milani et dictam Gulielmetam solos in domo predicta:⁊ idem etiā dicit dict' Stephanus bugonis.Quo fit vt dicti Alaysia ⁊ Hugonis,vtpote, non deponentes de eadem repertione seu inuentione non probent indiciū quod alias surgere poterat ex eo ꝙ pretendebātur dicti magister Antonius ⁊ Gulielmeta soli reperti et se mutuo
2 ⁊ vicissim deosculantes:† quia licet vnicus testis deponens de cōtractu aut crimine,vel alio actu regulariter probet semiplene, ⁊ indicium faciat vnus tamē testis nō ꝓbat indiciū,sed opus est duobus,vt no.glo.reputata singularis in.l.si.⁊ qđ ibi Bar.⁊ alij docto.C.fami.ercis.⁊ quod not.Inno.in.c.sicut de simo.Ang.in l.si in prin.ff.quod me.cau.⁊ aut.de testa.imperfec.col.viij.Bald. in.l.cum citra.C.de iure dot.⁊ in.l.ij.in prin.ff.de excus.tu.⁊ Sali.in.l.fi.C.de questio.⁊ Alex.de imo.consil.v.col.ij.in.j.vol.⁊ cōsilio.xj.exordiente,Sentio in dubium reuocari ⁊c.columna.ij. et consilio.xix.exordiente,In his que in themate narrata sunt.columna octaua.in quarto volumine.Ex illa ergo pretensa repertione seu inuentione,vtpote non probata,nihil potest inferri:nec
3 potest huiusmodi † probatio imperfecta cum alia coniungi ad faciendum seu integrandum probationem,per id qđ voluit Bal. in.l.si quis ex argentarijs,post principium.ff.de eden.quod etiā voluit Alexan.de imol.in dicto cōsilio.xj.colum.ij.⁊ consilio.xix. col.ix.ibi,⁊ ideo tales testes sunt singulares.¶ Adijcio ꝙ vt parte prefati magistri Antonij propositum est,⁊ deductum,dictus Stephanus bugonis a multis annis ⁊ citra,⁊ sic tempore prestiti iuramenti,⁊ lati per eum testimonij fuit ⁊ est grandis inimi-
4 cus eiusdē Antonij.† Grauis enim inimicitia testē repellit aut. de testi.§.si vero odiosus.colla.vij.⁊.c. per tuas.in fi.de simo.de quo Fran.de are.in dicto.c.cum oporteat.col.v.ver.in glos.super verbo inimicos.de accusa.

Et quemadmoduz prefati Alaysia ⁊ Hugonis non probāt,ita nec probant alij pretensi testes parte dicte Gulielmete in hac causa producti,⁊ examinati,cū oēs

fuerint ⁊ sint singulares, ⁊ non de actu, sed de quibusdã pretensis
remotis indicijs deponere satagẽtes, qđ videri potest inspecto
tenore attestationũ eorundẽ. Janneta enim chabrierie sola depo
suit vidisse sunt duo anni elapsi prefatos magistrum Antoniũ ⁊
Gulielmetã solatiãtes ⁊ colloquẽtes infra ĩtroitũ domus puidi
viri Stephani Amblardi, eius fratris. Trucheta Chãble etiã
sola dicit vidisse fieri signũ nescio ꝙ per prefatũ Antonium cum
eius capite prefate Gulielmete existenti in porta domus prefati
Stephani, ⁊ ꝙ ipsa statim surrexit, ⁊ post eũdẽ Antoniũ iuit, ꝙ
que ipa Trucheta eandẽ Gulielmetã interrogauit quo iret, que
respõdit ꝙ ibat ad videndũ si dõne Perrine auoit disne: ⁊ subiũ
git ꝙ nõ vidit quo iuit. Pasqueta vero molerie etiã sola dicit ⁊
deponit vidisse prefatã Gulielmetam primo ingredientẽ quan-
dã pretensam chanaberiã, ⁊ ꝙ deinde etiã vidit eundẽ magistrũ
Antoniũ cũ balista, quã portabat, etiã intrantem chanaberiam.
Magister Philibert⁹ caroli deponit effectualiter ⁊ solus, se vi
disse duo sunt anni elapsi ꝙ cũ Gulielmeta veniret de fonte ciui
tatis Tricastrine portãs lagenã, dictus magister Antonius exi
stẽs in eius apotheca fecit ei signũ cũ capite, ⁊ ꝙ paulopost vidit
eã venientẽ versus predictã apothecã, ⁊ ꝙ cũ idẽ Antonius vi-
dit eã venire ipse primo accessit ad planũ turriũ, ⁊ ipsa eã seque-
batur: qđq; idem Antonius illã expectauit prope domũ dotalẽ
magistri Gerardi de perosa, vidit ꝙ dicta Gulielmeta eidẽ An
tonio tradidit suo videre vnã fogassiã, ⁊ ꝙ inde ipsi ambo simul
recesserũt quousq; fuerũt ante domũ Stephani maloni cõfabulã-
tes adinuicẽ, deponit etiã seu audiuisse dici, ꝙ ipsi fuerãt reper-
ti in sancto Restituto sub gradibus, Gulielmus fayeti etiã dicit
se audiuisse a quodam Petro de plano ꝙ ipse illos viderat sub
5 gradibus simul cõmiscẽtes: † sed horũ duorũ depositio seu dictũ
ideo nõ valet, q: est de auditu dici ab alio, nõ de pceptione actus
per propriũ sensum: pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Alber.
de male. in suo tracta. testi. in vltima parte. §. cõiequẽter opponi
tur contra testẽ esse redditã rationẽ de ratione auditus: ⁊ qđ ha
bet in. c. preterea. c. tã literis. de testi. ⁊. c. testes. iij. q. ix. Nicolaus
antẽ de croso etiã solus deposuit vidisse prefatũ Antoniũ extra
ortum Stephani Amblardi, ⁊ prope portã illius, ⁊ dictam Gu-
lielmetam infra colloquentes. Joannes Genesij nihil deponit.
Joãnes Hugonis etiã nihil dicit, preter ꝙ de fama. Ecce ergo
ꝙ isti omnes sunt in suis depositionibus ⁊ dictis singulares, ⁊ ꝙ
illi non de actu, sed de quibusdam pretensis indicijs, ⁊ quidẽ non
propinquis, sed remotis, ⁊ cõmunibus deponentes, quorũ pro
pterea nullũ probatur, q: (vt predixi) ad probationẽ indicij sunt
necessarij duo testes, vt not. glos. cõiter approbata in. d. l. fi. C. fa-
mil. erciscun. ¶ Et ꝙuis testes predicti, aut eorũ pars maior de
ponere enitantur de voce ⁊ fama ingrauidationis: illi tamen nec
recte de fama deponunt, nec illã probãt: pro quibus allegasse suf
ficiat not. per Bar. in. l. de minore. §. plurimum. ff. de questio.

Preterea et postremo dico, qđ
licet prefatus magister Antonius respõdẽdo dictis pretẽsis ar-
ticulis, aut quibusdã interrogatorijs sibi factis dixerit ⁊ respõ-
derit, se aliquãdo fuisse cũ dicta Gulielmeta in domo prefati An
tonij chareterij, ⁊ se aliquando fuisse eam inibi deosculatum: hoc
tamen nõ refragatur eidẽ Antonio, nec iuuat depositionẽ seu di
ctum dictorum Alaysie ⁊ Stephani Hugonis, pro eo quia idem
magister Antonius non dixit, nec respõdit se in domo huiusmo
di fuisse cum eadem Gulielmeta soluz cum sola, sed sub presentia
filiarum eiusdẽ Antonij: nisi forte quis dicere voluerit ꝙ de hac
6 cauda non appareat scilicet ꝙ inibi essent filie prefate. † Sz istud
non obest, pro eo quia prefata Gulielmeta cogitur totam confes-
sionem eiusdem Antonij acceptare, aut totã repellere, non vnaz
partem pro se acceptare, ⁊ aliam repellere: pro quo allegasse suf-
ficiat quod voluit glo. in. l. siquidẽ. C. de except. ⁊ Sali. in. l. siqui-
dem. C. de transac. Ange. aret. in. §. item si quis postulante, insti-
tut. de actio. ⁊ alij in alijs locis. Et ita mihi videtur ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Qui in pignore accipiendo reprobatum pactum legis cõmis-
sorie apposuit adueniente tempore tutius agit ad summam cre-
ditam. ꝙ ad pignoris vendicationem. A. F.

1 Pactum legis commissorie ab initio interpositum est a iure
reprobatum, et an possit iuramento firmari. ⁊ nume. 4. vbi fallit
in duobus casibus.
2 Juramentum nõ valet qñ lex prohibet contractũ odio speciali.
Pactum legis commissorie reprobatum est odio creditoris.
3 Beneficio iuris improbantis pactum legis commissorie renun-
tiari an possit.
4 Regulam firmat exceptio in casibus non exceptis.

¶ De pact. pigno. Consil. ccclvi.


Nihil oppositũ est parte
nobilis Alziarij gauffredi condomini de Inter-
calis in causa, quam defendendo habet cum nobi
li ⁊ generoso viro Petro de Balma, domino op-
pidi seu castri de Suza, per quod inferat, aut con
cludi possit dictum nobilem Petruz male egisse, aut alias ab eo
dem nobili Alziario petere non potuisse summas, ⁊ pecuniaruz
quantitates ab eodem petitas. Et signãter eidem nobili Petro
non obstitit neq; obstat, q: (vt constat publico instrumento par-
te dicti nobilis de Balma in hac causa producto) idem nobi. Al
ziarius vendiderit nobili ⁊ generoso viro Carolo de Balma do
mino pro tpe dicti loci de Suza, ac patri ⁊ predecessori huius no
bilis Petri dictum castrum de intercalis, cuz suis ⁊c. pretio triũ
millium florenorum ⁊ hoc si eidem nobili Carolo infra annũ non
soluisset florenos septingentos per eundem Carolũ sibi mutua-
tos, quia cũ pro obseruatione promissionis facte de soluendo in-
fra annum, vel in fine anni dictos florenos septingentos fuerit
castrum predictum ipsi nobili Carolo pignoratum, ⁊ deinde nõ
quidem ex internallo, sed incontinenti venditum dictum castrũ,
si summa huiusmodi infra annum, vel in fine anni ipsi nobili Ca
rolo non solueretur, apparet huiusmodi pretensam venditionez
fuisse factam sub pacto. l. commissorie, aut eidem simili, vt clare
colligitur ex his que not. Barto. in. l. Calipodius. alias incipit,
ꝙuis. ff. de solu. ⁊. l. creditores. la. ij. col. iiij. C. de pigno. doct. in. l.
1 j. ⁊ fina. C. de pact. pigno. ⁊ cano. in. c. significante. de pigno. † Hu-
iusmodi autem pactum ab initio interpositum, vt in casu, repro-
batum est a iure. d. l. j. ⁊ fina. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doctores. C. de pact.
pigno. ⁊ not. Barto. in dicta. l. Calipodius, ⁊. l. creditores, et ca-
no. in dicto. c. significante. Nec firmatur iuramento pactum hu-
iusmodi secundum veram ⁊ communem opinionem, quaz tenuit
⁊ sequutus est Bartol. in. l. si quis pro eo, versic. quarto dixi. ff. de
fideiusso. ⁊ secundum eum illa fuit de mente Innocen. in dicto. c.
significante, quod etiam ibi col. viij. versicu. sed aduerte ⁊c. affir-
mauit Jo. de Jmol. hanc opinionem etiam tenuit Joã. And. in
addi. Specu. titulo de conclusio. ⁊ renuntiatio. §. j. versicu. ⁊ quia
hic, in addi. exordiente, Ex quo autor ⁊c. ẽm Bald. in dicta. l. j. C.
de pac. pigno. Et quãuis idem Baldus in dicta. l. j. tenuerit con-
trarium, ipse tamen videtur tenuisse primam partem. ff. de iure
iuran. in rubri. col. ij. versic. quidam dicunt ꝙ aut iuramentũ ⁊c.
2 ibi, aut odio speciali: vbi dicit Bal. † ꝙ quãdo lex prohibet con-
tractum odio speciali, tunc non valet iuramentũ, ⁊ ponit exem-
plum in Macedoniano. Illud autem certum est ꝙ pactuz legis
commissorie reprobatũ est odio creditoris, vt satis colligitur ex
dicta. l. fina. C. de pac. pigno. quod etiam voluit Bart. in dicta. l.
si quis pro eo. versicu. quarto dixi, ⁊ Joan. de Jmol. in dicto. c. si-
gnificante, in multis locis: vbi etiam hoc voluit Pet. de Ancha.
Sali. in dicta. l. j. C. de pac. pigno. Godoffre. in. l. fi. eo. titu. ⁊ Albe.
illo eo. titul. super rubri. Fuit ergo de mẽte Bal. in ver. superius
allegato, ꝙ iuramentuz non valeret, hoc est ꝙ contractũ seu pa-
3 ctum non confirmaret. † Hinc est ꝙ beneficio iuris improbantis
dictum pactuz renuntiari non põt, vt voluit Godoffre. in dicta. l.
fina. in fi. pro quo allegat. l. quos prohibet. ff. de postulando: ⁊ idẽ
voluit Anto. de butri. ⁊ post eũ Jo. de Jmol. in. d. c. significante.
col. v. ver. an autem possit renuntiari: pro quo allegat ꝙ hoc pa-
ctum videtur improbatum a iure principaliter odio creditoris,
ꝙuis secundario hoc tẽdat in fauorem debitoris. Non potest igi-
tur debitor renũtiare beneficio huiusmodi, per id quod legitur ⁊
not. in. l. cum ⁊ si. ff. ad Macedo. ⁊. c. si diligenti. de foro competẽ.

Sed forte respõdebitur ꝙ pa-
ctum, de quo supra non fuerit pactum. l. commissorie, vel ei simi-
le, pro eo quia in casu de quo agitur, non fuit castrum predictum
cum suis ⁊c. pretio dictorum quingentorum florenorum, sed pre-
tio trium millium florenorum, ⁊ sic pretio ampliore sed istud non
obstat, quoniam licet dicta pretensa venditio facta non extiterit
pretio dictorum quingentorum florenorum: poterat tamẽ vel de
facto, vel alias ipse nobilis Alziarius pretendere se fuisse lesuz:
⁊ sic rationem, propter quam prohibitum est dictum pactuz, sibi
4 locum vendicasse, ⁊ vendere in hoc casu. † Preterea pactũ legis
commissorie, et sibi simile, ab initio in pignoribus inter debito-
rem ⁊ creditorem interpositum est regulariter reprobatuz, dicta
l. j. ⁊ fi. C. de pac. pigno. a qua regula non excipiuntur nisi duo ca-
sus, vt colligitur ex no. per Bar. in. d. l. Calipodius. ⁊. d. l. credi-
tores. col. iiii. ⁊ per alios in. l. j. ⁊ fi. ⁊. c. significante. superius alle.
quorũ primus est, qñ videretur aut daretur insolutũ, seu vendi,
aut insolutuz dari promitteretur pretio iusto: tunc enim valeret
pactum. l. si fundus. §. fi. ff. de pigno. Justum autez pretium esti-
mabit

mabit bonus vir, id est index. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & est expressum in casu isto. l. fi. in fi. C. de iu. domi. impe. nisi forte promissum esset p cõtrahentes de futuris estimatorib⁹, seu arbitratoribus quod fieri posset, vt voluit Bart. in. d. l. fi. de pact. pigno. Secũdus casus est, quando res fuisset simpliciter vẽdita vel pmissio simpliciter facta de vendendo eo casu quo pecunia infra terminũ non solueretur, tunc em̃ etiam valeret pactum: q intelligitur rem esse venditã, aut factã pmissionez de illã vẽdendo pretio iusto. d. l. si fundus, in fi. quod etiã voluerunt docto. in iuribus superius allegatis. Regula ergo reprobatiua pacti legis commissorie in pignoribus, in alijs casib⁹ firma manet, † q exceptio firmat regulã in casib⁹ nõ exceptis. l. quesitũ. §. deniq; ff. de fun. instruc. & aut. de nõ alie. aut permu. coll. ij. Et si opponatur me psupponere pro vero id quod pbandũ assumpseram, scz q pactũ, de quo in dicto instrumento fuerit pactũ legis cõmissorie, & q hoc supposito cõuolaueriz ad aliud, scz ad impugnationẽ dicti pacti p eo q pactum hoc non est de exceptis: & sic consequenter nõ valere hanc argumentationem, & non esse probatum sed magis suppositum id quod pbãdũ assumpseram: & sic finaliter hoc restare: q nisi res obligata vendatur, aut detur in solutũ seu vendi aut dari in solutũ pmittatur p pretio pro quo &c. non erit pactuz legis cõmissorie. Respondeo q istud nõ obstat: nam si inspiciãtur scribẽtes in dictis. l. j. ij. l. calipodius, & c. significate, omnes psupponunt esse pactum legis cõmissorie, etiã eo casu quo ab initio vẽditur, aut datur in solutum, aut vendi seu dari pmittit, vel simpliciter, vel pretio iusto: in quorum tamen neutro venditur res aut datur in solutũ, seu vẽdi aut dari pmittit p illo eodem pretio, & solum inquirunt an pactũ in illis casibus valeat, & qd valere concludunt, per dictam. l. si fundus. §. fi. quod si ita est in dictis casib⁹, hoc est si in illis sit pactuz legis cõmissorie, q̃uis nõ reprobatuz, cur nõ & in isto, q̃uis reprobatũ, postq̃ quo ad ipsum nõ reperitur casus except⁹. Et his de causis pfatus nobilis. Petrus de balma, vir pfecto nobilis (generosus) & bonus pbus, poti⁹ elegit ab initio agere & experiri p repetitione summarũ & pecuniaruz q̃titatum in suo libello mentionatarum, q̃ ad castrum predictum cũ &c. vẽdicare, vel ex empto experiri, paratus tamẽ dictũ castrum & alia &c. si sibi traderent recipere, & exbursare restantem pecuniã, q etiaz alias facere obtulit constante publico instrumento in cã pducto. ¶ Puto aũt quod opus non existat respondere obiectioni, que fortasse fieri posset cõtra & aduersus pdicta, q vcz replicãdo non fuerit obiectũ de inualiditate dicti pacti: q respondeo, q de illa apparet ex inspectione predicti instrumẽti, & librorum: & ideo opus opus nõ fuit de ea replicare. Quod quia notissimum est spectabili viro domino iudici cause huius, ego super hoc non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Ab intestato propinquiores collaterales sibi inuicẽ lege succedunt, non obstante renuntiatione bonorum paternorum & maternorum per eos facta. V. F.

1 ¶ Renũtiatio bonorũ paternorum & maternorum an se extendat ad bona collateralium.
2 Presentia & taciturnitas an & quando noceant.

¶ De legiti. heredib. Consi. ccclvij.



Egregie vir, ac domine & amice colẽdissime, post debitas commendationes, vidi casum p vos mihi trãsmissum, vna cũ instrumentis & alijs scripturis mihi portatis & exhibitis p honestã mulierẽ Margaretam, vxorem & psonam coniunctam honorabilis viri Joannis tricaudi. Et vt breuiter & succincte vobis aperiam id qd sentio, dico & respõdeo in primis, quod Franciscus lãgloys, seu Joãnes lãgloys ei⁹ pater, & legitimus administrator eiusdẽ Frãcisci eius filij, heredis p certũ mediuz Suichardæ quõdam filie naturalis & legitime dictorũ Joannis tricaudi & Margarete cõiugũ, repelli non potest pretextu & ad causam renuntiationis & quittantie dudum facte per dictã quõdam Suichardam. † Pro quo dicto illa potissima assignatur ratio, q dicta Suichardа renuntiauit bonis paternis & maternis & illa quittauit: non autem bona sororina. Quo fit vt renũtiatio & quittãtia huiusmodi ad illa non se extendat: pro quo allegasse sufficiat qd in casu magis dubio voluit Albe. in. l. si qñ. §. illud versi. sed quid si renuntiauit aliquis solenniter & legitime bonis paternis. C. de inoffi. testa. Ange. consi. lj. exordiente, Dñs Silius & dña Dufeugia &c. & Roma. consi. clxviij. exordiente, Circa primũ &c. & Alex. de imol. in. l. j. §. veteres. ff. de acqui. poss. bona em̃, de quibus cõtenditur, etiaz si alias peruenissent a prefatis Joanne & Margareta ad dictam Suichardam eorum quõdam filiam, non dicerentur paterna aut materna, vt volunt & cõcludunt docto. in locis preallegatis.

2 † Etiam nec repellitur dictus Franciscus, seu pfatus Joãnes eius pater, p eo q fuit presens in transactione olim facta p & inter prefatos Joannẽ tricaudi & Margaretam cõiuges ex vna parte, & Stephanũ cucur ex alia. Vñ q licet (vt ponitur in casu) causa, sup qua litigatũ extiterat fuerat cepta. & pendebat indecisa per & inter prefatos Joãnẽ et Margaretam suis, & Peronete tricaude eorũ filie nominib⁹ ex vna parte, & pfatũ Stephanũ ex alia: & tñ (vt audio) nõ trãsegerũt nisi suis nominib⁹. Tũ & quia, si eadẽ Peronеta, que adhuc viuebat psens extitisset, ipsa nõ potuisset impedire trãsactionez de qua supra. Presentia ergo & taciturnitas sibi non nocuissent, per doctrinã positã p Bar. & docto. cõmuniter approbatã in. l. que dotis. ff. sol. matr. Minus ergo eidem nocere debuit psentia & taciturnitas dictorũ Joannis & Francisci patris & filij, & ips⁹ Perõete soceri & mariti. Nec ipsis Joãni & Frãcisco opponi potest, q tũc fuerint psentes, & nihil dixerint: q respondeo q, cum tunc adhuc viueret prefata Peroneta eorum nurus & vxor, non habebãt ius in bonis, nec efficaciter eorum nominibus aliquid dicere poterant ad impediendam transactionem. ¶ Solũ ergo hoc restat p decisione occurrẽtis difficultatis, discutere & videre, an constitutio dotis quã oliz fecisse dicitur dicta Suichardа prefato Stephano cucur, eius secũdo viro, de bonis ad eã peruentis ex successione Bartholomei folheti eius primi viri, de iure valuerit, eo (vt audio) illa facta extitit absente dicto Joanne eius patre. Et an donatio quã postea fecisse dicit ipsa Suichardа eidẽ Stephano ei⁹ secundo viro fuerit donatio inter viuos, aut causa mortis. Et q memini alias aliquid scripsisse sup istis ad postulationẽ prefati Stephani, ego nihil respõdeo, donec videro instrumentũ transactionis superius mẽtionate: cũ quo mihi mittatur nota donationis facte eidẽ Stephano. Vellem etiã intelligere an in causa cepta p & inter prefatos Joannẽ & Margaretaz suis & dicte Peronete nominibus ex vna parte, & ipsuz Stephanũ ex alia, eadẽ Peroneta fecerit pcuratores vel alias aliquẽ actuz fecerit, p quẽ cognosci possit, q illa adiuerit hereditatem dicte quõdaz Suichardе eius sororis. Hec dico, q si cõstitutio, & donatio superius mentionate non valuerint: certum est q hereditas dicte quondam Suichardе deuoluta est ad dictos Joannẽ & Margaretaz parentes, & Peronetã sororem, ad quẽlibet vcz p tertia parte, aut. de hered. ab intesta. §. si vero cũ ascẽdentibus, colla. ix. & transumptiue in aut. defuncto. C. ad trebel. Veruz esto q constitutio & donatio superius mẽtionate de iure valuissent, & q pptereа hereditas prefate quondam Suichardе fuisset p triente, seu tertia parte, donata dicte quõdaz Peronetе: si tamen eadẽ Peroneta illã nõ acceptauerit priusq̃ moreret ipsa, illam nõ transmisit ad eius filiam, & sic cõsequẽter prefatus Frãciscus aut Joãnes eius pater, & p eo illam petere nõ posset. l. qñ sororẽ. C. de iu. delibe. Patet igitur ppter que veliz videre & intelligere pdicta. ¶ Adijcio predictis q, si cõstitutio & donatio pdicte non valuissent, & q pfata quondã Peroneta adiuisset hereditatẽ sororis, & sic cõsequẽter essemus in casu, in quo prefati Joãnes & Margareta & Peroneta ei⁹ filia cũ effectu successissent dicte quondã Suichardе, idẽ Joannes ptendere nõ posset sibi pertinere vsumfructũ partis peruẽte ad prefatã Peronetã & consequẽter p mediũ filij cõis ad eundẽ Franciscum, authẽ. de heredi. ab intesta. §. si vero cũ ascẽdẽtibus: ibi, nullum vsum ex filiorũ aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penit⁹ vendicare, & trãsumptiue in aut. itez hereditas. C. de bonis que libe. Hec igit vobis scribo. vt dõatio vestra, q̃ hũc casuz sua gratiã mihi trãsmisit. istos pbos dirigat in agendis. Et hec hactenus, quod superest, rogo vt si quicquã velitis, que possim. precipiendo mandetis. Ex Carpentoracte die. xiij. mẽsis Octobris.

Vester seruitor & amicus
Stepha. Bertrandi.

¶ Argumentum.

¶ Per vnũ ex socijs omnium bonorum etiam clam acquisita, deinde longo tẽpore in ipsa cõmunione possessa cõsociorũ ipsorum sunt. V. F.

1 ¶ Acquisitum per vnum ex socijs nomine proprio an veniat communicandum.
2 Patruo & nepoti simul manentibus, & fructus percipiẽtibus, si

patruus ex fructibus venditis emat predium nomine suo, an te
neatur communicare.
3 Socius an possit clam altero inscio societati renuntiare.

¶ Pro socio. Consi.ccclviij.



Ponitur in facto quod
mortuo ⁊ vita functo ꝓuido quondã viro. M. co
lũboni, pbi viri magistri Joannes ⁊ Lãcelinus
colũboni eius filij naturales ⁊ legitimi, ac vni
uersales heredes manserunt in cõmunione spa
tio triginta annoꝝ, vel circa: quibus durãtibus communicaue
rũt sibijnuicem non solũ fructus perceptos ex bonis dicti quon
dam eoꝝ patris, sed etiã omnia, vniuersa, ⁊ singula eoꝝ lucra
vndecũq; eisdem acquisita: manserũt etiam simul faciẽtes vnũ
sumptũ, ⁊ expensas cõmuniter, quibus etiã durantibus nũquã
fuit inter eos, aut per eoꝝ aliquem ratio reddita de maiore lu
cro facto per alterum eorũdem: ꝙq; durante cõmunione huius
modi idẽ magister Joannes hoc tacito dicto Lãcelino eius fra
tri, acquisiuit nomine suijpsius vnũ molendinũ, postea cõmuni
ter ⁊ ꝓ indiuiso ꝑ eosdẽ tentũ ⁊ possessum spatio duodecim anno
rum vel circa, ⁊ ꝓ cuius dñio directo fuit annis singulis per eos
cõiter ⁊ de granis cõmunibus census exsolutus. Et q̃ idem ma
gister Joãnes dicit ⁊ ꝑtendit molendinũ hmõi sibi insolidũ ꝑti
nere, quesitũ est quid iuris: an videlicet hoc verũ sit an de cõmu
1 ne existat, aut inter eos cõmunicari debeat. † Ad qđ rñdeo, quod
cum (vt colligit̃ ex narratis) videat̃ inter eos fuisse cõtracta so
cietas oĩm bonoꝝ, ipse magister Joãnes tenet̃ ⁊ dꝫ cõmunicare
p̄dictũ molendinũ p̄fato Lãcelino eius fratri: pro quo induco
id qđ voluit Bal. in. l. j. C. si quis alteri vel sibi, ꝑ. l. si quis societa
tem cõtraxerit. ff. ꝓ so. ⁊ ꝑ id qđ no. gl. in. l. penult. C. si quis alte
ri vel sibi: induco etiã id qđ no. Bal. in. l. si vt ꝓponis, in fi. C. de
2 rei ven. vbi dicit ꝙ si patru⁹ ⁊ nepos simul sunt, ⁊ fructus simul
percipiũt de cõmuni, ⁊ patruus magis sagax vendidit fruct⁹. ⁊
inde emit predia suo nomine, ipse tenebit̃ illa cõmunicare, si erãt
socij: ⁊ idem voluit Bal. in. l. si socius. ff. si cer. peta. in. l. cum duo
bus, ⁊. l. si fratres, alias est. l. papinian⁹. ff. ꝓ so. in lectu. antiqua.
post Cy. ibi. Bal. in. l. cum oportet, in princ. C. de bo. que libe. vbi
etiam refert id qđ voluit Richar. malum. ⁊ Cy. in. d. l. si fratres.
Etiam induco qđ voluit Bal. in. l. fi. §. quatuor, per illũ tex. ff. de
lega. ij. ad qđ optime facit. l. si patruus, ⁊ qđ ibi Bald. C. cõmuni.
vtriusq;. iudi. vbi per ilũ tex. dicit Bal. ꝙ si sint plures vel patrui
vel nepotes, ⁊ vnus clam emat possessionẽ pro se ⁊ heredi. ꝙ ni
3 hilominus talis possessio debet cõicari, † q̃ clãdestine empta nõ
debent sibi patrocinari. Cuius dicti illa assignat̃ ratio, q̃ nõ po
tuit iste emens clam altero inscio renũtiare societati. l. actione,
§. diximus, ⁊. §. renũtiare. ff. ꝓ so. ꝓ quo etiã ẜm Alexã. de imol.
consi. xlix. exordiente, Nature põderatis his q̃ in premisso the
mate, in primo vol. facit qđ voluit Ange. cõsi. clxxj. exordiente,
Julius hugonis de crotolo ⁊c. Pet. de ancha. cõsi. cxlviij. exor
diente, Plura dubia elicita sunt ex facto ⁊c. Etiã ꝓ premissis fa
cit qđ voluit Pe. de vbal. in suo tracta. socie, in tertia parte prin
cipali, versi. circa primũ dubiũ facit ⁊c. Pro qua parte etiã mul
ta inducit Alex. in. d. cõsi. xlix. que possunt ibi videri. Pñt ⁊ alia
induci, sꝫ q̃ p̄missa mihi vident̃ sufficere, ego sup hoc nõ insisto.

¶ Argumentum.

¶ Subsidij alicuius municipalis emptor nõ nisi quantum cõue
nit pro municipio illo soluere tenetur, idq; habita ratione valo
ris monete de tempore contractus, V. F.

1 ¶ Dubium in verbis contrahentium claris.
2 Usq;, que dictio sit.
3 In dubijs interpretatio contra quem fienda.
4 Qui pro alio creditoribus soluere promisit an ⁊ quando debeat
soluere in moneta tempore contractus currente.

¶ De solutionibus. Consi.ccclix.



Christi nomine inuoca
to. Uiso themate ꝓposite cõsultationis parte nobi
liũ, venerabilium, ⁊ honorabiliũ viroꝝ dominoꝝ
syndicoꝝ ⁊ cõsiliarioꝝ vniuersitatis Aurayce, et
ipsius vniuersitatis ⁊ singulariũ ꝑsonarũ illius mihi exhibito,
vna cum instrumento vẽditionis trẽteni inibi latius mẽtionati
dico ⁊ rñdeo breuiter ⁊ succicte ad ꝓposita dubia, put infra. Et
primo ꝙ nobiles Oliuarius de cocilis dictus Agassini, ⁊ Bal
thasar botini emptores trenteni ⁊c. nõ tenent̃ acquittare seu libe
rare dictam Aurayce vniuersitatẽ a creditorib⁹ ⁊ summis in di
cto vẽditionis instrumẽto mẽtionatis, nisi vsq; ad summã duo
decim milliũ floꝛenoꝝ monete in auenione currẽtis tẽpore fa
cte vẽditionis dicti trenteni. Hoc eñ clarissime colligit̃ ex mul
tis partibus ac punctis ⁊ clausulis in instrumẽto hmõi clare ex
preisis. Et primo quidẽ ex expressiõe gñalis pretij seu toti⁹ sum
me ꝓ trẽteno, ⁊ alijs tunc vẽditis dari ⁊ solui cõuẽte ⁊ promisse
ascendẽtis ad summã quatuordecim miliũ ⁊ sexcentoꝝ floreno
rum, cuiuslibet valoris viginti quatuor solidoꝝ monete tũc cur
rẽtis in Auenione, vt apparet fo. 11. predicti instrumenti, et ibi
subijcitur, ꝙ ipsi de Cocilis ⁊ Botini tenerent̃ ⁊ deberẽt de sum
ma hmõi dare ⁊ soluere creditorib⁹ postea subiunctis summam
duodecim miliũ florenoꝝ eiusdẽ monete. Hoc etiã clarissime col
ligit̃ ex his que ponũtur ⁊ describũtur fo. 17. ver. Jtẽ insup fuit
actũ ⁊ expresse conuentũ: ibi, vsq; tamẽ ad summã p̄dictã duode
cim milliũ florenoꝝ monete currentis p̄dicte, ⁊ nõ vltra, acquit
tare ⁊ liberare, ac liberos, qttos, ⁊ immunes tenere, facere, ⁊ red
dere, illesosq; pariter ⁊ indẽnes seruare ⁊ custodire. Et subijcit̃,
quittãtiasq; de solutis debitoꝝ ⁊ pẽsionũ p̄dictarũ, vsq; tamen
ad summam predictam duodecim milliũ florenoꝝ dicte monete
a predictis ipsius cõitatis creditoribus reportare. Et idẽ colli
gitur ex his que scribuntur eodem fo. vbi scriptum est fuisse pa
ctum ⁊ cõuentum ꝑ ⁊ inter prefatos dños syndicos, consiliarios
⁊ alios ex vna parte, ⁊ dictos emptores ex alia, ꝙ p̄fati empto
res tenerẽtur ⁊ deberent reportare p̄dicte vniuersitati quittan
tiã ⁊ liberationem mille scutoꝝ ⁊ septuaginta scutoꝝ auri, in q
bus tenebat̃ egregio viro do. Ludouico meruli, ⁊ mille floreno
rũ in quibus tenebatur nobili Põceto rafrãdi, ⁊ hoc infra annũ
tunc ꝓxime futurũ. Et postea subiũguntur verba sequẽtia. Er
ga vero ceteros ⁊ superius nominatos ipsius cõitatis credito
res, ⁊ ꝓ dictis eorum ⁊ specificatis debitis, vsq; tamẽ ad summã
predictã florenoꝝ duodecim milium. Ex quibus omnibus cla
rissime colligit̃ eosdem Agassini ⁊ Botini nõ teneri acquittare
⁊ liberare p̄dictam vniuersitatem a creditoribus, ⁊ debitis, seu
summis post eoꝝ nomina ⁊ cognomina descriptis, nisi vsq; ad
summã dictoꝝ duodecim milliũ florenoꝝ monete in Aueniõe
1 currentis tẽpore facte venditionis, de qua supra. † Et q̃ verba
predicta clara existũt, nec de contrahentiũ voluntate contraria
apparet, nõ est a verbis hmõi recedẽdũ. l. ille aut ille. §. cũ in ver
bis. ⁊. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. quid enim potuit clarius dici, q̃ id
qđ dictũ est, ⁊ iã retuli in. xvij. fo. ibi, vsq; tñ ad summã predictã
duodecim milliũ florenoꝝ monete currẽtis p̄dicte, ⁊ non vltra:
2 ꝑfecto nihil. † Tũ q̃ dictio vsq; tñ, videtur esse dictio taxatiua.
ar. l. lucius. §. que habebat. ff. ad trebel. Tũ ⁊ q̃ dictũ est, ⁊ nõ vl
3 tra. † Preterea in dubio fieri debet interpretatio contra illũ qui
se fundat ex verbis cõtractus. l. veterib⁹. ff. de pact. l. stipulatio
ista habere licere. §. in stipulationib⁹. ff. de verb. obl. ⁊ regula con
tra eum. de regu. iur. in. vj. qđ etiã voluit Alex. de imo. in. l. si pa
scenda. C. de pac. ⁊ And. sicu. cons. lxiij. in prima parte. ¶ Cũ er
go prefati do. syndici, consiliarij, ⁊ alij se fundent aut fundare ni
tantur ex verbis vẽditionis antedicte, debet in dubio cõtra eos
fieri interpretatio, vt scꝫ nõ teneantur prefati de Cocilis ⁊ Bo
tini ꝑ acquittationẽ ⁊ liberationẽ predictas exbursare ⁊ soluere
dictis eoꝝ creditoribus nisi summã predictã duodecim milliũ
florenoꝝ monete currẽtis tẽpore facte vẽditionis. Et q̃ istud
non mihi vr̃ habere dubiũ, ⁊ ita etiam ijsdẽ do. syndicis, ⁊ alijs,
aut ꝑ eos missis alias verbo rñdi, ego vlterius sup eo nõ insisto.
4 † Ad secũdum dico ⁊ respõdeo
ꝙ dicti emptores tenent̃ ⁊ debẽt liberare ⁊ acquittare predictã
vniuersitatẽ erga dictos eius creditores vsq; ad summã dictoꝝ
xij. milliũ florenoꝝ monete in Auenione currẽtis, nõ quidẽ tẽ
porib⁹ solutionũ postea factarũ, vel imposterũ de restis faciẽda
rũ, sed tẽpore dicte vẽditionis. Quo fit, vt si postea, hoc est a tꝑe
facte vẽditionis vsq; ad tẽpus solutionis ⁊ solutionũ postea fa
ctarũ ⁊ faciẽdarũ, fuerãt pecunie diminute, teneant̃ ipsi empto
res hoc supplere: vt verbi gratia, si tꝑe facte vẽditionis trigita
tres grossi valerẽt vno scuto, ⁊ ecõtra, ⁊ scutũ valeret trigita tri
bus grossis, ⁊ postea tꝑe facte prime solutionis scutum valuerit
xxxiiij. grossia, ⁊. xxxiiij. grossi monete tũc currẽtis nõ valuerint
nisi scuto: deberet pro singulis triginta tribus grossis suppleri
vnus grossus de moneta currẽte tẽpore istius prime solutionis,
⁊ ẜm ꝙ tẽpore solutionũ postea factarũ vel imposterũ faciẽdarũ
pecunie fuerũt diminute, hoc est minoris valoris, q̃ essent tẽpo
re facte vẽditionis, hoc minus debebit suppleri ꝑ ipsos empto
res, nisi essent facte solutiones, vel fierent imposterũ in ⁊ de mo
neta antiqua currẽte tꝑe vẽditionis, ac bone lige, ⁊ illius ponde
ris quoꝝ tunc erant, ꝑ id qđ habet̃ in. c. olim. de censi. no. Bar. ⁊
doct. cõiter in. l. paulus. ff. de solu. Bart. ⁊ Albe. in. l. cũ quid. ff. si
cert.

ter.pet.Alex.de imol.in.l.qð te.eo.titu.Anto.de butr.Panor. ⁊ alij in.c.qñto.de iureiurã.⁊ Marti.de lau.in suo tract.monetarũ,ver.accedo ad secundũ articulũ ⁊c.⁊ Bal.in.l.aceptã,versi. decimoseptimo querit.C.de vsur.Et hoc cõtingit ꝑ eo q2 facta est mutatio in ligna ⁊ pondere,vel in altero:⁊ sic in materia, seu bonitate intrinseca monete:nec isto casu distinguit an mutatio huiusmodi facta extiterit post,vel ante moram debitoris,vt expresse voluit Panor.in.d.c.qñto:⁊ ita etiã sentit Bar.in.d.l.paulus,versi.quero quid si moneta ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Princeps ⁊ re sua subditos grauare potest,atq3 adeo illorũ res auferre:modo aliunde compenset,neq3 id contra ipsiusmet contractum,seu naturalem quandam obligationem sit. V. F.

1 ¶ Princeps an possit subdito auferre dñiũ rei sue aliter,ꝙ legẽ generalẽ condẽdo,aut exercendo iurisdictionẽ,⁊ quãdo,⁊ quis.
2 Imperator de plenitudine potestatis an possit auferre dominium,etiam nulla causa suadente,⁊ quid in papa,vel alio non recognoscente superiorem.nume.4.
3 Ratio quelibet principis motiua an habeatur pro causa.
4 Domini non recognoscentes superiorẽ hoc possunt in sua ditione,quod imperator in imperio.
5 Paria sunt propter publicam vtilitatẽ fieri,vel pro conseruatione status principis.
6 Princeps an possit alteri auferre ex causa iusta dominium rei sue sine compensatione.
7 Principi causam exprimenti an credi debeat,⁊ quid si per clausulam ex certa scientia.
8 Princeps an possit vassallo sine cause cognitiõe feudũ tollere.
9 Resolutio contractus cũ principe an sit in potestate principis.

¶ De manda.princi. Consi.ccclx.



Spectabilis vir, ⁊ dñe mi venerandissime,post debitas cõmendationes vidi copiã instrumenti vẽditionis olim facte p recolende memorie illustrissimũ dñm regẽ Renatũ nobili viro Petro de cabanis,vna cũ vestris elegantissimis iuriũ allegationib9,factis ꝑ defensione
1 iuris eiusdẽ nobilis petri.†Et ꝗuis sup isto articulo an videlicet possit princeps mihi eius subdito auferre dominiũ rei mee aliter,quam legem generalem condendo, aut iurisdictionem exercendo:vt verbi grã,ꝑ rescriptũ,priuilegiũ,cõtractũ,vel al's sint varie opiniones:puto tamen,ꝑut egregie scripsistis,ꝙ hoc facere possit ex iusta cã seu rationabili,⁊ hec opinio videt̃ mihi cõiter teneri per doct.tam in scribendo,ꝙ etiã cõsulendo:de hac materia multa dicit Alex.de imo.cõsi.cxxxvj.in primo vol.cõsi. j.in secũdo quesito,cõsi.cxc.⁊ consi.cxviij.ꝑ vos allegato,in scdo vol.Raph.fulgo.cõsi.clxj.exordiẽte,do.Catharina,⁊ cõsi.cxliij. exordiẽte,Antonius de crimine lese maiestatis ⁊c.⁊ Andr.sicu. consi.xliij.exordiẽte,Preclare scribitur,ver.preterea ponderet do.iudicans ⁊c.⁊ alij in alijs locis.Ange.vero in.l.item si verbe
2 ratũ.§.j.ff.de rei vẽ.†dicit ꝙ imperator de plenitudine potestatis auferre põt nobis dominiũ,etiã nulla cã suadente:⁊ subiungit,ꝙ qui cõtrariũ dicũt mentiuntur:ꝑ quo dicit esse casum in l.ij.⁊.l.bene a zenone.C.de quadri.prescrip.qð etiã post relatas opiniones voluit Andr.sicu.in.c.que in ecclesiarũ,ver.⁊ ideo mihi videt̃,de cõsti.vbi ꝑfecto multa ⁊ bona ⁊ subtilia fundamẽta inducit.Idẽ etiam voluit do.Jas.may.in.l.fi.versi.vj.limita nisi de plenitudine potestatis ⁊c.Bal.vero in.l.rescripta,ver.iij.querunt doct.C.de preci.impera.offe.dicit ꝙ cum aliquali cã potest
3 princeps alicui auferre dñium rei sue,†⁊ ꝙ ꝑ causa habet̃ quelibet rõ motiua principis,⁊ hoc dictũ Bal.ꝯmemorauit,nec tamẽ reprobauit Rapha.fulgo.in.d.cõsi.cxliij.Sed quicqd sit de opinione Ang.⁊ sequaciũ,⁊ de opiniõe Bal.puto ꝙ nõ sit dubiũ qn saltẽ cũ cã iusta seu ratiõabili possit princeps alteri auferre dominiũ rei sue.Et ꝗuis do.Jas.in.d.l.fi.ver.ꝑdicta omnia intellige.C.si cõtra ius,⁊ in allegata.l.rescripta.C.de preci.imper.offe. ⁊ Andr.sic.cõsi.xxiiij.exordiẽte,Clemẽtissimi dei patris domini nostri Jesu xp̃i ⁊c.hoc restringant ad papam,⁊ imperatorẽ:
4 †puto tamẽ ꝙ etiã hoc facere possint alij principes nõ recognoscẽtes superiorẽ:tales eñ ꝑ3 cõem doctrinã doc,possunt in suis regnis seu alijs dñijs quicqd põt imperator in imperio:hoc eñ videt̃ voluisse Bar.in.l.j.§.de qua.ff.de postulã.⁊ in.l.infamẽ.ff. de publi.iudi.Cy.Bal.⁊ alij in.l.ea lege.C.de cõdi.ob cau.Bald. in.l.exẽplo,circa fi.C.de ꝓba.Ang.cõsi.cxcvj.exordiente,In cã accusationis ⁊c.Paulus de cast.consi.ccxxvij.exordiẽte,Super primo dubio.⁊ alij in alijs locis.Et ita nõ puto in hoc esse diffi-
5 cultatẽ.†Causa vero quã idẽ quodã illustrissimꝰ do.Renatꝰ pretendebat,sc3 grandẽ pecuniarũ necessitatem,⁊ sui status cõseruationẽ,erat iusta ⁊ rationabilis:si eñ ꝙ predixi,sc3 ꝙ princeps possit alteri auferre dominiũ rei sue ꝑpter publicam vtilitatem vt verbi gratia,pro solutiõe stipendiorũ fienda militib9,cur nõ licet ꝑ cõseruatione status principis,qui est principalis defensor,⁊ pater rei publice,⁊ qui propterea in cõtrahendo ꝑpter eiꝰ necessitatẽ videt̃ ex necessitate rei publice cõtraxisse,ꝑ id qð in si mili ponitur de prelato in.c.ex ꝑsentium,de pigno.⁊.c.j.de solu.
6 †Sed in hoc remanet difficultas,an princeps possit etiã ex causa iusta seu rationabili alteri auferre dñiũ rei sue,etiã non facta illi recõpensatione.Ad quod videt̃ dicendũ ꝙ nõ.l.vẽditor.§.si cõstat.ff.cõmuni predi.l.si pẽdentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufruc.qð etiã voluerũt Guli.de cug.Bar.Bal.⁊ Fulg.in.l.fi.§.fi. ff.de pigno.actio.⁊ Ange.cõsi.cxxxv.exordiente,Visis omnib9 statutis ⁊c.Idẽ etiam voluit do.Feli.in.d.c.que in eccle.ver.prima declaratio primi membri est ꝙ licet ex causa possit princeps vni auferre ⁊c.vbi multos inducit qui videri possunt.Idẽ etiã voluit Alex.de imol.in.d.consi.cxc.versi.iij.q2 ⁊c.iũctis his que ipse ponit in respondẽdo ad tertium argumentum,⁊ idẽ etiã voluit do.Jas.may.in.d.l.fi.ver.vltra quatuor limitationes gl.⁊c. C.si contra ius.⁊ istud est qð me facit aliquantulum dubitare in hac causa,ꝑ eo quia non video ꝙ heredibus illius nobilis fabricij,cui dicebat̃ castrũ de Buco alias fuisse fictitie vẽditũ,vel(vt cõcipio ꝑ vestras allegationes)infeudatũ,ita,dãnũ iferri possit.
7 †Preterea est aliud, ꝑpter qð etiam dubito,quia licet regulariter,⁊ ꝑm opinionẽ magis communem,ꝑsumatur princeps facere ex iusta causa quicquid facit signanter quãdo ꝑ eum apponitur clausula,ex certa sciẽtia,pro quo multa inducit do.Feli.in.d.c.que in ecclesiarum, ver.quinta conclusio est ꝙ in dubio ꝑsumitur ⁊c.quod etiã voluit Panor.in.d.c.cũ olim,de re iudi.⁊ Sali.in.l.nec causas,de appel.et Jaco.butr.in.l.prescriptione.C.de preci.impera.offe.vbi dicit, ꝙ si princeps causam exprimat,bene est:⁊ si nõ exprimat,presumam iustã:⁊ ꝙ principi causam exprimenti de ea credi debeat, etiam voluit Raph.fulgo.in.d.consi.cxliij.per ele.literis,de ꝓba.Ange.consi.ccxix.exordiente,Serenissimꝰ princeps Vincelaus Romanorũ imperator ⁊c.⁊ Frã.de are.in.l.sciendum,ver. quibus addo glo.no.ff.de verbo.oblig.hoc tamen limitatur vt non procedat quando princeps est obligatus in his,que sunt de iure naturali,puta ex suo cõtractu,alias posset de facili euacuare omnẽ contractum cũ eo firmatũ,cõtra.l.cesar.ff.de publica. ⁊.c.j.de proba.⁊ hanc limitationem posuit Panor.in.d.c.que in
8 ecclesiarum:†referens se solitum dicere principẽ non posse suo vassallo sine cause cognitiõe tollere feudũ,quia in feudo est quidam cõtractus,ex quo vltro citroq3 nascitur obligatio.c.de forma.xxij.q.v.⁊.l.liber homo.ff.de verb.obliga.natura vero feudi est,vt nõ auferatur nisi cũ cause cognitiõe.c.j.de feu.sine cul.non amitten.dicit etiã Panor.in.d.cle.j.in fi.de proba.se putare ꝙ si papa per sua verba narratiua vellet quẽ priuare suo iure,hoc facere non posset,nisi ꝓbata culpa.c.j.de feu.sine cul.non amitten.dicit etiam Bal.in.c.j.de natu.feu.ꝙ Fridericus primꝰ,qui commune Papie comitem fecit in certis castris,nõ potest reuocare sine culpa cõmunis.Etiã dicit Rom.cõsi.ccclij.exordiente,
9 Queritur primo,nunquid dñi Auenionenses ⁊c.ad fi.†ꝙ si resolutio contractus initi cum principe esset in ipsius potestate: non inueniretur qui cum principe contraheret,⁊ sic careret omni cõmertio,quod esset valde graue.l.hi qui.C.de aposta.Esset etiã absurdũ vt qui princeps est omni careret cõmercio.Et hãc limitationem etiam posuit do.Feli.in.d.c.que in ecclesiarũ,versi.limita secundo vt non procedat ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Clericus,qui contra iuratum per eum statutum,sed non obseruatum ab ecclesia sua tantisper ex probabili causa abest,illiꝰ penam non subit. V. F.

1 ¶ Juramentum non obligat vltra consensum iurātis. Contractu deficiente ratione consensus, tantum importat iuramentum,quantum simplex contractus.
2 Juramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti adijcit religionis vinculum.
3 Renuntiatio generalis casuum fortuitorũ si non valet vt simplex nec iurata,⁊ cur.
4 Relatiua restrictionem operantur.
5 Ignorantia verisimilis per iuramentum probatur.

9 Statutum alicuius ecclesie de residendo, et nõ recedẽdo sine licẽtia, nunquam receptum, vel receptum, et nõ obseruatũ an tolli possit per non vsum.
7 Statuto vel legi per non vsum quando derogetur.
8 Lex, vel statutum derogans consuetudini non intelligitur derogare future.
9 Varietas temporis statutorũ varietatem inducit.
10 Consuetudo licet iniqua, a pena excusat.
11 Causa omnis etiam futura excusat quem a dolo. Bona fides causatur etiam ex iniustis et temerariis causis.
12 Episcopi autoritas seu cõsensus in statutis inferiorũ circa residentiaz disponentiũ interuenire debet, alias non obligant.
13 Statutũ, Preterea de debitoribus anteq̃ pcedatur ad monitionem, et data contumacia ad suspensionem, quid requirat.
14 Statuti verbis non cõuenientibus inconueniens statutum.
15 Statutum ecclesie de residẽdo an sit penale ex iure pretorio, et actio ex eo descendens an sit pretoria, et quanto tempore duret.
16 Pestis iustam causam absentie prebet, et an idem dicendum de loco propter aeris intemperiem damnoso.
17 Homo laborat vt mortem fugiat.
18 Clericus absens quo tempore non teneat venire ad residentiã. Absentis pro negotio alterius beneficii excusat.

De episco. et cleri. Consi. ccclxi.


Hristi nomine inuocato. Viso cõsultationis themate parte reuerendi patris et viri egregii do. Petri robini, archipresbyteri de la Fleche, et Aquẽsis canonici exhibito vna cum dubiis ex casu huiusmodi elicitis dico et respõdeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra.
1 †Et primo ad primum: p cuius solutione premitto, q iuramentum non extenditur ad verisimiliter nõ cogitata, nec obligat vltra consensum iurantis. l. fi. C. de nõ numera. pecu. et l. fi. ff. qui satisda. cogan. Ex quibus colligitur regula quam ponit Bart. in l. si quis pro eo, ad fi. ff. de fideiusso. q quando contractus deficit ratione cõsensus, tantum importat iuramentum, q̃tum contractus simplex, et non vltra: hinc voluit Old. cõsi. mihi. clxxxvii.
2 exordiente, Cum mulier donatrix etc. †q iuramentum nõ auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti adiicit religionis vinculum. Hinc etiã Jo. and. et doct. cõmuniter in c. j. de cõmodato, Bar. et doc. cõiter in l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si quis
3 cau. dicunt †q in casibus, in quibus nõ valet generalis casuum fortuitorũ renuntiatio simpliciter facta, etiam non valet, si in ea interuenerit iuramentũ q ideo pcedit, q2 talis generalis renuntiatio ideo censet non valere, q2 in ea deficit cõsensus qui nõ supletur per iuramentum, d. l. fi. C. de non numera. pecu. c. quẽadmodum, et c. penulti. de iureiur. Cum igitur statutum, Reside re, de quo in dicto quesito, non seruaretur tempore prestiti iuramenti p dictum do. Petrum, nec antea per venerabilẽ capitulũ et dños canonicos Aquẽsis ecclesie obseruatum extitisset, saltem a tempore, de quo tũc esset memoria: nõ est verisimile eũdem do. Petrum cogitasse de et super obseruantia huiusmodi statuti nec se voluisse obligare ad obseruãtiam illius quod nec a capitulo, nec a do. canonicis p tempore obseruabatur, nec a tempore predicto seruatum extiterat: ergo iuramentũ per ipsum prestitum ad illius obseruantiã eũdem non adstringit. Adiicio predictis, q ex forma et tenore iuramẽti, per prefatũ do. Petrum tempore eius receptionis pstiti, apparet eũ solum iurasse se obseruaturũ statuta, que specialiter et expresse sub iurisiurandi religione eundem adstringebãt, cõtinẽtia penã sub penis inibi statutis: nõ eñ iurauit simpliciter se obseruaturum statuta etc. sed illa que spe-
4 cialiter et expresse etc. †Et hoc operatur relatiuũ, que per quod restringitur dictio statuta, vt solum itet p illis, que specialiter et expresse sub iurisiurandi religione adstringunt, per id qd not. Bart. et doct. in l. j. C. de summa trini. et fide catho. Et per hoc sit responsum ad primum quesitum.

Ad secundũ dico et respondeo quod, cum statuta nõ fuerint in ecclesia predicta pmulgata, nec ipsi domino Petro, aut per eum vnq̃ lecta, ipse presumendus est ignorasse predictum statutum, Residere. eo maxime q2 (vt predixi) nec tunc obseruabatur, nec antea obseruatum extiterat, sed
5 potius contrarium. †Et hec ignorantia etiam videtur posse pbari per iuramentũ eiusdem do. Petri, per id quod voluit Specu. titu. de except. §. ij. ver. porro. glo. et Bar. in l. si cui. §. iisdem criminibus. ff. de accusat. glo. in c. vt circa. §. super huiusmodi, de elec. in. vj. et in regula presumitur, de reg. iur. in. vj. que procedunt saltem eo casu, quo ignorantia fuit verisimilis, put hic ea maxime ratione, quia dictum statutum nec seruabatur, nec antea obseruatum extiterat a longissimo tempore: et quia etiam dictus do. Petrus illud nõ legerat, nec legi audiuerat, nec sibi psentatum extiterat vt legeret. Quibus attentis videtur psumenda esse ignorantia etiam iurata, et que eundem dñm Petrum excusat a pena predicti statuti, arguendo a contrario sensu statuti, Ceterum: in fine, quod facere licet.

6 †Ad tertium dico et respondeo, qd per non vsum tolli potuit dictum pretensum statutũ: et hoc siue per non vsum intelligamus, q nunq̃ receptum extiterit, sed semper fuerit contrarium obseruatum: siue intelligamus qd ab initio fuerit receptũ, sed postea cõtrarium obseruatum, scz quia q̃uis ab annis octuaginta, vel cẽtum citra, plures ex dñis canonicis dicte Aquẽsis ecclesie se etiam sine licẽtia absentauerint, quinimo et sine rationabili vel legitima causa, et ab ecclesia predicta abfuerint vltra tẽpus de quo in dicto statuto. Residere, vel alias statutum huiusmodi nõ obseruauerint: non tamẽ visum est a tempore predicto q aliquis ex illis punitus extiterit pena eiusdem statuti, vel q alias fuerit pcessum contra eum in vim eiusdem statuti. Pro primo dicto induco quod not. Cardi. floren. quem ibi sequuntur Joan. de imol. et Panor. in c. j. de treu. et pa. allegans tex. iiij. di. §. hoc et si legibus, que optime facit: et qd not. in c. cum olim, de cleri. coniuga. et c. de liberis, di. xx. quod etiam sensit Anto. de butr. in c. quia circa, de consangui. et affini. et voluit Fran. de are. cõsi. xj. exordiente, Procedendum est breuiter, versi. sed ostenditur, et cõsi. cliiij. exordiẽte, Cõsultatio pposita. j. Pro secundo dicto induco l. de quibus. cũ sua materia. ff. de le-
7 gi. et c. fi. de cõsue. †Et ad id quod dici solet statutum, aut legem non tolli per non vsum, respondeo, q illud intelligitur quando nihil fieret contra legem, seu statutum, vt quia casus nõ contingit: sed quando casus accidit, et fit contra legem, vel statutũ, tũc per talem non vsum statuti, seu legis, habentem annexum et implicitum actum contrarium, bene derogatur statuto, seu legi. c. Joannes, cum ibi not. per Joan. andr. et doct. de cleri. coniuga. de quo Bald. consil. cxxx. exordiente, Casus talis est etc. et consi. clxxxij. exordiente, Casus talis est, quidam accepit etc. in tertia parte, et Alex. de imol. qui multos refert, cõsi. cxxxij. exordiente, Visa facti narratione. in prima parte: nisi forte quis dicere voluerit q dictum pretensum statutum habet clausulam derogatoriam ad consuetudinem contrariam: ibi, quocunq statuto vel
8 consuetudine contraria non obstante: sed istud non obstat. †Tũ q2 lex, vel statutum derogans consuetudini non intelligitur derogare future consuetudini, vt voluit glo. que solet reputari singularis, in cle. statutum, in verbo, consuetudine. de elect. Petr. et Cyn. in l. dudum. C. de contrahen. emptio. et in l. fi. C. de testa. vbi etiam hoc idem sensit Bal. dum allegat glo. in dicta cle. statutũ. et fuit etiam de mente Bar. C. de summa trini. et fide catho. l. cunctos populos. vers. quero quid de testamento, dum respondet ad l. fi. C. de testa. Potuit enim non obstante dicta clausula derogatoria consuetudinis postea de nouo, et ex noua causa a principio non cogitata introduci cõsuetudo dicto pretenso statuto cõtraria, et hoc propter varietatem temporis: vel etiam potuit hmõi cõsuetudo ex causa preterita, que verisimiliter erat incognita. d. statuentibus, introduci. ar. l. si hominẽ. et quod ibi Bar. ff. mãda.
9 et in proemio. C. §. quibus. †q2 hm varietatem temporum statuta variũtur. c. non dz de consang. et affini. et l. j. in princ. C. de cadu. tollen. Cum et q2 esto q per dictam contrariam consuetudinem
10 non esset cum effectu dicto pretẽso statuto derogatum, †sed ipsi postea future cõsuetudini per statutum, saltem huiusmodi postea secuta consuetudo, seu obseruantia, etiam si iniqua existeret, deberet et debet excusare eundem do. Petrum a pena dicti pretensi statuti, per id quod habetur in l. igitur. §. pen. ff. de lib. cau. et q not. glo. in l. j. in fi. ff. de abige. et l. plagii. la. ij. C. ad l. flaui. de plagi. Pro quo facit quod not. Petr. de anch. in c. cum venerabilis. de consue. vbi dicit, q erat consuetudo q Archidiaconus ponebat certos ad carceres, fuit contra eum formata inquisitio, et ille carcer erat priuatus: tamen q2 fuit probatum q ita facere consueuerant sui predecessores: decidit q Archidiaconus excu-
11 satur a pena propter illam consuetudinem licet iniquam, †q2 omnis causa licet fatua excusat quem a dolo. l. ex consensu. §. fi. de appel. in glo. et ibi Ang. et idem Ang. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit, et dicit glo. et Bal. in l. j. vbi causa status, q bona fides causa-
12 tur etiã ex iniustis et temerariis causis. †Adiicio pro defensione eiusdem do. Petri, q dictum pretensum statutum, si tamen (vt audio) factum fuerit per capitulum sine consensu seu autoritate reuerendissimi do. Aquẽsis archiepiscopi, illud non valuit, per id quod voluit Cõpostel. in c. cum omnes. de consti. vbi dicit q, cum residẽtia canonicorũ vel aliorum beneficiatorũ cõcernat statuz ecclesie, oportet q in statutis inferiorũ circa residẽtiã dispo-

nentium

nentium interueniat consensus, seu autoritas episcopi, qđ probatur in.d.c.cum omnes, secundũ vnum intellectum: pro quo est bona glo.in.c.constitutionem, de verb.signifi.que cum predictis concordat, ꝛ idem voluit do. Alex.in.c.catholica, di.xi.

13 †Ad quartuz, dico ꝛ respõdeo prefatũ do. Petrum male fuisse monitũ, ꝛ consequenter iniquissime, quinimo nulliter suspẽsum ꝑ monẽtes. Quĩ statutum, Preterea, in vim cuiꝰ hec facta sunt duo exigit anteꝙ̃ ꝓcedat ad monitionem, ꝛ cõsequenter data cõtumacia ad suspensionẽ. Primũ ꝙ monẽdus sit debitor. Scđm ꝙ de debito cõstet: quorum neutrum fuit in casu de quo queritur. Et primo quidẽ non primum qꝛ (vt predixi) idem do. Petrus excusatur ꝛ defenditur a pena dicti ptensi statuti. Non etiã scđm, qꝛ si reuera non fuit debitor, de debito constare non potuit: non emptis enim nulle sunt can-

14 se, nulla scientia, nulle probationes. † Verba ergo dicti pretensi statuti huic casui adaptari nõ possunt, ergo nec statutũ.l.si seruum quis.§.nõ dixit.ff.de acqui.heredi.l.j.§.loquit.ff.de aqua.quoti.ꝛ esti.l.iiij.§.quoties.ff.de dã.infec.ꝛ.l.ita autẽ, cũ simili.ff.de administra.tuto.quod etiam voluit Pau.de cast.cõsil.iiij.et Roma.consil.cccclxij.exordiente, Quo ad consultationez ꝛc.ad fi. Preterea esto ꝙ idem do. Petrus fuisset debitor, ꝛ de debito apparuisset, non tamen spectabat ad monẽtes illũ suspendere a perceptione distributionum. Non enĩ ꝑ dictum statutum, Preterea, datur eis illa autoritas: ꝛ si data esset, debuissent vocare partez, ꝛ eam audire: quia vt dicit papa in.c.j.de cau.pos.ꝛ proprie.contra partẽ inauditam aliquid diffinire non possumus: ꝙ si ipse non possit, quis potest: Adiicio ꝙ supposito (citra preiudicium veritatis) ꝙ dictum pretensum statutum, Residere, de quo supra, ab initio valuisset, ꝛ ꝙ illud receptũ extitisset, fuisset que ꝛ esset in virili obseruantia: nõ poterat tamẽ, nec posset ipse do. Petrus post tantum tempus elapsum a tempore, quo abesse

15 desijt, ꝑ quarta parte fructuum ꝛc. impeti vel molestari: † qꝛ cuz statutum huiusmodi sit ius pretoriũ, ꝛ sic actio ex eo descendẽs sit pretoria, per id quod voluit Bar.in.l.fi.ad fi.ff.de pe. Barto. Alex.de imol.ꝛ docto.in.l.stipulationum alie.in principio.ff.de verbo.oblig. Ange.are.in.§.sed iste, versi.vtrum autẽ actiones vel remedia descendentia ex ꝓuisionibus marchionum episcoporũ, ꝛc. institu.de actio.vbi etiã do. Jas.may.ver.ꝛ iuxta istud primũ notabile ꝛc.ꝛ, sit etiã penalis actio, seu remediũ ex eo descendens, debuit intentari infra annũ vtilem.l.in honorarijs.ff.de actio.ꝛ obliga.qđ etiam voluerũt Bar.ꝛ Alex.de imol.in.d.l.stipulationum alie, in princi. Angel.ꝛ Jason may.vbi supra.

16 †Ad quintum dico ꝛ respõdeo ꝙ, se absentãs ꝑpter pestem in loco vigentem videtur se absentare ꝑpter iustã causam, per id qđ voluit Bart.in.l.de etate.ff.ad treb.vbi sensit, ꝙ ea q̃ dicũtur de loco non tuto (vt verbi gratia ꝙ quis nõ teneat in illo cõparere) ꝓcedant etiam quo ad locum periculosum ꝑpter aeris intẽperiem, ꝑ tex.cum glo.in.c.ad supplicationẽ: de renũtiatione: cui est alia glo. similis in.c.cõis filiꝰ, cũ simili.inibi allegatis, di.xxiij.quis enĩ licite fugit locũ pestis.

17 c.negotiatorẽ, di.lxxxviij. † Debet etiam homo laborare q̃tum in se est vt mortez fugiat, ꝛ demũ se cõmittere dei misericordie.c.si nulla.xxiij.q.viij. Joan.de imo.in.c.fi.super glo.fi.de cleri.non residen.dicit illam gl.in ver.vel alia quecunꝙ ꝛc.ꝛ quod not.in

18 d.c.ad supplicationem, facere ꝙ clericus absẽns non teneatur venire ad residentiam tempore pestis qđ dicit esse valde notandum, ꝛ forte intelligendum, quando ecclesia non pateretur defectũ in ministris alias videretur secus, ꝑ ea que habẽtur in.c.cũ ad hoc, de cleri.nõ residẽ. Hec.d. Jo.de imol.sequitur Alexã.in d.l.de etate, versi.ꝛ ista etiam faciũt, an clericus absens ꝛc. Pōt etiam quis ꝑ eius ꝑprio negotio se a beneficio absentare, vt voluit gl.ꝛ post eam Panor.in.c.ex parte, le.ij.de cleri.nõ residen. Et idem de absentia, que fit ꝑter aliud diuersum beneficium vel aliud dependens a principali, vt videtur sentire Jo.de imol.in d.c.ex parte, versi.extra glo.querebat hic Vincen.ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Et rescriptorum ꝛ legum stylus, curiarum presertim supremarum, est dominus ꝛ magister. V. F.

1 ¶ Relatio vnius scripture ad aliam declaratam valida est, ꝛ eadem continet.

2 Parlamentum prefecto pretorio equiparatur, a quo non appellatur.

3 Supplicatur, ꝛ non appellatur a senatorio arresto, que supplicatio executionem sentẽtie non impedit, saltem prestita cautione per victorem, nec retardat, etiam si sententia ex aliquo eius capite pretenderetur esse nulla, ꝛ ꝙ posset de nullitate confestim apparere ex actis.

4 Rescripta contra consuetudinẽ ꝛ stylum parlamentorum impetrata vel obtenta an valeant, ꝛ quid si contra legis dispositionẽ.

5 Doctori alleganti consuetudinem statur.

6 Parlamento nemo melius legem ꝛ stylum nouit.

7 Rescriptum, in quo reticetur curie stylus, an sit surreptitium ꝛ obreptitium.

8 Generalitas rescripti, ꝛ eius clausule, an ꝛ quando ad specialitatem trahantur.

9 Surreptio vitiat literas beneficiales, seu gratiosas, quod procedit etiam in priuilegijs, ꝛ beneficijs principum.

10 Litere gratiose generaliter sunt ipso iure nulle.

¶ De diuers.rescr. Consi.ccclxij.



Nihil opponitur parte domini Symonis de Montealbano, quominus ordinatio ꝑ hanc insignem curiam dudum lata, de ꝛ super interinatione duorum rescriptorum regiorum, parte nobilis, ac venerabilis, et religiosi viri do. Claudij tholoni prioris prioratus beate Marie de Villario Vapincensis diecesis, suũ plenum sortiatur effectum: ꝛ consequenter, quominus sentẽtia, ꝛ sentẽtie, ac executoriales litere parte eiusdem do. Tholoni cõtra ipsum de Montealbano, ꝛ a reuerendo patre do. Mattheo de vbaldis sacri palatij apostolici causarum auditore, iuxta earum mentẽ (formã) ꝛ tenorem executioni demandentur. Et (vt hoc plenius appareat) premitto ꝙ serenissimus dñs noster Frãcorum rex in primo rescripto, parte eiusdẽ do. Claudij, ab eo impetrato, ꝛ obtento, certis de causis ad hoc eum mouentibus, volens ipsi domi. Claudio subuenire de suijpsius serenissimi domini potestatis plenitudine, gratia speciali, ac regia ꝛ Delphinali autoritate ratam, ꝛ gratam habuit, ac etiam approbauit collationem, ꝛ prouisionem eidẽ do. Tholoni factam per vicariũ reuerẽdissimi dñi cardinalis sancti Petri ad Vincula: ꝛ nihilominus eidem do. Tholoni dedit, ꝛ concessit licentiam de exequendo, aut exequi ꝛ publicari faciendo collationem ꝛ prouisionẽ antedictas, ac etiã bullas ꝛ sentẽtias super eis obtentas, ꝛ de se illis inuãdo. prout in eis continetur. Et nihilominꝰ mandauit, ac etiam precepit, ꝛ expresse iniunxit huic insigni curie, quatenus gratia, ꝛ licentia predictis, ac etiam contentis in dictis suis literis faceret eundem do. Tholoni gaudere, ꝛ vti plenarie.ꝛ pacifice dicto prioratu, cogendo ꝛ cogi faciendo renderios ꝛ alios habentes ꝛ detinentes fructus dicti prioratus, leuatos ꝛ perceptos a tempore mortis ꝛ decessus venerabilis quondam viri fratris Guilelmi de petra, illius vltimi prioris, ad illos soluenduz, reddendum, ꝛ restituendum prefato do. Tholoni.

Etiam premitto, ꝙ postea, ꝛ in secundo regio rescripto, parte eiusdem do. Claudij impetrato ꝛ obtẽto, idẽ serenissimꝰ do. noster Francorum rex Delphinꝰ sub certis conditionibus, de quibus in eo, que ex causis ꝛ discursu apparent purificate, precipit ꝛ mandat huic insigni curie gratiam (licentiã) ꝛ alia in primo rescripto cõtenta eidem domino Tholoni obseruari. Quo fit vt, cuz postea hec insignis curia auditis prefatis do. Tholoni ꝛ de Mõtealbano sup his, que hinc inde dicere ꝛ ꝓponere voluerũt, cognouerit, ꝛ ꝑ suum arrestum ordinauerit dicta regia rescripta fore ꝛ esse interinanda, ꝛ impedimenta tollẽda perinde fuerit ꝛ existat ac si eadem curia nominatim ꝛ singulariter expressi esset, ꝛ ordinasset sententiaz, ꝛ sentẽtias superius mẽtionatas, a parte dicti do. Tholoni obtẽtas fore ꝛ esse exequẽdas, ꝛ ꝑ ipsam insignẽ curiam fuisse ꝛ esse in exequendo faciẽdum, quod idem do. Tholoni gaudeat ꝛ vtatur plenarie ꝛ pacifice prioratu prementionato, ꝛ ꝙ renderij ꝛ alij habentes ꝛ detinentes fructus, de quibus supra, illos eidem domi.

1 Tholoni soluant (reddant) ꝛ restituant, sine quocũꝙ impedimẽto, seu etiam disturbio: † ꝛ hoc ꝑpter relationem, quam habuit, ꝛ habet ordinatio dicte insignis curie ad dicta regia rescripta, et cõsequenter ad bullas ꝛ literas executoriales parte dicti domi. Tholoni impetratas.ꝛ in hac causa insertas.l.asse tuto, ꝛ quod ibi glo. Bal. Ange. Joã.de imo.ꝛ doct.ff.de heredi.institue.ꝛ.l.si ita scripsero.ff.de condi.ꝛ demõ.ꝛ.l.qui plures.ff.de vsufru.leg.l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.iij.ꝛ.l.j.C.de codicil.

2 † Et qꝛ hec insignis curia equiparatur ꝑfecto pretorio, per id ꝙ voluit Jaco.rebuf.C.de prefec.preto.vr.super rubri.lib.xij.qđ etiam hic propter longissimã obseruãtiam certissimum est, ab ea

non appellatur, put nec a pfecto pretorio: ꝛ hoc ppter dignitatē ꝛ excellentiā. l. j. in princi. ff. a quibus appel. nō lice. iuncta. l. prefecti. ff. de mino. l. j. ff. de offi. prefec. pto. ꝛ. l. j. C. de senten. prefect.
3 preto. † Et ꝙuis ab eius sentētia seu arresto supplicetur huiusmodi tamen supplicatio executionē sentētie non impedit, saltē prestita cautione per victorem, per ea que habentur in auth. vt sponsali. largi. §. aliud vero, collat. ix. ꝛ transumptiue in aut. que supplicatio. C. de preci. impera. offe. ꝛ est adeo hoc verum, ꝛ sic fixe p hanc insignē curiā obseruari cōsueuit, vt fieri non cōsueuerit executionis suspēsio, seu etiā retardatio, etiā si sentētia ex aliquo eius capite pretenderetur esse nulla, ꝛ quod posset de nullitate huiusmodi ex eisdē actis ꝛ in promptu apparere, prout refert do. Gui. pa. decisione. l. pro quo allegat bonum dictū Inno. in. c. cū in iure peritus, de offi. dele. ꝛ pcedit vt non fiat executionis suspensio etiā vbi princeps hoc fieri mandat, vt refert do. Gui.
4 pa. decisio. ccccxx. † Pro quo allegat, q: rescriptum, p qd hoc fieri mandaretur, vtpote cōtra consuetudinē ꝛ stylum eiusdē curie impetratum vel obtētum, nō valeret, ar. l. pbatorias. C. de diuer. off. lib. xij. ꝛ aut. vt diui. iussio. §. j. coll. v. ꝛ quia tale rescriptū videretur obtentum cōtra legis dispositionē, de qua in aut. que supplicatio. nō ergo pcedit. l. rescripta. C. de preci. impera. offe. Et dicit ibi do. Ful. ꝙ a triginta annis tēpore quo hec scribebat citra ꝛ vltra, viderat rescripta emitti a recolende memorie serenissimis do. Carolo, ꝛ Ludouico regibus Delphinis, in quibꝰ mandabātur suspēdi executiones aliquarū sententiarū dicte insignis curie vsꝙ ad finē cause reuisiōis: ꝛ ꝙ dicta eminēs curia rescripta huiusmodi nunꝙ obseruare voluit cōtra dictum eius stylum, sed talibus rescriptis nō obstātibus semp fuerunt sentētie huiusmodi executioni demandate: ꝛ licet, put dicit Andr. si-
5 cu. cōsi. viij. exordiente, Scribit preclare apud prefectum, † stet doctori alleganti cōsuetudinem: pro quo allegat glo. in. l. si locꝰ. ff. queādmo. seruit. amittan. glo. in. l. rem nō nouam. C. de iudi. ꝛ c. multe. xv. q. vlti. in. c. j. de treu. ꝛ pa. in. c. olim, de cleri. cōiugat.
6 ꝛ in alijs multis passibus: † hoc tamē hic superflue allegatur, cū hec insignis curia de hoc certissima existat, ꝛ nullus ea meliꝰ cognouerit, sꝫ nec eque bñ. Debet igitur sentētia predicta ante omnia plene executioni demandari: ꝛ sic nō solū quo ad possessionē, seu quasi, prioratus pmentionati, sed etiā quo ad fructus, ꝛ expensas, in quibus dictus de Mōtealbano extitit cōdemnatus, non obstātibus quibusdam ptēsis recursu parte eiusdē de Mōtealbano (vt dicit) interiecto, ꝛ regio rescripto parte eiusdē (vt etiam pretenditur, impetrato ꝛ obtento, Quod etiā alijs rationibus ꝛ causis nō debuit, nec debet eidem de Montealbano in aliquo suffragari: signāter vero ꝛ maxime quo ad retardationē aut suspēsionem executionis sentētie, seu arresti pro. d. do. Tholoni promulgati: tum rationibus predictis. Tum ꝛ q: etiā per illud nō mādatur executionē huiusmodi retardari, vel suspendi
7 † Tum ꝛ q:, si hoc mādaretur, illud esset quo ad hoc surreptitiū vel obreptitium, p eo q: in ipso tacetur stylus dicte insignis curie. Tum ꝛ quia in eo fuerunt ꝛ sunt multe alie ꝛ varie surreptiones ꝛ obreptiones p dictum de Mōtealbano cōmisse ꝛ ppetrate. Et primo quidem quatenus in eo pretenditur, ꝙ post ꝛ cōtra ptensas inhibitiones eidē do. Tholoni (vt asseritur) factas idē do. Tholoni citari obtinuerit ꝛ fecerit dictum de Montealbano, compariturum in curia Romana: q: si alique pretense inhibitiones facte fuerint, ꝛ facte appareāt, ille facte extiterūt post executionem citationis parte dicti do. Tholoni impetrate ꝛ obtente, ꝛ que etiam facte nō fuerunt in psonā ipsius, nec ad ipsiꝰ
8 notitiā deuenerunt. † Dictis etiam inhibitionibus sufficiēter derogatum est in primo regio rescripto parte dicti do. Tholoni impetrato ꝛ obtento: ibi, nō obstāt quelcōques ordonnances, mandemās, restrictions, ou defenses, ꝛ lettres impetrees, ou a impetrer a ce cōtraires. Est enī pinde ac si specialiter vel nominatim dictum extitisset, nō obstantibus inhibitionibus factis eidem do. Tholoni de nō extrahendo vel citādo ꝛc. p id qd habetur in. l. omnes, in verbo specialiter ꝛ nominatim, ꝛ qd ibi Bal. ꝛ Ange. C. de prescrip. trigin. anno. ꝛ qd no. Jo. and. in. c. cū aliquibus, de rescrip. in. vj. in nouel. ꝛ do. Jas. may. in. l. actione, ver. limita tamē: ibi, concorda ꝙ. d. l. ꝛc. C. de transact. Tum etiā fuit ꝛ est dictum pretensum rescriptum parte prefati de Mōtealbano surreptitium ꝛ obreptitium, p eo quia ibi expositum est, hāc insignem curiam ante impetrationem rescriptorū aut saltē vltimi rescripti parte dicti do. Tholoni obtētorum vel obtenti, dixisse ꝛ ordinasse literas executoriales, ꝛ sentētias superius mētionatas non fore exequendas: quod nō apparuit nec apparet in actis cause huius, sed solum apparuit ꝛ apparet quod, quia eidem insigni curie videbatur prefatum do. Tholoni esse morosum in pducendis literis ꝛ sentētijs huiusmodi, ipsa eminēs curia eundem do. Tholoni exclusit ab illarum pductione. Etiam fuit ꝛ est surreptitium ꝛ obreptitiū in eo qd ibi exprimitur, quod post ꝛ contra ordinationem per eundē pretensam, licet falso, scꝫ per quam pretendebat hanc insignem curiam ordinasse, quod litere ꝛ sententie predicte non exequerentur, prefatus do. Tholoni exequi pcurauerat ꝛ fecerat, dictas eius sentētias ꝛ literas, ꝛ ꝙ propter hoc, ꝛ ad causam pretensarū transgressionum ꝛ inobedientiarum p eundem do. Tholoni commissarum processum extiterat ad reductionē suorum beneficiorum. Non enī est verū ꝙ huiusmodi pretēsa reductio facta extiterit propter executionem literarum ꝛ sentētiarum predictarū, cū illa ex longo interuallo executionē precesserit. Etiam tacet ꝙ ante executionem literarum ꝛ sentētiarum predictarum idē do. Tholoni obtinuerit dicta duo regia rescripta, per que sibi cōcesse extiterūt licētia ꝛ facultas de illas faciendo exequi, vt predixi. Et non solū hoc tacet, sed etiam falsum exprimit idem de Montealbano: quatenus dicit ꝛ exponit ꝙ post executionem sentētiarum, ꝛ tacito de illis, idē do. Tholoni rescriptum impetrauit, quorum omnium oppositum apparuit ꝛ apparet ex actis cause huius. Etiā surrepsit ꝛ obrepsit idē de Montealbano in eo ꝙ ipse expressit prefatum do. Tholoni tacuisse ordinationes ꝛ pretensas inhibitiōes q: imo nō tacuit, cū vt predixi in dictis suis rescriptis fuerit expresse eisdē derogatū. Et si ille fuisset tacite dici possent, hoc saltem apparet, ꝙ nō minus erat serenissimus dñs noster Francorum rex Delphinus dicta rescripta, ꝛ gratiā, de qua in eis, concessurus, etiā si ordinationes ꝛ huiusmodi pretense inhibitiones expresse extitissent, postꝙ ipse eidē derogauit, ꝛ illarū pretēsum impedimentum seu obstaculum sustulit ꝛ amouit. His igitur et alijs multis rationibus ꝛ causis dictum pretēsum rescriptū, vtpote in multis surreptitium, nō debuit nec debet eidem domi. de Montealbano in aliquo suffragari, nec nocere pfato do. Tho-
9 loni, † q: surreptio ipso iure vitiat literas beneficiales seu gratiosas, aut beneficijs, seu gratijs cōcessas. c. ad audientiā, le. ij. ꝛ quod ibi Jo. and. ꝛ cōmuniter omnes doc. de rescrip. Inn. in. c. ad aures, ꝛ. c. constitutus, eod. titu. Joā. de imol. in. d. c. ad aures ꝛ. c. ad hec eod. titu. ꝛ procedit hoc etiam in priuilegijs ꝛ beneficijs principum, secūdum Panormi. qui post alios ita no. in. d. c. ad audientiam. Pro quo allegat. l. j. ff. de nata. restitu. ꝛ. l. ꝛ si non cognitio. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, ꝛ quod ibi no. allegat etiam Inn. in. c. cum dilecta. de rescrip. idē voluit Pa-
10 normi. in. c. quod super his, de fide instru. † dicēs generaliter, ꝙ litere gratiose sunt ipso iure nulle: quod etiam fuit de mente Jo. de imo. in. c. cū nostris. in princ. vers. item no. ꝙ impetratio dicitur surreptitia. de concef. preben. Possent ꝛ alia multa allegari ꝛ deduci ad ostēdēdū surreptiones ꝛ obreptiōes dicti pretensi rescripti: ꝛ ꝙ eo, ꝛ alijs parte eiusdem de Montealbano allegatis ꝛ deductis non obstantibꝰ debuerint ꝛ debeāt sententie predicte plene ꝛ ex integro executioni demandari. Sed quia predicta mihi videntur sufficere, ego super eis vlterius non insisto. Que omnia dixerim sub benigna supportatione huius insignis curie.

¶ Argumentum.

¶ Legata per maritum vxori annua pēsione, si cum heredibus mariti ipsa quiete agere non posset, tenetur ipsa inquietudinem probare, si legatum consequi desiderat. V. F.

1 ¶ Mulier cui per virum relicta est annua pensio seorsum sub conditione, si cum heredibus concors esse nō posset, an teneatur probare discordiam petendo pensionem.
2 Promissū vel debitum sub conditione ante conditionis euentum peti non potest.
3 Negatiuam probare quis quando teneatur.

¶ De lega. Consi. cclxiij.



Jso instrumēto testamenti prouidi quondam viri Gulielmi quinidi, loci sancte Euphemie, ꝛ signanter in ea parte, in qua legasse ꝛ reliquisse pretenditur honeste mulieri Marie rolande eiusdem Gulielmi tunc vxori certam annuam pensionē, quandiu viueret, ꝛ in statu
1 viduitatis permaneret, † dico ꝛ respondeo ꝙ, cum habitatio camere in testamento huiusmodi latius mētionate, ꝛ dicta annua pensio eidem Marie legate ꝛ relicte extiterint per dictum quondam Gulielmum eius virū, non quidem pure ꝛ simpliciter, sed conditionaliter, ꝛ sub ea conditione, si cadē Maria residere, aut morari nō posset cum prefato Antonio ꝛ Dionysio quinidi, eiusdem quondā Gulielmi filijs naturalibus ꝛ legitimis ac vniuersalibus heredibꝰ, ipsa Maria relicta ꝛ legataria, petēs ꝛ postulans

lans dictam pretensam pensionem, seu illius partem dimidiam
sibi solui ⁊ expediri p dictum Antonium extra illius habitatio-
nem, seu ad partem, ⁊ seorsum ab habitatione eiusdem An-
tonij, tenetur ⁊ debet ostendere ⁊ probare se non potuisse aut pos
se residere aut morari cum ipso Antonio. l. in illa stipulatione si
2 calendis. ff. de verborum oblig. † Cum enim aliquid sub condi-
tione pmittitur, vel debetur, vt in casu, de quo querit, ante euen
tum conditionis peti nõ potest. l. grege. §. si sub conditione. ff. de
pigno. ⁊ c. j. de plus peti. qd etiam voluit Pet. de ancha. consil.
cclv. exordiente, Super primo quesito non multum insistendu3
videtur. Nisi forte quis obijcere voluerit, ꝙ non eidem Marie,
vtpote neganti, ⁊ negando asserenti ꝙ cum dicto Antonio resi-
dere aut morari non possit. sed ipsi Antonio vtpote affirmanti,
ꝙ imo cum eo residere ⁊ morari valeat, incũbat probatio. l. si qui
3 dem. C. de excep. ⁊ l. ei, cum suis simili. ff. de proba. † Quoniã re-
spondeo, ꝙ istud nõ obstat, ea presertim ratione: quia vbi nega-
tiua est fundamentum intentionis eius, qui illam pretẽdit vel
asserit, ipse, qui illam allegat, vtpote fundamentum eius intẽtio
nis, illam probare tenetur, per theoricam qua3 ponit Barto. in
l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. quam etiam ibi sequitur Alex. de
imol. allegans, ⁊ pro ea inducens multa iura, ac etiam rationes,
⁊ docto. Et idem etiam voluit Pet. de ancha. in d. consi. cclv. ꝙ
etiam fuit ⁊ satis est de mente Alex. de imol. in cõsi. c. ad quod fa
cit quod voluit Nico. mil. in suo repertorio, in verbo, alimenta,
versi. alimenta que miserationis causa ⁊c. Nisi igitur eadẽ Ma-
ria probet ꝙ cu3 dicto Antonio residere aut morari non possit,
non est ipse Antonius compellendus ad sibi dandum, soluendũ
⁊ expediendum extra domum habitationis eiusdem Antonij,
partem pensionis per prefatum Gulielmum dicte Marie reli-
cte. Et ita mihi videtur, sub correctione.

Argumentum.

Florentinum consilium, per quod institutus sub conditione
si presbyter factus fuerit ducendo vxorem virginem facile repel
lit substitutum. A. F.

1 Matrimonium per verba de presenti qui cõtraxit an ⁊ quã-
do possit ad ordines promoueri.
2 Quandiu locus est instituto excluditur substitutus.
3 Instituto sub conditione an precipi possit ad instãtiã substitu-
ti, vt infra certum terminum, saltem iuris, cõditionẽ adimpleat
⁊ in qua conditione hoc teneat, ⁊ statui terminus an possit, ⁊ quo
modo. nume. 6.
4 Conditio mixta an habeatur pro potestatiua.
5 Literatura, ⁊ scripturarũ cognitio inter cetera presbyteris ma
xime necessarie, q̃ de facili non cõparant, sed egẽt multo labore.

De insti. ⁊ substi. Consi. ccclxiiij.

Ponitur in facto quod
pridẽ, Anno ve3 do. M. cccclx. ⁊ de mẽse Octo-
bris, honesta Alaeta rolande, matertera pudi
viri Joãnis bouis, contẽplatione matrimonij
tunc cõtracti p ⁊ inter dictũ Bouis ex vna par-
te, ⁊ honestã mulierẽ Joãnã cauallerie ex alia, dedit ⁊ donauit ei
dem Bouis suo nepoti donatione pura, mera, ⁊ simplici, que fit
⁊ fieri dicit inter viuos post tamen ipsius Alaete mortẽ3 valitu
ra, medietatẽ omnium bonorũ suorũ in oppido seu castro sancti
Remigij, ⁊ illius territorio ⁊ districtu existentiũ, ⁊ totã domum
nudam, sine frodio, sitã ⁊ existẽtem in dicto loco sancti Remigij:
Post successu tpis, Anno do. M. cccclxij. ⁊ de mẽse Januarij, pre
fata Alaeta fecit ⁊ cõdidit eius vltimũ ⁊ nũcupatiuũ testamẽtũ
in quo dicte Joãne cauallerie legauit ⁊ reliquit quinq3 florenos
heredes suos vniuersales instituit ⁊ nominauit equis portioni-
bus ⁊ partibꝰ dictũ Joãnem eius nepote3, ⁊ Catharinã suijpsiꝰ
Alaete sororem, quos inuicẽ, si sine liberis naturalibus ⁊ legiti-
mis ab humanis decederẽt, substituit, ⁊ ad superuiuentem partem
seu portionẽ pmo sine liberis pdictis decedẽtis peruenire voluit.
Mortua vero ⁊ vita functa eadẽ Alaeta testatrice pfati Joan
nes ⁊ Catharina eius nepos ⁊ soror bona ⁊ hereditatẽ eiusdem
adiuerunt ⁊ acceptarũt, ⁊ p ipsius vniuersalibus heredibus se
gesserũt ⁊ reputarunt. Successu vero tẽporis, Anno ve3 domi.
M. cccclxxvij. ⁊ de mẽse Augusti, dicta Catharina rolãde fecit
⁊ condidit eius vltimũ ⁊ nũcupatiuũ testamẽtũ: in quo inter cete
ra heredẽ suũ vniuersalem fecit, instituit, ⁊ suo pprio ore nomi-
nauit Antoniũ bouis filium naturalem ⁊ legitimũ dictorũ Joã
nis bouis ⁊ Joanne cauallerie, casu quo tamẽ idem Antonius
veniret ad sacros ordines, ⁊ missam celebrare vellet, ⁊ non alias,
aliter, nec alio modo: ⁊ in casum cõtradictionis, siue recusatiõis
de intrando infra sacros ordines, ⁊ missam celebrare volẽdo he
redes suos vniuersales instituit, ⁊ suo pprio ore nominauit pre
fatos Joãnem bouis ⁊ Joãnam cauallerie cõiuges, equis por-
tionibus, ⁊ partibus, ⁊ suos, ⁊ in eũ casum eidẽ Antonio legauit
⁊ reliquit vigintiquinq3 florenos semel tantũ. Que pmanẽs in
volũtate hmõi vita functa est, ⁊ ab hũnis decessit, superstitibꝰ ⁊ si-
bi superuiuẽtibꝰ pfatis An. p eã heredẽ instituto, ac Joãne ⁊ Joã
na cauallerie eiusdem Antonij parẽtibus, ⁊ sibi, si ad sacros or-
dines nõ pmoueret, ⁊ missam celebraret, substitutis. Post cuiꝰ
Catharine mortẽ prefatꝰ Antoniꝰ hoc Anno. M. ccccxcvj. nul
lis per eũ susceptis sacris ordinibus matrimonium cõtraxit cũ
honesta muliere. N. Ex quibus oriuntur dubia sequẽtia. Pri
mum an fuerit ⁊ sit locus substitutioni superiꝰ mẽtionate, ⁊ facte
per dictam quõdam Catharinam. Scdm quam parte3 ⁊ por
tionem petere possit ⁊ valeat dicta Joãna cauallerie in bonis di
cte quondam Catharine, siue illa ad eam peruenerint ex bonis
⁊ successione dicte quõdam Alaete, siue illa aliunde eidem Ca-
tharine acquisita extiterint.

Christi nomine inuocato. Viso the
mate con
1 sultationis huiusmodi, ⁊ dubijs ex eo elicitis, † dico ⁊ respõdeo
ꝙ, cum pfatus Antoniꝰ primo loco institutus, nõ obstãte matri
monio per eu3 cũ vnica ⁊ virgine p verba de pñti cõtracto, pos-
sit vel post mortem illius, vel etiã ea viuente, ⁊ de ipsius licẽtia ⁊
cõsensu, ea saltẽ ad religionẽ trãseũte, pmoueri ad sacros ordi-
nes, ⁊ missam celebrare. c. j. c. cũ sis. c. sane, cũ multis simili. de cõ-
2 uer. cõiuga. † nec ipse Antonius dicat adhuc repudiasse heredi
tatem dicte quondam Catharine, nõ fuit nec est locus predicte
substitutioni. l. ꝙdiu, la. j. l. ꝙdiu. la. iij. ff. de acqui. heredi. l. cu3 in
testamẽto, primo respõso. ff. de heredi. institu. ⁊ l. si mater. §. fi. cũ
3 suis simili. ff. de vulga. ⁊ pupil. † Sed hic superest dubitatio, an ad
postulationem ⁊ instantiam dicte Joãne cauallerie substitute ei
dem Antonio possit, aut debeat precipi, vt infra certũ terminũ,
aut saltem terminum iuris dictam cõdictione3 adimpleat, ⁊ de-
inde adeat, ⁊ acceptet hereditatem dicte quondam Catharine,
cũ comminatione, ꝙ nisi hoc faciat, reputabit ⁊ habebit per la-
psum terminũ p repudiãte. Ad qd respõdeo ꝙ, si cõditio predi
cta esset mere potestatiua, tũc posset terminꝰ huiusmodi statui,
per id qd voluit Bar. in. l. si quis suus heres. ff. de iu. delibe. Jo.
de imo. in. l. suus quoq3. §. sed ⁊ si filio, ⁊ in. l. si quis instituatur he
res, ver. aduerte q2 inꝙtũ Bar. ⁊c. ff. de heredi. institu. Et idem
dicendum videretur si esset cõditio mixta, pẽdens ex facto eius-
dem Antonij, ⁊ alterius, sc3 tertij, que ve3 posset de facili adim-
4 pleri, † q2 talis habetur p potestatiua, per id qd no. Jo. de imol.
in. d. l. suus quoq3. §. puto ⁊ do. Jas. may. in. l. j. ver. cõtra ista3 cõ-
clusionem gl. C. de institu. ⁊ substitu. sub cõdi. fac. Sed quia cõdi-
tio predicta nõ fuit mere potestatiua. nec videt fuisse talis mix-
5 ta, que de facili adimpleri potuerit, † pro eo quia ad susceptionẽ
sacrorum ordinum, ⁊ misse celebrationẽ est opus multis, scilicet
literatura, ⁊ alijs que requiruntur in ordinandis: insuper vo-
6 luntate ordinatoris, hoc est domi. episcopi † ipsius Antonij, est
maior difficultas, an eidẽ Antonio statui possit terminꝰ, de quo
supra. Super quo Barto. in. d. l. si quis suus, ad fi. versi. sed quid
si pretor, videtur velle ꝙ sic, ⁊ quia termino elapso habebitur p
repudiãte, ⁊ ꝙ pro adeũte haberi nõ potest, cu3 cõditio nõ sit im
pleta. d. l. si quis instituatur. ff. de heredi. institu. ⁊ l. si seruus. ff.
de bo. auto. iudi. pos. ⁊ idem videtur sentire Joã. de imol. in. d. l.
si quis instituatur, versi. si autem sit institutus sub cõditione nõ
tamen euenit cõditio. Fran. vero. de are. in. d. l. ꝙdiu, la. iij. ff. de
acqui. heredit. videtur voluisse, qd heredi instituto sub cõditiõe
mixta, vel alia, que non sit in potestate eiusdem instituti, nõ pos-
sit dictus terminꝰ statui ad instãtiam substituti ⁊ sic ad fines ex-
cludendi eundem institutum ab hereditate: ꝙuis ad creditoru3
instantiam statui possit, nõ quidem vt impleat cõditionẽ ex quo
implementum ab eius potestate non dependet, sed statuitur tem
pus hoc modo: q2 nisi infra ipsum terminum petat institutꝰ bo-
norũ possessionem, vel nisi conditio eueniat, ⁊ hereditate3 adeat
idem institutus. permittet iudex per creditores bona defun-
cti, possideri, ⁊ qd procedetur ad dationem curatoris, ꝙ etiam
voluit Jo. de imo. in. d. l. si quis instituatur. Propter ꝙ mihi vi
deretur, quod bonum esset qd dicta Joãna predictum Antoniũ
eiꝰ filiũ interrogaret sub presentia notarij ⁊ testiu3, an deliberet
vllo vnꝙ tempore, dicta vxore viuẽte, vel etiam mortua. promo
ueri ad sacros ordines, ⁊ missam celebrare. Si enim respondeat
ꝙ non ipse propter defectionem cõditionis, sub qua heres insti
tutus est, repelleretur ab hereditate ⁊ sic pararetur via eidem
Joanne substitute que postea posset adire hereditatẽ dicte quõ-
dam Catharine. d. l. ꝙdiu, la. iij. ⁊ cui acquireretur tota heredi-
tas eiusdem Catharine, partim quidem iure institutionis, seu

dem Catharine, & partim quidē iure institutionis, seu substitutionis de ea facte, & partim iure accrescendi. Pro eo q: ante conditionem purificatam, & sic ea pendente, prefatus quondā Joānes cōsubstitutus ab humanis decessit, & sic quo ad eū substitutio facta est caduca. l. si in personā. C. de fideicōmis. l. j. §. finautez sub conditione. C. de cadu. tol. & multis allegatis per Oldra. consil. mihi. xxix. exordiente, Quidam habens tres filias &c. nec ipse Joannes iure substitutionis transmisit ad dictum Antonium eius pretensum heredem, per id quod not. gloss. docto. communiter approbata in lege. j. C. de his que ante aper. tabul. et alijs in alijs locis.

Ad secundū dico & respondeo q ipsa Joanna nihil adhuc petere potest, vt predixi, cū cōditio, sub qua fuit heres institutus prefatus Antonius, nōdum defecerit, nec ipse adhuc repudiauerit hereditatē dicte quondā Catharine, sed si ipse illam repudiaret. vel diceret se nunq̄ promouendum ad sacros ordines, aut missam celebraturum, vel etiam si moreretur ante eandē Joannā non factus presbyter, ipsa posset petere omnia bona eiusdē Catharine, p ea que dixi circa finē rñsionis facte ad primum quesitum. Que omnia dixerim &c.

¶ Argumentum.

¶ Per fideicommissum succedit secundo loco substitut⁹, si primo loco substitut⁹ mortu⁹ fuerit viuēte adhuc instituto. A. F.

1 ¶ Fideicōmissario mortuo pendēte cōditione fideicōmissi siue vniuersalis siue singularis, fideicommissum in ipsis personā an pereat & extinguatur, nec spes illius transeat ad heredem.
2 Substitutio vulgaris quando expiret.
3 Substitutus primo substituto vulgariter quo casu non videtur etiam substitutus primo heredi instituto.
4 Substitutio pupillaris quando euanescat.
5 Substitutus secundus non obstāte morte primi, per fideicommissum an admittatur ad petendum fideicommissum ab herede instituti ac si ab ipso instituto fuisset sibi directo & immediate fideicommissum relictum.
6 Optionem eligendi substitutos habens, si non eligat, perinde est ac si electio ei data non esset.
7 Superexistentia liberorū faciēs deficere cōditionē in personā primi substituti, si viueret, an censeatur in sequētibus repetita.
8 Quartarum detractio in fideicommisso quota & quanta.
9 Legitima est portio bonorum, non autem hereditatis.
10 Nepoti instituto detrahenti ex fideicommisso trebellianicā fructus percepti imputari an debeant.

¶ De fideicommis. Consi. cclxv.



Ponitur in facto q dudum fuit in humanis nobilis quondā vir Raymundus de vcello, cōdominus castri inter aquarum, diocesis Viuariēsis, qui tempore eius vite & mortis habebat multos liberos naturales & legitimos, scilicet nobiles Joannem, Raymundum, & Margaretam eius nepotes ex nobili quōdā viro Hugone de vcello eiusdem nobilis Raymundi filio predefuncto, ac dominas Beatrisiam, & Francesiam moniales, necnon etiā nobiles Miraclam, Ysabellam: filias insuper & nepotes ex nobili Sibilia ipsi⁹ Raymundi filia predefuncta. Qui nobilis Raymundus pridē, Anno vez do. M. cccclxxiij. & de mēse Junij, fecit & condidit eius vltimum & nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera prefatis dñabus Beatrisie, Francesie, ac nobilibus Miracle, Ysabelle, Raymūdo, & Margarete, legauit, & iure institutionis certas pecuniarum q̄titates, aut res alias reliquit: dictum verum nobilem Joānem eius nepotem heredem vniuersalez sibi instituit & suos liberos naturales & legitimos de se & legitimo matrimonio procreatos in seculo tamen remanentes. Et si idem Joānes eidem Raymūdo testatori heres nō esset, aut heres esset, & postea in pupillari etate, vel alias qñcūq̄ sine liberis naturalib⁹ & legitimis de se & ltimo m̄rimonio p̄creatis ab hūanis decederet tunc & in eum casum sibi & vltimo decedenti ex eis substituit & sibi ipsi testatori heredem instituit dictum nobilem Raymūdum eius nepotem & fratrem eiusdem Joannis, si tamē non fuisset religionē ingressus, & in ea p̄fessus, aut factus sacerdos secularis, & ipsius nepotis liberos naturales & legitimos. Et si idē Raymundus nepos heres non essent, aut esset, & postea in pupillari etate, vel alias quandocūq̄ sine liberis naturalibus & legitimis de se & legitimo matrimonio p̄creatis decederet aut oēs eiusdē Raymundi liberi sine liberis naturalib⁹ & legitimis decederent tūc & in eum casum ipsi Raymundo nepoti & vltimo moriēti ex eis substituit & sibijpsi testatori heredem instituit prefatā Margaretam eius neptem, dūtamen nō fuisset religionem ingressa & i ea p̄fessionez fecisset, & suos liberos naturales & legitimos de se & ex legitimo matrimonio p̄creatos. Et si dicta Margareta eidem testatori heres nō esset, aut heres esset, & postea moreretur in pupillari etate vel alias quādocumq̄ sine liberis de se & ex legittimo matrimonio procreatis, aut eius liberi sine liberis naturalibus & legitimis de se genitis tunc & in eum casum eidē Margarete & vltimo morienti ex eis substituit & sibijpsi testatori heredem instituit alterū ex filijs dicte nobilis Miracle de vcello ei⁹ filie, & nobilis Gulielmi floricardi de priuatio, vez aut primo genitū, aut secūdo, aut tertio genitum quē ipsi parentes sui ad hoc eligerēt, & in quē dicto casu substitutionē huiusmodi locū habere vellent, & illius liberos masculos, legitimos tamē & ex legitimo matrimonio p̄creatos, cum & sub hac cōditione, q ille ex dictis ipsius testatoris nepotibus, & eius liberi masculi, in quē seu quos substitutio huiusmodi locū haberet & qui bona sua obtineret teneretur & deberet facere habitationē larem & domicilium in domo ipsius testatoris, ac portare cognomē & arma eiusdem testatoris. Deinde vero idem testator permanens in volūtate huiusmodi postea vita functus est; & ab humanis decessit, supstitibus p̄fatis nobilibus Joāne herede instituto, & alijs. Quo mortuo idē Joannes bonis & hereditati eiusdē se immiscuit, & p illi⁹ herede se gessit & gerit. Viuēte autē dicto nobili Joāne vita functus est dictus nobilis Raymūdus eius frater & sibi primo gradu substitutus etiam vita functa est p̄fata Margareta eiusdem Joānis soror scdo gradu substituta, superstite vnico ei⁹ filio naturali & legitimo qui etiaz postea vita funct⁹ est &, sine liberis decessit. ¶ Preterea etiam viuēte eodem Joāne herede, vita functi sunt nobilis Antonius flocardi, ac venerabilis & religiosus vir do. M. flocardi monachus, filij naturales & legitimi dicte nobilis Miracle, dictus vez do. M. sine liberis & prefatus nobilis Antonius supstite & sibi superuiuente nobili Gulielmo flocardi eius filio naturali & legitimo ac nepote dicte nobilis Miracle, & pronepote dicti nobilis Raymundi testatoris. ¶ Et quia dictus Joannes heres senex est, nullos habens liberos, quesitū est an, si eundem ab humanis sine liberis naturalibus & legitimis decedere contingeret, superstite ipso nobili Gulielmo, locum sibi vendicaret in personam eiusdem Gulielmi substitutio, de qua supra, & facta de filio aut liberis dicte nobilis Miracle. ¶ Secundo quesitum est an, supposito q substitutio, de qua supra, locum habitura sit in personam eiusdem nobilis Gulielmi, possit dictus nobilis Joannes testari, vel alias disponere de aliqua portione, seu quota bonorum dicti quondam nobilis Raymundi testatoris, & patris eiusdem Joānis, & de qua quota hoc facere possit.

Christi nomine inuocato. Viso casu proposite consultationis, & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo prout infra. Et primo ad primum: pro cuius faciliore solutione premitto, q hic dubium facit & oritur, quia nec iste nobilis Gulielmus, nec dictus eius quondam pater leguntur substituti ipsi Joanni heredi adhuc viuenti: sed leguntur substituti dicte nobili Margarete, aut vltimo ex eius liberis ab humanis decedenti. Sed quia isti, & non soluz isti, sed etiam dictus nobilis Raymundus frater Joannis, & ipsi Joanni primo loco substitutus, ab humanis decesserunt, substitutiones de eis facte effecte sunt caduce, & sic fideicommissum per dictum Raymundum testatorem eis relictum fuit quoad eorum personas extin-
1 ctum, † quia vbi fideicommissarius moritur pendente conditione fideicommissi sibi relicti, fideicommissum huiusmodi ipsius personam perit & extinguitur, nec spes illius transmisit ad heredem, siue loquamur de fideicommisso vniuersali, siue de fideicommisso singulari. l. si in personam. C. de fideicommiss. l. j. §. finautem sub conditione. C. de cadu. tol. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo. in fi. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. l. qui plures. ff. de vulgari & pupillari. & l. quero. ff. de aliment. & ciba. lega. de quo glo. & docto. in. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. Et non solum fuit fideicommissum huiusmodi extinctum in personas predictorum, sed etiam in personam dicti nobilis Antonij, qui etiā mortuus est viuente prefato Joanne herede instituto: & sic pendēte conditione substitutionis de eo facte, nec ipse fideicommissum huiusmodi, seu illius spem ad dictum Gulielmum eius filium transmisit, predicta: quod etiam voluit Baldus consilio ccxxij. exordiente, Titius instituit sororē ex qua nata erat Berta eius filia, in tertia parte: Rapha. Fulgo. consi. xiiij. exordiente, In

te, In questione proposita videtur mihi ⁊c.⁊ consi.xv.exordiente, Proponitur ꝙ montes de Florentia ⁊c. Joã.de imo.⁊ Alex. de imo.in.l.cū ex filio.in princ.ff.de vulg.⁊ pup.de quo est casus.in.l.heredes mei.§.cū ita.⁊ quod ibi Alex.de imo.super verbo, suscepisset.ff.ad trebell. Quia igitur dictus nobilis Gulielmus non reperitur prefato Joanni substitutus, ⁊ fideicommissum factum est caducum in personas omnium precedentiū,nec illi,aut eorum aliquis fideicommissum, aut spem illius ad eundem nobilem Gulielmū transmittere potuit,videbatur dici debere, ipsū nobilem Gulielmum venire non posse ad successionē dicti quondam Raymūdi testatoris.l.qui habebat.ff.de vulg.⁊ pup.⁊ alijs iuribus allegatis per spectabilem virum do. Bertrandum rostagni iurium doctorem eximium.

Premitto insuper qd licet dicto nobili Joāni substitutum extiterit vulgariter,pupillariter,
2 ⁊ per fideicommissum:†hic tamen querendum non est de vulgari substitutione,quia illa expirauit per aditionem,seu immixtionem hereditatis dicti quondam Raymūdi testatoris facta per dictum quondam Joannem.l.post aditam.C.de impube.⁊ alijs
3 substitu.†Et sic non sumus in casu.l.quādiu.la.iij.versi.is autē.ff.de acquiren.heredit.per quem probatur,ꝙ substitutus primo substituto vulgariter, videtur etiam substitutus primo heredi instituto:⁊ ideo licet primus substitutus tollatur de medio antequam veniat conditio substitutionis,tamen secundo substitutus succedet primo instituto directo ex persona sua. Pro quo etiam facit quod habetur in.l.coheredi.in prin.⁊ in.l. si titius.ff.
4 de vulg.⁊ pup.†Etiam nec est querendum de pupillari substitutione:q2 licet tempore facti testamenti,de quo supra,idem nobilis Joannes esset impubes,⁊ sic potuerit sibi,licet nepoti,pupillariter substitui. l.ij.§.j.ff.de vulg.⁊ pup.⁊ sic etiam substitutū extiterit per compendiosam factam per verbum commune substituo,⁊ cum expressa temporū dinumeratione, per id quod no. glo.⁊ doct.communiter.in.l.precibus.C.de impub.⁊ alijs substi.⁊ in multis alijs locis:illa tamen pupillaris substitutio expirauit,pro eo q2 idem nobilis Joannes excessit pupillarem etatem.l.in pupillari.cum suis simi.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ sic non sumus in casu,de quo loquitur Bart.in.d.l.quādiu.versi.quero iuxta predicta testator filium heredem ⁊c.⁊ in quo consuluit in quodam suo consilio exordiēte,Quidam nomine Titius habuit quendā filium nomine Janinam ⁊ quendam eius filium nomine Vannē: loquitur enim in substitutione pupillari, que viuente impubere herede instituto expirauit in personam primi pupillariter substituti per mortem illius,superstite secundo substituto, qui non ipsi impuberi, sed illi primo substituto legebatur substitutus: ⁊ propterea non videbatur posse succedere pupillo,etiam si in pupillari etate decederet. Etiam in pupillari substitutione loquitur Oldr.consil.mihi.cxxvij.exordiente,Testator in vltimo suo testamento sic dixit filium mihi primū nasciturum ex ventre ⁊c.commemorato per Alex.in primo eius consil.versi. quarto probatur per id quod decidit Oldr. in.j.volu. in quo etiam casu loquitur Jo.and.in addit.Specu.tit.de testa.§.j.in magna.addi.versic.occurrit hic nouissimus casus ⁊c.Et in hoc casu etiam loquitur Franc.de arc.in.d.l.quādiu.vers.⁊ vltra istam materiam Bart.hic tangit notabilem questionem ⁊c.

Restat igitur vt videamus an in vim fideicommissarie substitutionis poterit dictus nobilis Gulielmus succedere,si cōtingat prefatū nobilem Joannē sine liberis naturalibus ⁊ legitimis de se, ⁊ ex legitimo matrimonio procreatis ab humanis decedere, non obstante sublatione personarum mediarū,hoc est dictorum nobiliū Raymundi, Margarete,ac patris,⁊ patrui eiusdem nobilis Gulielmi eum in gradibus substitutionum precedentium, ⁊ etiam non obstante eo quod non videatur idem Gulielmus fuisse substitutus ipsi Joanni heredi,sed prefate nobili Margarete,aut vltimo decedēti ex dictis eius liberis. Ad quod videtur respondendum, ꝙ sic:
5 †q2 licet primum ⁊ secundū fideicommissum expirauerit in personas dictorum Raymundi primo substituti, ⁊ Margarete secundo substitute: illud tamen primum remansit penes eundem Joannem cum onere faciende de illo restitutionis huic Gulielmo tertio substituto. d.l.j.§. pro secundo. ff.de vulga. ⁊ pupilla. quod etiam voluit Bar.per dictū do. compatrem allegatus in d.l.quādiu.in finalibus verbis:idem voluit collector antiquarū decisionum Rote.decis.mihi.dccclxvij.exordiente,Quidam instituit duos filios ⁊ illos inuicem substituit:Pet.Jacob. in suis libellis,titu.de compendi.que fit a paga.versi. quidā testator ⁊c. Pau.de Cast.consil.cccli.exordiente,Presens dubium videtur formari ⁊ decidi per Bart.versi. secundum casum tangit in fine quando vtraq ⁊c.vbi voluit ꝙ,non obstante morte primi substituti per fideicommissum,succedit secūdus substitutus, ⁊ perinde admittitur ad petendum fideicommissum ab heredibus instituti,ac si ab ipso instituto fuisset sibi directo ⁊ immediate fideicommissum relictū,licet non fuerit,sed a substituto:q2 postquā hereditas ad primū substitutū non peruenit, non tenetur ipse: ⁊ eidem videtur de alio ⁊ secundo substituto,ad quem etiam non peruenit,sed tenetur heres primus, vel eius heredes, apud quos fideicommissum huiusmodi reperitur:pro quo allegat Paul.de cast.l.fideicommissum.ff.de lega.j. l.imperator.cum ibi not.ff.de leg.ij.⁊.l.si legatarius.ff.de leg.iij.Et idem voluit Fran. de arc. consi.clvj.exordiente, Diligenter visis ⁊ consideratis testamento ⁊ codicillis ⁊c.versi. nec obstat quod si substitutio videtur facta do.Anneti:ibi,⁊ not.Bar.in simili questione,in.l.quādiu ⁊c. ⁊ Alex.de Imo.in dicto primo eius consilio.Non obstat, nec obstabit dicto nobili Gulielmo, quod dictus nobilis Antonius eius quōdam pater, qui in tertio gradu videtur fuisse substitutus,primo decesserit, ⁊ fideicommissum, seu spem illius,ad eum non transmiserit.Quoniā respondeo,ꝙ dictus nobilis Gulielmus non est successurus,non dico dicto Joanni, sed Raymūdo ex persona dicti quondam Antonij eius patris,q2 in personam illius fideicommissum(vt predixi) effectum est caducum,nec in vim transmissionis sibi per eū facte,sed ex propria persona sui ipsius Gulielmi,quia dictus quondam nobilis Raymundus in dicto tertio substitutionis gradu non solum substituit alterum ex filijs dicte nobilis Miracle,videlicet illum ex eis, aut primo genitum,aut secundo, aut tertio genitū,sed etiam eius liberos masculos.Non igitur per exclusionem prefati Antonij excluditur idem Gulielmus,sed potius includitur,pro eo quia licet isti videantur inuitati in tertio gradu, ⁊ simul, propter copulatiuā, ⁊ tamen ratione ordinis charitatis isti censendi erant substituti ordine successiuo,primo videlicet pater,deinde vero, ⁊ secundo idem Gulielmus.arg.eius quod habetur in.l.gallus.§.quidam recte.⁊ quod ibi glo.⁊ doct.⁊.§.⁊ quid si tantum.ff.de lib.⁊ posth. Ad quod facit quod voluit Paulus de Castro, consilio. ccclij. exordiente, Visis omnibus punctis mihi traditis ⁊c. ⁊ hec est doctrina quam ponit Bartolus in.d.§.quidam recte.Et esto ꝙ isti viderentur fuisse non ordine successiuo, sed simul inuitati: exclusio tamen dicti quondam Antonij quoad hoc non noceret, sed prodesset huic nobili Gulielmo,per id quod not.Joan.and. in addit.Spec.tit.de testa.§.j.versi. item quid si duobus fratribus,in addi.exordiente,Quod de precedenti versi.dixi ⁊c.versi. ad tertium respondetur ⁊c.

6 †Etiam non obstat huic nobili Gulielmo, ꝙ prefati nobiles Gulielmus ⁊ Miracla parētes dictorum quondam Antonij, ⁊.N.fratrum,nullum ex eis elegerint.Pro quo allegasse sufficiat.l.cum quidam. in fine primi responsi.⁊.l.vnum ex familia.§.rogo.in fin.ff.de legat.ij.cum enim ipsi parentes neminem elegerint, perinde est ac si eis electio data nō esset,vt probatur in predictis iuribus: quod etiam voluit Rapha.cuma.in.d.l.cum quidam.sed si non fuisset data vel concessa electio prefatis nobilibus Gulielmo ⁊ Miracle, succederet dictus nobilis Gulielmus, qui solus superest ex liberis masculis eorundem Gulielmi ⁊ Miracle:cum (vt predixi) substitutio facta fuerit caduca in personas dictorum quondam nobilium Antonij, ⁊ eius fratris: pro eo quia viuente dicto nobili Joanne,⁊ sic pendente conditione,ab humanis decesserūt:⁊ hoc sine dubio.quamuis etiam alia ratione per dictum do. compatrē allegata debuerit idem dominus.N.repelli,⁊ qui etiam repelleretur si superesset tempore future mortis eiusdem nobilis Joannis:super quo tamen articulo,vtpote pro nunc nō necessario, nō insisto.Etiam nec obstat dicta.l. qui habebat. ff. de vulgari ⁊ pup.quoniam respondeo,quod illa loquitur in substitutione pupillari,⁊ in casu in quo defecerat conditio, sub qua primus substitutus vocatus extiterat, quod non est hic, supposito ꝙ idem Joannes heres institutus ⁊ grauatus decedat sine liberis de se ⁊ legitime procreatis: que fuit conditio, sub qua ipse Joannes
7 grauatus est.†Secus enim putarem vbi idem Joannes ab humanis decederet superstitibus liberis de se ⁊ legitimo matrimonio:quia superexistentia liberorū faceret deficere conditionem in personam primi substituti si viueret,⁊ consequenter omnium subsequentium:pro eo quia illa intelligitur fuisse in sequentibus repetita,per id quod eleganter voluit Oldra. consilio mihi.cix. exordiente, Thema tale est dominus Gulielmus canonicus ⁊c. Bal.in dicto consilio.cccxvj.in tertia parte, ⁊ Rapha. fulgo. in dicto cons.xlvj.Nec etiam obstat, quod ipse nobilis Gulielmus substitutus non extiterit dicto nobili Joanni, sed dicte nobili Margarete, aut vltimo decedenti ex dictis eius liberis:⁊ quod

nec ad ipsam Margaretam, nec prefatum Antoniū eius quondam filium peruenerint bona dicti Raymūdi testatoris, & quod propterea debuerit & debeat idem nobilis Gulielmus excludi a petitione dicti fideicommissi. arg. d. l. fideicommissum. & l. filiusfamilias. §. apud marcellum. ibi, sed vix est vt legatarium. ff. de leg. j. Quoniam respondeo (vt predixi) ꝙ dictū fideicommissum remansit penes dictū nobilem Joannem heredē primo grauatū cum onere illud restituendi huic nobili Gulielmo, postquā nullus ex substitutis ante eum superest, nec est qui cum eo in eodem gradu cōcurrat. Et hoc etiam verbis apertis voluit, & expressit dictus nobilis Raymundus testator in dicto eius testamento paulo ante finem. vers. ceterū si gradus institutionis & substitutionum per me supra factarum non procederent in futurum &c.

8 †Ad secundū dico & respondeo ꝙ, secundum opinionem magis communem, idem Joannes, vel eius heres, aut alius successor ex eius persona poterit de dicto fideicommisso detrahere duas quartas, scilicet legitimā, & quartam trebellianicam, per id qđ not. gl. & quod ibi Bar. & doct. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. & Bar. in. l. quanquam. C. ad. l. Falci. Bal. in. l. filium quem. C. famil. ercisc. Jo. de imo, in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pup. Pro quo sunt boni text. de iure canon. in. c. raynutius, & c. raynaldus. de testa. Et cum eisdem nobili Raymundo testatori superfuerint dicte do. Beatrisia, Francesia moniales, ac nobiles Miracla & Ysabella eius filie, necnon etiam dicti nobiles Joannes Raymundus, & Margareta nepotes ex Hugone filio predefuncto, & alij nepotes ex nobili Sibilia filia predefuncta, horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum prefati testatoris. aut. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue. in aut. nouissima. C. de inoff. testa. que dimidia pars erat inter eos diuidēda in sex partes, quarū partium vnam dūtaxat erant habituri dicti Joānes, Raymundus, & Margareta, tanquam representantes personā dicti quondam Hugonis eorum patris. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Sal. in. d. aut. nouissima. q. vj. & Alex. de imol. cōsi. lxiij. in. ij. vol. & huius sexte partis tertia pars pro legitima spectabat & spectat eidem Joanni, & quam ipse, vel eius successor detrahere poterit pro legitima, & non amplius: nisi forte successisset prefatis Raymūdo, & Margarete eius fratribus, ad quos pro eorum legitima spectabat hes, seu alie due tertie partes predicte sexte partis, quia illas petere posset, & sic detraheretur pro horum triū legitima sexta pars dimidie partis, & sic duodecima pars omnium bonorum dicti nobilis Raymundi, deducto ere
9 alieno & funeris impensa: †qr legitima nō est quota hereditatis, sed quota bonorum. d. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoff. testa. quod etiam voluit Bar. in. l. ex facto. la grāde. ff. de heredi. instit. & Bald. in. l. quoties. C. eo. tit. post Jac. butr. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Poterit etiam detrahere quartam trebellianicam, que est quarta pars residui, hoc est eius quod supererit de dicta legitima, iuxta doctrinam gl. in. d. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. & Jo. de imol. in. d. l. coheredi. §. cū
10 filie. †Uerum qr idem Joānes non est de liberis primi gradus, sed secundi, qr nepos, fructus per eum percepti imputari debebunt in hanc trebellianicam. l. in fideicommissariam. in princi, & quod ibi glo. & doct. ff. ad trebel. de quo etiam glo. & doct. in. l. iubemus. C. eo. tit. qui (vt puto) pro maxima parte illam extenuabunt, cum multū vixerit ipse Joannes post mortem prefati testatoris eius quondam patris. Que omnia dixerim &c.

¶ Argumentum.

¶ De inofficioso testamento, ita vt illud rumpat tanquam preterita, conqueri non potest auia materna, in quo singulis de parentela vel obolus vnus relictus sit: sed ad legitime supplementum agere potest. U. F.

1 Nummus vnus relictus iure institutionis sufficit ad preteritionem tollendam.
2 Auia materna an sit de parentela neptis, & dicatur parens.
3 Clausula codicillaris quid operetur, & an venietes ab intestato grauet, & roget de restituenda hereditate.
4 Filius grauatus de restituēda hereditate duas quartas detrahere quando non possit.
5 Parentes grauati de restituendo per clausulam codicillarem quid ex fideicommisso detrahunt, & an ambas quartas.
6 Es alienum ante legitimam deducitur.
7 Legitima an sit portio bonorum.
8 Legata ad piam causam relicta an minuant legitimam.

¶ De inoff. testa. Consi. cccxcvj.



Onitur in facto, ꝙ pridem, anno videlicet domini. M. cccc. xciiij. & de mense Maij, honesta mulier. A. de auenione, tunc habens auiam maternam, ac fratrem sui ipsius vtrinque coniunctū, fecit & condidit eius vltimum & nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera cuilibet de sua parentela legauit, & iure institutionis reliquit quinque solidos monete in Auenione tunc currentis, semel tantum soluendos: voluitque & subiunxit, ꝙ nihil vlterius petere possent in & super bonis & hereditate eiusdem: heredem vero suum vniuersalem fecit & instituit honorabilem virum Stephanum de damianis, eius maritum, & voluit testamentum huiusmodi valere iure vltimi & nuncupatiui testamenti, & ꝙ si eo iure non valeret, seu valere non posset, valere voluit iure codicillorum, & si eo iure non valeret, voluit valere iure donationis causa mortis, & alias vt ibi. Deinde vero eadē testatrix parmanens in voluntate huiusmodi vita functa est, ab humanis decessit, superstitibus prefatis eius auia materna, fratre, & marito. ¶ Et qr dicta. A. auia dicit & pretendit se fuisse & esse in testamento eius neptis preteritam, & propterea testamentum predictum fuisse & esse nullū, questitum est quid iuris.

1 †Ad quod respondeo ꝙ, cum cuilibet de parentela legauerit, & iure institutionis reliquerit dicta testatrix quinque solidos, ipsa auia materna nō videtur fuisse per dictam eius neptem preterita: cui etiam, vt preterita nō diceretur, sufficiebat relinquere iure institutionis vnum nummum qr & hoc sufficeret filio, vt not. glo. in aut. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque capitulum. colla. viij. per. §. ceterum si qui. eo. tit. & pro reliquo agendum est ad supplementum. l. omnimodo. & l.
2 scimus. C. de inoff. testa. †Et hec procedunt nisi quis forte dicere voluerit, quod prefata auia non esset de parentela predicte eius neptis. Sed istud non videtur procedere, erat enim parēs dicte neptis. l. quinque. §. parētes. ff. de in ius vocan. & l. iure. §. parentes. cum suis si. ff. de gradi. ergo videtur potuisse dici de parentela, si non forte dicatur quod imo potius dici debeant de parentela illi, qui ab ea descenderunt, & ipsa parte linee feminine principiū huius parentele. Sed esto ꝙ ita esset, & quod propterea testamentum predictum posset dici nullū propter ipsius auie preteritionem: illud tamen certum est quod, cum in testamento huiusmodi fuerit apposita clausula codicillaris, si nō valeat, vel
3 valere non possit iure testamenti, valeat iure codicillorum, †illa hoc operata extitit, vt per eam videantur venientes ab intestato grauari, & rogari de restituendo hereditatem prefate neptis dicto quondam eius marito heredi instituto. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & l. si patroni. §. fi. secundum lecturam secundam, quam ibi sustinent doc. ff. ad trebel. quod etiā voluit Bart. in. l. j. q. v. ff. de iure codicil. Baldus & Joannes de imola, in. l. ex ea. ff. de testa. & docto. communiter. in auth. ex causa. C. de liber. preter. vbi etiā dicit Alex. de imo. quod hec opinio est magis communis: pro qua etiam consuluit Alex. de imo. cōsi. xlj. exordiente, Uiso tenore allegati & producti instrumenti: vbi etiam dicit, quod ista est communis doct. conclusio. in. d. auth. ex causa. & in corpore vnde sumitur. ac Bar. & aliorum. in. d. l. j. ff. de iu. codicil. allegat etiam Spec. tit. de instru. edi. §. compendiose. versi. item videndum &c. Bal. in. l. titia. ff. de inoff. test. & in repet. l. in suis. ff. de libe. & posth. Fateor quod cōtrarium tenuit in hoc casu glo. que solet dici singularis in. d. auth. ex causa. sed illa communiter reprobatur per docto.

4 †Sed supposito pro firmo, qđ proximiores ab intestato dicte neptis testatricis cēseantur fuisse grauati de restituendo hereditatem dicto heredi scripto, superest dubitatio, an in personā ipsius auie erit locus detractioni duplicis quarte, scz legitime, & quarte trebellianice, supposito ꝙ alias parentes de restituendo grauati possent detrahere duas quartas. Ad quod rñdeo qđ non, qr nec hoc casu illam detraheret filius preteritus & grauatus: quia licet filius heres institutus, & sub conditione, vel in diem grauatus detrahat duas quartas: secus tū est qñ fuit pure grauatus, fm doctrinā, quam ponit gl, & sequitur Bar. & doct. cōiter in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. Bar. in. l. quanquā. C. ad. l. Falc. In casu vero occurrēte dicta auia grauata per clausulā predictam cēsetur
5 pure grauata: †& ita non vr posse detrahere nisi vnam quartam, qđ et voluit Bar. in. d. l. quanquā, & in cons. mihi. cviij. exordiēte, Dominus Jacobus habens in potestate &c. ad fi. Bal. in. l. filius quem.

quem.versi.item quero quid si filius ⁊c. C.famil.ercisc.vbi etiam dicit q̄ ita sepe consuluit Bar.⁊ do.Franc. de pi.⁊ quod ipse eorum discipulus sepe sequutus est, ⁊ quotidie sequebatur eorum consilium:⁊ est verum q̄ Bald. pro hac parte consuluit, consilio cccxxxiiij. exordiente, Proponitur q̄ do. Antonius caracosani eius filium.ad fi.in prima parte:vbi etiam dicit secundum istam partem sepe consuluisse.Pro hac parte etiam cōsuluit Alex. de imo.consil.xxvj.exordiente,Circa primum dubiū,in prima parte,vbi plene:⁊ hoc etiam expresse voluerunt Bald.⁊ Ang. in.d.l. papinianus.§.meminisse.⁊ Jo.Pe.ferra.in sua practica, ti.for. libel.quo agitur ex substitu.super verbo, ac per fideicommissuz. versi.similiter est ⁊ aliud memorie tenēdum.Et per hec patet responsio ad primum quesitum parte eiusdem Stephani mihi missum,ad quod effectualiter respōdeo,quod si testamētum,de quo supra,non valeret,aut valere non posset vt testamētum, valeret tamen vt codicillus, ⁊ q̄ prefatus Stephanus habere debeat duas partes,seu bessem bonorum dicte quondam Ysabelle.

Ad secundū quesitū dico ⁊ respondeo,q̄ ante deductionē legitime detrahi debet es alienum, ⁊ funeris impēsa.d.l.papinianus.§.quarta autē.ff.de inoffi.test. Hinc dici solet q̄ legitima est quota bonorū,non hereditatis: qz bona dicunt̄ deducto ere alieno.l.subsignatum.§.bona.⁊.l.prin-
7 ceps bona.ff.de verb.sign.†Et q̄ legitima dicatur quota bonorum,non hereditatis,bene declarat Bar. in.l.ex facto.la grāde. ff.de heredi.institu.Bal.in.l.quoties.C.eo.tit.post Jaco.but.in l.si quis in suo.C.de inoffi.testa.de quo Lāfr.in repet.c.si pater. versic.viij.⁊ vltimo queritur an legitima sit quota bonorum.de testa.in.vj.de quo Bald.in.l.cum a matre.C.de rei vend. Si igitur poneremus hereditatem dicte quōdam Ysabelle fuisse tempore eius vite ⁊ mortis valoris mille ⁊ sexcentorum florenorum, ⁊ funeris impensam,⁊ debita hereditaria ascendere ad quadringentos florenos, ⁊ sic his deductis eandem Ysabellam non habuisse in bonis vltra mille ⁊ ducētos florenos, deberet ipsa auia habere tertiam partem, non quidem mille ⁊ sexcentorum florenorum,sed mille ⁊ ducentorū, ⁊ sic non deberet habere sexcētos, sed quadringentos florenos.Et hoc pro eo qz (vt predixi) ante deductionē legitime detrahi debet es alienum,⁊ funeris impen-
8 sa,⁊ his detractis de residuo debetur legitima.†Quo vero ad legata per ipsam neptem relicta,dico ⁊ respondeo, q̄ illa non minuunt legitimam.d.l.papinianus. §.quarta autem. vbi ante detractionē legitime soluz regulariter deducitur es alienū,⁊ funeris impensa:⁊ procedit hoc non solū quoad alia legata,sed etiam quoad legata in piam causaz relicta.c.si.xvij.q.vlt.gl.in.l.si quis ad declinandam.C.de episco.⁊ cle.⁊ Alex.de imo.cōsi.xviij.exordiente,non minuitur legitima ⁊c.in.iiij.vol.iuncta.l.nam ⁊ si parentibus.ff.de inoffi.testa.⁊ alijs multis, super quibus non insisto:per que probatur quod non minus debetur parētibus in bonis suorum descendentium legitima,quam econtra.

¶ Argumentum.

¶ Filia per statutum exclusa a successione intestati extantibus masculis,dicitur etiam exclusa condito testamento ab omni iure dicendi nullum,vel rumpendi. V. F.

1 ☞ Testamētum aui paterni per agnationem posthumi nepotis an rumpatur.
2 Statutum fauens agnationi,vt bona remaneant in familia, an sit fauorabile,vel odiosum.
3 Statutum an possit esse ⁊ odiosum ⁊ fauorabile,⁊ quando.
4 Cōstitutionis verbis cessantibus cessat cōstitutiōis dispositio.
5 Posthumi preteritio an operetur vt ab initio testamentum non valeat,illudq̄ rumpatur ante eius natiuitatem.
6 Instituto heredi,cui si sine liberis decedat substitutum est,si cōtingat tempore mortis habere filiuz,repellitur substitutus,etiā si filius postea decesserit.
7 Statutum excludens feminas a successione in casu, quo quis sine testamento decesserit,de quo testamento intelligatur.
8 Testamentum an sufficiat aliquo tempore fuisse validum ad tollendum statuti odium excludentis feminas in non facto testamento.⁊ nu.12.
9 Correctio legis etiam inique facta in vnum casum an trahatur ad alium ex identitate rationis, vt in statuto excludēti feminas que dotate inuenientur,an trahatur ad nasciturās.
10 Posthumus existens in vtero tempore mortis patris aut aui an haberi debeat pro iam nato,⁊ quando.
11 Cautela pro filia exclusa per statutum a paterna successione ab intestato extantibus masculis, vt habeat portionem cōdito testamento in quo est preterita,an teneat ⁊ sit bona.nu.13.

14 Veniens contra voluntatem defuncti an debeat esse melioris conditionis,quam non veniens.

¶ De libe.preter. Consi.ccclxvij.



Christi noīe inuocato. Uiso cōsultationis themate mihi exhibito parte nobilis ⁊ honeste mulieris Joanne iurane, ⁊ dubijs ex themate hmōi elicitis,dico ⁊ respōdeo ad dubia hmōi breuiter ⁊ succincte prout infra.
1 †Et primo ad primū, q̄ p agnationē dicte nobilis Joanne in testamēto nobilis ⁊ honorabilis viri Petri iurami eius quōdam paterni aui preterite,⁊ (vt in themate ponitur) nate post mortē dictorū Petri,⁊ Joannis patris,⁊ aui eiusdē,ruptū fuit de iure cōmuni testamentū dicti Petri,⁊ parata via ab intestato eidem Joanne, ⁊ nobilibus Antonio,⁊ Siffredo iurami eius patruis. l.gallus.⁊ quod ibi per omnes scribentes.ff.de liber.⁊ posth.⁊.l. posthumorum.cum suis si.ff.de iniuſ.rup.⁊ irri.testa. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo, q̄ de iure communi successio, seu hereditas dicti quondā nobilis Petri delata est ab intestato prefatis Antonio, Siffredo, ⁊ Joāne, cuilibet videlicet pro triēte, seu tertia parte.auth.de heredi.ab intest.§.j. Et qz loquendo de iure cōi istud non habet dubiū,ego vlterius super eo non insisto.

2 †Uenio ad tertium quesitum pro cuius faciliore declaratione premitto, q̄ ratio statuti inibi mentionati fuit ⁊ est fauor agnationis,⁊ sic linee masculine,vt sic bona remaneāt in familia,⁊ agnatione patris,seu aui.l.j. §.pen. ff.de ventre inspic.quod etiam voluit Jo.and.in addi.Spec.tit. de succes.ab intest.super rubrica.Cy.in.l.j.C.de adul.⁊ multi alij in.l.maximum vitium.C.de libe.prete.vel exhereda.quod etiam fuit verbis claris expressum in supplicatione parte dominoruz trium statuum comitatuum Prouincie ⁊ Forcalquerij,pro obtinenda editione statuti huiusmodi,regie maiestati oblata. Est igitur statutum huiusmodi,quatenus concernit masculos, fratres,videlicet ⁊ patruos,fauorabile,⁊ sic ex ea parte extēdendū. Sed qz statutū huiusmodi filias,⁊ neptes a successione patrum, ⁊ auorum paternorum sine testamento decedentium, superstitibus masculis,repellit eas,dūtaxat salua earū legitima, videtur odiosum. d.l. maximum vitium: quod etiam per illam.l.voluit Bart.in.l.cunctos populos.in.vj.q.principali. vers. ⁊ ideo dico quod statutuz ⁊c.C.de summa trin.⁊ fide catho.idem voluit Cy. in.l.non sine.C.de bo.que lib.Bal.⁊ moder.in.l.ij.C.de in ius vo. ⁊ multi ex scribentibus in.d.l.maximuz vitium.Ex parte igitur filiarū ⁊ neptium,quas repellit,est restringendum: regula,odia restringi.de regu.iuris. in.vj.⁊.l.cum quidam.ff.de lib.⁊ posth. vt sic non extendatur preterquam ad personas sub eius dispo si-
3 tione contentas.†Et nimirū si statutum dicatur esse ⁊ fauorabile ⁊ odiosum,qz istud cōtingit pro eo qz respicit diuersas personas,filios,videlicet,⁊ patruos, quibus fauet,⁊ sic non mirum si ex eo capite cēseatur fauorabile,ac filias ⁊ neptes, quas a paternis ⁊ auitinis successionibus repellit,⁊ eas grauat,⁊ sic ex hoc capite censetur odiosum:⁊ quod talis dispositio dici possit fauorabilis,⁊ odiosa,voluit glo.in.d.l.ij.C.de in ius voc.in. l.sed si hac. §.fi.ff.eod.tit.glo.in.l.apud celsum.§.aduersus. ff.de except.do. glo.in.l.qui bona.§. si alieno.ff. de damno infec.⁊ in. §. penales. instit.de actio.Est ergo(vt predixi)statutum huiusmodi prout concernit filias ⁊ neptes odiosum, ergo extendi non debet, sed restringi,vt etiam predixi.Quod si ita est,non videtur statutuz
4 huiusmodi sibi locum vendicare in hoc casu, †qz vbi cessant verba constitutionis,ibi cessat ⁊ cessare debet constitutionis dispositio.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.l.iiij.§. toties.ff.de de dam.infec.l.j.§.loquitur.ff.de aqua quot.⁊ esti.l.si seruū quis. §.non dixit.ff.de acquir.hered.⁊.l.ita autem.cum similibus.ff.de administ.tuto.quod etiam voluit Pau.de cast.consi.iiij.⁊ consi. xj.exordiente,In casu presenti visis omnibus ⁊c.⁊ in alijs multis.Roma.consi.ccccxlij.exordiente,Ut decisionem accipiat presens consultatio.consi.ccccxlij.exordiēte,Quoad propositā consultationem,⁊ in alijs multis:Andr.barba.consi.xxj.in secunda parte,Alex.de imol.consil.xvij.exordiente, Requisitus in causa vertente inter nōnullos ⁊c.in prima parte,⁊ consi.j.vers. postremo.in.iij.vol.⁊ alij in alijs locis. Sed verba constitutionis, seu statuti superius mentionati sibi locum non vendicant in hoc casu,siue loquamur de verbis supplicationis antedicte, ad que refertur regia respōsio,siue de verbis regie maiestatis: ⁊ quidē nō verba supplicationis huiusmodi,qz in illis est sermo de repellēdis filiabus,⁊ neptibus a successione earum patrum, ⁊ paternorum auorum sine testamento decedentium, superstitibus filijs, aut alijs masculis descendentibus:sed dictus quondam nobilis

Petrus non est mortuus sine testamento, sed cum testamento etiam valido, & quod postea per quinq; aut sex menses, quousq; videlicet nata est prefata nobilis Joana eius neptis ex filio, va-
5 lidum permansit. † Preteritio enim dicte nobilis Joanne non hoc operata est, vt ab initio testamentum non valuerit, nec vt illud rumperetur ante ipsius natiuitatem, non dico in vtero, sed ex vtero: & hoc fuit tempore testamenti dicti quondam nobilis Petri viueret Joannes eius filius, & pater huius neptis, fuit antea ab humanis decessisset.l.j.in fi.&.l.posthumi.in princ.ff.de iniuf.rup.& irri.testa.&.§.posthumi: ibi, in preterito valet quidē testamentum &c. institut. de exhereda.libero. Non potuit igitur idem Petrus dici decessisse sine testamento, cum ipse cum testamento valido decesserit. Et licet testamētum huiusmodi postea de iure communi ruptu3 extiterit agnatione dicte Joanne: hoc
Christi nomine inuocato. Viso consultationis themate mihi exhibito parte venerabilis conuentus fratrum predicatorum oppidi seu castri Tarasconis, ⁊ dubijs que ex themate huiusmodi videntur opportune posse elici, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, q si probari possent illa seruitia ⁊ merita, de quibus narratiue mentio habetur in instruméto donationis in casu huiusmodi latius mentionato, sine dubio donatio huiusmodi non comprehenderetur sub statuto regio, pro eo, quia illud loquitur in donatione simplici: hec autem nó esset sim-
1 plex, sed remuneratoria, ⁊ quodammodo ob causam, † ⁊ ita verba statuti sibi locum non vendicarent in hac donatione: ergo nec illius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. l. iiij. §. toties. ff. de damno infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquiren. heredi. ⁊. l. ita autem. cū simili. ff. de administratio. tuto. de quo Pauli de castro consi. iiij. consi. xj. exordiente, In casu presenti ⁊c. ⁊ alijs multis. Roma. cósilio. cxcix. exordiente, Presens statuti particula, in princi. consi. ccccxlij. exordiente, Vt decisionem accipiat presens consultatio ⁊c. ⁊ consi. cccclxj. exordiente. Quoad propositam consultationé ⁊c. ad fin. ⁊ And. Barba. consil. xxj. col. iij. in secunda parte, ⁊ có-
2 sil. lxiij. col. vij. in eadē parte. † Et q donatio remuneratoria non sit donatio simplex, quinimo nec ppríe donatio, apparet per id quod habetur in. l. attilius regulus, super verbo, non merā, ⁊ q ibi gloss. ff. de donatio. quod etiam voluit Panor. in. c. donatio. de dote post diuor. restitut. ⁊ in. c. cum in ecclesie. de simonia. Roma. consil. xxvi. Francis. de are. consil. xvij. exordiente, Cósideratis diligentissime ⁊ mature ⁊c. col. vj. versi. secunde auté obiectio-
3 ni: ibi, donatio enim vsq ad merita concurrentia ⁊c. ⁊ Allegand. de Jmo. consil. lxxviij. in quarto volu. ⁊ alij in alijs locis. † Jdeo autem dixi, si probari possent seruitia ⁊ merita: quia de illis non creditur Joanni bilhes donatori, illa facta asserenti, per doctrinam quam ponit Barto. in. l. si forte. ff. de castren. pecu. Et etiam quia in generaliter prohibitis certo casu permissis non creditur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentū. ff. de probati. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de legat. iij. ⁊ quod ponit Joan. And. in addi. Specu. titu. de rebus eccle. non alien. super rubri. ¶ Puto tamen, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, q siue donatio fuerit remuneratoria, siue simplex, illa fuit et est de iure valida ⁊ efficax, non obstante statuto predicto: ⁊ hoc p
4 eo quia illa fuit ⁊ est iurata. † Statutū enim debet reduci ad terminos iuris communis, vt probatur in. l. si serui. C. de noxa. c. cū dilectus. de consue. c. causam que. de rescrip. c. dilecto. c. ex parte. de verbo. significa. ⁊ quod habetur in. l. fina. §. in computatione.
5 vbi per scribentes. C. de iur. delibe. sed certum est † q non solum maiores vtriusq sexus, sed etiam minores vigintiquinq annis cum iuramento obligantur, ⁊ valent eorum contractus, etiam si fiant super alienatione rerum suarum immobilium: qui tamen alias iuramento non interueniente de iure communi essent nulli ⁊ inefficaces: pro quibus allegasse sufficiat auth. sacraméta puberum. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. communiter. C. si aduer. vendi. ⁊ per cano. in. c. cum contingat. de iureiuran. iunctis his que habētur in. l. non solū. l. si prediū. ⁊ multis alijs illius tituli. C. de predijs mino. Et non solum valent alij contractus etiā per minorem cū iuramento celebrati ⁊ initi, sed etiā donatio facta de rebus suis immobilibus, licet illa videantur magis inhibita, per id qđ etiā voluit glo. ⁊ docto. in dicta auth. sacramenta puberū, iuncta. d. l. non solum: ibi, ⁊ multo magis donatione ⁊c. ergo sequitur q statutum, de quo supra, recipit ⁊ recipere debet restrictionem a iure cómuni, vt intelligatur, nisi donans iurasset. Pro quo facit, quia q̃uis statutum non extendatur. l. si vero. §. de viro. cum simili. ff. soluto matrimonio. recipit, tamen declarationem a iure communi, vt voluit Jacobus Butri. ⁊ Salicetus in. l. non dubium. C. de legib. Bald. in. l. omnes populi. ff. de iustitia ⁊ iure. Cardina. Florenti. in. c. lator. de homici. Salice. in dicta. l. si serui. C. de noxa. et Bartol. in. d. l. omnes populi: ergo sequitur q dictum statutum declarari debeat secundum regulas iuris communis, nisi videlicet interuenerit iuramentum. Et maxime quia glo. multum nosentit in auth. ex testamento. C. de colla. q etiā per verba impropria debemus reducere statutū ad terminos iuris cómunis: pro

qua est bonus tex. in c. cũ dilectus. de cõsue. recipiet ergo statutũ hmôi declarationẽ a iure cõmuni, vt intelligat, nisi donatio fuerit iurata. Praeterea statutũ hmôi est a iure cõmuni exorbitãs eo
6 † quia quilibet est moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudũ. C. de contrahen. emptio. & vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. &c. de his. ad fi. de sepul. quod procedit etiã in donando vsq; ad summã quingentorũ aureorũ. l. penul. C. de dona. not. glo. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. ergo statutũ hmôi debet restringi ad casum, in quo loquitur, & a verbis eius nõ est recedẽ
7 dum: † quia illud, quod nõ dicit statutũ dicere nõ debemus. d. l. si seruũ. §. nõ dixit praetor. ff. de acqui. hered. ergo vbi statutũ hmôi nõ prouidit, remanemus sub dispositione iuris cõmunis. l. si cũ dotẽ. in prin. ff. solu. matri. & l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. sed statutũ praedictũ nõ loquitur de donatiõe simplici iurata, sed simpliciter de donatione simplici: ergo quoad donationẽ simplicem
8 iuratã remanemus in dispositione iuris communis. † Nisi forte quis dicere velit, q statutũ simpliciter loquens de donatione debeat intelligi de donatione etiã iurata, sed istud non est verũ: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Alex. de imo. consi. cxxv. exordiente, Visis & consideratis statutis de quibus supra &c. col. pen. in. j. volu. vbi allegat multa iura, & docto. q plurimos, qui ibi videri possunt. Pro hoc etiam facit quod voluit idem Alexand. in. l. fi. col. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & Roma. cõsil. cccxciij. exordiente, Presens consultatio in hoc recidit, & Fran. de are. cõ si. xxij. exordiente, diligenter & mature consideratis, in secundo quesito. Adijcio q etiam statuto predicto fieret mentio de donatione iurata, q illa videlicet non valeret, nisi interueniente solennitate, de qua in eo, videretur nihilominus valere propter iuramentum, per ea que ponit Alexand. de imol. consi. lix. exordiente, Viso instrumento & titulo questionis &c. in primo volu. & cõsi. cij. exordiente, Cum statutum dirigit prohibitionem &c. in. iiij. vol. & Fran. de are. in consi. & quesito predictis: super quo tamen non insisto, cum opus non sit.

¶ Argumentum.

¶ Compendiosa substitutio verbis communibus facta cõtinet vulgarem, expressam & tacitã a qua vires testamẽti incboari possunt. V. F.

1 ¶ Substitutio compendiosa etiam facta a pagano an cõtineat vulgarem, tacitam & expressam.
2 Hereditas ex die vel ad diem recte dari non potest.
3 Ius fideicommissi vniuersalis non transit in fideicommissariũ, nisi facta restitutione re vel verbo per grauatum vel eius heredem nisi grauatus heredem non haberet.
4 Fideicommissarius sua autoritate possessionem adeptus dicitur vitiose possidere, propterea non est legitimus contradictor aduersus heredem petentem se mitti in possessionem rerum hereditariarum.
5 Possidere sine vitio quando dicatur fideicommissarius.
6 Per fideicommissum cui succedatur, & an fideicommissarius dicatur heres grauantis.
7 Res hereditarie an & que inuentarisari debeant.
8 Heres contra voluntatem defuncti an possit venire.
9 Opus dictio qualiter capiatur.
10 Cõiectura alia q donationis vbi summi potest cessare debet presumptio donationis.

¶ De impub. Consi. ccclxxv.



Visis alijs scripturis & dubijs mihi nouissime missis parte nobilis & potentis viri Soffredi alamandi, dico & respondeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum: pro cuius faciliore declaratione praemitto q licet nobilis & potens vir Aymo alamãdi, quondam dñs de Reuello, cõbe Lanceaci, & sancti Mauritij & cõdominus Vriatici, in suo vltimo & nuncupatiuo testamento heredẽ vniuersalẽ solã, & in solidũ in primo gradu instituerit nobilẽ & generosam mulierẽ Antoniã eius vxorẽ: illa tamẽ nõ fuit eius heres pro eo q vita functa est & ab humanis decessit superstite & sibi superuiuente: eodẽ nobili Aymone, testatore, sed eius heres fuit nobilis & potẽs vir Guigo alamandi dñs quondã de
1 Molario, & cõdominus Vriatici, † & hoc in vim vulgaris substitutionis cõprehense, in cõpẽdiosa substitutione facta p verbũ cõmune, substituit. Est enim certum q cõpendiosa hmôi, etiã si fiat per paganũ continet vulgarẽ, vt voluit Bar. in. l. centurio. versi. quero vtrum substitutio cõpendiosa, vbi etiã per alios. ff. de vulga. & p upil. idẽ voluit Cy. & alij in. l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. a vulgari autem substitutione põt testamentum incipere sumere vires: & quidẽ de expressa non est dubiũ, quia hoc probatur in. l. si pater filium. secundum vnam gloss. ibi a docto. communiter approbatam. ff. de vulga. & pupil. idem probatur in. l. iij. §. fi. & in. l. gallus. fere per totam. l. ff. de libe. & posthu. & l. thais. §. splendophorus. ff. de fideicommissa. liber. Et idem dico de tacita vulgari, vt not. glo. in. l. lex cornelia. ff. de vulga. & pupil. in. l. pen. ff. de ven. inspicien. Guliel. de cu. in. d. l. precibus. & Bartol. in. l. j. in secundo effectu substitutionis vulgaris. ff. de vulga. & pupilla. & in. d. l. si pater filium. eodem titu. idem consuluit Oldra. consil. mihi. lxij. alijs. xx. exordiente, Quidam habens matrem &c. multas remissiones ponit Alexan. de Imol. consil. primo, col. viij. in primo volu. Potuit ergo eidem nobili Aymoni succedere prout & successit dictus Guigo in vim vulgaris substitutionis comprehense in dicta compendiosa. Et licet videatur idem Guigo fuisse substitutus, hoc est efficaciter institutus ad eius vitam duntaxat: ipse tamen secundum opinionem magis communem, cense-
2 ri debet fuisse heres, & in vita, & post mortem suiipsius, † quia hereditas ex die vel ad diẽ recte dari non potest. l. hereditas ex die, & quod ibi docto. magis communiter. ff. de heredi. institu. Quod ideo dixerim: q2 licet vt predixi, idem nobilis Guigo fuerit vulgariter substitutus, hoc est quoad iuris effectũ institutus, & hoc ad eius vitam duntaxat, & post illius mortem eidem substitutus dictus nobilis Soffredus eius filius: non est tamen censendum q ipse Soffredus dicto nobili Aymoni succedere valeat iure directo & sic tanquam eius heres: sed succedere debet iure obliquo, hoc est iure fideicommissi, secundum Ioan. de Imol. qui ita not. in. d. l. hereditas ex die. Propter qđ videtur q ipse nobilis Soffredus debuerit habere medietatem castri & baronie Vriatici, et & alia bona dicti quõdam nobilis Aymonis per manus heredis
3 dicti nobilis Guigonis, pro eo † quia ius fideicommissi vniuersalis non transit in fideicommissarium nisi facta restitutione, re vel verbo per grauatum, vel eius heredem. l. facta. & l. restituta, in princi. ff. ad trebel. & hoc nisi grauatus decessisset sine herede, & constaret neminem velle sibi esse heredem factis proclamationibus, vt legitur & not. in. l. penulti. C. ad trebellia. Et q fideicommissarius ante factam restitutionẽ, saltem verbo, non debeat apprehendere possessionem sua autoritate, videtur probari in. l. filiam fratribus, secundum Alexan. de Imol. ff. ad trebel. qui etiã hoc voluit consil. xxxij. exordiente, Viso processu cause prime cõuentionis &c. in tertio volu. & dicit ipse Alexand. de Imol. in. d. l.
4 filiam fratribus, † q fideicõmissarius possessionem adeptus sua autoritate dicitur vitiose possidere, & propterea non esse legitimum contradictorem aduersus heredem petentem se mitti in possessionem rerum hereditariarum in vim dispositionis. l. fi. C. de edic. diui adria. tollen. secus autem est quando fideicommissa-
5 rius sine vitio possideret. † Sine vitio autem possidere dicitur, secundum Ange. in. d. l. filiam fratribus, quãdo ex voluntate testatoris res hereditarie ad eum peruenerũt, vt quia illas sibi in vita assignauit. l. lucius. ff. de legat. ij. Et idem putarem si autoritate iudicis, vel sciente & patiente grauato, vel eius herede fideicommissarius possessionem rerum hereditariarum seu fideicommissi apprehenderit. l. iuste possidet. ff. de acquirẽ. pos. l. quedam. ff. de rei. vendi. & argu. l. labeo. ff. de aqua pluuia arcen. quod etiã voluit Pau. de cast. consil. cxxxiij. exordiente, Viso puncto & dubijs, versic. circa tertium quesitum. Idem etiam putarem, si esset facta restitutio verbalis, vt voluit Paul. de cast. in. d. l. fina. colũ. vij. versi. in sequenti glo. &c. C. de edic. diui adria. tollen. q2 per talem restitutionem essent omnia iura translata in fideicommissarium. Fateor q dicto casu, hoc est per restitutionem verbalẽ posset fideicommissarius petere se immitti in possessionẽ condictione ex dicta. l. fi. secundum docto. qui ita ibi communiter no. Consulerẽ igitur dicto nobili Guigoni q nisi possideat, procuret sibi fieri saltem verbalem restitutionem, vt sic deinde possessionẽ apprehendere valeat etiam sua autoritate. Si vero possideat, & non vitiose, quod quando sit apparet ex predictis, satis est: si vero aliter possideret, & sic vitiose, esset bonum habere consensum heredis, inter quos existimo esse concordiam & amorem. Et si cõtingat eundem heredem conficere aut confecisse inuentarium de bonis Guigonis, & in illo posuisse bona dicti quondam Aymonis, & sic subiacentia restitutioni fiende dicto nobili Soffredo, bonũ erit q ipse petat bona huiusmodi de inuẽtario detrahi. Quo vero ad partem Vriatici eidem nobili Soffredo donatam in contractu sui matrimonij per nobilem Guigonẽ eius patrẽ, puto q iacẽte hereditate, vel ante apprehẽsionẽ possessionis factã p heredẽ, potuerit idẽ nobilis Soffredus sua autoritate apprehẽdere possessionẽ castri Vriatici, & totius baronie, pro dimidia parte. & pro indiuiso, fm sententiam Azo. glo. & doc. magis cõmuniter in d. l. fin. C. de edic. diui adria. tol. licet Albe. & Iaco. butri. contrarium senserint, qui propterea cõmuniter reprobantur per alios.

Ad

6 Ad †secundum quesitũ dico & respondeo, ꝙ licet idem nobilis Soffredus successerit dicto nobili Aymoni eius patruo: quia per fideicõmissum succeditur testatori substituẽti, seu grauanti, non heredi instituto & grauato. l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.& pupilla.non est tamen idem nobilis Soffredus, proprie vel vere loquendo, heres dicti Aymonis, per id quod not.glos.in.l.nihil aliud.ff.de verbo.signific. Alexand.de Imol.ff.de vulga.& pupilla.super rubrica, in col.fi. pro quorum dicto facit.l.postulante.§.j.in verbo loco heredis, et in verbo, quodammodo.ff.ad trebel.&.l.si filiusfami.ff.quod cum eo: dictio enim, quodammodo, est nota improprietatis.l.in suis. & quod ibi docto.ff.de liber.& posthu.similiter etiam dictio, loco heredis est nota improprietatis, vt probatur in.l.mercis.la.ij.ff. de verbo.signi. Illius enim heres fuit vnicus & in solidũ dictus quondam nobilis Guigo eius frater, & apud quem fuerunt iura directa. Fateor tamen ꝙ ipse nobilis Soffredus dici potest esse heres ficte, per id quod habetur in.l.j.§.de illo, iunctis ibi not.p Alexand.de Imol.ff.ad trebel.& Bald.in auth.ex causa, col.mihi.viij.versi.secundo oppo.& videtur ꝙ non omnia &c.C.de libe. preteri.dicit etiam Paul.de cast.consil.cxxxiij.exordiente, Viso puncto & dubijs, col.ij.vel circa, ꝙ fideicommissarius largo modo potest dici heres grauãtis.d.l.si filius.ff.quod cum eo. Et idẽ voluit consi.clxxxij.exordiente, Presens consultatio nullam vel modicam &c.col.fi.vel circa: idem Paul.de ca.consil.cv.exordiẽte, Circa bona que fuerunt dicti Vberti &c.col.j.vel circa, videtur velle ꝙ fideicommissarius dici possit heres substitutus. Illud autem certum est ꝙ fideicommissarius quoad iuris effectum est heres post factam restitutionem: in eum enim per restitutionem transeũt vtilia iura actiua & passiua: & ob hoc si dubitaretur de ere alieno, consulerem ꝙ idem nobilis Soffredus agnosceret fideicommissum cum beneficio inuentarij, & inuentarium conficeret, vt sibi auferat omnem scrupuluz, ne videlicet teneatur vltra vires hereditarias. Non tamen puto multum interesse siue idez nobilis Soffredus se heredem dicti quondam Aymonis simpliciter nominet, siue heredem substitutuz, siue hoc subticeat. Quo vero ad dictum nobilem Guigonem eius patrem, vt audio, ille non instituit eum heredem vniuersalem, sed particularez in terra & baronia Vriatici, quã tamen ex alijs titulis habiturus erat scilicet pro medietate in vim substitutionis facte per Aymonem & pro alia medietate in vim donationis sibi facte per Guigonem tẽpore matrimonij. Et sic, nisi nobilis Felix eius frater vniuersaliter institutus repudiasset hereditatem, vel ea non adita decederet, dictus nobilis Soffredus dici non põt heres vniuersalis per ea que ponit Barto.& docto.in.d.l.ex facto.ff.de heredi.insti. docto.in.l.quoties.ff.eodem tit. Ioan.de Imol.in.l.j.§.si ex fundo.in repeti.ff.eod.titu.& in.c.Raynutius.de testa.& Lanfrã.in repeti.c.si pater.de testa.in.vj. Est tamen hic aduertendum ꝙ licet idem Soffredus haberet titulos de quibus supra: non tamen videtur hoc relictum inutile, nec forte spernẽdum. Tum quia ex media parte, que olim pertinuerat prefato Aymony, detrahi poterat per Guigonem, seu eius heredem portio quarte trebellianice, nisi quatenus diminuta extitisset per fructus perceptos ab eodem Guigone. Idem etiam Guigo tempore facte donationis in contractu matrimonij videtur sibi reseruasse facultatem testãdi, & disponendi de eadem media parte, quod propterea videtur potuisse facere, per id quod voluit Ioan.calde.in suis consilijs, titu.de testamen.consil.viij.quanuis aliter sensisse videatur Io. fab.in.§.liberis.institu.de pupilla.substitu.

Ad tertium quesitum dico et respondeo, non bene videre quomodo possit huic nobili Soffredo subueniri, ne teneatur ad dimidiam partem legatorum, & onerum, iuxta dispositionem dicti nobilis Guigonis testatoris: cuz per cõtractum matrimonij, in quo facta est sibi donatio dicte dimidie partis, cõuenerit soluere legata & debita dicti nobilis Guigonis, & ita iurauerit: & ppter quod videtur etiã ex hac promissione posse per heredem conueniri, argu.eorum que ponuntur in l.ij.C.de pac. Et non solũ ab herede, sed etiam a creditoribus, et forte a legatarijs, propter iuramentum, per id qđ voluit glos.in c.quoties cordis oculus.vij.q.j.& quod dixi in alijs allegationibus in responsione ad primum quesitum. Et hec nisi pretenderetur enormissime lesus: quia tunc si fuisset minor tempore matrimonij, posset sibi succurri per remedium.l.ij.C.de rescin.vendi.

Ad aliud quesitum, quo fit de bonis ponendis in inuentario per nobilem Felicem, dico et respõdeo ꝙ cum tempore mortis dicti Guigonis castra Reuelli & Vriatici cum suis pertinentijs essent in bonis eiusdem nobilis Guigonis, licet post ipsius mortem restitui & expediri deberent, partim in vim substitutionis facte per Aymonem, et partim in vim donationis facte per Guigonem, illa debet poni in inuentario per Felicem, & signanter propter trebellianicam, que detrahi poterat ex persona Guigonis de bonis restitutioni subiacentibus.

7 †Et nimirum si dicam hec debere inuentarisari, etiam si dici possent saltem pro parte non fuisse res hereditarie, cum nõ solũ inuẽtarisari debeãt res hereditarie, hoc est, quas in bonis habuit testator tempore mortis, sed etiam res in hereditate inuente: vt verbi gratia, deposite, commodate, vel etiam conducte, per id quod voluit Angel. Pau.de cast. Fran.de are.& Alexand.de Imol.in.l.si de eo.§.forte.ff.de acquiren.possessio.et Ias.may.in l.si.col.ij.ad fin.versi.tertio requiritur.C.de iure deliberan.& alij in remissionibus per predictos signatis. Poterũt tamẽ iste res peti detrahi in inuentario parte dicti Soffredi, nisi quoad portionem trebellianice cõcernentem terram Reuelli. ¶ Ad aliud quesitum quo queritur an inuentariuz huiusmodi afferre possit preiudicium ipsi nobili Soffredo, pro eo quia forte fiet eo sciẽte, dico & respondeo ꝙ bonum & expediens erit ꝙ ipse non consentiat descriptioni seu inuentarisationi fiende de bonis prime mẽtionatis, quatenus descriptio seu inuentariũ hmõi eidẽ preiudicare posset, & ꝙ nihilominus petat illa detrahi de inuentario.

Ad aliud, quo queritur de obseruatione pactorum initorũ (vt dicitur) per & inter dictũ quõdam nobilem Aymonem ex vna parte, & dominã Charlotam ex
8 alia, †dico & respondeo ꝙ quẽadmodũ idem nobilis Aymo venire non poterat contra pacta a se inita.l.post mortem.ff.de adop. l.per fundum.ff.de serui.rustico.predio.&.c.diuersis fallacijs, cũ ibi not.de cleri.coniuga.presertim cum (vt supponitur) illa fuerint iurata.c.cum contingat, cum suis simil.de iureiuran.ita nec videtur ipse nobilis Soffredus posse contrauenire: cum (vt superius dixi) in eum transiuerint iura actiua & passiua.l.j.§.j.cum suis simili.ff.ad treb.& sit ipse nobilis Soffredus quoad iuris effectum heres prefati Aymonis: heres autez regulariter venire non potest contra factum defuncti.l.que a patre.C.de restit.mili.l.venditrici.C.de reb.alie.non alie.l.ij.C.si quid in frau.patro. &.l.si creditoribus.C.de seruo.pigno.da.manumis.& quod voluit Bald.in.l.qui se patris.col.vj.C.vnde libe. Non vidi tamẽ pacta huiusmodi, vt possim descẽdere ad particularia, nisi forte ista pacta esse intelligantur capitula sententie arbitralis late per nobiles & magnificos viros dominos Ioannem palmerij presidentẽ insignis curie Delphinalis parlamenti, & Gauffredum de ecclesia Delphinalem consiliarium, iurium doctores clarissimos, & quosdã nobiles arbitros & arbitratores electos per partes predictas, & nobilem Guigonem alamãdi, & postea per partes ipsas laudate, ratificate, & approbate. Et si de istis sit sermo, nõ video, ꝙ in petendo iura, que eidem nobili Aymoni cõpetierunt, & que huic nobili Soffredo cõpetunt in vim testamenti nobilis & potẽtis viri Ioannis alamandi patris dictorum Aymonis et Guigonis, & huius Soffredi aui paterni, ipse Soffredus venit contra pacta, seu dictam arbitralem sententiam: nisi forte dicatur ꝙ imo contraueniat propter articulum, in quo legitur ordinatum ꝙ do.de Reuello, Vriatici, & de Molario tenerentur & deberẽt cum iuramento declarare omnia instrumenta, papyros, terreria & documenta, que penes se habebant, facientia ad opus dicte domine Charlote, tã ad causam Castrinoui, & Albanuci, ꝙ alias, & hoc illinc ad duos menses, & illa tradere et expedire ipsi domine Charlote: quasi videatur ipse nobilis Aymo in postea ratificando hanc ordinationem remisisse, vel remittere promisisse eidem domi. Charlote iura, que sibi competebant in Castronouo & Albanco, per id quod habetur in.l.j.C.de donatio.& in.l.labeo.cum ibi not.per doctores.ff.de pactis. Sed istud non videtur obesse. Tum quia in ordinatione huiusmodi non est dictum vel expressum, ꝙ ipsi nobiles Aymo & Guigo deberent expedire vel tradere testamentum dicti quondam nobilis Ioannis, seu etiã instrumentum acquisitionis Castrinoui & Albanci, sed instrumẽta, papyros, terreria, & documẽta facientia ad opus, quod est intelligẽdum, hoc est ad necessitatem.l.qui insulam.§.qui edem faciendã.
9 ff.loca. †quanuis enim hoc nomen opus, nonnunquam aliter accipiatur, aliquando tamen accipitur pro necesse vel necessario, vt probatur in dicto.§.qui edem.& ita accipitur cum dicimus opus est fessuz quiescere, idest necesse est: & nihil mihi opus est, hoc est nihil mihi necessarium est: & egrotanti opus est medico, idest egrotanti necessarius est medicus. Et ita accipitur in euangelio cum dicit Redemptor, ꝙ bene habentibus non est opus medico. Ordinarunt ergo ipsi domini, ꝙ instrumenta, papyri, terreria, & documenta dicte domi. Charlote necessaria sibi expedirentur: per quod non apparet eos ordinasse, ꝙ ipsi Aymo & Guigo, aut eorum alter facerent aliquam remissionẽ de iuribus eis tũc pertinẽtibus aut postea spectaturis in terras Castrinoui & Albãci

Preterea esto ꝙ ipsi Aymo ⁊ Guigo in executionē dicte sententie arbitralis expediuissent instrumentum acquisitionis, papyros, ⁊ terreria facientia ad necessitatem dicte domine Charlote, vel ꝙ illa expediret idem nobilis Soffredus heredibus eiusdē domi. Charlote. nō propterea viderentur remisisse iura sua, aut illa nūc remittere ipse nobilis Soffredus, cum potuissent ⁊ possent scripture huiusmodi afferre aliam vtilitatem ratione cōdominij, quod habebat a domina Charlota, ⁊ habent eius heredes in dicta terra, ⁊ ratione possessionis. Quo fit vt non fuerit nec sit presumenda remissio, per ea que not. glo. Barto. ⁊ docto. commu
10 niter in dicta. l. labeo, alij in. l. postquam. ff. de pact. † Pro quorū dicto facit, ꝙ vbi sumi potest alia cōiectura, ꝙ̄ donationis, semper cessat ⁊ cessare debet presumptio donationis. l. cum de indebito, in princi. ff. de probatio. c. super hoc. de renuntia. ⁊. l. si cum aurum. ff. de solu. quod etiam voluit Angel. are. in. §. fuerat. versic. quinto hoc etiam tenet Barto. ⁊c. institu. de actio. Ang. Perusi. consil. xc. exordiente, Cum lis ⁊ questio, colum. xi. ibi, Cum enim aliam causam ꝙ̄ donationis ⁊c. Et vt dicit Bald. in. d. l. postquā, vt sciamus an possit sumi alia coniectura, necne: tunc recurrendum est ad verba Ioā. egar. Nam siquidem potest afferre aliquā aliam vtilitatem, non presumitur remissio: si autem non possit afferre aliquam aliam vtilitatem, tunc presumitur tacita remissio: quia actus agentium debent aliquid operari. l. si quando. ff. de lega. j. ⁊. c. si papa. de priuile. in. vj. Hic autem poterant instrumenta, papyri, ⁊ alia predicta afferre aliam vtilitatē ratione partis dominij ⁊ possessionis. Preterea aduertendū est ꝙ vt dicit Guliel. de Cun. in. l. licet. colum. iiij. C. de acquiren. posses. et sequitur Bald. in. l. ab emptione, col. iij. ff. de pact. Ioan. de Imol. ⁊ Alex. de Imol. in. l. possideri. in princip. ff. de acqui. possessio. ad hoc vt sit locus dicte. l. j. C. de dona. opus est ꝙ tradatur instrumentum continens ius tradentis, vt verbi gratia, si ex causa emptionis fundus titianus ad me pertineat, opus est ꝙ ego tradam instrumentum huius emptionis: secus autem esset si postea hunc fundum donassem Sempronio, ⁊ instrumentum donationis huiusmodi eidem tradidissem: quia instrumentum huius donationis non continet ius meum, sed ius tibi querendum. Videtur etiam Anto. de Butr. ⁊ Panormita. in. c. ecclesia. le. ij. vt lit. penden. et Alexand. de Imol. in dicta. l. possideri, intelligere dictam. l. j. C. de donatio. vt procedat eo casu, quo apparet de mente tradentis ⁊ expedientis instrumentum, scilicet ꝙ voluerit illud donare vel contenta in eo. Consulo tamen ꝙ si facta non est traditio ⁊ expeditio instrumentorum, papyrorum, terreriorum ⁊ documentorū huiusmodi, ꝙ illa non fiat nisi cum protestatione, quod non intēdit dictus nobilis Soffredus preiudicare iuribus ⁊c. ⁊ ꝙ opportune seu rite factis trāsumptis de instrumentis, papyris, terreriis, ⁊ documentis huiusmodi illa expediantur prefatis heredibus, retentis originalibus, vel econtra. Puto enim ꝙ isto modo idem nobilis Soffredus satisfaciet ordinationi dominorum, et sibi non preiudicabit. Et per hec patet responsio ad dictum quesitum, ⁊ duo sequentia.

Argumentum.

Libello responsio facta, per quam quis negat se quem cognouisse, ⁊ ideo dicit nescire, an eius bona teneat, sufficiens est. A. F.

1 Responsio facta ad interrogationes per verbum nescio, vel dubito, an sit sufficiens.
2 Iudex peritus admittenda non respuit.

De edend. Consil. ccclxxvj.

1 Responsiones† quas fecisse leguntur honorabiles viri Laurentius et Petrus Rossieti fratres, quibusdam pretensis interrogatoriis, parte honeste mulieris Catharine Rossete contra eos oblatis, fuerant et sunt sufficientes. Et quidem non solum alie, sed etiam ille, per quas responderunt se nunquam vidisse honestam quondam mulierem Bonam femine, ⁊ propterea nescire si, aut que ex bonis eiusdem quondā Bone femine teneant aut possideant: pro quo allegasse sufficiat quod not. glo. in. l. ij. §. quod obseruari. super verbo, existimat, versicu. item quid si ita est incertus ⁊c. C. de iuramento calum. ⁊ quod not. gloss. Barto. Bald. Ang. ⁊ docto. in. l. si debitor. ff. de petitio. heredi. Fateor tamē glos. dixisse in. d. §. quod obseruari, ⁊ post eam Bal. in. d. l. si debitor, ꝙ imperiti iudices hanc re
2 sponsionem, seu huic effectualiter similem non admittunt. † Sed cum spectabilis vir dominus Iudex cause huius peritissimus existat, puto ꝙ eam non respuet, prout nec de iure respuenda est: quia (vt predixi) illa fuit ⁊ est sufficiens, ⁊ quam sufficientem petūt decerni ⁊ declarari dicti Laurentius ⁊ Petrus, seu eorum legitimus procurator procuratorio nomine eorundē. Et alias in ⁊ super ⁊c. vestrum iudiciale ⁊c.

Argumentum.

Nihil commune habet proprietas cū possessione: ⁊ ideo nō denegatur ei interdictū recuperandi qui cepit rē vendicare. A. F.

1 Iudicium possessionis recuperande vel retinende post intētatum petitorium intentare quis an prohibeatur.

De interdict. Consi. ccclxxvij.

Etiam si venerabilis ⁊ religiosus vir dominus Gulielmus. N. tūc prior monasterij duobonis ⁊ vicarius domus Bertaudi ordinis Cartuensis, libellum dudum coram egregio viro domino iudice ordinario Mistonis, seu eius locumtenente obtulerit ⁊ produxerit, contra ⁊ aduersus nobilem Sebastianū de rama, seu eius tutorem, ⁊ litis consortes, de ⁊ super petitorio iudicio bastide, ac rerum ⁊ prediorum eidem adiacentium, ⁊ latius
1 expressarū in libello huiusmodi, † idē tamē dñs Gulielmus, vel alius eius successor, ⁊ nunc modernus prior ⁊ vicarius monasterij ⁊ domus predictarum, aut domus ⁊ monasterium huiusmodi non impediuntur nec impedire debent, quominus agant ⁊ agere possint iudicio possessionis recuperande, ⁊ super eo libellū offerant ⁊ producant, per id quod voluit glo. ⁊ Marti. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posses. Pro quo dicto optime facit. l. cū fundū. in fi. ⁊ quod ibi gl. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊. c. pastoralis, de cau. pos. ⁊ proprie. quod etiam satis voluit Barto. ⁊ Alex. de imol. ⁊ alij docto. in. d. §. nihil commune. Super quo multa allegaui ⁊ induxi, sed quia premissa videntur mihi sufficere, ego pro nunc vlterius non insisto.

Argumentum.

De mandato suo nisi certus sit iudex delegatus, neq; de illo constet, quamuis alias iurisdictionem habeat, si vt delegatus sententiam tulit, nihil egit. A. F.

1 Delegato specialis an presumatur, nisi de illa appareat, ⁊ an ex illa inferatur iurisdictionem habuisse, si non probetur literas delegationis delegato fuisse presentatas.
2 Iurisdictionem delegatus aut executor anteꝙ̄ habeant quid attendatur.
3 Mandatum iurisdictionis quando equiparatur mandato procuratoris.
4 Consensui nihil ita contrariatur vt error.
5 Validitas cuiuslibet actus dependet a potestate ⁊ voluntate, et altero deficiente nihil solide explicari potest.
6 Procurator ante notitiam de mandato, an possit exercere officium procurationis.
7 Stylus antiquus seruandus.
8 Superior etiam adiri potest per viam nullitatis.
9 Confirmationi sententie per non appellationem videtur consentire condemnatus.
10 Litere citatorie, que non apparent in matriculis, an sint nulle.
11 Tres sententie conformes suspitionem nullitatis an tollant, et vltra appellari possit.
12 Nullitatis causa pendente sententia an ⁊ quando debeat executioni demandari, ⁊ an obtinens teneatur respondere libello opponentis ante illius executionem.

Mandati. Consi. ccclxxviij.

Sententia quam dudū promulgasse dicitur in fauorem nobilis Margarete de Villamaris vxoris nobilis scutiferi Antonij de Villatoria, ⁊ odium heredū nobilis Antonij de cruce egregius vir dominus Gulielmus raymbaudi regius cancellarius, ⁊ pretensus iudex specialiter delegatus ad causā, de qua in ea, fuit, multipliciter nulla, inefficax
1 ⁊ de iure irrita. † Tum q: licet idem de Raymbaudi dicat ⁊ pretendat in sententia huiusmodi se esse iudicem specialiter delegatum ad illam causam: non tamen apparuit nec apparet de delegatiōe huiusmodi, de qua tamē apparere oportuisset ⁊ oporteret cum illa non presumatur. Pro quo allegasse sufficiat no. per Inno. ⁊ docto. in. c. cum in iure peritus. de offi. delega. quibus addicio ꝙ

cio, ꝙ etiam si non fides fieret de illa pretensa speciali delegatio-
ne, non tamen concludenter inferretur eundem do. Raymbaudi
habuisse iurisdictionem, & exercitium illius, nisi etiã probaretur
literas delegationis fuisse illi presentatas: et per eum receptas:
2 †quia quoad hoc, vt delegatus habeat iurisdictionem, attendi-
tur tempus presentationis literarum. c. super eo, le. ij. ad fin. & qđ
ibi per docto. de appella. Et pro hoc facit quod voluit glos. in si-
mili, de executore, in. c. ei qui. de rescript. in. vj. Joan. Andr. in. c.
cum plures, de officio delegat. eod. lib. Archi. in. c. is qui. de pro-
cura. in eo. lib. Barto. in. l. multum interest. ff. de condi. & demon.
Bald. in. l. eius. col. ij. versi. sed dubitatur de procuratore &c. ff. si
cer. peta. in. l. sed et si de sua. §. j. ff. de acquir. heredi. in. l. j. C. vt lit.
penden. in. l. licet. C. de iudi. in. l. falsus, col. mihi. v. versi. sed pone
ꝙ cau. &c. C. de furtis. Et idem etiam eleganter voluit Franci. de
are. in. d. l. sed si de sua. colũ. j. saltem eo casu quo iudex delegatus
non cogitur acceptare officium iudicandi: pro quo allegat Bal.
in. d. l. falsus, & in. l. barbarius. charta vlti. in secunda repeti. ff. de
officio preto. & in. l. eum qui. ff. de iureiuran. & in. l. mandatum. C.
manda. Et huius dicti videtur, secundum Francis. de are. vbi su-
pra, ratio esse in promptu vltra textũ in. d. c. super eo, le. ij. de ap-
3 pella. †quia vbi non potest assignari ratio diuersitatis, mandatũ
iurisdictionis equiparatur mandato procuratoris. l. & quia. ff. de
iurisdictio. omnium iudic. Sed in mandato procuratoris nõ est
sibi quesitum officium procurationis nisi post acceptationẽ mã-
dati, vt postea dicam. Ergo idem in mandato iurisdictionis, qđ
voluntarie suscipitur, & hoc tenet Bald. in. d. l. j. C. vt lit. penden.
Et infert ibi Fran. de are. ꝙ quia iudex ignorans mandatũ suũ
non habet iurisdictionem, saltem ex ea delegatione, processus nõ
valet. Et idem dicit si sciat se creatum iudicem, non tamen litere
sunt sibi presentate, quod etiam dicit docto. communiter tenere
in. d. c. super eo. & c. ex conquestione. de restitut. spoliato. In casu
autem nostro non apparet eundem do. Raymbaudi cogi potuis-
se ad susceptionem mandati, cum nec de mandato appareat. Nõ
igitur apparet hũc dominũ Raymbaudi habuisse iurisdictionẽ
nisi forte qs dicere voluerit ꝙ imo appareat eũ habuisse iurisdi-
ctionẽ per instrumentũ pretense locumtenentie olim facte, anno
domini videlicet Millesimo. cccclxxvij. & die. xviij. mensis Nouẽ-
bris per quondam magnificum virum dominum Tossanciũ ga-
rini iurium professorem eximium. Sed istud non obstat, qr idem
do. Raymbaudi non processit tanꝙ locumtenẽs eiusdem domi.
Judicis, sed vt pretensus Judex specialiter delegatus. Quo fit,
vt actus seu sententia non valuerit, etiam si alias lata per eũ vt
locumtenentẽ valere potuisset: quia quod potuit noluit, & quod
4 voluit &c. c. cum super. de offi. delega. †Et quia nihil sic cõtraria-
tur consensui sicut error. l. si per errorem. ff. de iurisdic. omnium
iudic. & l. sed si in seruum. & duobus seq. ff. de arbit. Et ꝙ hoc casu
actus non valeat, videtur voluisse Innocen. & clarius Hostiẽ. in
c. cum ex officij. de prescri. idem etiam ibi voluit Anto. de butri. &
5 Panor. qui etiam pro eo dicit actum sic gestum nõ valere: †quia
validitas cuiuslibet actus dependet a potestatẽ & voluntate, & al-
tero deficiente nihil solide explicari potest. d. c. cum super. l. mul-
tum interest. C. si quis alteri vel sibi. l. qui alienã, & l. si is ad quẽ.
ff. de acquirenda heredita. pro quo articulo putat idem Abbas
meliorem text. qui possit allegari in. c. cum ex parte astensis. cum
ibi nota. de concessio. preben. vbi patet ꝙ valens explicare actũ
vno modo, si eligat alium modum incompetẽtem, corruit actus
allegat etiã iura proxime allegata & l. is qui putabat. ff. de acqui.
heredi. Preterea etiam nõ apparet hunc dominum Raymbau-
di sciuisse ꝙ locumtenens existeret.

Tum etiam fuit dicta preten-

sa sententia nulla, pro eo quia non apparet ꝙ magnificus vir do-
minus Rolinus Bartholomei, iurium professor clarissimus, es-
6 set cum effectu procurator dicti nobilis Lazari †esto enim quod
nunc pretendi valeat, & forte probetur eum fuisse procuratorem
constitutum per prefatum Lazarum ante latam sententiam, vel
etiam ante processum inchoatum: ipse tamẽ do. Rolinus officiũ
procurationis exercere non potuit antequam notitiã habuerit
de mandato, & illud susceperit: pro quo allegasse sufficiat qđ not.
Archi. & Joan. And. in. c. is qui. de procu. in. vj. glo. in cle. j. super
verbo, receptis, eod. titu. Compostel. in. c. j. de elect. in. vj. Et idẽ
voluit Barto. consil. lxxiij. exordiente, Queritur vtrum procu-
rator constitutus: vbi plene, de quo etiam per eum in. l. si pupil-
li. §. item si procuratori. ff. de nego. gest. Et idem voluit Bald. in
d. l. eius qui. colum. ij. versi. sed dubitatur de procuratore &c. Car-
di. Flo. in cle. non põt. ad finẽ de procu. Joan. de Imol. & Franci.
de are. in. l. qui domini. ff. de testa. & Fran. in. d. l. sed & si de sua, col.
ij. ff. de acquiren. heredi. Et quod dixi de dicto do. Rolino, scili-
cet ꝙ non fuerit procurator etiam in habitu, vel saltem cum ex-
ercitio officij procurationis dicti nobilis Lazarij, dico de egre-
gio viro domino Francisco heiani, ꝙ videlicet non fuerit procu-
rator etiam in habitu, vel saltem talis, qui procurationis officiũ
exercere valuerit pro dictis nobilibus Antonio de vallatoria et
Margareta de villamaris coniugibus, aut eorum altero, etiam
si nunc appareret ipsum fuisse procuratorẽ constitutum ante sen-
tentiam & processum superius mentionatos, postquam non ap-
paret neq constat eum ante illos procurationis literas recepis-
se, seu etiam de ipsius pretensa constitutione notitiam habuisse.
Ex quibus infertur dictã pretensam sententiã fuisse promulga-
tam seu latam ab eo, qui eã proferre non potuit, et cum personis
minus legitimis, que pro prefatis partibus, aut earũ altera in-
teruenire nõ poterãt. Quo fit vt proculdubio nulla extiterit, p-
ut etiã parte dicti de Corberijs deductũ extitit in actitato scri-
pto. fol. 210. Fuit preterea & in alio defectus, pro eo quia ante la-
tam sententiam non fuerunt deducta in quodam pretenso libello
parte dicte de villamaris habita (si tamen hoc fieri poterat, pro-
ut non) pro confessis, quod tamen fieri debuit, causis & rationi-
bus alias in causa allegatis in schedula exordiente, Qđ senten-
tia lata &c. inserta fol. 211. Et quia etiã de stylo & practica, seu ob-
seruantia curiarum ita fieri consueuit. Non ergo omitti debuit,
7 †quia stylus antiquus seruandus est, vt not. Cy. & alij in. l. ij. C. q
sit nouo consuet. & Angel. are. in suo tracta. malefic. super verbo,
necnon ad querelam, versi. putarem tamen &c. & etiam quia mini-
me mutãda sunt &c. l. minime, & l. si de interpretatione. ff. de legi.
Merito ergo dicta pretensa sententia fuit declarata nulla p ma-
gnificum virum dominum Accursium meynerij iurium doctorẽ,
clarissimũ, ad maiorẽ & secundarũ appellationũ iudicẽ, et deinde
sua ipsius do. Meynerij sententia semel & iterum confirmata.

Cui non obstant proposita et

deducta parte dictorum coniugum, in quodam pretẽso libello as-
sertarum nullitatũ parte dictorũ coniugũ in causa oblato, et in-
serto fo. 11. Et primo quidẽ nõ qđ ibi opponitur de defectu iuris-
8 dictionis dicti domini iudicis maioris: †qm̃ certũ est ꝙ non solũ
ille, qui sententiã promulgauit sed etiã superior adiri potest per
viã nullitatis, & de illa cognoscere, vt no. Bart. & docto. in. l. si ex-
pressim. ff. de appella. cano. in. c. dilecto. eod. titu. Abbas moder-
nus in. c. in literis. de officio delegat. & alij in alijs locis. Qđ etiã
eminens regium cõsilium in ordinatione per eum lata inter par-
tes predictas declarauit, vt legitur in processu. fol. 195. & cui de-
clarationi etiam pars aduersa acquieuit. Et pro hoc fuerũt etiã
multa iura allegata per partem aduersam in schedula exordien-
te, Dominus de Vallatoria inserta fol. 187. Nec ideo debuit idẽ
do. iudex secũdarum impediri, ꝙ eius predecessor causam & par-
tes Judici primarum remiserat ob non factam inhibitionem, et
actorum productionem: quia nihilominus potuit principaliter
per viam nullitatis adiri, quinimo & adiri potuisset si idẽ prede-
cessor pronuntiasset male appellatum, per id quod voluit Bart.
in. l. j. C. qñ prouoca. nõ est neces. & in. d. l. si expressim, Jo. de Imo.
& Abbas moderni in. d. c. dilecto. Et idem voluit ibi reuerendis-
simus do. Alexandri. charta mihi. v. vel circa, versi. si tamen nul-
litas nõ fuisset principaliter intentata &c. pro quo allegat. l. pen.
ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & not. in. c. veniens. le. ij. de testi.
Adijcio predictis ꝙ cũ dictũ eminẽs consiliũ pronuntiauerit, et
dixerit per dictũ do. Judicem maiorẽ, & a quo bene pronũtiatũ,
ac male, & a nullo grauamine ad ipsum appellatũ, & propterea di-
ctã eius sententiã inquantum opus erat cõfirmauerit: sententia
ipsius do. Judicis secundarũ fuit per hãc confirmata, verba eñ
hoc clare important. Et idẽ etiã esset si idẽ eminens cõsiliũ decla-
rasset & pronuntiasset per ipsum do. Judicẽ maiorẽ bene pronun-
tiatũ, et per dictos coniuges male appellatum, per id qđ voluit
Bar. & doct. in. d. l. si expressim. Bar. in. l. j. C. quando prouoca. nõ
est neces. & cano. in. d. c. dilecto. de appella. Et idẽ dico de sentẽtia
lata per egregios viros dominos aduocatũ pauperũ, & Bleiar-
de, qui (prout fatentur dicti coniuges in sexto titu. dicti pretensi
libelli) pronuntiauerũt bene fuisse per dictũ eminẽs cõsiliũ iudi-
catũ, & male appellatũ parte dictorũ cõiugũ. Fuit ergo sententia
dicti do. Judicis maioris semel & iterũ confirmata, & que ppter-
9 ea in rẽ transiuit iudicatã, saltem †pro eo qr nõ fuit ad vltimum
appellatũ: vidẽtur eñ dicti cõiuges cõfirmationi cõsensisse. c. cũ
inter. & c. qđ ad cõsultationẽ. de re iudi. & sic non possunt vlterius
pretẽdere ꝙ sñia dicti do. Judicis secundarũ fuerit, vel sit nulla,
secundũ Ange. qui ita not. in. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit,
per ea que habentur per Inno. in. c. j. & ij. de cõfirma. vti. vel inu.
& sequitur do. Alexan. in. d. c. dilecto. col. v. vel circa, de quo Ale-
xan. de Imol. in. l. de pupillo. §. qui opus. col. iiij. versi. hoc tamẽ
intellige &c. & seq. ff. de oper. no. nuntia. & Jo. de pla. in. l. quos. col.
fin. C. de decurio. lib. x. Etiam nec obstat quod ex aduerso oppo-
nitur in dicto pretẽso libello, de pretẽsis literis citatorijs: qm̃ re-
spõdeo ꝙ vt apparet ex relatiõe notarij curie pmarũ nihil reper-

tũ est in matriculis quin fuerit scriptũ in pcessu pducto in cau-
10 sa. † Et ita nulle fuerũt litere citatorie, cũ ille nõ appareãt in ma-
triculis. Et esto q dici possit illas fuisse obtentas: nõ tamẽ appa
ret de illarũ tenore, insuper nec q ille execute extiterint, nisi for-
te assertione partis aduerse, cui nõ est stãdũ. Preterea hec nõ est
causa, propter quã reddi possit sententia nulla: quinimo nec reuo
canda, si propter non factã prouisionẽ quã se petijsse pretẽdunt
in. xiij. articulo, dicti pretẽsi appellassent, nisi pbaretur veritas
dictarum literarũ ⁊ tenoris illarũ cum executione: pro quo facit
c. interposita, de appella. Ceterum ea que consequenter deducun
tur de pretensis facultatibus prefatorũ do. Raymbaudi asserti
iudicis delegati, Rolini, Bartholomei, ⁊ Beiani, non refragan-
tur neque obstant intentioni dicti domi. de Corberijs, nec suffra
gantur prefatis coniugibus, etiã si de illis nunc appareret nisi
proponeretur ⁊ probaretur scientia ⁊ receptio literarum delega
tionis ⁊ mandatorum, que tamen non deducitur.

11 † Postremo illud videtur indu
bitatum, q cum tres conformes sententie pro eodem nobili La
zaro, ⁊ contra dictos coniuges promulgate extiterint, prout con
stat ⁊ apparet assertione ⁊ confessione predictorum coniugum fa
cta tam in supplicatione parte dictorũ coniugum in dicta causa
producta, ⁊ inserta fo. 2. q in dicto pretenso libello, ⁊ parte dicti
nobilis Lazari acceptata, non poterunt nec possunt insistere su-
per pretensa seu pretensis nullitatibus parte dictorum coniugũ
12 in dicto eorum libello deductis ⁊ allegatis: † nec tenetur eidem li
bello dictus nobilis Lazarus respondere, donec ⁊ quousque fue
rint sentẽtie huiusmodi plenarie ⁊ integre executioni demãdate
iuxta regiam cõstitutionem, per id quod habetur in cle. j. ⁊ quod
ibi per docto. de re iudi. per docto. signanter per Alexan. de imo.
in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. ope. nuntia. in l. iiij. §. condẽ-
natum. ff. de re iudi.

Argumentum.

Hydra lernea multorum capitum: inter que filius in parem
gladiũ stringens est ingratus, ⁊ recte ideo exheredatur, ergo ⁊ ei
relinqui potest minus legitima omni petitionis supplementi spe
sublata. V. F.

1 Heres filius de restituendo grauatus detrahit duas quar-
tas.
2 Legitima an debeatur de singulis rebus, ⁊ de singulis rebus sol-
ui debeat, vel de melioribus, nõ arbitrio boni viri, sed in optione
filij. ⁊ nume 5.
3 Filius in legitima dicitur creditor.
4 Iudicis arbitrio legitima an deducenda.
5 Sacri canones innitũtur equitati, maxime vbi pater extraneum
vniuersaliter instituit, ⁊ filium in legitima.
6 Legitima regulariter detrahenda de rebus alienatis per graua
tum in bonis restitutioni subiacentibus.
7 Legitima detrabitur de bonis, que habuit defunctus tempore
mortis, ⁊ an in illa ⁊ in trebellianica imputẽtur fructus percepti
per heredem grauatum.
8 Trebellianica post legitimam est pars residui, ⁊ tenetur ad quar
tam partem eris alieni heres grauatus eam detrahens.
9 Impense reparationũ in bonis restituendis per grauatum vel
eius heredem quales repeti possint vltra fructus.
10 Fructus percepti per heredem pendente conditione bonorum
restituendorum non computantur in impensas.
11 Dominium retentum iure prelationis per grauatum quale in re
stitutione fideicommissi non veniat.
12 Bona acquisita per commissum pendente conditione restitutio-
nis an pertineant fideicommissario, vel substituto ⁊ quid in vsu-
fructuario, an ipsius, vel proprietarij.
13 Substitutus oblique per fideicommissum an sua autoritate pos-
sit apprehendere possessionem bonorum ⁊ hereditatis, vel pete-
re se immitti ex remedio, l. fi. C. de edic. di. adri. tol.
14 Ordo iuris non seruatus facit quẽ a iure suo cadere, vt in substi-
tuto obtinente etiam iudicis autoritate missionem in possessio-
nem. non vocato possessore.
15 Filius contra patrem stringens gladium an sufficiẽtem commit
tat ingratitudinem, vt propterea exheredetur, ⁊ an possit restrin
gi ad certum quid minus legitima. nu. 17.
16 Extensio ex simili vel maiore causa an sit licita in materia penali
quamuis odiosa.
Vassallus ex eisdẽ causis potest feudo priuari, quibus filius ex-
18 heredari.
Institutus in re certa est loco legatarij, vbi alius vniuersaliter
instituitur.
19 Testamentum in quo filius fuit per patrem sine ingratitudinis
expressione exheredatus, quamuis nõ valeat an repellatur ingra
titudine per heredẽ probata, vt non possit etiam ab intestato suc
cedere, ⁊ quid in filio preterito cũ cause ingratitudinis assertiõe.
20 Fructus collecti per grauatum ⁊ tẽpore mortis in domo sua re-
perti, an reddi debeant substituto in vim substitutionis.
21 Pater mutuo acceptam pecuniam ⁊ insolenti filio traditam do
nasse non presumitur, ideo repeti potest.

De inofficio. testamen. Consil. ccclxxix.



Christi nomine inuoca-
to. Viso cõsulationis themate exhibito parte no
bilis viri Tacilli de bonifacijs, et dubijs ex the-
mate huiusmodi subtiliter ⁊ opportune elicitis,
dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi breuiter ⁊
succincte, prout infra. Et primo ad primum. Qd cũ nobilis ⁊ ge-
nerosus vir Petrus de bonifacijs, quõdam auus paternus hu-
ius nobilis Tacilli, heredem vniuersalem instituerit nobilem
quondam virum Georgium de bonifacijs eius filium naturalẽ
⁊ legitimum, ⁊ huius Tacilli patrem, ⁊ post mortẽ ipsius Geor-
1 gij eidẽ substituerit eundẽ nobilem Tacillũ, † potuit ipse Geor-
gius heres, ⁊ de restituendo grauatus detrahere duas quartas,
scilicet legitimam, ⁊ quartam trebellianicam, per id quod notãt
glo. Barto. ⁊ docto. in l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. te-
sta. gloss. Barto. ⁊ docto. in l. qq. C. ad legem falci. Bal. in l. filiũ
quem. C. famil. ercifcun. Ioan. de Imol. in l. coheredi. §. cũ filie.
ff. de vulga. ⁊ pupil. multas remissiones ponit do. Iason. may. in
auth. res que. col. iij. ver. sed attento iure canonico quod ex gene-
rali cõsuetudine. C. commu. de lega. pro quo dicto sunt boni tex.
in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de testa. et vt dicunt Angel. et
Io. de Imol. in. d. §. cum filie, ista opinio seruatur ⁊ in iudicijs, ⁊
2 in scholis, † q debetur legitima in singulis rebus dicti quondam
nobilis Petri. l. plautius. ff. ad legẽ fal. ⁊. l. omnimodo. C. de in-
offic. testa. quamuis in singulis solui non debeat, sed potuerint et
valuerint per dictum quondam nobilem Georgium, ⁊ hodie pos
sint per ipsum Tacillũ eius filium ⁊ heredẽ res alique eligi pro
dicta legitima, duntamen non eligãtur meliores, sed mediocres
arbitrio boni viri, vt not. Iaco. de belloui. in auth. de restitu. ⁊ ea
3 que pa. in princi. in. iij. q. colla. iiij. per tex. in. §. quamobrẽ. † Nam
cum filius in legitima dicatur creditor, potest eligere legitimam
in ea re que sibi videtur, vt probat Iaco. de are. ⁊ Cy. in dicta au-
then. res que. in fin. ⁊ in l. marcellus. §. res que. ⁊ quod ibi Ioã. de
Imo. ⁊ docto. ff. ad trebel. ⁊ dicit Bal. in. d. l. filium quem. colum.
xiiij. q hoc facere potest, dummodo mediocrem eligat, vt ibi per
eum, ⁊ not. Bald. post Iacob. but. in l. ij. C. famil. ercifcun. ⁊ tenet
hoc Oldra. consil. cvij. exordiente, Cum ius municipale: Barto.
4 † vero fatetur in. d. l. marcellus. §. res que. q in arbitrio iudicis
existit in qua re deduci debeat legitima, argu. l. non amplius. cũ
l. seq. ff. de lega. j. l. ij. C. quan. ⁊ quib. quar. pars. lib. x. ⁊ ita etiã no.
Bar. in l. suus quoq, in fin. princi. ff. de heredi. instit. ⁊ Io. And.
in. c. Raynaldus, de testa. Alexan. de Imol. in l. in quartã. colũ.
xi. ⁊ seq. ff. ad legem falc. ⁊ consil. cxxv. exordiente, Visis ⁊ conside
ratis ⁊c. col. fi. in. j. volu. ⁊ alij in alijs locis. And. vero Barba. in
d. c. Raynaldus. charta. lxxj. ⁊ multis seq. multa dicit super hoc,
5 ⁊ tandem videtur concludere, † q licet legitima debeatur de vni
uerso patrimonio: illa tamen detrahitur de vna re quã filius ele-
gerit, ⁊ miratur q docto. canonum non habuerint equitatem, vt
dederint filio potestatem eligendi rem quam voluerit pro sua le-
gitima. Nam vt inquit, sacri canones innituntur equitati. c. dile-
cti. de iudicijs. c. fin. de prescrip. Maxime eo casu quo pater insti
tuit extraneum heredem vniuersalem, ⁊ filium dũtaxat instituit
in legitima: quo casu esset deferendum filio, vel eo casu quo filius
debet alteri restituere hereditatem. c. quicunq. xvij. questio. iiij.
glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. ⁊ cleri. et. l. papinia-
nus. §. si imperator. ff. de inofficio. testamen. sed quod predixi, se-
curius est: maxime in hoc casu, in quo non extraneus, sed nepos
6 ex filio substitutus est: ⁊ hec que dixi procedunt, † nisi dictus quõ
dam Georgius grauatus aliqua alienasset de bonis subiacenti-
bus restitutioni: quia in illis primo deberet regulariter detrahi
legitima, per id quod no. doct. in l. marcellus. §. res que. ff. ad tre
bellia. ⁊ Alexan. de Imo. in dicta. l. in quartam. colum. xi.
Quo vero ad trebellianicam, illa detrahitur prout not. Bar-
to. in dicta. l. in quartam, versicu. quero vtrum falcidia ⁊ trebel-
lianica, ⁊ Panormita. in dicto. c. Raynaldus, colum. antepenul.
versicu. in gloss. in verbo, portiones, vbi videri potest.

Ad secundum dico ⁊ respõdeo
q legitima detrahẽda est de substantia: hoc est de bonis q habuit
defunctus

defunctus tempore mortis,⁊ ꝙ in illa imputari non debent fru-
ctus percepti per dictum quondam nobilem Georgiũ.l.scimus.
§.repletionẽ.C.de inofficioso testamen.Et quanuis Barto.in di
stinctione quam posuit in.d.l.in quartam.versi.quero vtrum fal
cidia vel trebellianica,senserit ꝙ fructus percepti per heredem
grauatum debeant imputari in quartã trebellianicã.l.qđ de bo-
nis.§.fructus.ff.ad legẽ falc.hoc tñ non procedit in filio graua-
to:qꝛ ille regulariter non tenetur sibi imputare in quartã trebel-
lianicam fructus per eũ perceptos.l.iubemus.C.ad trebel.quod
etiã voluit Bart.in.d.l.marcellus.in.§.quidã liberis.⁊ in.d.l.sci
mus.§.repletionem.⁊ Panor.in.d.c.Raynaldus,col.penul.fru
ctus vero percepti per ipsum nobilẽ Tacillũ heredez grauati,si
tamen percepti sint negligentia substituti non petentis heredi-
tatem restitui,viderentur debere imputari in trebellianicam.

Ad tertium dico ⁊ respondeo,

ꝙ quoad debita contracta per dictũ quondam nobilez Petrum
primum testatorẽ,idẽ nobilis Tacillus tenetur pro quarta par-
te ratiõe quarte trebellianice,quã ex persona patris,cui vniuer-
saliter successit,detrahet,⁊ nobilis Joãnes dicto Georgio patri
substitutus tenetur pro dodrante,seu tribus quartis partibꝰ.l.
j.⁊ quod ibi docto.C.ad trebel.est tamen verum ꝙ legitima dicti
nobilis Georgij,⁊ quã ex persona illius detrahere potest(vt pre
dixi)hic nobilis Tacillus debetur,⁊ detrahenda est prius dedu
cto ere alieno,⁊ funeris impensa.d.l.papinianus.§.quarta aũt.
ff.de inoffic.testa.vt verbi gratia,si poneremus ꝙ in hereditate
dicti quondã nobilis Petri fuerint quingenta,⁊ ꝙ es alienũ,⁊
funeris impensa ascenderent ad centum,detrahetur ꝑ legitima
nõ quidem tertia pars quingentorum,sed tertia pars quadrin-
9 gentorum,pro eo quia prius deduci debẽt cẽtum pro ere alieno,
⁊ funeris impensa.†⁊ quia dictus nobilis Tacillus vltra tertiã
partem quadringentorum,habiturus est quartam trebelliani-
cam,que est pars residui,iuxta computationem quam facit glos.
in dicto.c.Raynaldus,super verbo,licet ipsas,⁊ Joan.de Jmo.
in dicta.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulgari ⁊ pupilla.ipse tene-
tur ad quartam partem eris alieni.d.l.j.C.ad trebellia.

Uenio ad quartũ:in quo que-

ritur de duobus.Primum est de reparationibus,seu melioratio
nibus bonorum hereditariorum dicti quondam nobilis Petri.
Secundum est de retentis per dictum quondam nobilem Geor-
9 giumꝛ iure prelationis.†Quoad primũ dico ⁊ respondeo ꝙ si re-
parationes,seu melioratiões huiusmodi facte extiterint ad per-
petuam rei vtilitatẽ,ille possunt repeti per dictum nobilem Ta-
cillum vniuersalem heredem dicti quõdam Georgij,secundũ id,
quod habetur in.l.domos hereditarias,cum duabus vel tribus
ll.seq.ff.de lega.j.⁊.l.sed quid si inedificauerit,in prin.cum ibi no.
ff.de vsufruc.nec in expẽsas reparationum,seu meliorationũ hu
iusmodi debent imputari fructus per ipsum quondã Georgiuz
10 percepti:†quia fructus percepti per heredẽ pendente conditio-
ne,sub qua bona ex dispositione testatoris veniebant alteri resti-
tuenda,nõ cõputantur in impẽsas,quinimo impẽse huiusmodi
vltra fructus peti possunt per heredẽ grauati,per id quod not.
glos.quam ibi Bald.Angel.⁊ moderni ad hoc propositum dicũt
esse notandã,in.l.emptor.in princi.ff.de rei vendi.illam etiaz ad
hoc ponderant Bal.Jo.de Jmol.⁊ Alexan.de Jmol.in.d.l.do-
mos,Quo vero ad secũdum dico,ꝙ hic sunt duo.Unũ est domi-
nium directum,quod olim spectauit dicto quondam nobili Pe-
tro testatori,⁊ istud fuit hereditarium subiacens restitutioni,ꝑ-
at ⁊ reliqua bona eiusdem nobilis Petri,et ratione cuius iuris
dictus Georgius postea retinuit dominium vtile iure prelatio-
nis,per ea que habentur in.l.fina.cum suis simili.C.de iure em-
phyteu.⁊ de isto dominio directo iudicandũ est vt de alijs bonis
11 hereditarijs prefati quondam Petri.†Aliud est dominiũ vtile
retẽtum,hoc est emptum ⁊ comparatum iure prelationis per di-
ctum Georgium heredem.Et istud nõ videtur venire in restitu
tione fideicommissi:quia istud non fuit in bonis defuncti primi
testatoris,sed de bonis heredis,que non veniunt in restitutione
fideicommissi.d.l.coheredi.§.cũ filie:maxime si de propria pecu-
nia eiusdẽ nobilis Georgij,nõ de pecunia hereditaria dicti quõ-
dã Petri,hec bona cõparata seu empta extiterint.Poterat eñ
ipse nobilis Georgius inuestire emptores bonorum huiusmodi
⁊ pro inuestitura laudimia recipere:quod si fecisset nulli dubium
ꝙ ista bona nõ essent restituenda fideicõmissario:ergo nec in ca-
su,ne dicamus filium debere esse cõditionis deterioris,ꝙ̃ extra-
12 neum emptorẽ.†Ubi vero aliqua essent retẽta vel acquisita,non
quidem iure prelationis:sed quia ceciderunt in commissuz,forte
propter canonem non solutũ infra tempus,vel quia emphyteu-
te,aut vassalli illa alienauerunt sine consensu domini,vel quia nõ
fuerũt facte recognitiones infra tempus,tunc videtur dici ꝙ de
istis deberet iudicari quoad substitutionez,prout de alijs bonis
dicti quondam nobilis Petri:pro eo quia ista,quoad dominiuz
vtile,vidẽtur acquisita occasione maioris dominij ⁊ directi,⁊ fa-
ctum est hoc incremẽtum rei,⁊ dominio,⁊ non persone:quia sine
facto ⁊ prouisione dicti nobilis georgij hoc obuenit:pro quo he-
ne faciunt allegata per Oldra.in simili.consil.mihi.clxxxix.exor-
diente,Super eo quo queritur an sit in castro ⁊c.Jo.And.in ad
di.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua.versi.nonagesimotertio que-
ritur,in addi.exordiente,Propter id quod dictum est ibi adhuc
queritur si res talis incidat in commissum:Albe.C.de vsufru.su
per rubrica,colũ.j.vel.ij.versi.item queritur in castro aliquid ⁊c.
in illa questione,qua in locis hmõi querunt,an res seu bona.que
propter canonem infra triennium non solutum,vel propter alie
natiões factas de rebus feudalibus,seu emphyteuticis,vel etiã
propter non factas recognitiones,seu homagia ceciderũt in cõ-
missum,pertineant vsufructuario omnium bonorum,vel ꝓprie-
tario:⁊ in his determinant ⁊ decidunt ꝙ proprietario.

Ad quintum dico ⁊ respõdeo,

solutionem iam apparere,⁊ posse colligi ex predictis,scilicet qđ
non liceat eidem nobili Tacillo simpliciter ⁊ absolute sua ꝓpria
autoritate retinere,vel eligere duas quartas in bonis,seu rebus
quas voluerit,⁊ in his eligẽdis versatur arbitrium iudicis,vt
videlicet legitimam in bonis,nõ quidem melioribus,sed medio-
cribus eligat,⁊ vt trebellianicam habeat,iuxta determinationez
Barto.in dicta.l.in quartam.versicu.quero vtrum falcidia ⁊c.et
Panormita.in dicto.c.Raynutius.

13 Ad †sextum dico ⁊ respondeo,

ꝙ cum substitutio facta de dicto Joanne non valuerit,nec vale-
re possit iure vulgaris:quia illa expirauit per aditionem,seu im-
mixtionem hereditatis factam per Georgium heredem institu
tum.l.post aditam.C.de impube.⁊ alijs substitu.nec etiã iure pu
pillaris substitutionis,cum idem quondaz Georgius iã factus
pubes,⁊ maior quatuordecim annis ab humanis decesserit.l.in
pupillari.cum suis similibus.ff.de vulgari ⁊ pupillari.sed solum
iure fideicommissarie substitutionis comprehense in compẽdio-
sa substitutione,et sic iure obliquo,non potuit nec potest dictus
Joannes substitutus sua autoritate apprehendere possessionem
bonorum ⁊ hereditatis dicti quondam Petri eius aui paterni:
pro quo allegasse sufficiat not.per docto.⁊ signanter per Angel.
⁊ Alexandrum de Jmol.in.l.filium fratribus.ff.ad trebellianũ.
per Petrum de Ancha.consilio.ccxxvj.exordiente, videtur pri
ma facie dicendum,ad fi.quod maxime procedit in hoc casu,cum
eidem Joanni nulla fuerit facta realis,seu etiam verbalis substi
tutio dicti pretensi fideicommissi,antequam tamen nullum ius
cõpetit fideicommissario.l.restituta.⁊.l.facta.in principio.ff.ad
trebellia.ita vt non solum non possit sua propria autoritate acci-
pere fideicommissum,seu adipisci possessionem rerum restitutio
ni subiacentium:quinimo vt etiam non possit petere se immitti
in possessionem bonorum huiusmodi ex remedio.l.fina.C.de edi.
diui adria.tollen.iuxta id quod communiter voluerunt ⁊ no.do-
cto.in dicta.l.fina.Ange.consi.cxxxiij.exordiente,Quidam Hu
gutius ⁊c.col.fina.versicu.super hoc videndum est primo,⁊ An-
gel.are.in.§.quadrupli,versic.fideicommissario vniuersali ⁊c.in
stitu.de actio.⁊ Bart.consil.mihi.xx.exordiente,missus in pos-
14 sessionem vigore.l.edicto ⁊c.†Et si idem Joan.obtineret,⁊ cum
effectu procuraret se mitti in possessionem etiam autoritate iudi
cis ipso Tacillo non vocato, ipse perderet ius suum.l.memine-
rint cuncti.C.vnde vi.⁊ quod voluit Bart.in dicto consilio.xxj.
⁊ Pet.de Anchara.in dicto consilio.ccxxvij.ad fin.qꝛ id qđ dici
solet,decretũ iudicis excusare,intelligi debet,secũdũ eos,de de-
creto rite interposito,⁊ sic parte citata,non de alio.l.iuste possi-
det.iunctis ibi not.per doct.ff.de acquirenda possess.Concludo
igiť ꝙ nõ sua autoritate,sed per manus dicti nobilis Tacilli ha
bere ⁊ recipere debet idem Joannes substitutus dictum preten-
sum fideicommissum,seu bona subiacẽtia restitutioni,detractis
prius(prout supra)dictis quartis.

Uenio ad septimum quesituz:

pro cuius faciliore solutione premitto,ꝙ cum prefatus quondaz
nobilis Georgius tempore per eum conditi testamẽti,ac mortis
⁊ decessꝰ eiusdẽ,haberet quatuor liberos naturales ⁊ legitimos,
scilicet prefatos nobiles Joannem,⁊ Tacillũ filios ac Delphi-
nam ⁊ Morgonam filias,⁊ legitima horũ omniũ fuit triens:hoc
est tertia pars bonorum,⁊ hereditatis eiusdem nobilis Georgij
patris prius deducto ere alieno ⁊ funeris impẽsa,hec ꝓbanť in
auť.de trient.⁊ semis.§.j.col.iij.⁊ trãsumptiue in auť.nouissima.
C.de inoffi.testa.iũcta.l.papinianus.§.quarta autẽ.ff.eo.tit.Et
hec tertia pars diuidenda est equis partibus inter dictos qua-

tuor liberos,dicto auth.de trien.⁊ ſemiſ.§.j.Dictus igitur Joā-
nes alter ex liberis huiuſmodi habiturus erat pro ſua legitima
duodecimā partem bonorū ⁊ hereditatis dicti quondā Georgij
deducto pri⁹ ere alieno,⁊ funeris impēſa. Et quēadmodū in hac
duodecima parte, vbi cauſa legitima nō ſuffeciſſet grauari non
poterat ꝑ ipſum nobilem Georgiū .l. omnimodo. l. quoniam in
prioribus.⁊.l.ſcimus.C.de inoffi.teſta.ita nec tenebatur idem no
bilis Georgius vltra dictam duodecimam partē eidem Joanni
relinquere dicto auth.de trien.⁊ ſemiſ.§.j.verſi.licebit enim ⁊ reli
15 quum octūcium.†Uerum qꝛ,vt ponitur in facto,iſte Joānes cō
miſit certas ingratitudines contra eundem nobilem Georgium
eius patrem,⁊ inter alias gladium ſeu cultellum lateralem,quez
ſecum deferebat,euaginauit,⁊ manu cum cultello huiuſmodi ele
uata in eūdem Georgium patrem,⁊ pro eum interficiendo ꝙtuz
in ipſo fuit irruit,⁊ quem interemiſſet,niſi fuiſſet reſiſtentia non
nullorum tunc adſtantium,videtur ꝙ ex cauſa huiuſmodi po-
tuerit idem Joannes per dictum nobilem Georgiuz eius patrē
exheredari:ꝙuis enī hec cauſa nō videatur expreſſa in aut.vt cū
de appel.cogno.§.cauſas.colla.viij.⁊ quas recitauit gl.in.c.quin
tauallis.de iureiuran.⁊ docto.in aut.non licet.C.de libe. preteri.
hec tamen cauſa videtur eſſe maior,vel ſaltem non minor multis
ex cauſis narratis ⁊ expreſſis in.d.§.cauſas:quod videtur ſuffice
re ad hoc vt propter eam potuerit idem Joannes per dictū no-
bilem Georgium exheredari,vt voluit Suli.in.d.auth.non licet
mouetur per tex.optimum in.c.j.§.porro.vſqꝫ ad.§. penultimuz
tit.que fuit prima cau.benefi.amit.maxime in.§.ſꝫ qꝛ natura no-
16 uas ⁊c.⁊ quod ibi Bald.† inducens illum text.quod etiam in ma-
teria penali ꝙuis ſit odioſa,licita eſt extenſio ex ſimili vel maio-
re cauſa.Et iſtud cōfirmatur ex eo quod voluit Bal.in.l.ſolo.C.
de libera.cau.vbi equiparat,⁊ dicit ꝙ ex quibus cauſis poteſt fi-
lius exheredari,ex eiſdem poteſt vaſſallus feudo priuari. Pro
quo dicto facit quod voluit gl.in.l.fi.ſuper verbo, voluerit.C. de
reuocan.dona.quam ibi ſequitur Cy.⁊ Sali.hanc etiā opinionē
Suli.videlicet ꝙ poſſit fili⁹ ex cauſa eque graui,vel grauiore ex-
heredari,tenet Nico.de neapo.in.d.c.j.§. predictis qui ſequitur
dictum. §.porro.idem ſequitur ibi Alua.referēs genitorem ſuū
in repetitio.auth.ex cauſa.C.de libe.prete.idem tenet Ange.in.l.
lex cornelia.in prin.per illum tex.in verbo proprio.ff.de iniu.teſt.
Alexā.in.l.ſi quis id quod,in prin.in.vj.colū.ff.de iuriſdic.omni.
iudi.qui etiam ita conſuluit,cōſi.cciij.exordiente,Super thema-
te ⁊ dubijs ⁊c.in.ij.volu.⁊ iſta eſt communis,⁊ vera ſententia ,ſe-
17 cundum docto.in.d.auth.non licet.†Et quemadmodum ex dicta
cauſa potuit exheredari,ita ⁊ ex ea,ſeu propter eam potuit ipſe
Joannes ad certum quid reſtringi,etiam ſi illud ſit minus legi-
tima:qꝛ plus eſt filium per patrem exheredari ꝙ ad certum quid
etiam minus legitima reſtringi,regula,non debet cui quod plus
ff.de reg.iur.⁊ regula cui licet,cum ibi no.eo. tit.in.vj.Nec oppo
nat aliquis dictam reſtrictionem,ſeu diminutionem relicti ideo
nō valuiſſe,pro eo qꝛ facta eſt in codicillis.l.ij.C.de codicil. Quo
niam dico ⁊ reſpondeo,ꝙ iſtud non obſtat:qꝛ licet hereditas non
poſſit directo dari vel adimi in codicillis,legatum tamen etiam
in teſtamento relictum poteſt adimi in codicillis,inſti.de ademp.
lega.in principio quod videtur procedere etiam in eo quod eſt fi
18 lio iure inſtitutionis , alio inſtituto herede vniuerſali :† quia
inſtitutus in re,aut certa quātitate habetur regulariter loco le-
gatarij,vbi alius fuit heres vniuerſaliter inſtitutus , vt voluit
Bartol.⁊ docto.in.l.ex facto.la grande.ff.de heredi.inſtit.Joan.
de imol.in.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de heredi.inſtituē.⁊ docto.in.l.quo
ties.C.eo.tit.⁊ l.ſi quis priore.ff.ad trebel.⁊ ſaltē debet procedere
quod predixi in hoc caſu,in quo non fuit totum id,quod eidē Jo
anni in teſtamento relictum extiterat,per dictum Georgiū eius
patrem ademptum,ſed ex cauſa legitima,⁊ propter quam exhe-
redari poterat,vt predixi,diminutū.Quinimo videtur ꝙ etiam
vbi nō fuiſſet cauſa,de qua ſupra,expreſſa in dictis codicillis,ſed
ſolū facta legati ſeu relicti diminutio,potuiſſet ⁊ poſſet dict⁹ no-
bilis Tacillus eundē Joānem repellere a petitione pluris,pro-
bando dictam ingratitudinis cauſam,per id quod in ſimili vo-
19 luit Ange.in auth.de nupt.§.ingratitudinem, colla.iiij.†vbi di
cit ꝙ licet teſtamētum,in quo filius fuit per patrem ſine expreſ-
ſione cauſe ingratitudinis exheredatus,non valeat:tamē ſi poſt
ea probetur per heredem,ꝙ filius commiſit cauſam ingratitudi
nis,per quam filius exheredari potuit,ipſe filius repellitur, vt
non poſſit etiam ab inteſtato ſuccedere.Et ideo dicit ibi Angel.
ꝙ aduocatus heredis ſcripti debet eſſe cautus,vt ſemper probet
cauſam ingratitudinis filij.quanuis in teſtamento expreſſa non
extiterit.Et idem eſt in filio preterito cū inſertione cauſe ingra-
titudinis,vt videlicet repellatur etiam ab inteſtato per heredez
ſcriptum probantē cauſam ingratitudinis:pro quo allegari ſuf-
ficiat quod voluit domi. Jaſon may.in dicta authen.non licet,co
lum.vltima,⁊ plenius in authen.ex cauſa.colum.iij.verſicu.circa
tamen vnum quod tetigit Fulgo.C.de libe.preteri.¶Ad octa-
uum ⁊ vltimum dico et reſpondeo,qđ cum (vt ponitur in facto)
idez Joannes receperit fructus,prouentus,⁊ emolumenta loco
rum,de quibus in caſu,vltra ⁊ contra voluntatem dicti Georgij
eius quondam patris, dictus Tacillus heres poteſt illos repe
20 tere. Ceterum † quia poſtea queſitum eſt an fructus per di-
ctum quondam nobilem Georgium percepti,⁊ recollecti priuſꝙ
ab humanis decederet,⁊ tempore mortis ipſius in domo reperti
pertineant ad dictum nobilem Joannem ſubſtitutum,et in vim
ſubſtitutionis,dico ⁊ reſpondeo ꝙ cum idem nobilis Georgius
dictos fructus ſuos fecerit,⁊ non teneretur ad illorum reſtitu-
tionem de eiſdem faciendam.l.in fideicommiſſariam,in princi.⁊
quod ibi gloſſ.⁊ docto.⁊.l.mulier.§.ſi heres.cum.§.ſequenti.ff.ad
trebellia.illi pertinent ad dictum nobilem Tacillū heredē Geor
gij non ad dictum Joannem ſubſtitutum:quod etiā voluit An-
gel.Paul.de caſtro.Alexand.de Jmol.⁊ docto.in.l.centurio.ff.
de vulgari ⁊ pupilla.Et iſtud non habet dubium in ſubſtitutio-
ne obliqua,ſeu fideicommiſſaria,cuiuſmodi eſt hec,quāuis in di
recta ſit facultas,de qua per docto.vbi ſupra.

Ponitur preterea in facto,qđ

cum nobilis Joannes de bonifacijs ex cauſa voluntaria quere-
ret habere pecuniam,⁊ propterea cum habere non poſſet mole-
ſtus eſſet nobili ⁊ generoſo viro Georgio de bonifacijs eius pa-
tri,ipſi nobiles Georgius ⁊ Joānes,ac etiam nobilis Tacillus
de bonifacijs eiuſdem Georgij filius naturalis ⁊ legitimus eodē
contextu confeſſi fuerunt ⁊ recognouerunt ſe ⁊ eorum quemlibet
in ſolidum habuiſſe ⁊ realiter recepiſſe a nobili viro Joannono
de briguolla ſummā ducentorū ⁊ quadraginta florenorū monete
currētis,⁊ quā ipſi omnes,⁊ eorū quilibet in ſolidū reſtituere cō-
uenerūt,promiſerūt,⁊ inrarūt ipſi nobili Joannono,licet re ve-
ra,prout per teſtes probabit,tota pecunia ad dictū Joannē per-
uenerit.Queſitū eſt an ſuppoſito,ꝙ pater non ſe obligauerit ani
mo donādi,poſſit ipſe vel eius heres.ſ.prefatus nobilis Tacil-
lus ſuo ⁊ hereditario nominibus ab ipſo Joanne repetere id qđ
de toto debito ſoluerunt,vel impoſterū ſoluet idē nobilis Tacil
21 lus.ad qđ † reſpōdeo breuiter ⁊ ſuccincte,ſalua tamen viſione in-
ſtrumēti obligatorij,ꝙ ſic per id quod no.Bar.in.l.reos.colū.ij.
ver.aut nō eſt ex mera liberalitate,⁊ ver.quero qua actione,ibi:⁊
tunc aut totū negotium pertinet ad ſoluentez ⁊c.ff.de duo.reis.

¶Finis prioris partis primi voluminis.

SECVNDA PARS PRIMI VOLVMINIS CONSI. D. Steph. Bertrādi: quæ continet consilia primi volu. olim imp. per Vincentium de Portonariis.

¶ Argumentum.

¶ Cum possessio et dominium dimidie partis bonorum donate in donatarium non transferuntur. donatio postea de dimidia similiter alteri facta valet, nec intelligit de dimidia dimidie. A. F.

¶ Summarium.

1 ¶ Donatio propter nuptias que dicatur.
2 Donatio propter nuptias, fit mulieri in compensationem dotis, et pro illius securitate et quasi pignore.
3 Donatio que fit contemplatione matrimonij, si matrimoniū postea non sequatur aut contrahatur: et sic tanquam causa finalis cesset videtur cōsequenter cessare, et cessat effectus resultans, qui est donatio: et idem de dotis promissione.
4 Matrimonium an sit causa finalis donationis propter nuptias an vero causa impulsiua: cuius defectus non inducit cessationem donationis, et nu. 5.
6 Clausule translatiue dominij et possessionis sunt, veluti retentio vsufructus, et constitutio precarij.
7 In dubio non est a clara verborum interpretatione recedendum.
8 Filius primogenitus vt plurimum solet magis a parēte diligi et effectus ex primogenitura resultantes.
9 Honor seu amor primogeniture est de iure diuino: et exēplo Isaac commendatur.
10 Primogeniture prerogatiua confirmatur a lege canonica et ciuili.
11 Donatio inter viuos omnium bonorum presentium et futurorū qua ratione valere vel non valere dicatur.
12 Ille, qui non est soluendo, an possit testamentum facere.
13 Testari nō potest qui bona nec habet nec habere potest, hoc est qui non est dominus nec actu nec potentia.
14 Dominium bonorum non dicitur auferri per simplicem contractum nisi interueniat precarium et cessio: siue traditio vera vel ficta fallit in contractu societatis.
15 Donatio inter viuos omnium bonorum presentium et futurorum iuramento firmata an sit valida.
16 Ius canonicum etiam in terris imperij preualet.
Aliquid esse contra bonos mores aliter de iure ciuili: aliter de iure cano. consideratur.
17 Iuramentum habet vim istius clausule, si non valet quod ago vt ago valeat vt valere possit.
Iuramentum firmat omnes contractus a iure ciuili prohibitos.
18 Interpretatio in dubio debet verisimilior fieri: qua verisimilitudine non apparente, fiat contra proferentem.
19 Bona intelliguntur deducto ere alieno et funeris impensa.
20 Legatum, quod nullā probet vtilitatem, est inualidum.
21 Paterne hereditati se immiscens non potest testamentarie dispositioni contrauenire.

¶ De dona. Consi. I.



Quanuis donatio quam fecisse legitur nobilis et honorabilis quondam vir Girardus grilbeti nobili Huberto eius filio naturali et legitimo, legatur facta contemplatione matrimonij per verba de futuro cōtracti, seu sponsalium contractorum seu celebratorum per et inter eundē nobilem Hubertum ex vna parte, et nobilem Sonetam macharde, filiam quondam naturalem et legitimā
1 nobilis Perrini machardi: † illa tamen non fuit vera donatio propter nuptias: illa videlicet de qua et cuius natura habetur in. §. est et aliud, institu. de dona. l. si constante, et. l. pe. §. sancimus. l. fin. §. si igitur, et auth. dos data, et multis alijs iuribus illius tituli. C. de
2 dona. ante nup. † et que solet fieri mulieri in recōpēsam sue dotis, et pro illius securitate, seu pro quasi pignore. d. l. si cōstante, in prin. et qd ibi no. doc. maxime Sali. et d. l. penul. §. sancimus: ibi ante fi. et qua hr in. c. nuper, in fin. et qd ibi gl. et doct. de don. inter vi. et vxo. Cuius etiā causas post Pet. et Abb. anti. Jo. an. colligit Panor. in. c. fi. col. iij. de dona. inter virum et vxo. Fateor tñ donationē huiusmodi prima facie videri factam propter nuptias: hoc est contemplatione matrimonij et nuptiarum contrahendarum inter dictos nobiles Hubertum et Sonetam. Quod ex eo apparet, qz incontinenti contractis spōsalibus predictis, et priusq̄ ad alios actus diuerteretur, dictus nobilis Gerardus grilbeti fecit donationem predictā: qui etiam in donando hoc expressit. Et sic mēs eius prima facie videtur clara: scilicet qd ipse donauerit contemplatione matrimonij, et propter ipsum, vt scilicet ipsum fieret, qd
3 fortasse alias factum non fuisset. † Nec ipse nobilis Gerardus, vt prima facie videtur, erat donaturus nisi contemplatione matrimonij huiusmodi, et vt illud suum effectum sortiretur. Et ita videtur qd matrimoniū contrahendum per et inter dictos Hubertum et Sonetam fuerit causa finalis huiusmodi donationis. Si igitur matrimonium nō fuerit contractum, nec contrahi possit: et sic cessauerit et cesset causa finalis, videtur consequenter cessasse et cessare effectus: hoc est donatio, ar. eius quod habetur in. l. titio cētum. §. titio genero. ff. de condi. et demon. et. l. ij. §. titio decem, et qd ibi doc. ff. de dona. Et qd no. Cy. et Bal. in. l. generaliter. C. de epi.
4 et cle. et doct. in. c. post translationem, de renun. ¶ † Sed his non obstañ. existimo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, qd licet legatur donationem predictam fuisse factam dicto huberto contemplatione matrimonij: ipsum tamen matrimonium non videtur fuisse causa finalis donationis huiusmodi: sed potius causa impulsiua: cuius cessatio seu defectus non inducit seu causat cessationem dicte donationis, vt scribunt doctores in locis supra allegatis. Et quod matrimonium predictum videatur fuisse causa impulsiua: non finalis: hoc colligitur ex illis verbis in dicta donatione subiunctis, scilicet donatione pura, mera, simplici et irreuocabili. Et etiā colligitur ex illis verbis, et conditioni ob causam nō secutam, positis in renuntiationibus. Per que verba apparet eundem nobilem Gerardum voluisse donationem suam sortiri effectum: etiam si dicta causa non sequere-
5 tur. † Et ita nō habuit eā pro finali causa: sed pro impulsiua. Que etiam in dubio talis regulariter presumitur, per id qd no. gl. in dicto. in. d. l. ij. §. titio decē. et gl. et doc. in. l. si mulier. C. de iur. do. Et ad predicta optime facit id quod voluit Oldra. consi. v. exordiente, Titius dedit duobus coniugibus, et post eum Alex. de Imol. consi. xiiij. col. ij. vel circa, ver. Et consuluit Oldra. in. j. vol. qui pro hoc allegant bona iura. Et idē voluit in simili Albe. C. de dona. super Rub. Nō puto igitur qd donatio facta dicto Huberto possit impugnari, vel dici resoluta ex eo capite, qz non fuit matrimonium subsecutum inter eum et dictam nobilē Sonetā. Et ista fuit mens dicti nobilis Gerardi donatoris prout colligitur ex verbis supra annotatis, et ex testamento per eum postea condito, in versicu. Item nobili Huberto grilbeti eius filio charis. etc. ibi, Et hoc sub conditione et reseruatione factis in dicta donatione: siue contingat dictum matrimonium sortiri effectum, siue non.
¶ Ad secūdū quesitū dico et respōdeo, quod licet dictus nobilis Gerard⁹ donauerit dimidiā partē bonorū suorū dicto nobili hu-
6 berto † ego tñ nō reperio qd in instrumento donationis hmōi fuerit apposita aliq̄ clausula trāslatiua dñij, aut possessiōis dicte medietatis: veluti sunt clausule retētionis vsufructus: aut cōstit. precarij, et alie, de quibus no. doc. in. l. traditionibus. C. de pactis. in. l. licet. C. de acqui. pos. in. l. possideri. in prin. ff. eo tit. in. c. ij. de consue. et in multis alijs locis. Et sic nō solum medietas predictorum bonorū remāsit penes eundē nobilem Gerardum donatorē, sed etiā medietas per eum donata. Et ita remāsit idē nobilis Gerardus quandiu vixit dominus borū omniū bonorū. Donādo igitur nobili et honorabili viro Claudio Philippo eius filio primogenito dimidiam partem omniū bonorū suorū, censetur eidē donasse nō dimidiam partem dimidie partis nō donate: sed dimidiā omniū
7 qz vt dixi omnia remanebāt sua. † Et cum verba clare sonent de dimidia parte bonorum suorum: non de dimidia dimidie: non est in dubio a significatione predictorum verborum recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. et. l. nō aliter. cum suis similib. ff. de lega. iij. Et istud est etiam verisimile pro eo quia dictus nobilis Claudius philippus erat eius primogenitus, et sibi plurimum obediens: et qui etiam cum suo expresso consensu et voluntate matrimonium per verba de presenti contraxerat cum nobili et ho-
8 norabili domicella Francesia de perusijs. † solent enim primogeniti masculi vel plus, vel saltem non minus communiter diligi per parentes: vt plurimum in pluribus honorari: quod etiam fie-
9 bat de iure diuino. † Unde dicitur Esau primogenita vendidisse fratri suo Jacob. gen. xv. cap. fin. Unde Paulus apostolus ad Hebreos capitu. duodecimo dicit: Ne quis fornicator aut prophanus sicut Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. et geñ. c. xxvij. dicit: Ecce odor filij mei sicut odor etc. Et subiungit Det tibi de⁹ de rore celi et pinguedine terre abūdātiā frumenti et olei etc. Esto dominus fratrum tuorum: et incuruentur

ante te.Et in eo.c.cóquerit Esau de fratre suo Jacob dicens:Re
cte vocatum est nomen eius Jacob supplantauit enim ⁊c.Et pa
10 ter eius Isaac dicit:Primogenita tua antetulit.†Et hanc pre
rogatiuam confirmat in aliquibus lex canonica.c.licet.de voto.⁊
lex ciuilis in.l.imperialē.§.preterea.de probi.feu.aliena.per fre
de.Non est igitur verisimile quod dictus nobilis Gerardus vo
luerit minus donare dicto nobili Claudio philippo eius filio pri
mogenito,quam dicto Huberto:nec verba donationis hoc sonāt
sed contrarium,vt predixi.Quod etiam colligitur ex verbis do
nationis eidem nobili Claudio Philippo facte:ibi,Et quia pre
dictus nobilis Gerardus donationem saltē fecit nobili Huber
to ⁊c.Et quia istud non videtur mihi habere dubiū,ego vlterius
non insisto.¶ Ad tertiū dico ⁊ respōdeo,quod Bar.⁊ sequaces
senserunt in.l.Stipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obli.⁊ in
11 l.fi.C.de pac.†quod donatio inter viuos omnium bonorum pre
sentium ⁊ futurorum non valet:pro eo quia donans videtur sibi
per indirectum auferre facultatem testandi cum effectu:hoc est
habendi heredē:quia nullus verisimi iter vellet hereditatem il
lius donantis acceptare,vel adire,aut esse eius heres.Sed huic
rationi Bar.⁊ sequacium videtur posse efficaciter responderi,et
quod illa non obstat:nec videtur operari quominus donatio fa
cta de omnibus bonis presentibus ⁊ futuris valeat:quia illa ra
tio tollitur per id quod habetur in auth.sed cum testator,⁊ in cor
pore vnde sumitur.C.ad.l.fal.vbi probatur quod licet ne heres
habeat nomen heredis in vanum possit ipse de legatis heredita
tem ex auriētibus detrahere falcidiā:tñ testator pōt illā prohi
bere:⁊ sic ille est casus in quo heres nihil habebit de hereditate:
12 †Et nimirū q̄r etiā ille qui soluendo nō est pōt testari.l.qui soluē
do.ff.de here.insti.Etiā pro ista opinione allegari solet.l.heredi
tas.C.de pac.conuen.Sed illi.l.opportune rñdet Ang.in.l.stipu
latio hoc modo concepta,dicēs qđ ibi cōstabat qđ ille disponens
super bonis suis volebat illū cōtractū valere vice testamenti, et
ideo nimirū si videat̄ sensisse de hereditate que datur in testamē
to ſm Bar.in.l.fi.C.de pac.Et hāc solutionē sequit̄ Alex.de imo.
13 in.d.l.stipulatio hoc modo concep.col.viij.vel circa.† Etiam p
eadē opiniōe solet induci,quod nō habēs bona, nec habere valēs
testari non potest.l.obsides,cum glo.ff.de testa.aut.ingressi.C.de
sacrosanc.ecclesijs.Sed huic fundamēto respōdent Bal.⁊ Ang.
in.d.l.stipulatio hoc modo concepta,quod illa ratio procedit in
illis qui nō sunt domini actu nec potentia:qđ nō cōtingit aliquā
do in eo qui donat omnia bona:⁊ maxime in casu de quo quere
tur.Quia quanuis dictus nobilis Gerardus videatur donasse
omnia bona sua presentia ⁊ futura:ipse tamē nō transtulit domi
niū aut possessionē bonorū donatorū in donatarios,sed remansit
dñs ꝙdiu vixit:⁊ ita tpe testi nō solū hr̄e poterat bona sʒ etiā ha
bebat.¶ Contrariā vero opinionē,scʒ qđ donatio omniū bono
rū presentiū ⁊ futurorum valeat tenuit Dy.in re.qđ semel de re
gu.in.in.vj.Bal.⁊ Ang.in.d.l.stipulatio hoc modo cōcepta.An
ge.in.q.per eum disputata exordiēte,In refulgēti palatio,⁊ cōsi.
clxxxi.exordiente,Uisis instrumētis in primo quesito. Richar.
de Sali.⁊ Bar.eius nepos in.d.l.fi.C.de pact.Et hāc opi.vide
tur etiam sequi Alex.de imo.in.d.l.stipulatio hoc modo cōcepta.
¶ Pro qua opin.doct.prefati,⁊ maxime Ang.in.d.l.stipulatio.
hoc modo concepta,⁊ in disputatione ⁊ consil.predictis, multa ⁊
elegantia fundamenta inducit:⁊ respondet fundamētis ⁊ ratio
nibus per Bar.⁊ alios allegatis:prout in eis videri potest:quas
causa euitande prolixitatis non refero.Et loquūtur isti maxime
Ange.in dictis disputatione ⁊ consilio,eo casu quo donās omnia
bona sua presentia ⁊ futura non constituisset se illa tenere ⁊ possi
dere precario nomine donatarij:ac cessionem iurium ⁊ actionum
14 pro tunc competentium ⁊ competiturarum non fecisset.† Quia
eo casu quo scʒ precarium ⁊ cessio huiusmodi non interuenerunt
donans non censetur transferre dominium bonorum donatorū:
quia illud non aufertur per solum contractum:sed opus est quod
traditio vel vera vel ficta,vt pote per alterum ex ciuilibus instru
mentis,que sunt retentio vsufructus,constitutū ⁊c.interueniat
d.l.traditionibus,iunctis his que no.Ang.⁊ doc.in.d.l.possideri
in prin.ff.de acqui.pos.in.c.ij.de consue.⁊ in multis alijs locis.Et
procedit hoc non soluʒ eo casu quo cōtractus factus est de re par
ticulari:sed etiam quando fit de bonorum vniuersitate:quia nec
eo casu transfertur dominiū seu possessio sine traditione, excepto
contractu societatis,vt no.glo.in.l.j.in prin.super ver.vniuerse.
ff.pro so.Bar.in.l.j.ff.pro so.Ange.in.d.consi.clxxxi.Et proba
tur hoc dictum in.l.qui tibi.C.de his qui a non do.manumit.vbi
Bal.⁊ in.l.qui tibi.C.de here.vel actio.ven.Ubi igit̄ in donatione
omnium bonorum presentium ⁊ futurorum nullum ex predictis
interuenit,vt in casu nostro:remansit donans dominus ⁊ posses
sor bonorum donatorum quandiu vixit.Et hanc opinioneʒ Dy.
⁊ aliorum predictorum tenui Panor.eo casu quo interuenit iura
mentum,vt legitur in consi.xviij.exordiente,Primo quod dicta
compositio,⁊ idē tenuit Philip.de corneo consi.cclij.exordiente
Primo vidēdū est an dicta donatio ⁊c.In quo etiam dicit qđ si
ne iuramento est multū substētabilis:⁊ pro ea multa inducit, que
possunt ibi videri:⁊ respondet contrarijs:⁊ subiūxit qđ hec pars
videtur magis defendi posse ab obiectis,quaʒ opinio contraria.
15 †Et deinde audacter consulit,qđ illa valeat quando interuenit
iuramētū,pro eo q̄r cū illud possit seruari sine dispendio salutis
eterne,illud seruandū est:⁊ per ipsum validatur donatio, per ea
que habentur in.c.cū cōtingat,de iureiu.⁊ in.c.quāuis pactū, de
pac.in.vj.maxime in generali eorū ratione.Quāuis enim impe
dire liberam testamenti factionem reputetur de iure ciuili cōtra
bonos mores. d.l.stipulatio hoc modo concepta,⁊.l. pactū quod
dotali.C.de pactis:tñ hoc non tendit in dispendiū salutis eterne
nec reputatur contra bonos mores canonicos:⁊ ideo astringit,p
16 dicta.c.cū contingat,⁊ quāuis.† Qđ ius canonicū preualet etiaʒ
in terris imperij.c.mulieres,de iureiurā.in.vj.Et huic non ob
stat.c.nō est obligatorium,de regu.iu.in.vj.q̄r illud.c.nō intelligi
tur quando est cōtra bonos mores ciuiles.i.q̄r ius ciuile dicit esse
contra bonos mores:sed quādo vergit in dispendiū salutis eter
ne.d.c.cum contingat,⁊.d.c.quāuis.Et ita videntur cōcordanda
dicta iura.Et ita per dicta iura voluit Bal.in.l.pacta que cōtra.
C.de pac.⁊ Pau.de ca.post eum ibi,⁊ Bal.post Cy.in.l.si quis in
quilinos.§.fi.ff.de lega.j.faciunt no.in auth.sacramenta puberū.
C.si aduer.vend.⁊ quod no.Bal.in.l.pacta.q.xix.C.de colla.⁊ post
eum Jo.de Jmo.in repeti.d.c.cuʒ cōtingat,ver.nā vt dicit Bal.
in.iij.membro.Et hanc donationem factam de omnibus bonis
presentibus ⁊ futuris.⁊ iuratam dicit Fran.de Are.valere salteʒ
17 quoad presentia:ratione iuramenti,† qđ habet vim illius clausu
le,si nō vʒ qđ ago vt ago valeat vt valere pōt.l.cū pr̄.§.filius ma
trem.ff.de lega.ij.⁊ qđ no.Bar.in.l.si quis pro eo,circa finem.ff.
de fideiuss.Et si queratur quare virtute iuramenti non debes di
cere quod potius valeat donatio respectu futurorū ꝙ presentiū.
18 Respondet † qđ in dubio debet fieri interpretatio verisimilior.
Et vbi non apparet de verisimilitudine:debet fieri contra profe
rentem.l.semper in stipulationibus.ff.de regul.iur.⁊.l.veteribus
⁊ qđ ibi Bart.ff.de pac.Et hec non inopportune adaptātur casui
nostro,scilicet vt potius censeri debeat valere donatio quoad p̄
sentia,quam quoad futura:vbi pretendi posset quod quoad om
nia non valeret:quia dictus nobilis Gerardus dixit se fecisse do
nationem similem dicto nobili Huberto.Ut igitur fiat contra eū
interpretatio:dicendum est illā valere quoad presentia. Fateor
qđ Bar.ponit questionē in.d.l.fi.C.de pactis:vbi tamen non loq
tur de donatione iurata:nec ipse ibi questionem determinat. Et
quanuis Bal.etiam questionem huiusmodi inibi moneat,⁊ illam
determinet:dicens quod donatio in nullo valeat:⁊ idem dicat io.
de Jmo.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta,col.viij.ver.Item
attende quia adhuc est dubium ⁊c.ipsi tamen non aperiūt an hoc
etiā pcedat eo casu quo donatio fuisset iurata.Propterea qđ vr̄ qđ
dicta eorum opinio debeat limitari:vt saltem non procedat in do
natione iurata.Et hoc pro eo quia vt dixi iuramentum habet viʒ
clausule,quoad si non valet vt ago valeat ⁊c.Et quod donatio va
leat quo ad presentia tenent indubitate Richar.de Sali.⁊ Sali.
eius nepos in.d.l.fi.C.de pactis.Quinimo vt dixi tenent eam va
lere quo ad presentia ⁊ futura:⁊ quam etiam tenuit Gaufr.de sa
li.in.l.bona.§.hereditas.ff.de bo.poss.⁊ do. Cosmus guynier in
pragmatica sancti.c.j.de subla.clemē.literis.Ubi etiaʒ refert quē
dam dominū doct.ita tenuisse,in questione que incipit,Utrū, do
natio omniū bonorū ⁊c.Et inducit ideʒ do.Cosmus re vera mul
ta bona fundamenta,que possunt ibi videri.Et dicit Philip.de
19 corneo in consi.cclij.col.iij.sequēs hoc dictum,† quod bona intel
liguntur deducto ere alieno:hoc est illud quod superest supra seu
vltra concurrentem estimationem eris alieni.l.subsignatū.§.bo
na.ff.de ver.signi.Et si donatio oīm bonorū presentiū futuroruʒ
ita interpretetur:tunc apud donantē remanent bona equiualen
tia eri alieno:⁊ super illis bonis remanet libera facultas testādi.
Et plures homines inueniunt̄ q libēter capiūt bona cū onere sol
uēdi estimationē.Et hinc est qđ valet legatū,ꝙ heres vēdat rē iu
20 sto ptio.l.⁊ si equo.ff.de leg.j.†quāuis legatū qđ nullā pbet vtilita
tē nō valeat.l.creditori.ff.eo.ti.⁊.l.pprias.C.de leg.Et insup als
etiā interest plerūqȝ habere bona cū onere soluēdi creditoribus.
Tū q̄r lex dat dilationē heredi triū mēsiū ad cōficiēdū inuētariū
qbus nō pōt cōueniri:⁊ tūc interiʒ fruat̄ bonis.Quādoqȝ heredi
tas iacet,⁊ fructus augent dictā hereditatē:q fructus nō sunt bo
na donatoris:⁊ sic nō veniūt in donatione.Jtē debitor sepe hʒ di
lationem a creditoribus:⁊ ita sepe cōtingit qđ vbi bona heredita
ria sunt equiualentia eri alieno,⁊ econtra,heres scriptus liben
ter adibit hereditatem:⁊ sic donator non remanebit sine herede.
¶ Preterea illud certum est,qđ dictus nobilis Gerardus po
tuerit in bonis p se donatis p̄fatis nobilibus Claudio philippo
⁊ Huberto eos heredes instituere:⁊ sic donatarij capere ex testa
mento

victo illud qd actiõe ex cõtractu descendẽte eos aduocare opor tebat. Hec apparet qd repugnet.l.si mulier.§.si rem,ꝛ.l.si depor tati.§.fin.ff.de lega.iij. qd etiam fecit dictus nobilis Gerardus. Quia vt colligitur ex testamento ꝑ eundẽ condito, ipse dictos no biles Claudiũ Philippũ ꝛ Hubertũ eius filios, ꝛ eorũ quẽlibet heredes instituit in medietate bonorũ eis ꝛ cuilibet eorũ donata, ꝛ quos audio se pro heredibus vniuersalibus eiusdẽ quõdam no bilis Gerardi gessisse ꝛ gerere: ꝛ sic paterne hereditati se immi scuisse. Propter qd nõ videt dubitãdũ quin dictus nobilis Clau dius Philippus debuerit aut debeat habere dimidiã partẽ pre dictorum bonorum: ꝛ nihilominus dꝫ habere domum habitatio nis eiusdẽ quondã nobilis Gerardi: cũ illam nõ solum sibi dona uerit donatione inter viuos prefatus quõdã Gerardus: sed etiã illam sibi prelegauit in dicto suo testamento: qd facere potuisse nõ est dubiũ: non obstante reseruatione dicte domus, quã idẽ quõ dam Gerardus fecisse dicitur tẽpore facte donationis dicto quõ dam Huberto sub verbis sequentibus: retenta tamen ꝛ reserua ta per eundẽ nobilẽ Gerardum grilbeti donatorẽ super premis sis sua magna domo, quã presentialiter inhabitat: de qua quidem domo ipse nobilis Gerardus donator donationem facere possit vni ex suis duobus filijs masculis: ita qd ille ex dictis filijs, cui ipse nobilis Gerardꝰ dictã domũ in futurũ dabit seu remittet, te neatur ꝛ debeat alteri tradere ꝛ expedire vez mille duceñ. floreñ. monete sabaudie currentis. Tum qꝛ ex reseruatione hmõi ꝛ ver bis ꝑdictis non apparet dictum nobilem Gerardũ promisisse da re hanc summã alicui ex dictis filijs masculis. Et qꝛ nõ apparet qd ex reseruatione ꝛ verbis hmõi dictus nobilis Claudius Phi lippus, cui domus predicta fuit postea ꝛ donata ꝛ prelegata fue rit vel sit eidẽ Huberto obligatus ad dãdos dictos mille ꝛ ducẽ. florenos, attẽta maxime posteriore voluntate dicti nobilis Ge rardi: ꝛ per quã tã tempore facte donationis dicto nobili Clau dio philippo quã testamẽti ꝛ prelegati predictorũ discessit dictꝰ nobilis Gerardus a prima voluntate non tenetur prefatus phi lippus ad dictã summã: pro hoc allegare sufficiat id qd no Bart. in casu longe magis dubio, in.l.qui rome.§.flauius hermes.ff.de
21 ver.oblig.† Tũ ꝛ qꝛ cum dictus nobilis Hubertus se immiscuerit paterne hereditati: ipse non potest contrauenire dispositioni te stamentarie dicti nobilis Gerardi: qui poterat nõ solũ legare vel prelegare rẽ suij ꝑsius: sed etiã propriã rẽ heredis.l.vnum ex fa milia.§.si rẽ, cũ suis simi.ff.de lega.ij. Puto tamen qd dictus no bilis Claudius Philippus teneatur ꝛ debeat dare ꝛ soluere ipsi nobili Huberto quinzentos floreñ. de quibus in testamẽto ꝛ pre legato predictis, ꝛ qꝛ ita ordinauit idem nobilis Gerardus, ꝛ ipe vt puto paterne hereditati se immiscuit. Quo fit vt quamuis do mus predicta fuisset antea eidem nobili claudio philippo per pa trem donata potuerit nihilominus idem pater, cuius heredita ti se postea immiscuit, eum onerare seu grauare de dando ꝛ soluẽ do dictos quingentos florenos.

¶ Argumentum.

¶ Utrinq; coniuncti fratres ꝛ nepotes preferuntur consangui neis tantum, ꝛ duorum filij fratrum in stirpes succedunt, non in capita. U.F.

1 ¶ Nepotes ex fratre ꝛ sorore defuncti preferendi sunt ab inte stato in hereditate ipsiꝰ defuncti cõsanguineis ꝛ nepotibꝰ ipsiꝰ.
2 Filij fratrum an succedant patruo in stirpes an in capita.
3 Communis opinio in iudicando ꝛ consulendo tenenda est.

¶ De legi.heredib. Consi.ij.



Uiso cõsultationis the mate mihi exhibito parte honorabilis viri. N. et dubijs ex themate huiusmodi elicitis: dico ꝛ re
1 spõdeo breuiter ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primũ: † qd nepotes reuerendi quõ dam patris ꝛ viri egregij do. Jacobi auberti, quos habuit ex Jo anne ꝛ Catharina eius quõdã fratre ꝛ sorore ꝑdefunctis, debent eidẽ do. iacobo ab intestato succedere. repulsis ꝛ exclusis do. clau dio auberti eiusdẽ quõdã dñi Jacobi fratre cõsanguineo tãtũ et nepotibus eiusdẽ dñi Jacobi ex honesta quẽdã muliere Delphi na auberte ipsius do. Jacobi cõsanguinea tãtũ, aut. de heredi. ab intest.§.reliquũ, col.ix. aut. post fratres ex vtroq; parẽ.C.de legi. here. ꝛ istud nõ hꝫ dubiũ. ¶ Ad scdm q̃sitũ dico ꝛ respõdeo qd su per hoc sunt opiniones. Azo eñi in summa.C.tit.de legi.hered.§.
2 iure vero nouissimo, ver. illud dubitari põt: dicit † qd filij duorum fratrũ veniẽtes ad successionẽ patrui: siue patruorũ, amitarũ aut materterarũ, succedũt eidẽ patruo ab intestato vita functo in ca pita, nõ in stirpes. Et idẽ voluit Hostiẽ. in summa, titu. de succes.

ab intest.§.ꝛ qualiter, sub.§.viso, ver. quid si fratrũ filij nõ veniant cũ patruis. Et hãc opi. etiã secuti sunt Alber. papiẽ. ꝛ Uber. de bo. ꝑut refert Jo.an.in addi.specu.tit.de suc.ab intest.§.j.ver.sꝫ an filij fratrũ, ꝛ Hof.tit.de bo.pos.vn.cog.ver.vltimo queritur, scdm qd refert Bar.in.l.post cõsangui.§.here.ff.de suis ꝛ legi.he re. Quis nõ reperiã qd Hoff. loquat in his terminis sꝫ loquit qñ nepotes succedũt patruo: quo casu nullus dubitat. Illã etiã opi nionẽ Azo. secuti sunt Jac.bu. Bal. ꝛ Sali. in auth. cessante.C.de legi.here. Et in illã opinionẽ vr declinare gl.in.§.hoc etiã, instit. de legi.agna.suc. Sꝫ cõtrariã opinionẽ, scꝫ qd filij fratrũ debeãt in casu predicto succedere patruo in stirpes, nõ in capita, tenuit gl.in.d.auth.cessante.in.d.aut.de here. ab intest.§.reliquũ, super verbo fuerint, ꝛ in.l.j.§.fi.ff.si pars hered.peta. Et hãc opi. secuti sunt Dy. Jaco. de are. ꝑut refert Cy.in.d.auth.cessante. Illã ẽt secuti sunt.in.d.auth.cessante, Cy. Alb. Jo.fa. Pau.de ca. ꝛ ang. in qbusdã lecturis Jac.de bel. ꝛ Ang.in.d.auth.de her.ab intest. §.reliquũ, Albe. Sali. ꝛ qdã Alex. ꝑut refert Jo.an.in addi.spe cul.tit.de succes.ab intest.ver.sꝫ an filij fratrũ. Illã etiã sequitur Bar. ꝛ Ang.in.d.l.j.§.fi.ff.si pars heredita.petat. Jo.fa. ꝛ christo pho.por.in.d.§.hoc etiã, insti.de legi.agna.suc. Et Mat.de mat. in suo trac.de suc.ab intest.in.iij.arti.princi.ver.scdo dubitatur, ꝛ in ver.qñ aũt succedũt: ꝛ vtrobiq; Lu.bu.q etiã ibi refert ꝑ hac parte cõsuluisse. Idẽ voluit Bar.in.d.l.post cõsanguineos.§.he reditas.ff.de suis ꝛ legi.he.vbi etiã refert qd ita cõsuluit Accur. glossator, ꝑut vidit in suis ɔsilijs. Et ꝑ hac parte inducunt mul ta motiua, ꝛ signãter ꝑ Bar.in.d.§.hereditas, ꝑ Cy. ꝛ Albe.in.d. auth.cessante. Et ꝑ hac parte ɔsuluit. Bal. priusq̃ scriberet in.d.
3 aut.cessante.† Et hec opinio est cõmunis: ꝛ talis ꝑ doctores repu tat. ꝛ q̃ etiã vr fundata potioribus fundamẽtis. Propter qd nõ esset tutũ ab ea discedere i iudicãdo aut cõsulẽdo.l.j.ver.crebrior apud veteres opinio.ff.de officio q̃storis.c.nouimus, ꝛ qd ibi an. de bu. Panor. ꝛ moder.in.c.j.de cõstitu. ꝛ doct.in.l.fi.C.de pena iu di.qui male iudi. Adhereo igit huic opinioni: ꝛ dico qd filij dicto rum quõdã Joannis ꝛ cathe. predefunctorũ debent eidẽ quondã do. Jacobo succedere in stirpes, ꝛ nõ in capita. Et idõ si forte sint tres filij Jo. ꝛ Cathe. vnus: tantũ dꝫ habere iste vnus, quãtũ alij tres. Que dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentiẽtis.

¶ Argumentum.

¶ Per matrimoniũ filiefamilias patria potestas nõ dissoluitur sed vsufructus filie relictorum ad patrem pertinet, nisi per testa torem expresse prohibitum sit. U.F.

1 ¶ Patria potestas an dissoluatur per matrimoniũ filiefami lias: ꝛ an desinat esse in patria potestate dũ ɔbit matrimonium.
2 Pater an ratione patrie potestatis debeat esse vsufructuariꝰ he reditatis suis filiabus relicte: testatore etiã hoc prohibente.
3 Testator heredẽ instituens filiũfa. aut filiãfa. an ꝛ qualiter prohi bere possit quod vsufructus non acquiratur patri.
4 Pater an nõ obstãte qualibet prohibitione debeat habere vsum fructum legitime filiarum suarum.

¶ De bo.que libe. Consi.iij.



Non est dubium quin ho neste mulieres Metbelina ꝛ Catharina, filie na turales ꝛ legitime nobilis ꝛ honorabilis viri ro stagni du vic, etiam post matrimoniũ seu matri
1 monia per easdem contracta, † illis non obstañ. remanserint ꝛ sint in patria potestate dicti nobilis Rostagni earum patris qꝛ per matrimonium filiefa. non dissoluit patria potestas.l.filie cuius.C.de colla.l.si vxorẽ, ꝛ qd ibi gl. Bal. ꝛ doct. C.de condi.inser. ꝛ insti.ad turpil.in prin. ꝛ qd ibi gl. Jo.fa. ꝛ chri
2 sto.por.† Propter quod non videtur esse dubium, quin dictus no bilis Rostagnus ratione patrie potestatis, quam habet in dictis filiabus, debeat esse vsufructuarius illius dimidie hereditatis eisdem Metbeline ꝛ Catharine relicte per honestam quondam mulierem Magdalenam note, relictam magistri Petri note no tarij earundem Metbeline ꝛ Catharine quondam auie mater ne.l.j.ꝛ.l.ij. in qua est de hoc tex.C.de bo.mater.facit.l.cũ oportet in princi.cum suis simi.C.de bo.que libe. Forte vero opponetur, qd imo dictus nobilis Rostagnus habere non debeat vsumfruc. in.d.medietate, seu bonis illius ꝑ eo qꝛ dicta quõdã testatrix hoc vr ꝑhibuisse in suo testamẽto, in ver. quas quidẽ laurentã ꝛc. Ubi ita dicit, Quas quidẽ Laurentã filiã meã, ꝛ Catharinã ꝛ Metbe linã felezenas meas, ꝛ quãlibet ipsarũ pro earum parte ꝛ portio ne volo ꝛ ordino poni ꝛ immitti in possessionẽ ꝛ saisinam dictorũ bonorum meorum quãprimum dies meos in dño clausero extre

mos: illasq; τ illarũ quãlibet pro earũ parte τ portione vti frui et gaudere de dictis bonis: prout τ quemadmodum ego dicta testa trix. huc usq; feci. Certũ est enim qđ ipsa videtur potuisse prohibere, ne vsufructus huiõi medietatis τ bonorum predictorum ad eundem nobilem Rostagnũ perueniret, aut. vt liceat ma. τ auie, in prin. colla. viij. τ transsumptiue in aut. excipitur. C. de bonis q̃ libe. qđ no. glo. in d. aut. in prin. l. ij. C. de inofficio. do. Sed hoc nõ
3 obstat: quoniam respondeo † quod, licet testator heredem instituens filiũfa. vel filiãfa. possit regulariter prohibere qđ vsufructus non acquiratur patri, vt d. aut. vt liceat matri τ auie: nõ tamen sufficit q̃libet prohibitio: sed opꝫ q̄ sit expressa: τ sic quod testans expresse prohibeat ne vsufructus patri acquiratur. d. aut. vt liceat ma. τ auie, in prin. Quod etiã voluit Alex. de Jmo. in l. cum filio, col. penul. ff. de lega. j. pro quo dicit bene facere id quod habetur in aut. de here. τ fal. §. si vero expressim, cum ibi not. per Ang. vbi tractat qualis debet esse ꝓhibitio detractionis falcidie. Vñ fit vt cum in casu, de quo queritur, non appareat dictã quondam Magdalenam testatricem expresse prohibuisse ne vsufructus medietatis τ bonorum predictorum eidem nobili rostagno
4 acquireretur: debeat ipse habere vsumfructum in eisdẽ. ¶ † Preterea etiam si expresse prohibuisset, prout non fecit: nihilominus videretur debere habere vsumfructum legitime earundem Metheline τ Catharine, τ sic tertie partis dicte medietatis: in qua nõ potuisset eadem quondã Magdalena dictũ prohibitionis onꝰ adijcere. l. qm̃ in prioribus, cum suis similibus. C. de inoffi. testa. Qđ etiã voluit Bar. in d. aut. excipitur, τ post eum Rapha. ful. Pau. de cast. τ Philip. de cor. quãuis gl. in d. auth. vt liceat ma. τ auie, in prin. senserit cõtrarium: τ non bene, scđm Rapha. ful. Pau. de ca. τ Philip. vbi supra. Adherendo igitur sentẽtie egregiorum virorum dominorum primo scribẽtiũ dico τ concludo dictum nobilem Rostagnum habere debere vsumfructum in dicta medietate τ bonis illius. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Interdictum vti possidetis τ confessoria actio, nisi media deducantur opportune, intentari non possunt. V. F.

1 ¶ Agenti interdicto vti possi. atq; interdicto recuperande possessio. an obstet defectus seruitutis τ proprietatis.
2 Libellus ineptus non concludit: τ ideo tanquam nullus est repellendus.
3 Respõsio libello inepto, vel quibuscũq; causis nullo facto, aut tali cui de iure respondendum non est, habetur pro non facta.

¶ De interd. Consi. iiij.

Multa fuerunt proposita τ deducta parte nobilis τ generosi viri Fulq̃ti de podio. do. montisbruni τ de ferrarsserijs, in qua dam schedula exordiente, Excipiendo contra et
1 tum dicti Duroni. † Quia testator legare potest dodrantem seu tres quartas partes bonorum suorū: ita quod heres conqueri non potest si habeat quadrantē, seu quartam partē bonorū testatoris. l. j. §. j. ff. ad. l. falci. et instit. eo. ti. in prin. vbi vero dictus Duronus legasset aut reliquisset de bonis suis vltra dodrātem, seu tres quartas partes, vt verbi gratia. x. vel. xj. vncias: vel forte vltra quam bona valerent tempore eius mortis et decessus: tunc expediuisset dictis Joanni et Claudio adire seu acceptare hereditatem eiusdē quondā Duroni cū beneficio inuētarij, et illud cōficere. j. tres mēses, ad hoc vt possint detrahere seu habere quartā partē iuxta ea quae habētur in. l. fi. §. et si prefatā. C. de iure deli. alioquin si hereditatē predictam non adiuissent cū beneficio inuentarij, vel illud non cōfecissent, tenerentur insolidū ad legata: etiā si illa excederent dodrantē, vel totū patrimoniū dicti quondam testatoris. d. l. fi. §. sinautē. ¶ Ad 2m quesitū dico et rñdeo, quod omnia et quecūque bona, fordia, et domus vtensilia, que erant tēpore testmēti dicti quondā Duroni infra domū et grangiam in dicto suo testamēto numeratas, legunt fuisse et esse legata Catharine eius relicte: et ideo illa sibi debent. Quo vero ad duas capsas seu arcas, et alia bona, veluti blada, grana, et alia extra domū et grangiam predictas existentia tēpore testamenti, et que. d. Catharina infra domū et grangiā huiusmodi in momento seu breui tēpore reduxit aut deportari fecit ad domū vel grangiam, illa non sibi debentur: nec fuerūt sibi legata, et ideo debent restitui predictis heredib⁹, per id qđ habetur in. l. talis scriptura. circa fi. ff. de leg. j. et in. l. si ita scriptū. et quod ibi Bar. ff. de aur. et arg. leg. et qđ not. Ang. de gret. in suo tract. testamentorū seu vltimarū voluntatū: super verbo itē reliquit. P. vinū, oleum et triticū qđ habet in domo et c. Possunt igitur dicti Joan. et Clau. petere dicta bona sibi restitui; nec propterea cōtraueniant volūtati testatoris: qui eis-
2 dem prohibuit ne dicte Cathar. molestiā facerent: † quia illa prohibitio molestie nō se extendit nisi ad res et bona eidē Catha. legata: et sic si dicti Jo. et Clau. tanquā heredes molestent eam super restitutione arcarū, granorū, et aliorū bonorū post dictū testamentum portatorū ad domū seu grangiā, non debebunt dici eandē Catha. molestare malo modo aut malo animo: cū bona huiusmodi ad eos pertineāt, non ad dictā Catha. et ita nō censetur molestia huiusmodi prohibita: quia illa sola molestia censetur per dictū quōdam
3 Duronū prohibita, que fieret malo modo vel malo animo. † Quia qđ malo animo non fit nullam penā meretur. l. si seruū. §. pretor. in glo. quod male. ff. de acquir. hered. et qđ not. Bal. in. l. j. versic. item quero si testator mandauit heredi ne molestet vxorē Alex. de imo. in. l. qđ de bonis. §. j. ff. ad. l. falci. pro quo videri possunt multe remissiones scripte per do. Feli. in. c. causam que. de rescr. qđ ponit And. barb. consi. xij. in prima parte: pro quo ēt videri pōt qđ scribit beatus Aug. psal. cxlv. facientē iudiciū iniuriam patientib⁹ et c. vbi dicit nō vt patiaris molestiā te hortatur: sed vt
4 patiaris iniuriā. † Nō enim omnis molestia iniuria est quicquid enim iure pateris nō est iniuria. Possunt et alia induci: sed predicta sufficiūt. ¶ Ad tertiū quesitū dico et respondeo, quod debita seu pecunie de quib⁹ ibi, solui debēt prefatis heredibus, nō dicte Catharine: pro eo quia in legato eidē Catharine facto de bonis, fordijs et domus vtensilibus infra domū et grangiam existentibus, fuerūt debita reseruata et excepta: que etiā si non fuissent reseruata vel excepta, deberēt tamē solui predictis heredibus: non dicte Catharine legatarie. l. quesitū. §. j. ver. responsum est nomina et nūmos non videri deberi. ff. de lega. iij. et ideo male facit predicta Catharina, que vel differt vel recusat expedire predictis heredib⁹ pignora inibi numerata, pretendens se non teneri illa restituere vel expedire eisdē heredibus, nisi prius satisfacto de pecunijs, pro quibus obligata et tradita extiterūt dicto quondā testatori.
5 ¶ † Venio ad vltimū quesitū: in quo dubitatur an in legato facto de omnibus et quibuscūque bonis fordijs et domus vtēsilibus infra domū et grangiam superius confrontatis existentibus tēpore testamenti, de quo supra, veniāt et comprehēdantur animalia infra eandē grangiā tunc existentia. Ad qđ respondeo qđ, si nō desipio, istud non est modicum dubium: pro cuius decisione premitto, qđ ratio allegata per heredes: et in qua pretendūt qđ dicta animalia non comprehēdantur vel veniant in legato pre-

dicto: pro eo qz factũ est legatũ predicte Catharine de quibusdam vacca & tribus ouibus, nõ valet nec suffragatur eisdẽ heredibus: pro eo qz in isto vltimo legato nõ fuit dictũ, qđ de animalibus existẽtibus in grãgia legaret eidẽ Catharine ipse testator vnam vaccã & tres oues: quo casu potuisset forte pretendi qđ de animalibus bouinis aut vaccinis & ouinis nõ deberent nisi vna vacca & tres oues. ar. eius qđ tenetur in. l. cũ delanionis instrumento. §. cui fundũ. ff. de fundo instr. sed fuit dictũ qđ dictus testator eidẽ Catharine vxori sue legabat vnã vaccã & tres oues, quas habebat & tenebat Ant. Melon laborator ab eodẽ testatore ad mediũ incrementũ.

6 † Verũ est videndũ quid veniat appellatione fordiĳ & vtensiliũ domus. Et licet reperiã in iure vocabulum vtẽsile: & hoc quidẽ in. l. qui vtẽsilia. ff. de decurio. & in. l. ĳ. ff. de nũdi. & iĳ. regũ. c. vj. ad fi. vbi dicit tex. & in anno. xj. mẽse Bul. ipse est mẽsis octauus perfecta est domus in omni opere suo & in vniuersis vtẽsilibus suis: non tñ memini reperisse verbũ fordiũ: propter qđ existimo esse reecurrendũ ad vsum loquẽdi illius patrie, in qua conditũ est testamentum de quo. s. per id qđ in simili voluit Bar. in. l. j. ff. de supel. lega. & post eũ Ang. are. in suo trac. de testa. in gl. super verbo itẽ reliquit ceco massaritias suas & omnia alia mobilia q̃ sunt in domo: vbi dicũt

7 † qđ ſm cõem vsum in vulgari hodie nõ nominamus supellectilem: sed appellamus massaritias vel supellectilia, & subiungũt qđ dicta nomina possunt ex vsu mutari. l. labeo. ff. de supel. lega. & qđ ideo quecũq; reperiuntur cõtineri appellatione supellectiliũ continẽtur appellatione massaritiarũ: & puto qđ non solũ quoad verbũ fordiuz, & illius significationẽ cõsiderari & attẽdi cõis vsus loquẽdi: sed ẽt quoad verbũ vtensile, qđ etiã voluit Albe. in suo dictionario. in

8 verbo vtẽsilia: vbi dicit † qđ si maritus legauerit vxori vtensilia, prout sepe cõtingit: & nõ determinauerit que, debẽt intelligi ſm cõem vsum loquẽdi regionis: & de his que erãt in vsu testatoris & vxoris, per iura que inibi inducit. Supposito igitur quod fordia & vtẽsilia debeãt intelligi & accipi ſm cõem vsum loquẽdi illius regionis: erit considerandũ an appellatione fordiorũ & vtẽsilium ſm illum cõem vsum loquẽdi veniãt animalia bouina seu vaccina: ouina: mutonina: & forte pecorina & caprina existẽtia in dicta domo tẽpore dicti testi: & si veniãt questio expedita est & decisa: scilicet q̃ illa debeantur predicte Catharine. Si vero alias ſm vsum hmõi non veniãt, est maior difficultas an attentis verbis de quibus in clausula legati, de quo. s. debeant. ¶ Et primo quidem vr̃ q̃ illa cõprehendãtur & veniãt in dicto legato: pro eo

9 qz in illo dicitur, † q̃ ipse testator legauit omnia & quecunq;: & sic vsus est verbis geminatis, que multũ operãtur. l. balista. & quod ibi doc. ff. ad trebel. Et scribũt multi in dictis locis, quos nõ refero. ¶ Preterea in dicto legato facta est exceptio & reseruatio de debitis, & aliĳs scripturis tam publicis q̃ priuatis: per quam exceptionẽ videtur regula fuisse formata in reliquis: per id qđ no. gl. ff. de reg. iur. in rub. & Dy. eo. tit. in. vj. super rub. ¶ Preterea supposito q̃ verbũ omnia bona, relatũ ad fordia & domus vtẽsilia, possit fortasse dici genus: & fordia & domus vtẽsilia possint dici eius species: non tñ videtur q̃ hoc genus debeat imputari vel restringi per species: & q̃ illa verba omnia & quecũq; bona debeãt accipi & restringi ad fordia & domus vtensilia. l. quesitum. §. si quis fundũ. cum suis si. ff. de fun. instruc. Econtra vero: scilicet q̃ in dicto legato nõ comprehendantur seu veniãt nisi ea que cõprehendũtur in legato fordiorũ & domus vtensiliũ, videtur: pro eo qz in dicto legato apponitur genus per illa verba, omnia & quecunq; bona: per id q̃ no. Bar. in. d. l. quesitũ. §. si quis

10 fundũ. vers. his expeditis venio ad materiam legis nostre, † & sic per adiectiuũ neutraliter positũ: quo casu qñ precedit genus, & sequitur speciernũ enumeratio: tũc derogatur in totũ generi per speciẽ: & ponitur pro id est: & sic causa limitationis totalis, arg. l. sed & si adĳciatur. ff. pro soc. & eorũ que no. Bar. in. d. l. quesitũ. §. si quis fundũ. in. iĳ. q. prin. ff. de fun. instruc. quãuis fortasse possit huic dicto respõderi, q̃ hic nõ fuerit posita dictio, &, inter dictionẽ seu verba omnia & quecũq; bona ex vna parte: & illa verba

11 fordia & domus vtensilia ex alia. † Quia nõ est dictũ q̃ testator legauerit quecunq; bona & fordia domus vtensilia: sed dictũ est: omnia & quecũq; bona fordia & domus vtẽsilia: & sic nõ est hic propter qđ pretendi possit copulã, &, debere exponi pro id est. Verũ pro hac parte, scz q̃ dictũ legatuz debeat limitari & restringi ad fordia & domus vtẽsilia: & q̃ propterea non videantur legata de bonis tũc existẽtibus in domo & grangia: nisi illa que cõprehenduntur appellatione fordiorũ & domus vtensiliũ, facit. d. l. cũ de lanionis. §. quidã. cũ ita legasset. ff. de fun. instruc. & l. legata. circa fi. vers. si tñ species certi numeri. ff. de supel. leg. Et si nos supponeremus q̃ fordia & domus vtẽsilia idem significarẽt de communi vsu loquẽdi q̃ significat supellex, q̃ est verbũ iuris: vel verbum massaritiarũ, q̃ est vulgare Italicorũ: non viderẽtur legata animalia. l. ĳ. ff. de sup. lega. & q̃ habet in. l. iiĳ. iunctis ibi notatis per gl. & doct. ff. de leg. j. & q̃ no. Ang. are. in. d. suo tract. sup verbis, item reliquit seio massaritias suas. Et re vera iste casus apparet mihi aliquãtulũ difficilis vel obscurus. Et primo quidem miror vsum loquẽdi seu patrie: & quid ſm illũ veniat appellatione fordiorũ & domus vtensiliũ. Secundo qz videtur esse cõflictus rationũ & iuriũ. ¶ Potius tñ pro nunc adhererẽ prime parti: scz qđ genus nõ restringatur per species: maxime attẽtis illis verbis, omnia & quecũq;: & illis, portis clausis & seratis: & illis; exceptis debitis &c. Consulo tñ q̃ dicti heredes se informent cũ notario & testib⁹ per que verba gallica reliquit testator istud legatum, quod scriptũ est esse factum de omnibus & quibuscunq; bonis fordĳs & domus vtensilibus: quia forte verba Gallica seu vulgaria prolata per testatorem virum non literatum non fuerunt opportune translata in Latinuz, Et illis habitis & auditis intelligetur melius hec difficultas: & scietur que bona mobilia tunc existentia in domo & grangia fuerunt legata, & que nõ. Que omnia dixerim sub correctione &c.

¶ Argumentum.

¶ Quam quisq; donationẽ seruare tenetur, & eius heres. V. F.

1 ¶ Rei sue quilibet sic est moderator & arbiter vt etiam ea abuti possit.
2 Voluntas pro ratione habetur in donationibus.
3 Contrauenire facto proprio de iure valido nemo potest.
4 Donatio facta absente donatario non valet, nisi aliquis eam expresse accipiat pro ipso donatario: puta persona publica.
5 Actio acquiritur per notarium absenti.
6 Donatio inter viuos regulariter nõ reuocatur, quia vim sapit contractus.

¶ De hereditar. actio. Consi. xĳ.

1 Quilibet † est regulariter moderator & arbiter rei sue. l. in re manda. C. mandati. l. dudũ. C. de contrah. empt. l. polla. C. de his quib. vt indi. c. de his. ad fi. de sepul. facit l. nemo exterus. C. de iude. qđ etiã voluit Ange. consi. clxxxj. exordiẽte, Visis instrumentis. versi. his ita premissis. Et est adeo regulariter quilibet moderator & arbiter rei sue, vt etiã possit ea abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. here.

2 † Et maxime hoc procedit in donatione, in qua est pro rõne voluntas. l. j. ff. de dona. qđ etiã voluit Oldr. consi. xxx. exordiente, Factũ tale est quedã certe & numerate persone. Quo fit vt de iure potuerit honesta quondam mulier Beatrisia martine, relicta Antonĳ Boniparis, donare donatione pura, mera, grata, & irreuocabili: que fit & fieri dicitur inter viuos, probo viro Michaeli Friandi, & Marino, Joanni, Antonio, & Genobio, & eius filĳs naturalibus & legitimis, eiusdẽ Beatrisie donatricis quondam cortam, seu partẽ domus, & hortũ latius numeratos & expressos in casu mihi exhibito & tradito parte dictorũ Michaelis & filio-

3 rum eiusdẽ. † Et quẽadmodum dicta quondã Beatrisia non potuisset cõtrauenire dicte sua donationi de iure valide: pro eo qz non põt quis venire contra eius factũ. l. post mortẽ. ff. de adop. & ca. ab exheredato. de rescrip. cum suis si. ita nec huic donationi cõtrauenire possunt heredes eiusdẽ Beatrisie. l. que a patre. C. de restit. mil. l. vẽditoris. C. de reb. alie. non alie. Bald. in. l. qui se patris. C. vnde lib. l. ĳ. C. si quid in frau. patr. & l. si creditoribus.

4 C. de ser. pigno. da. manumis. † Nec opponat aliquis, quod dicti Michael & filĳ, aut eorũ aliqui presentes non extiterint tẽpore facte donationis de qua. s. Quoniã respondeo quod istud nõ officit, neq; nocet eisdẽ Michaeli & filĳs: pro eo qz donatio huius-

5 modi fuit acceptata & stipulata per publicũ notariũ: † quod fieri potuit, cum per notariũ queratur actio absenti, per ea que scribunt glo. & doct. in. l. illud. C. de sacrosan. eccl. Oldr. in. d. consilio xxx. Bal. in. l. cum a socero. C. de iure do. Alexan. de imo. in. l. quis rome. §. flauius hermes. ff. de verb. obl. vbi etiam Franc. de are. & consi. lxxiiĳ. exordiẽte, Diligenter & mature ponderatis &c. in iĳ. quesito. Pau. de cast. consi. cxcvĳ. in. ĳ. quesito, in nouis, & aliĳ in aliĳs locis. Ex quibus infertur qđ honesta mulier Antoneta fazenida vxor audiacti fazen. minus ciuiliter, quinimo sine rõne & iniuste allegat & pretendit se tanquã alteram ex vniuersalibus heredibus dicte quondã Beatrisie debere habere dimidiã partem corte & horti predictorũ: quod nõ est verũ: sed tenentur eadẽ Antoneta & Perona eius coheres cortã & hortũ predictos trahere & expedire prefatis Michaeli & filĳs, seu dicto Michaeli recipienti

recipienti tam suo quam administratorio nomine dictoruz suorum filiorum. Et ita mihi videtur ⁊c. ¶ Audio quod pars aduersa pretendit dictam donationem fuisse reuocatam per prefatam Beatrisiam in suo vltimo testamento: sed istud non valet,
6 nec obstat dicto Michaeli ⁊ filijs: †pro eo qꝛ, vt iam dixi, illa est donatio inter viuos: ⁊ ideo reuocari non potuit. §. alie aūt. insti. de donat. ⁊. l. perfecta. cū suis si. C. de dona. que sub mo. vel condi. Et quia istud non habet dubium, vlterius non prosequor.

¶ Argumentum.

¶ Sicut directa substitutio codicillis nec fieri nec tolli potest: ita per fideicommissum vtrumlibet recte efficitur. U. F.

1 ☞ Substitutio compendiosa dicitur illa que fit per verbū quādocunq̧, ⁊ similia.
2 Uerbum substituo, est verbum commune.
3 Substitutio vulgaris non potest in codicillis directo reuocari: qꝛ hereditas non potest in codicillis directo dari vel adimi, fallit in fideicommisso.
Substitutio vulgaris expirat p̱ aditionē hereditatis paterne.
4 Substitutio fideicōmissaria cōpendiosa, q̄ post immixtionē paterne hereditatis erat mansura, an possit in codicillis reuocari.
5 Fideicōmissa possunt etiam nuda volūtate adimi seu reuocari.
6 Fideicommissum qualiter ⁊ ex quibus verbis induci dicatur.
7 Uerba ista volo: rogo: precor: cupio, credo te restiturum, scio te daturum, ⁊ similia, inducunt fideicommissum.
8 Ad fideicommissum inducēdum an sufficiat sola mens ⁊ voluntas testantis.
9 Fideicommissum tolli ⁊ adimi potest quibuscunq̧ verbis, non solum dispositiuis, sed etiam quandocunq̧ enuntiatiuis, ⁊ quomodocunq̧ probari possit voluntas testatoris, vel de ea constet quod illud voluerit reuocari.
Fideicommissum quo casu inter testatorem ⁊ fideicommissariū sublatum vel reuocatum esse presumatur.

¶ De codicil. Consi. xiij.

1 SUbstitutio, †quā, anno incarnationis dñice. M. cccclxviij. ⁊ die. xxiij. mēsis Februarij, fecisse legitur nobilis ⁊ potēs quondam vir Michael Buxi dominus Castri de clemensana, nobilibus Joanni ⁊ Francisco eius filijs naturalibus ⁊ legitimis: de nobili ⁊ potente scutifero Antonio Buxi do. Abbaroni suo fratre, sub ea scʒ cōditione, si ambo dicti eius filij quādocunq̧ sine heredibus ex suis corporibus legitime procreatis ab humanis decederēt, fuit cōpendiosa, vt ex tenore illius manifeste colligitur: iunctis his que habētur ⁊ scribuntur in. l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs sub. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pup. in. c. raynutius. ⁊. c. raynaldus. de testa. ⁊
2 in. c. si pater. eod. tit. in. vj. que propterea cum facta fuerit. †per verbū substituo, quod est cōe. l. iam hoc iure. in princ. versi. sed si alter. ff. de vulg. pup. qđ etiā voluit Jo. an. in. d. c. si pater. Oldr. consi. cvij. exordiente, Circa ius municipale. vers. circa secūdam questionē. Bart. in. d. l. centurio. Phil. de Franc. in. d. c. si pater. vers. secunda regula est qđ omne verbū ⁊c. ⁊ alij in alijs locis, cōtinebat ad minus non solū fideicommissariam substitutionē, de qua nemo querit: sed etiam vulgarē: vt voluit glo. ⁊ doct. in. d. l. precibus idem voluit Bar. in alle. l. centurio. in. iij. q. princ. vers. quero vtrū substitutio cōpendiosa. Jo. Pet. ferra. in sua practica, ti. j. libello, qñ agitur ex substitutione. in glo. super verbo cōpendiose. versi. amplius queritur an hec cōpendiosa substitutio
3 facta per verbum cōe, ⁊ alij in alijs locis. †Et hec vulgaris substitutio nō potuit postea per ipsum nobilē Michaelē in codicillis directo reuocari: qꝛ in codicillis nō pōt directo dari vel adimi hereditas. l. hereditatem. ⁊ qđ ibi glo. ⁊ doct. C. de codicil. ⁊ de hoc sunt iura multa. Sed qꝛ post mortē dicti quondam nobilis Michaelis testatoris dicti Joānes ⁊ Franciscus eius filij, per eū vniuersales heredes instituti, se paterne hēditati immiscuerunt, ⁊ illius heredes extiterūt, dicta vulgaris substitutio expirauit. d. l. precibus. ⁊. l. post aditā. C. de impub. ⁊ alijs substit. ⁊ sic disputare nō oportet an huiuscemodi vulgaris substitutio potuerit vel non potuerit in codicillis per ipsum quondā nobilem
4 Michaelē conditis reuocari: †sed solū videndū est, an substitutio fideicōmissaria, que post immixtionē paterne hēditatis erat remansura, potuerit in dictis codicillis reuocari: ⁊ post reuocationē illius nobiles Charleta ⁊ Joāna filie p̄dicti testatoris eisdem Joanni ⁊ Francisco heredibus institutis substitui. ¶ Ad qđ dico breuiter ⁊ succincte quod sic. l. si quis ita. §. non solū. ff. de adimen. leg. in. l. si iure. ff. de lega. iij. vbi probatur fideicommissa
5 adimi seu reuocari posse etiā nuda volnutate. †Hoc etiā probatur in. d. l. hereditatē. vbi habeť qđ, licet in codicillis non possit directo dari vel adimi hereditas: potest tamen ⁊ adiri ⁊ adimi per fideicōmissuz. Et ita potuit in dictis codicillis reuocari illa fideicōmissaria substitutio, per quā inuitatus substitutus extiterat dictus nobilis Ant. ⁊ in ipsis codicillis potuerūt in hoc fideicōmisso substitui dicte nobiles Joāna ⁊ Charleta: pro quo fa
6 cit qꝛ regula est in materia fideicōmissorū, †quod ex quibuscūq̧ verbis non solū dispositiuis, sed etiā quādocunq̧ enūtiatiuis: ⁊ quomodocūq̧ probari possit volūtas testatoris, vel de illa constet, induciť fideicōmissum. l. cum proponebať. l. vnū ex familia. §. si. ⁊ qđ ibi Bar. ff. de lega. ij. vbi ex verbis mariti vxorē heredē instituētis, quibus ita cauerat nō dubitare se quecūq̧ vxor eius heres instituta cepisset liberis suis redditurā, inducitur fideicommissum. Idē probatur in. l. pāphylo. ff. de leg. iij. vbi ex verbis patroni liberto suo certa bona relinquentis, quibus cauit se scire omnia que eidē Pamphylo relinquebat ad filios sui ipsius testatoris peruētura: cum affectionē eiusdē Pāphyli circa eos bene perspectā haberet, inducitur fideicōmissum: probatur etiā in. l. etiā hoc modo. ⁊ in. l. ⁊ eo modo. ff. de leg. j. in quibus proba
7 tur †qđ per ista verba, rogo vt des, cupio, credo te restiturū, scio te daturū, ⁊ similia verba inducitur fideicōmissum: ⁊ idē in. l. codicillis. §. mater. ff. de leg. ij. vbi per illa verba, habes filios sororum tuarū quibus relinques: per que verba inducitur fideicommissum: ad idē facit tex. in. l. fideicōmissa. §. hec verba. ff. de lega. iij. vbi per illa verba, te fili rogo vt predia que ad te peruenerint pro tua diligētia diligas: ⁊ curam eorū agas, vt possint ad filios
8 tuos peruenire: vbi inducitur fideicōmissuz. †Et ad inducendū fideicōmissum sufficit sola mens testātis seu disponentis. l. cum proponebatur. ff. de leg. ij. ⁊ qđ scribūt multi in. l. vel singulis. ff. de vulg. ⁊ pup. que si procedant in inducendo fideicōmissum: ergo ⁊ in adimendo, seu reuocando, vt scilicet tolli ⁊ adimi possit quibuscūq̧ verbis: ⁊ non solū dispositiuis: sed etiā quandocunq̧ enuntiatiuis, ⁊ quomodocūq̧ probari possit de voluntate testatoris, vel de illa cōstet qđ voluerit fideicōmissuz hmōi reuocare. Et hoc bene probatur in. d. l. si iure. ⁊. l. si quis ita. §. non solū. vbi probatur fideicōmissum adimi posse nuda voluntate, etiam sine
9 verbis, †vtputa propter superuenientes capitales inimicitias inter testatorē ⁊ fideicommissariū, facit ad predicta capi. primū. de reg. iuris. cum suis concord. Cum igitur dictus quondā nobilis Michael in suis codicillis, ⁊ sub presentia sufficientis testium numeri expresse reuocauerit dictā substitutionem, que vt dixi non potuit post immixtionē seu aditionem paterne hereditatis valere nisi iure fideicommissi: existimo quod illa valuerit ⁊ valeat, ⁊ quod de hoc non sit dubium. Et supposito quod illa nō valuisset: ⁊ quod propterea substitutio facta de dicto nobili Antonio valida remansisset, superesset difficultas, an in vim illius possit dicta domina petere dictum vniuersale fideicommissum: pro eo qꝛ licet dicti Joannes ⁊ Frāciscus sine liberis decesserint superstite eodem nobili Antonio: forte tamen erit difficile probare quod ipse agnouerit dictum fideicommissum: ⁊ ita erit difficultas an illud transiuisset ad heredem: de quo scio esse disputatum, ⁊ varie scriptum. Sed super hoc non puto insistendum, propterea que superius dixi. Que omnia dixerim sub ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Si res per exemptum a solutione vectigalis vendantur non exempto, incipiunt esse tributarie ⁊ vectigali submisse. U. F.

1 ☞ Rem suam vendens, ⁊ pro ea pretium vel fidem de eo recipiens, consequenter ⁊ illius dominium amittit, vt ipsius venditoris esse dici nequeat.
2 Immunitas alicui concessa de nō soluendis pedagijs nō extenditur ad res venditas vel alienatas ab illis, quibus talis immunitas est indulta.

¶ De vectigalib. ⁊ commis. Consi. xiiij.

SUpposita veritate casus mihi traditi parte honorabilis viri Laurētij rosseti, collectoris seu rēderij vectigalis seu pedagij, qđ illustris do. princeps Auraice percipit ⁊ percipere cōsueuit de omnibus ⁊ quibuscunq̧ mercantijs, que extrahūtur seu portātur extra territoriū
1 Moledonis: †dico ⁊ respondeo qđ si contingat merces seu mercantiā eius vendi etiā per homines vel incolas ⁊ habitatores dicti loci Moledonis: ⁊ illas in ipso loco vel territorio expediri

vel tradi emptoribus pretio soluto, vel fide habita de eodem, dominium mercis seu mercantiarũ huiusmodi transfertur in emptores, si earũ venditores erant dñi. Et ita per venditionẽ ⁊ traditionem hmõi desinunt ipsi venditores esse dñi earundẽ mercium. l. traditionibus. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doc. C. de pac. ⁊ §. per traditionẽ. ⁊ §. vẽdite. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. insti. de re. diui. Quo fit vt quãuis homines ⁊ incole dicti loci Moledonis dicantur habere immunitatem, ⁊ esse franci ⁊ immunes a dicto vectigali, seu solutione vectigalis pro rebus eorũ proprijs portandis extra territoriũ dicti loci: tñ de rebus per eosdem venditis ⁊ traditis emptoribus pretio soluto, vel fide habita de eodem: si ille postea extrahantur vel portẽtur extra territoriũ dicti loci, debetur vectigal seu pedagiũ: q2 vt dixi ille ante factã extractionẽ desierũt esse mercantie hominũ dicti loci: si tñ ille vendite extiterint ex-
2 traneo. † Et sic nos non sumus in terminis immunitatis hominibus ⁊ incolis dicti loci cõcesse, que vt audio loquitur de rebus proprijs predictorũ hominum ⁊ incolarũ: ⁊ cum in hoc casu non sibi vendicẽt locũ verba dicte cõcessionis immunitatis: ergo nec ipsa concessio immunitatis. l. iiij. §. toties. ff. de dam. inf. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quot. ⁊ esti. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. si seruũ quis. §. non dixit pretor. ff. de acquir. hered. l. ita autem. ff. de admin. ⁊ c. indẽnitatibus. §. pen. de elect. in. vj. ⁊ q̃ ponit Pau. de cast. in consi. iiij. ⁊ Roma. consi. cccclxij. exordiente, Ut decisionẽ accipiat presens cõsultatio. ⁊ consi. cccclxij. exordiente, Quoad propositam consultationem: ⁊ alij in alijs locis, quos non refero: cũ iste casus, nisi aliud proponeretur, non mihi videatur habere difficultatem.

¶ Argumentum.

¶ Prohibitio alienationis cum causa, q̃ feudũ in familia ⁊ cognomine remaneat, valet. Quod si alienetur in prohibitionẽ huiusmodi ignorantem, refusis ei sumptibus necessarijs ⁊ vtilibus in re feudali factis, per proximiores de familia alienatio reuocatur, nisi prescriptio vel alia iusta causa obstiterit. A. F.

1 ¶ Per cessionem feudalem ⁊ inuestiturã queritur vassallo dominium vtile rei in feudum concesse.
2 Princeps an possit sine causa per suũ rescriptũ auferre alicui dominiũ directũ, aut vassallo dominiũ vtile seu rem feudalem.
3 Uassallo non potest auferri feudum nisi causa cognita, ⁊ eo conuicto de altera ex culpis ob quas feudum aufertur.
4 Princeps debet seruare pacta ⁊ conuentiones suas: quod si non facit, videtur esse casus fortuitus.
5 Feudum de sui natura non aufertur nisi cum cause cognitione: quia est quidam contractus vltro citroq; obligatorius.
6 Principem carere omnium commercio absurdum esset: ⁊ inter maiores penas habetur cum hominibus conuersari ⁊ eorum nihilominus commercio priuari, quod non decet principem.
7 Imperator an nulla causa suadente possit alicui auferre dominium.
8 Contractus feudalis nõ est donatorius: nihilominus nõ debet princeps illi contrauenire: cum sit vltro citroq; obligatorius.
9 Res acquisita instrumẽto iuris ciuilis, puta per prescriptionẽ, vsucapionem ⁊c. an possit per principem auferri iure ciuili.
10 Dominium vtile est de iure ciuili quoad nomen, sed de iure gentium quoad effectum.
11 Patientia ⁊ taciturnitas seu tolerantia aliene possessionis an presupponat aut presumi faciat donationem.
12 Uassallus licet infra annum mortuo patre debeat adire dominum feudi, ⁊ inuestituram petere, ne feudũ perdat: tamen si mortuo patre aliquis occupet feudum, ita quod per biennium non petat inuestituram, an ex eo feudum amittat.
Impeditus vti re concessa an teneatur ad pensionem.
13 Uassallus non amittit feudum nisi sit in dolo.
Uassallus nullum ex feudo percipiens commodum an teneatur ad onera feudi.
14 Uassallus non potest regulariter de feudo testari, nisi aliter stet consuetudo.
15 Consuetudo idem operatur quod pactum.
16 Feuda regni Francie hodie de consuetudine generali ad instar patrimonialium vendi ⁊ donari possunt, ⁊ in eis succedunt femine: que consuetudo inoleuit etiam in Delphinatu, ⁊ prouincia prouincie.
17 Argumentũ ex contractib⁹ ad vltimas volũtates an sit validũ.
18 Res hostium, que nunquam fuerunt christianorum, an possint pure donari, vel alias in contractuz deduci, aut legari, vel in testamento relinqui.
19 Dominus potest de re, quam etiam non possidet, libere disponere ⁊ testari.
20 Lex, bene a zenone, diuersimode per Bal. limitatur in proemio decre. quam dicit modico errore rumpendam.
21 Preceptum nudum testatoris, aut nuda prohibitio de re non alienanda an teneant.
22 Fideicommissum quibus verbis aut qualiter induci dicatur.
23 Dispositio conditionalis per euentum conditionis effectum sumere censetur.
24 Familia mortuo testatore duobus casibus vocatur ad fideicommissum.
25 Proximiores semper ad fideicommissum admittuntur.
26 Ignorantia heredis iusta an confirmet alienationem rei relicte per fideicommissum, que subiacet restitutioni.
27 Dominium non potest etiam omni casu in fideicommissarium ante conditionis euentum transire.
28 Genus tantum dicitur operari quoad omnia, quantum species quoad singula.
29 Manumissio ⁊ alienatio in quo differant.
30 Contractus alienationis a principio non valet, vbi a testatore expresse est ista alienatio prohibita.
31 Contractus, qui a principio valuit, difficilius inualidatur, quã conualescat is, qui a principio fuit nullus.
32 Titulus putatiuus nunquam prebet causam prescribendi.
33 Contrauenire facto sui predecessoris nemo potest, sicut nec facto proprio.
34 Res prohibite alienari per testatorem an possint vsucapi, vel prescriptione longi vel longissimi temporis prescribi.
35 In prescriptione longissimi temporis. xxx. vel. xl. an. non requiritur titulus: cuz ex tam longissimi temporis lapsu presumatur bona fides.
36 Res restitutioni subiecta prescribi non potest: quia adueniente conditione resoluitur titulus alienationis.
37 Prescriptio non currit aduersus filium viuente patre.
38 Heres presumitur eam habere scientiam quam defunctus habebat, cum sit eadem persona cum eo.
39 Coniunctus presumit̃ scire iura sanguinis ⁊ processum nature.
40 Prescriptio non currit agere non valenti.
41 Prescriptio longissimi temporis. xxx. vel. xl. an. currit contra ignorantes, negligentes, aut morosos, ⁊ agere nolentes.
Prescriptio interrumpitur ex allegatione iuste ignorantie.
42 Prescriptio. xxx. annorum an currere dicatur sine spe restitutionis.
43 In prescriptione quadragenaria non datur restitutio in integrum ex capite iuste ignorantie.
44 Prescriptio quadragenalis omnẽ prorsus actionem excludit.
45 Sapientum discordia veritatem reddit inuentu difficilem.
46 Appellatione familie veniunt parentes, liberi, omnesq; propinqui tam femine quam masculi.
Appellatione liberorum qui veniant.
47 Mulier dicitur familie sue ⁊ caput ⁊ finis.
48 Statuto disponente q̃ filij masculi excludãt feminas in successione parentum, si testator instituat filios suos heredes vniuersales, an comprehendantur filie.
49 Emens rem scienter restitutioni subiectam non potest eam bona fide possidere.
50 Bone fidei possessori resarciendi sunt sumptus nedum necessarij, vtputa facti in refectione fundi, seu edificij domorum, ⁊ aliorum huiusmodi: sed vtiles.
51 Exceptio compẽsationis, ⁊ exceptio ne quis exigatur vltra quã facere potest, similiter exceptio inuentarij, item collationis faciende possunt opponi etiam post sententiam, ⁊ in illius executione: quia non concernunt merita cause principalis: sed magis respiciunt executionem illius.
52 Bone fidei possessor si opposuit de vtilibus expensis, ⁊ demum contingat illum aut eius heredes conueniri super restitutione fundi seu possessionis: an aduersarius poterit petere illas expẽsas compensari vsq; ad concurrentem quantitatem cum fructibus perceptis per ipsum possessorem, aut percipiendis vsq; ad contestationem litis.

¶ De feudis. Consi. xv.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte nobilis Jacobi faconis multa dubia eliciuntur: quibus sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis respondeo prout infra. Et primo ad primũ. Pro
1 cuius solutione premitto † q̃ per concessionem feudalem ⁊ inuestituram queritur vassallo dominiũ vtile rei in feudum concesse. c. j. §. j. tit. de inuesti. de re aliena facta, ⁊ quod plene not. glo. in. c. j. preterea

¶ preterea, super verbo alienationes ⁊c. ibi ꝙ autē transferatur in vassallum vtile dominiū, ⁊ quod ibi dec. tit. de capi. contra. qḋ etiā voluit Pau. de cast. cons. clvj. exordiente, Viso ⁊ examinato puncto. versi. cōstat enim ꝙ si processit inuestitura, do. Feli. in. c. que in ecclesiarum. vers. demum in hoc secundo membro, ⁊ alij in
2 alijs locis.† Quo fit vt quemadmodū non potest sine causa princeps per suum rescriptū alicui auferre dominiū directum. vt voluit gl. in. l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. publ. Bar. in proemio. ff.orū. glo. ⁊ doct. in. d. c. que in ecclesiarum. glo. ⁊ Panor. in. c. constitutus. de reli. domi. ita nec potest per suum rescriptum ⁊ sine causa auferre vassallo dominiū vtile: ⁊ sic rem feudalē, per id qḋ singulariter voluit Bar. ⁊ post eū Jaco. red. ⁊ Jo. de pla. in. l. quicūq. C. de fun. patri. lib. xj. Pau. de cast. in. d. consi. clvj. Alex. de imo. consi. iij. vers. quarto accedit. ⁊ vers. quinto moueor. in. v. vol. do. Feli. in. d. c. que in ecclesiarum. ⁊ do. Jas. may. in alleg. l. fi. C. si cōtra ius. Cum igitur ille nobilis Joannes, de quo in casu, ponatur impetrasse a rege castrū de quo ibi in feudum tenendum pro se ⁊ suis: nō videtur ꝙ idem princeps potuerit sine causa eidem
3 castrum auferre. Ad quod facit† ꝙ feudum vassallo auferri non pōt nisi causa cognita, ⁊ eo conuicto de altera ex culpis, propter quas feudum aufertur. c. j. ⁊ qḋ ibi docto. de feudo sine culpa non amitt. Et si forte opponat, ꝙ in principe, ⁊ signanter in eo qui in terris suis superiorem nō recognoscit, ⁊ propterea possit in illis quātum potest imperator in imperio: iuxta no. per Bar. in. l. infamē. ff. de publi. iudi. in. l. hostes. ff. de capti. ⁊ postli. reuer. ⁊ tam per eum quā alios in multis alijs locis, presumatur iusta causa. vt not. Cy. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. Jaco. butr. ⁊ doc. in. d. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. Cano. in. d. c. que in ecclesiarum. vbi do. Fel. vers. quinta cōclusio, ponit multas remissiones, de quo etiam do. Jas. in. l. quominus. ff. de flumi. Potest re-
4 sponderi† ꝙ illud est regulare: fallit autē multis casibus: ⁊ inter illos, vt non procedat quando princeps obligatus est in his que sunt de iure naturali: vtputa ex suo cōtractu: alias de facili posset euacuare omnem contractum cum eo firmatum, contra. l. cesar. ⁊. l. princeps, ⁊ qḋ ibi Bal. ff. de pact. ⁊. c. j. de probat. qḋ etiā voluit Panor. in. d. ca. que in ecclesiarū. dicens ex hoc se solitum dicere principē non posse suo vassallo sine cause cognitione au-
5 ferre feudū, † qꝛ in feudo est quidam contractus, in quo vltro citroq; nascitur obligatio. c. de forma. xxij. q. v. c. j. de forma fideli. ⁊. l. liber homo. ff. de verbo. obl. De natura enim feudi est, vt non auferatur nisi cū cause cognitione. d. c. j. de feu. sine cul. nō amitt. Ad quod facit qḋ no. idem Panor. in cle. j. in fi. de probat. vbi dicit se putare, ꝙ si papa per sua verba narratiua vellet quem priuare suo iure, nō posset nisi probata culpa. d. c. j. ⁊ hinc dicit Bal. in. c. j. de natu. feu. ꝙ Fridericus primus, qui fecit commune papie comitē in certis castris, non potest reuocare sine culpa communis. Et dicit Roma. consi. cccliij. exordiente, Spiritus sancti gratia inuocata queritur primo nūquid do. ⁊c. ꝙ in. d. c. j. de nat. feudi. est expressum, contractū feudi inter principē ⁊ eius subditum cui feudū concedit celebratum per imperatorem sine causa dissolui non posse. Cuius dicti rationē assignat: qꝛ si esset in sola principis voluntate cōtractum quē cum subdito facit infringe-
6 re, nullus verisimiliter cum eo contraheret: ⁊ sic hominū cōmercio careret contrahēdo, † qḋ esset absurdum: vt qui princeps est omnium, careat cōmercio omniū. Et vt dicit Bal. cuius fuit hec ratio in. d. l. princeps. esset princeps tanquā exul, qui est omniū presul. Et sumitur hec ratio ſm Roma. in. d. consil. ex. l. quod si minor. §. nō semper. ff. de mino. Ex quo colligitur ꝙ inter maiores penas reputatur, inter homines esse: ⁊ hominū carere commercio. l. his qui sanctā. C. de aposta. Quāuis igitur possit princeps cum causa auferre ius subditi. l. lucius. in princ. ff. de euict. ⁊. l. item si verberatum. post princ. cū si. ff. de rei vend. tamen hoc facere nō potest sine causa, per predicta. Quod etiam not. Inn. ⁊ alij in. d. c. que in ecclesiarum. ⁊ docto. in. d. l. fi. ⁊. l. quoties. C. de preci. impera. offe. Ex quibus infertur, regem alio non apparēte non potuisse dicto Joanni auferre castrum predictum. Nisi forte dicamus ꝙ imo hoc facere potuerit de plenitudine potestatis: cui nihil obuiat vel occurrit, p id qḋ voluit Bal. in proe. feu. Vbi inter cetera dicit ꝙ quando princeps aliquid vult ex certa scientia: nemo potest ei dicere cur ita facis. Et istud fuit dictum Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendū. ver. lxxxix. per tex. in. c. quanuis de peni. dist. iij. ibi. Quis tamen audet dicere deo quare huic pacis. Et dicit Bal. in. c. ecclesia sancte marie. vt lit. pen. ꝙ cum princeps sit causa causarū: nō est de eius potestate inquirendum. Multa ad hoc inducit do. Jas. may. in. l. rescripta. C. de preci. imper. off. Et ꝙ de plenitudine potestatis possit princeps alicui rem suā auferre sine causa, tenet Ange. in. l. itē si verbera-
7 tum. §. item si forte. ff. de rei vend. vbi dicit esse casum, † ꝙ imperator de plenitudine potestatis auferre potest nobis dominium etiam nulla causa suadente: ⁊ subiungit ꝙ qui contrarium dicūt

mentiuntur. Pro quo dicit esse casū in. l. fi. ⁊ in. l. bene a zenone. C. de quadr. prescri. Idem voluit Ang. in. l. iij. §. fi is pro quo. ff. qḋ quisq; iuris. Bal. ⁊ ipse Ang. in. d. l. ij. C. de quadr. prescr. Et hanc opin. sequitur do. Jas. may. in. l. fi. vers. sexto limita. C. si cōtra ius vel vti. publ. Sed contra eū est communior ⁊ rationabilior opinio, ſm Fulg. in. l. fi. C. si cōtra ius vel vti. publi. vbi pro hoc multa inducit: referens se etiā pro hac parte cōsuluisse, quod est verum: scꝫ consil. xx. exordiente, Pro pleniore veritate eius de quo queritur. versi. superest tertius ⁊ nouissimus articulus: ⁊ plenius consi. lxj. exordiēte, Domina Catharina in suo testamento solenni ⁊c. versi. quarto qꝛ rescriptū principis ius alienū prorsus absorbēs ⁊c. Ex cuius dictis aperte colligitur ꝙ hec opinio est cōis. Quam etiā tenuit gl. in. l. quoties. C. de preci. impe. offe. Pro qua etiā consuluit And. Bar. consi. xliij. exordiente, Preclare scribitur ⁊c. versic. preterea ponderet dñs iudicans qꝛ non possit superior sine iusta causa ⁊c. Et Alex. de Imo. consi. j. in. ij. vol. Et qꝛ hec est sententia cōis, non esset tutum ab ea recedere in iudicando ⁊ consulēdo. l. j. ibi: Crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ ꝙ not. Jo. and. ⁊ omnes. in. c. j. de constit. Bart. ⁊ alij in. l. fi. C. de pena iudi. qui male iudi. Forte vero iterū opponetur de eo qḋ not. Ang. in. l. antiochensium. ff. de priuile. creditorum: vbi dicit ꝙ princeps potest sine causa alicui auferre rem quam ipse illi donauit: sed peccat mortaliter, ſm eum. Sed istud
8 dictū, etiā si alias esset verum, nō videretur obstare: † pro eo qꝛ contractus feudalis nō est contractus donationis: sed est contractus vltro citroq; obligatorius. Pro quo allegasse sufficiat Bal. in. c. intelligo. de iureiur. ⁊ contra quem cōtractum non potest princeps venire sine causa: ⁊ vassallo vtile dominiū per eundem quesitū auferre: vt superius dixi. Et eodem modo posset responderi si fortasse dicatur, prout voluit Bal. in. l. fi. C. sent. resc.
9 non poss. ⁊ Ang. in. d. l. lucius. ff. de euictio. scꝫ † ꝙ quanuis princeps mihi sine causa auferre non possit rem de iure ciuili per me acquisitā: illam tñ posset auferre si acquisita extitisset instrumēto seu artificio iuris ciuilis: vtpote per prescriptionē, vsucapionem, vel alio iure, que multa sunt. Quoniā dici posset ꝙ istud nō procederet in dicto casu: in quo scꝫ habuissem causam ex cōtractu inito cum principe volente nunc auferre: ⁊ sic veniente cōtra contractū per eum mecū initum. Preterea sententia Bal. ⁊ Angeli nō est multū secura: qꝛ licet aliqui sint modi ⁊ quidem multi acquirendi dominiū de iure ciuili: quos enumerat gl. magistralis. in. l. j. in prin. ff. de acqui. re. do. aliquos enumerat Ang. in. d. l. lucius. ⁊ de quorum numero est contractus feudalis: tamē dominium semper est de iure gentiū: prout declarat Bal. in. l. j. circa fin. C. de iure aureo. annulo. ⁊ in. d. l. rescripta. Ad qḋ facit qḋ no. Bar. in extrauag. qui sunt rebelles, in verbo rebellādo. versi.
10 itē quero quid de dominio bonorū ⁊c. vbi dicit † ꝙ licet vtile dominiū sit de iure ciuili quoad nomen: tñ effectus est de iure gentium. Et pro hac parte cōtra sententiā Bal. ⁊ Ang. multa inducit do. Jason. in. d. l. fi. ver. septimo singulariter limita ⁊c. ibi, sed male dicit. C. si cōtra ius vel vtili. publi. ⁊ multa plura do. Fel. in d. c. que in ecclesiarum. versic. secundus casus est quando iam est acquisitum dominium auxilio legis. Fateor autem, ⁊ hoc clarū est, ꝙ si dictus nobilis Joānes non seruasset legem contractus, potuisset ipse illustrissimus dñs cōtrauenire. Pro quo allegasse sufficiat scripta per Alex. de imo. in. d. consi. j. vers. ⁊ concludo ꝙ princeps ⁊c. in. ij. vol. sed istud nō esset auferre sine causa: sed cū causa legitima: qꝛ non seruanti fidem ⁊c. per iura vulgaria. Non puto igitur, vt iam dixi, ꝙ regiū mandatum de reducēdo castrū ad cameram dominicalē ab initio de iure valuerit, nisi aliud doceretur. Et hec dico quoad primā partem primi quesiti. ¶ Quo
11 vero ad secūdam pertem eiusdē quesiti, in qua queritur, † an patientia ⁊ taciturnitas seu tolerātia nobilium Joannis actoris, ⁊ Andree eius heredis eisdem nocuerit, respōdeo ⁊ dico mihi videri ꝙ nō. Et quidē non ex capite donationis, quasi tacētes videantur propterea donasse dictū castrum: qꝛ nemo in dubio presumitur suum iactare, vel velle perdere. l. cum de indebito. circa princ. ff. de probat. ⁊ vbi pōt assumi alia presumptio nūquam decurrendū est ad presumptionē donationis. l. si cum aurum. ff. de solu. Quod etiā voluit Ange. consi. xc. exordiēte, Pro parte negatiua ꝙ non audiatur. vers. quādoq; non fit animo donandi ⁊c. ibi, cuꝫ enim aliā causam ꝙ donationis presumere possumus ⁊c. ⁊ alij in alijs locis. Non etiam ex eo capite, qꝛ forte post factā reductionē nō prestiterūt dicti Jo. ⁊ And. ea que pro dicto castro feudali alias prestare tenebātur. Quoniam respōdeo ꝙ qꝛ facto regie maiestatis fuerit eidem Joāni ablatum dictum castrum: ⁊ ad cameram dominialium reductum: ⁊ per eam fuit detentum, excusari debuerunt pro tempore dicti Joannes ⁊ Andreas, si aliud legitimum non suberat: per id quod habetur in. l. forma. §. si cum ego. ff. de censi. ⁊ qḋ no. Bal. de cu. ⁊ post eum Bal. in. l. so-
12 lennibus. C. de rei vendi. vbi voluit † ꝙ, licet vassallus debeat in-

tra annum mortuo parte adire dominum feudi, petendo ab eo inuestituram: alias perdit feudu3: vt habetur in feudis. tit. que sit prima cau. benefi. amit. cap. vnico: tamen si mortuo patre meo tu incipias possidere feudũ: τ q2 nolui ti restituere steti per biennium ꝙ non petij inuestituram a dño: nec prestiti iuramentum fidelitatis, nõ amisi feudũ. per. d. §. si ego. Et idem voluit Alex. de imo consil. lxxi. exordiente, Uideretur prima consideratione dicendum ⁊c. vbi voluit, ꝙ vassalli de quibus ibi non ceciderunt a iure suo propter non solutum canonem: postquã hoc processerat facto dñi, qui minus iuste feudum alteri consignauerat: pro quo allegat. l. in executione. §. si. ff. de verb. obli. l. iure ciuili. ff. de condi. τ demon. τ not. Bul. de cu. τ Bal. in. d. l. solennibus. Et idẽ voluit Ang. consilio. cxcij. exordiente, In themate predicto iam cõsului ⁊c. versi. super quinto si cessauit in solutiõe ⁊c. qui loquẽs de emphyteuta, qui in solutione canonis cessauerat, dicit ꝙ si nõ possederat rem emphyteuticam, non ceciderat a iure suo: q2 ƀm eum non dicitur cessare qui nũquam possidet: τ subiungit ꝙ dñs tenetur curare ꝙ emphyteuta, colonus, inquilinus, aut ad libellum tenens vti possit re cõcessa: τ ꝙ aliter pẽsio sibi non debetur l. ex conducto. §. sed si ager. ff. loca. Dicit etiã Bal. in. d. l. solẽni-
13 bus. circa fi. † ꝙ ad hoc vt vassallus amittat feudũ requiritur ꝙ sit in dolo, tit. de probi. feu. alie. per lotha. c. fin. sed vassallus non dicitur fuisse in dolo si non possidendo ⁊c. nõ soluit q2 ex quo nõ habebat commoditatem, nõ tenebatur subire onera feudi. Addo ꝙ si nõ debeat imputari vassallo non possidenti, τ litiganti, si non soluit domino ⁊c. ar. l. quãdiu. C. qui admit. ad bono. possess. multominus, aut saltẽ non plus debet imputari dictis Joanni τ Andree si nõ soluerunt ⁊c. postquã facto regie maiestatis non tenebant castrum. Etiam nec puto ꝙ eisdẽ Joãni τ Andree obstiterit prescriptio, etiam si dictu3 castrũ fuisset penes vel apud cameram per tẽpus alias sufficiens ad prescriptionẽ: cum. d. do minus rex viueret: τ qui sciebat castrum ad alium pertinere: vt pote qui illud dicto Joanni infeudauerat. ¶ Ad ƀm dico τ re-
14 spõdeo † ꝙ vassallus non potest regulariter testari de feudo: nec in feudo attenditur regulariter ordinatio testamẽti: sed natura, pactum, vel cõsuetudo. c. j. in princ. de successio. feudi. τ. c. j. §. donare. tit. qualiter olim feu. pote. alien. cum suis si. Certũ est enim ꝙ consuetudo põt in hoc disponere, τ facere ꝙ vassalli in aliqua patria testantur de rebus feudalibus, qui alias de communi iure fendorũ testari non possent: q2 cõsuetudo specialis in loco derogat generali cõsuetudini feudorum. Quia vt regula iuris dictat: generi per speciẽ derogatur. Ad qõ facit. l. an in totum. C. de edific. priua. l. venditor. §. si constat. ff. cõ. predi. τ. c. aubertus. in princ. de feu. cogni. p que iura hoc voluit Bal. cõsi. cccl xxxiiij. exordiente, Premittendum est ad euidentiam. in. iiij. parte. Et idẽ voluit consi. cxliij. exordiẽte, Quod pro regula in feudis tra-
16 ditur. in princi. pro quo allegat, † ꝙ idem operatur consuetudo qõ pactum. l. nõ impossibile. ff. de pact. τ qõ no. gl. in. l. nec ex pretorio. ff. de reg. iur. C. de decre. decurio. lib. x. in rub. τ. d. c. aubertus. Et cum etiã in feudis dignitatũ transmissio consuetudine roboratur. c. j. §. in feudũ comitatus. de feu. alie. τ si hoc põt consuetudo in regalibus: multofortius, vel saltẽ non minus hoc potest in minoribus. Et hinc dicit Joan. fab. iu auth. ingressi. C. de
16 sacrosan. eccl. † ꝙ feuda regũ franc. hodie de consuetudine tanquam patrimonialia vendi τ donari possunt: τ quod in eis succedant filie in delphinatu: etiam de generali consuetudine sunt bona feudalia redacta ad instar patrimonialiũ: ita vt hodie testentur, τ testari cõsueuerint: prout de allodialibus. Si ergo dictum castrum esset in delphinatu, vel in alia prouincia, in qua vigeret huiusmodi consuetudo: nõ obstetisset eidem nobili Joanni. d. c. j. §. donare. cũ suis si. quo minus potuisset testari de dicto castro. Esset tamẽ aduertendũ ad formam pacti seu facte sibi infeudationis: per id quod habetur in. c. si cui. vers. sermonẽ inuestiture intuentes. tit. de capi. contra. τ. c. j. de duob. frat. a capita. inuesti. cum suis si. Non autẽ existimo eundem quondam Joannem non ideo potuisse disponere aut testari de dicto castro: q2 cum vt dixi mandatũ de reducendo ad camerã dominialiu3, τ reductio ipsa non tenuerint, remãsit penes eum dominium vtile, quod in vim feudalis contractus sibi quesitũ extiterat: de quo videtur, supposita consuetudine de qua supra, potuisse disponere τ testari, sicut videmus ꝙ dominus non possessor rei potest illã vendere, τ cedere actionẽ rei vendica. τ transferre dominium etiam per traditionẽ sine preiudicio possessoris: per id qõ habetur in. l. si fundum. ff. de pac. dota. τ in. l. fi. C. de heredi. vel actio. vendi. τ ꝙ no. Dy. in reg. sine possess. de reg. iur. in. vj. Ang. in. l. hec si. ff. de rei vendi. Pau. de cast. in. l. vnica. C. de inoffic. dona, τ Sali. in. l. j. q. fi. C. de actio. τ obli. τ Rich. de sali. in. l. traditionibus. C. de pact. τ alij in alijs locis: qui omnes supponentes actionem rei vendi. fieri posse per cedentem: querunt an per talem cessionem queratur cessionario dominiũ vtile: in quo articulo dicere solẽt Dyn. Ang. Pau. de ca. Sali. τ alij magis communiter, ꝙ non: quãuis Richar. in. d. l. traditionibus. senserit contrarium. Limitando tamen dictum Dy. τ sequacium. dicit Sali. in. d. l. j. q. fi. ꝙ in casibus, in quibus dominium potest in aliũ trãsferri sine traditione vel possessionis apprehẽsione ex cessione rei vendica. trãsit vtile dominium: vt in ecclesia τ ciuitate. l. fi. C. de sacrosan. eccle. τ in legato. l. j. τ. ij. C. cõ. de lega. τ in alijs casibus per eum allegatis. Si igitur dñs non possessor possit alteri cedere rei vendicationem, τ sic disponere de re quam non possidet: puto etiã ꝙ de ea testari
17 possit. † Arguendo ex cõtractibus ad vltimas volũtates, quod fieri potest, τ ecõtra. l. seruu3 filij. §. eum qui chirographum. τ qõ ibi Alex. de imo. τ doc. τ. l. ex legato. ff. de leg. j. τ ꝙ no. Bul. de cu. τ Ang. in. l. pactũ inter heredem. ff. de pac. τ hoc vt dicit Bul. de cu. τ Ang. d. l. pactum inter heredem. procedit regulariter quãdo vtrobiq3 est eadem ratio per omnia. Et in hoc casu non videtur esse dubiũ quin argui possit affirmatiue ex contractibus ad vltimas volũtates: q2 in eis fit plenior interpretatio, q̃ in contractibus. c. cum dilecti. de donat. τ regula, in testamentis. ff. de
18 reg. iur. † Et hinc est ꝙ licet res hostiũ, que nũquam fuerunt christianorũ, nõ videantur posse pure donari: vel alias in cõtractum deduci. l. liber homo. la. j. ff. de verbo. obl. τ. c. abbate. §. allegabat, arguẽdo a contrario sensu. de re iudi. in. vj. ille tamen possunt legari, vel in testamẽto relinqui. l. id quod apud hostes. l. si seruus ab hostibus. τ. l. ab omnibus. §. etiam. ff. de leg. j. τ ꝙ no. doc. in. d. l. liber homo. Quãuis igitur dictum castrum non possideretur per dictum quondam Joannem tempore per eum conditi testamẽti, nec in manibus ipsius existeret: puto tamẽ ꝙ de illo testari potuerit: cum illius dñs saltem vtilis existeret. Non obstat. d. §. allegabatur, q2 ƀm Bar. τ doc. cõmuniter. in. d. l. liber homo, ille. §. loquitur in re que nũquam fuerit fidelium. Qui sentiunt ꝙ si aliquando fuisset fidelium potuisset pure donari propter spem
11 noue sobolis. d. l. si vnq̃. ¶ †Illud autem est indubitatū ꝛ hoc fatentur cōmuniter omnes scribentes ꝙ dicta donatio fieri nō potuit in preiudicium dicte filie postea nate quo ad suam legitimam, que est triens: si ea vnica superstite patrem mori cōtingat iuxta ea que habētur in aut. de trien. ꝛ semis. §. j. ꝛ transumptiue in aut. nouissima. C. de inoff. testa. ꝛ sic sine dubio poterit ex hoc capite per dictam filiam, si superfuerit, vsq ad dictum trientē reuocari ex capite inofficiositatis. Vtrū autem, supposito citra preiudicium veritatis qḋ iuxta primam sententiā nō fuisset donatio predicta reuocata propter natiuitatē noue sobolis, poterit saltem per dictam filiam si superfuerit insolidū reuocari ex capite inofficiositatis, quasi inofficiosa extiterit re ꝛ consilio: et facta fuerit extraneo: non respondeo pro nunc, donec aliter intellexero valorem bonorū donatorū, ꝛ illorum paternorum ꝛ maternorū, que sibi reseruasse dicitur idem Silletus.

¶ Argumentum.

¶ Qui substituere omisit in testamento, potest id codicillis efficere per fideicommissum: cuius virtute si fideicommissari⁹ propria autoritate bona occupauerit, ex iam nacta vel nō nacta per heredem possessione, amittet vel non amittet ius quod habet. V. F.

1 ¶ Hereditas non potest relinqui directe in codicillis, sed bene per obliquum verbis precarijs, seu per fideicommissum.
2 Substitutio reciproca seu breuiloqua licet nō contineat nisi directas substitutiones: fallit tū quando fuit facta in codicillis: ꝛ quādo non est facta simpliciter, sed cū admixtione compendiose substitutionis: qꝛ tunc fideicōmissariam comprehendit.
3 Fideicommissaria substitutio quando ꝛ quo casu locum habere dicatur.
4 Legitima si sunt duo liberi, aut infra, quomodo cōputatur: et quando sunt plures vel pauciores.
5 Frater predicator an possit ipse, vel ex ipsius persona eius conuentus facere partem in legitima de bonis patris defuncti. Fratres predicatores an sint capaces successionum hereditariarum.
6 Fideicōmissi an inducatur remissio per diuisionem: ꝛ an in restitutione fideicommissi veniant solum bona quesita iudicio testatoris.
7 Per fideicommissum succeditur testatori grauanti, non heredi grauato.
8 Fideicommissarius nullum ius habet in hereditate imo forti⁹ non pōt agere contra debitores hereditarios ante restitutionē.
9 Fideicommissarius, qui propria autoritate apprehendit possessionem bonorum restitutioni subiacentium, dicitur vitiose possidere.
10 Liberis nō pōt prohiberi detractio legitime seu trebellianice de illis q̃ immediate ex paterna successione ad illos perueniūt.
11 Fructus percepti an ꝛ quo casu veniat in restitutione fideicō.
12 Fructus quos filia de patris defuncti substantia percepit an ꝛ quando computentur in legitimam aut trebellianicam.
13 Filius grauatus fideicommisso an trāsmittat ad suos heredes illas duas quartas quas detrahit ipso sine liberis decedente.
14 Incōmoda illum sequi naturale est eius rei cuius cōmoda eum dem sequuntur. Commoda qui sentit iungat onus emolumentis.
15 Expense facte in reparationem rei sub cōditione legate repeti possunt a legatario rei valore inspecto.
16 Legatorū nomine possessa ad heredes redigi debent: ꝛ hoc interdicto quorum legatorum: etiam nulla opposita exceptione.
17 Fideicommissarius propria autoritate occupans ꝛ apprehendens fideicommissum an ius perdat qḋ habet in eo.
18 Dos si est in pecunia infra quantum tempus debeat restitui, et an semper

an semper solui debeat soluto matrimonio.
19 Fideicommisso an ⁊ quando censeatur renuntiatum per simpli-
cem bonorum diuisionem.
20 Fideicommissum an possit remitti,⁊ an eius remissio sit fauorabi
lis vel odiosa.

¶ De fideicommis. Consi.xxi.



Thema consultationis
tale est. Honorabilis quondã vir Stephanus ca
pellani, quondã pistor.⁊ burgensis loci de burgo,
habẽs duos filios naturales ⁊ legitimos.s. Clau-
dium ⁊ Philippũ: quorũ vnus erat notarius .s.
dictus Philippus: alius.s. dictus Claudius erat ⁊ est pistor: fe-
cit ⁊ condidit eius vltimũ ⁊ nũcupatiuũ testamentũ: in quo inter
cetera eos heredes vniuersales instituit: ⁊ suo proprio ore nomi-
nauit. nulla inibi vt audio facta substitutione. Deinde vero.s. an-
no domini. M.cccc.xcvj,⁊ de mense decembris, fecit ⁊ condidit co
dicillos: in quibus inter cetera dictos eius filios inuicem breuilo
que seu reciproce sub verborũ sequẽtiũ tenore substituit. Itez ma
gis vult ⁊ ordinat idẽ Stephanus capellani codicillator, quod ca
su quo alter predictorũ Claudij ⁊ Philippi capellani eius filio-
rum ⁊ heredũ decederet ab humanis sine liberis naturalibus et
legitimis ⁊ ex legitimo matrimonio procreatis vno vel pluribus
alter ipsorũ superuiuẽs succedere debeat: ⁊ quẽ casu predicto ad-
ueniente substituit: sub tamẽ pacto ⁊ conditione, ꝙ debeant con-
stitui ⁊ dari dotes filie seu filiabus alterius ipsorũ sic sine liberis
masculis decedentis, si tamẽ locus eueniat, sufficientes secunduz
statũ ⁊ facultatem dicti Stephaneti capellani codicillatoris.
¶ Post hec p̄fatus Stephanetus permanẽs in voluntate predi
cta vita functus est: ⁊ ab humanis decessit, superstitib⁹ dictis ei⁹
filijs: qui eo vita functo bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscue-
runt: ⁊ bona paterna cõmuniter ⁊ pro indiuiso tenuerunt ⁊ posse-
derunt certo tempore. Postea vero illa diuiserunt, ac separatim
⁊ seorsum habitarunt,⁊ sua negotia gesserũt. Postremo vita fun
ctus est,⁊ ab humanis sine liberis masculis decessit dictus magi
ster Philippus: sibi tamen superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus
vnica filia naturali ⁊ legitima,⁊ dicto Claudio ei⁹ fratre sibi sub-
stituto: qui eodẽ magistro Philippo vita functo sua propria au-
toritate se intrusit in bonis ⁊ rebus dicti quõdã magistri Philip
pi: ⁊ ea vt dicitur inuasit,⁊ occupauit ea pro posse prorsus ⁊ omni
no appropriando. Ex quibus eliciuntur dubia sequentia. ¶ Pri-
mo queritur, an substitutio predicta valuerit: ⁊ an illi fuerit ⁊ sit
locus ¶ Secundo supposito ꝙ dicta substitutio valuerit,⁊ ꝙ illi
sit locus queritur quid aut quantum possit de bonis dicti quõdã
magistri Philippi detrahere ⁊ retinere dicta eius filia. ¶ Ter-
tio, an in restitutione hereditatis, seu vniuersalis fideicommissi:
vel in ipso fideicommisso dicto Claudio relicto comprehendant
⁊ veniant etiã bona acquisita per dictũ quõdã magistrũ Philip-
pum. ¶ Quarto, an dictus Claudi⁹ de iure sua autoritate,⁊ nul-
la sibi facta restitutione dicti vniuersalis fideicõmissi, dicta bona
inuadere,⁊ sua propria autoritate occupare potuerit: ⁊ an ꝓpter
ea perdiderit ius suum. ¶ Ad que respõdeo breuiter ⁊ succincte
1 ꝓut infra.† Et primo ad primũ: ꝙ lz hereditas nõ possit directo
dari vel adimi in codicillis: hoc tñ fieri põt verbis p̄carijs, seu ꝑ
obliquũ ⁊ ꝑ fideicõmissuz.l. hereditatẽ.C. de codicillis. Quo fit vt
in dictis eius codicillis potuerit prefatus quõdã Stephanetus
dictos eius filios inuicem per fideicõmissum substituere: primo
2 scz decedẽti sine liberis masculis superstitem.† Quãuis enim re
ciproca seu breuiloqua substitutio non contineat regulariter nisi
directas substitutiones: vt voluit Dy.in.l. qui plures.ff. de vulg.
⁊ pupil.⁊ ꝓbatur in.l. iã hoc iure.ff.eo.ti. qđ etiã voluit Bar.in l.
lucius.ver. vtrũ substitutio facta per hec verba ⁊c.ff.eo.titu. hec
tamẽ regula fallit qñ substõ breuiloqua fuit facta in codicillis.l.
sceuola, ver. qđ si inuicẽ ⁊c.ff.ad trebel. fallit etiam qñ substitutio
breuiloqua nõ est facta simpliciter, sed cũ admistione cõpendiose
substitutionis: q2 isto casu etiã cõprehendit fideicõmissariaz sub-
stitutionẽ: vt voluit Bar.in.d.l. lucius.ver. vtrũ substitutio facta
per hec verba: ibi, Non obstat qđ diximus in materia compendio
se ⁊c. Idem voluit Alex. de Imo. multos inducẽs in.l.ij.C. de im
pu.⁊ alijs sub.⁊ do. Jason may.in.l. in testamẽto, col.xij. vel circa.
C. de mili. testa. Non est igitur dubium quin substitutio predicta
3 fieri potuerit in dictis codicillis,† ⁊ quin valuerit iure fideicom-
missarie substitutionis: cui solet esse locus post aditionem heredita
tis factã per heredem grauatuz, si postea eueniat cõditio sub qua
grauatus extitit. Et q2 dictus magister Philippus vita funct⁹
est,⁊ ab humanis decessit superstite vnica filia: ⁊ sic sine liberis ma
sculis. Fuit ⁊ est locus dicte substitutioni: ⁊ istud non habet dubiũ.
Nec facit ad factũ ꝙ dictus Claudius nõ habeat liberos, mascu-
los: nec fortasse sit in spe illos procreandi. sed solum habeat filias
q2 istud nõ est in consideratione: sed soluz consideratur ꝙ dictus
quondam magister Philippus ab humanis decesserit sine libe-
ris masculis: ⁊ superstite dicto Claudio substituto qui est de libe
4 ris testatoris. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo † ꝙ cum dict⁹
quondam Magister Philippus censeatur ⁊ fuerit grauat⁹ nõ
qdẽ pure sz sub ꝯditiõe si sine liberis masculis ab humanis dece
deret ipse potuit ⁊ ex ipsius persona: ⁊ heres eiusdem potest scz
dicta eius filia detrahere duas quartas.s. legitimam ⁊ trebellia-
nicã: iuxta doctrinam quã ponit glo. vbi Bar. Bal.⁊ Ange.⁊ do
cto.in.l. papinianus.§. meminisse.ff. de inoff. test. gl. Bar.⁊ Bal.
Philip. de corneo.⁊ doc.in.l. ꝙꝙ.C.ad.l. fal. Bal.in.l. filiũ quem.
C. famil. ercis. Pro quo sunt boni tex.in.c. Ray.⁊.c. Ray. de test.
que iura ex generali consuetudine obseruantur etiam in foro ci-
uili ⁊ vt dicũt Ang. Jo. de imo.in.l. coheredi.§. cũ filie.ff. de vul.⁊
pupil. ista opinio seruatur ⁊ in iudicijs ⁊ in scholis: ⁊ quã late dis-
putãt ⁊ tenẽt Jo. de imo.⁊ moderni in.l. in ratione.j.§. qđ vulgo.
ff.ad.l. fal. vbi etiam Alex. de imo. col.vj.⁊ duabus sequentibus:
multas remissiones ponit do. Jason may.in aut. res que. col. iij.
C. cõ. de lega.⁊ in.d.l. coheredi.§. cum filie. col.iij.in.l. generaliter.
in prin. in secundo notabili.C. de insti.⁊ substi.in.d.l. filium. quem.
col.iiij.⁊ seq.C. fami. er. Et q2 prefato testatori superfuerunt dicti
duo filij, eorum legitima fuit triens, seu tertia pars bonorũ eius-
dem quondam Stephaneti eorũ.s. que superfuerunt deducto ere
alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien.⁊ semis.§.j. colla.iij.⁊ trãs
sumptiue in auth. nouissima.C. de inoffi. test. iuncta.l. papinian⁹.
§. quarta autem.⁊ sic legitima dicti quondã magistri Philippi
est sexta pars omniũ bonorũ predictorũ, seu tertia pars illius bo
norũ medietatis que prouenit ad dictũ quondã magistrũ Phi-
lippũ,⁊ hec tertia pars primo deducẽda est siue detrahẽda de di-
cta medietate: ⁊ deinde: de eo qđ supererit detrahẽda est trebel-
lianica, que est quarta pars ipsius residui: iuxta theoricã quã po
nit gl.in.d.c. raynal. super verbo licet totas, Bald.in.l. scimus. in
prin. in fi. prime regu.C. de inoff. test.⁊ in.l. si vero.§. quid ergo.ff.
de test. mili. Ang. consi.cxcix. exordiente, magnificus miles do-
minus Gulielmus ⁊c. col.ij.ver. quarto premitto ꝙ ex quo dictũ
fideicõmissum nõ fuit purũ ⁊c. Jo. de imo.in.d.l. coheredi.§. cum
filie. col.ij.ver.⁊ est notãdũ ꝙ legitima ⁊ trebel.⁊ sic tertia ⁊ quar
ta nõ respiciũt ad totũ patrimoniũ ⁊c. Et Frã. de cur. cõsi.lxxv.
exordiente dominus Ludouicus rotharius ⁊c. col.iiij.⁊ iste due
quarte si opportuna fiat cõputatio ascẽdũt ad dimidiã partem il
lius dimidie partis, que ex paterna successione ad eundem quõ-
dã magistrũ Philipũ peruenerat. Et hec ꝓculdubio essent ve-
ra, nisi dicto quondã Stephaneto superfuisset etiã alius fili⁹ qui
5 erat frater predicator.† Occasione cuius queri potest an ipse,
seu verius ex ipsius persona eius cõuentus fecerit partẽ in legi-
tima: pro eo quia multi sunt dicentes ꝙ fratres predicatores in
cõi nõ sunt incapaces ex regula, sed ex cõstitutionibus ordinis: ⁊
ꝙ ꝓpterea potuerũt de gñali consuetudine discedere a dictis cõ
stitutionibus,⁊ redire ad regulã. Super quo tamen nõ insisto, cũ
nõ sim plene informatus quid actũ extiterit quoad illum fratrẽ.
6 ¶ † Ad tertiũ dico ⁊ rñdeo qđ nõ,⁊ qđ solũ cõprehenduntur et
veniunt in fideicõmisso hmõi ad ea que ad dictũ quõdã magistrũ
Philippũ ex paterna successiõe peruenerãt, nõ illa que aliunde
7 acquisiuit.† Quia ꝑ fideicõmissum succedit testatori grauãti seu
substituenti ⁊ nõ heredi grauato .d.l. coheredi.§. cũ filie,⁊ qđ ibi
doc. Et sic in bonis aliũde acquisitis nullum ius pretendere po-
test ipse Claudius ex capite dicte substitutionis. ¶ Ad quartũ
8 dico ⁊ respondeo † ꝙ substitutio per fideicõmissuz nullũ ius com
petit in bonis hereditarijs ante sibi factam restitutionem here-
ditatis saltem verbo per heredem grauatum, aut heredẽ illius
l. restituta. in prin.⁊ qđ ibi doct. precipue Pau. de cast.ff.ad treb.
vbi colligit idẽ Pau. qđ ad hoc vt fideicõmissarius ius habeat
in hereditate requiritur restitutio: ⁊ ꝙ prius nullũ ius habet: nec
posset agere cõtra debitores hereditarios, vt colligit ex.l. here-
ditas.ff.ad treb.⁊ subiũgit Pau. de ca. qđ ꝑ hoc fecit alias irrita-
ri quẽdam ꝓcessum: pro eo q2 fideicõmissarius cui post mortẽ he
redis relicta erat hereditas mortuo herede statim dixit se adire
hereditatẽ illius defuncti,⁊ fecit se immitti in tenutã bonoruz ac
si esset directo institutus: ⁊ in hoc errare dicit vidisse plures pro
curatores tã florẽ. qđ bononie. Dicit etiã qđ ista erãt inepte fa
cta: q2 ad eũ non spectat adire ꝓ eo q2 iã adita erat per heredem
nec poterat capere tenutã nisi facta restitutione per heredem he
redis ad quẽ hoc pertinebat.l. Quis.§.j.ff.ad treb. Dicit etiam
Alex. de imo.in.l. filiã fratribus.ff.ad trebel. ꝯsi.xxxij. exordiẽte,
9 viso processu cause, col.ij. versi. preterea. in tertio vol.† ꝙ si fidei-
cõmissarius sua ꝓpria autoritate apprehendat tenutã seu posses
sionẽ bonorũ restitutioni subiacentiũ ipse dicit vitiose possidere
q2 hoc sibi facere non licuit: qđ maxime ꝓcedit ⁊ ꝓcedere debet
in casu de quo queritur: attẽto (vt dixi) ꝙ bona aliũde per dictũ

quõdã magistrũ Philippũ acquisita pertinẽt eius filie insolidũ. De alijs vero, hoc est de illis q̃ immediate ex paterna successione ad eũ peruenerãt, poterat ꝛ pōt detrahere dictas duas quartas,
10 nõ obstãte quacũ ꝓ substitutione. † Nõ enĩ fuit ꝓhibita, nec ꝓhiberi potuit detractio legitime. l. omnimodo, ꝛ. l. quũ in prioribus. C. de inof. test. etiã nec potuit ꝓhiberi detractio trebellianice: cũ dictus quõdã magister Philippus esset de liberis primi gradus. Ut voluit Bal. ꝛ etiã Salice. in. l. iubemus. C. ad trebel. ꝛ Rom. cõsi. ccvj. exordiente, lz de cõi cõsuetudine. ver. nec p̃iudicare decisioni refragatur. Et supposito citra p̃iudiciũ veritatis ꝙ detractio trebellianice ꝓhiberi posset etiã liberis primi gradus, put q̃dam voluerũt: hoc tñ nõ obesset huic pupille, ꝓ eo q: illa nõ reperitur expsse ꝛ nominatim ꝓhibita: sz nec etiã ꝑ v̄ba eq̃pollẽtia: q̃. s. aliud sonare nõ possunt: qđ tñ erat necessariũ, ꝑ id ꝙ no. Ang. in auth. de heredi. ꝛ fal. §. si vero expssim, col. j. Ang. Pau. de ca. in auth. sz cũ testator. C. ad le. fal. Pau. de ca. consi. cl. exord. viso casu ꝛc. in ij. parte. Roma. in repe. aut. similiter, char. pen. vel fi. C. ad le. fal. ꝛ in multis eius cõsilijs ꝛ alij in alijs locis. ¶ Preterea si dictus quõdã Stephanet' in aliquo tenebat eidẽ Philippo ei' quõdã filio, poterat dicta filia ꝑ viã retẽtionis sibi consulere. Ut voluit Bal. in. l. debitori. C. de pactis. Qđ ꝓcederet etiã si dictus quõdã Philippus nõ fecisset inuẽtariũ de dictis bonis. Juxta id qđ ponit Pau. de ca. in. l. ab omnibus. §. fi. ff. de leg. j. Alexã. de Jmo. in lita tñ. §. si ex trebelliano. ff. ad trebel. vbi multos allegat: ꝛ Ang.
11 consi. lxiij. exordiente, nobilis miles ꝛc. ¶ † Preterea audio qđ blada excreta in p̃dijs ꝛ possessionibus, que ꝑ parte dicũtur subiacere restitutioni, erãt iam recollecta tempore mortis dicti quondam magistri Philippi. Quo fit vt ꝛ blada ꝛ palee eidẽ pertinerent, ꝛ hodie pertineant dicte pupille: nec tenebatur aut tenetur illos restituere insolidũ aut ꝑ parte dicto Claudio substitute. l. in fideicõmissariã, in prin. ꝛ qđ ibi glo. ꝛ doc. ff. ad trebel. ꝛ qđ no. Ange. de Jmo. Alex. de Jmo. ꝛ alij scribentes in. l. cẽturio, super ver
12 bo, cũ fructibus inuẽtis. ff. de vulga. ꝛ pupil. † Nec tenetur, de pupilla fructus huiusmodi sibi imputare in legitimã aut trebel. de quib' supra. Et quidẽ nõ in legitimã, q: illã debebat habere dictus quõdã magister Philippus de substantia dicti quondam Stephaneti testatoris. d. l. scimus. §. repletionẽ, ꝛ qđ ibi doct. C. de inoff. testã. qđ etiã voluit Bar. in. l. suus quoq̃, in fine prin. vbi etiã Joan. de Jmo. col. vij. vel circa. ff. de here. insti. Nõ etiã in trebellianicam. l. iubemus, ꝛ qđ ibi Bar. Sali. ꝛ alij. C. ad trebel. quod etiam voluit Ang. cõsi. cxxiiij. exordiente, Jolus domini dalmatij de tuderto
13 ꝛc. col. vlti. ver. ad scđm dico ꝛc. ꝛ sequẽti: vbi dicit † ꝙ filius grauatus de restituendo hereditatem, si decesserit sine liberis, detrahit duas quartas, que faciant dimidiã: quã ad suos heredes trãsmittit. d. l. quanꝙ. C. ad le. fal. Et deinde respondendo ad tertium dicit, ꝙ fructus predicti nõ cõputantur in legitimam, nec in trebel. ꝛ allegat. d. l. iubemus: dicens ꝙ hoc est speciale in filijs: hoc est in liberis primi gradus: vt eis non cõputẽtur in quartam. Hoc etiã voluit Roma. in. d. con. ccvj. ꝛ Bar. in. l. qđ de bonis. §. qđ anus, ver. oppono. C. ad trebel. l. iubemus. ff. ad le. fal. post glos. ibi, ꝛ in d. l. in fideicõmissariã, in prin. vbi dicit esse cõe dictũ, ꝙ filij primi gradus lucrantur fructus, ꝛ illos non computant in quartã. Et quãuis Pau. de ca. ꝛ quidã alij senserint contrarium, dicit tamen Alex. de Jmo. in. d. l. qđ de bonis. §. qđ anus. ꝙ propter autoritatẽ Bal. ꝛ ang. esset difficile obtinere in practica. Puto etiã ꝙ hec opinio Bar. obseruetur in sabaudia. Sunt igitur blada ꝛ palee eidẽ pupille ex integro restituende. Quo vero ad alios fructus, qui nõ erant recollecti tempore mortis dicti quondã Philippi, dico in primis ꝙ dimidia illorum pars spectat eidẽ pupille: ad quã vt dixi spectant bona predicta pro dimidia parte pro dictis duabus quartis. Quo vero ad aliam dimidiam partem fructuũ dico qđ supposito ꝙ illa spectasset ꝛ pertinuisset dicto Claudio substituto: q: tñ vinee ꝛ alie possessiones fuerãt culte ꝛ laborate per dictuz quondã magistrũ Philippũ, ipse tenebatur contribuere in expẽsa facta per ipsum quõdam magistrũ Philippũ: ꝛ hoc suadet ratio ꝙ hec consideratio habeatur circa hos sumptus factos ꝑ fru
14 ctibus vltimi anni. † Quia quẽadmodum illi pro parte cedũt lucro dicti Claudij: ita decet ꝙ pro parte satisfaciat de expẽsis. l. secundũ naturã, cum suis simi. ff. de reg. iur. ꝛ ar. l. domos hereditarias, cũ duabus. ll. sequen. ff. de leg. j. ꝛ. l. vbi pure. §. fi. ff. ad trebel.
15 ¶ † Preterea cũ, vt supponitur in facto, dictus quondam magister Philippus reedificasset seu reparasset quãdam domum subiacentem restitutioni, tenetur ꝛ debet eidẽ Claudius pro sua quota cõtribuere in expẽsa: quatenus scz propter expensam predictã domus ẽst hodie melior ꝛ vtilior: vt verbi gratia. Si domus ante reparationẽ valebat floreñ. cccc. ꝛ pro reparatione fuerũt impẽsi floreni sexcenti: ꝛ propter reparationem domus hodie valeat mille floreñ.: ꝛ sic sit facta domus melior in sexcẽtis flore. dictus claudius debet contribuere pro trecẽtis floreñ. Si vero non esset melior in sexcentis: sed forte solum in quadringentis, deberet contribuere pro ducentis: iuxta ea que habentur in. d. l. domos hereditarias exustas, ꝛ duabus aut tribus sequenti. ꝛ qđ ibi Jaco. de Are. Bar. Bal. Ang. Jo. de Jmo. Alex. de Jmo. ꝛ doc. Nec tenebatur idẽ quõdã Philip. nec hodie tenetur dicta pupilla imputare fructus perceptos in hanc expensam: q: tempore facte perceptionis fructuum bona erant dicti quondã magistri Philippi, ꝛ sic fecit fructus suos: vt voluit gl. in. l. emptor. in prin. ff. de rei ven. Alex. de Jmo. ꝛ doc. in. d. l. domos hereditarias. Bal. An. ꝛ Jo. de imo.
16 in. l. in insulam. §. j. ff. solu. matri. ¶ Propter quod videtur, † qđ bona predicta, ꝛ per dictum Claudiũ sic indebite ꝛ vitiose, quinimo satis inhumaniter contra dictã eius neptem ꝛ pupillam: cuius debuit esse ꝛ debet alter pater: q: patruus, occupata, inuasa, ꝛ detenta debent eidẽ pupille restitui: per id qđ habetur in. l. j. §. redíguntur. ff. quorũ lega. Et si dictus quondam magister Philippus testatus decesserit: consulerem ꝙ dicta pupilla, seu eius tutor imploraret, beneficiũ. l. fi. C. de edic. diui adri. tollen. cui non obstaret contradictio parte dicti Claudij facienda ex capite dicte substitutionis. d. l. filiam fratribus, ꝛ qđ ibi docto. ꝛ qđ notant scri
17 bentes in. d. l. fina. C. de edic. diui adri. tol. † Quo vero ad id, de quo in dicto dubio queritur: an scz dictus Claudius perdiderit ius suũ: dico ꝛ respondeo ꝙ, si fuisset adita hereditas parte dicte Claudie, ꝛ apprehensa possessio bonorũ hereditariorũ, aut aliquorum eorundẽ: ꝛ ipse Claudius postea in illis se intromiserit, vel ea occupauerit, ipse ꝑdidit ius fideicõmissi quoad illa, ꝑ id ꝙ hꝫ l. meminerint. C. vnde vi, ꝛ. l. extat. ff. qđ met. cau. ꝛ qđ voluit Bal in quodã suo cõsi. exordiẽte, missus in possessionẽ vigore legis ꝛc. Bal. in. d. l. fi. col. iij. vel circa. C. de edic. diui adria. tol. Pet. de ancha. cõsi. cclxxi. exordiẽte, In primo dubio queritur, ꝛ cõsi. ccxciij. exordiẽ. videretur prima facie dicendũ. Do. Feli. in. c. prohibita. col. j. ad fi. ꝛ sequẽti, de iudi. ꝛ do. Jason in. l. fi. col. iij. C. de iure delibe. Si vero idẽ Claudius in dictis bonis se intrusisset, ꝛ illa occupasset priusꝙ fuisset apprehensa possessio predictorũ bonorum: ipse nõ videretur perdidisse ius suũ, seu qđ habere pretẽdit in dictis bonis, vel ad ipsa: per id qđ no. doc. in. l. nõ est dubium. C. de
18 lega. ¶ † Quo vero ad dotẽ relicte dicti quõdã magistri Philippi: ꝛ vt puto matris huius pupille, dico ꝛ respondeo ꝙ si illa consistat in pecunia: illa solui debet ꝛ restitui infra annum a tempore mortis dicti quondam magistri Philippi. l. j. §. cum autem in exactione. C. de rei vxo. act. qđ procedit nõ solum si nulla pacta fuerint sup dote reddẽda: sed etiam si fuerint pacta, ꝑ q̃ solutio alias possit vel debeat differri post annũ: verbi gratia: si forte in constitutione dotis fuerit factũ pactũ de danda ꝛ soluenda dote dicto magistro Philippo per plures ꝛ diuersas solutiones annuales: ꝛ ꝙ in casum restitutionis illa deberet restitui ꝛ solui per solutiones ꝛ dilationes, per quas soluta extitisset. q: isto pacto nõ obstãte debet tota dos solui infra annũ mulieri superstiti: ꝛ hoc ne diu impediatur a matrimonio contrahendo. Hoc probatur in. l. atti licin', vbi est tex. singularis: ꝛ qđ ibi Bar. ff. de pac. dota. Qđ etiã voluit Joan. de Jmo. in. l. si socer. §. lucius. ff. solu. matri. Alexã. de Jmo. ꝛ do. Jason may. in. l. de fideicommisso. C. de trãsac. ꝛ bal. nouel. in suo tractatu iuris dotiũ, char. lxxxvj. col. j. ver. item adde ad predicta dum dixi circa pactum de dote soluenda. Est tamẽ aduertendũ an dos predicta fuerit soluta dicto quõdã Stephaneto, vel p̃fato magistro Philippo: q: si eidẽ Stephaneto soluta extitisset, vel insolidum, vel in parte deberet in restitutione huius dotis, vel eius qđ dictus quõdã Stephanetus recepisset contribuere dictus Claudius. Primo pro medietate: pro eo q: pro illa fuit heres eiusdẽ quõdã Stephaneti. l. pacto successor. C. de pac. ꝛ. l. j. cũ suis simili. C. si cer. pet. Secundo pro medietate alterius medietatis: propter fideicõmissum qđ est sibi restituendũ, q: pro illa parte transeunt cõtra eũ actiones: ꝛ si nõ detraherẽt per dicta pupillam nisi quarta trebellianica, transirent actiones pro tribus partibus: per ea q̃ habentur in. l. j. ꝛ. ij. C. ad trebel. Et hec ꝓcedunt, nisi forte in diuisione facta inter fratres dictus quondam magister Philippus aliter ꝛ sic cõuenisset, ꝙ ipse insolidũ teneretur restituere dotẽ: q: istud pactum posset nocere filie. Si vero tota dos fuerit soluta dicto magistro Philippo: tunc diceres ꝙ illa debeat tota restitui, ꝛ solui per pupillam, q̃ est heres dicti quõdam magistri Philippi: nõ aũt per dictum Claudium: q: substitutus ꝑ fideicõmissuz nõ succedit heredi grauato: sz testatori grauanti. d. l. coheredi. §. cũ filie. ver. nec fideicõmisso. ff. de vul. ꝛ pup.
19 ¶ † Et q: superius feci mẽtionem de diuisione facta per dictos magistrũ Philippũ ꝛ Claudiũ, quã nõ vidi, aduertãt egregij viri domini aduocati huius pupille, si tamen de illa per scripturas appareat, an facta fuerit simpliciter, vel etiã cũ pacto de illam obseruando ꝛ non contraueniendo: vel etiam cum verbis pingnioribus ꝛ magis amplis: ꝛ an in ea fuerit facta mentio de dicta substitutione, seu fideicommisso superius memorato: q: quãuis ꝑ simplicem diuisionem non censeantur diuidentes renuntiare fideicõmisso. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. tamen quando diui-

sio facta est cum pacto de non contraueniendo: fuerūt & sunt multi doct. qui tenuerunt quod si fideicommissum erat reciprocum & coequale & diuidentes habebant notitiam illius, seu reciproce substitutionis, ipsi videntur mutuo sibi & vicissim remittere fideicommissum, prout colligi potest ex his que scribit & refert Alexan. de Imo. in l. qui rome. §. duo fratres, col. xv. & mul. seq. ff. de ver. obl. vbi plene refert doc. opiniones. Et dato q̄d opinio cōtraria esset verior: adhuc tamē verba diuisionis possent esse adeo pinguia quod per diuisionem censeretur remissum fideicommissū: per id quod no. Jo. an. in addi. Specu. tit. de testa. §. in primis. col. xij. vel circa. ver. Item quid si duobus &c. in additione exordiente: q̄d de pcedenti versi. dixi &c. † Non enim dubium est quin fideicommissū
20 possit remitti: quinimo eius remissio est fauorabilis. l. j. & l. cū proponas, la. j. C. de pactis, & l. de fideicommisso. C. de transac. Super quo articulo vlterius non insisto, cum dictam diuisionem non viderim. Que omnia dico sub correctione cuiuslibet &c.

¶ Argumentum.

¶ De clericis per mulierem que proprium partū interemit, vel alias accusatis vix Rex ipse nedum parlamenta eius cognoscere possunt: sed episcopalis est hoc audientie nec talis mulieris accusatio quia hostilis est admittenda. V. F.

1 ¶ Clerici sunt a iurisdictione dominorum iudicum seculariū exempti tam de iure ciuili quam canonico.
2 Clerici sic sunt a laicali iurisdictione exempti: vt cōtra exemptionem huiusmodi non possit consuetudo induci.
Consuetudo non valet in his q̄ sunt reseruata principi puta q̄d clerici contra exemptionem trahantur ad iudicem secularem.
Consuetudo longa pro lege habetur.
3 Confitenti sponte de se & contra se an sit standum, & nu. 5.
4 Testificari an possit quis de illius familia, vbi alicui de illa est iniuria irrogata, cōtra irrogantē, maxime vbi de more est q̄d iniuria facta vni de domo vel familia reuocatur ad animum.
5 Testi inimico subodioso regulariter non creditur etiam in mortis articulo constituto.
6 Infamis infamia facti, facinorosus, & vilis in grauioribus nō est integer testis.
7 Socius ꝯ sociū an & in quibus casibus indicium facere possit.
8 Inculpatus ab illo, qui seipsū spōte inculpat, nō venit propterea torquendus: licet etiā sit male fame & conditionis.
9 Accusator nō est de accusato interrogandus: quod si interrogetur, nullum facit contra accusantem indicium nec presumptionem.
10 Inculpatio testis de se confessi, seipsumqꝫ offerentis, est legi pluribus rationibus suspecta: imo tali minus credendum est, q̄ si esset interrogatus quia suspectum seipsum exhibet.
11 Spontanee confessioni quare minus stetur, quam confessioni facte in tormentis.
12 Cōfessioni seu testimonio turpis & notate persone nō est sine tormentis credendum.
13 Arenarius iuris infamia non afficitur nisi post sententiam.

¶ De episcopa. audien. Consi. xxij.



Cum honestus iuuenis Jacobus dēti, loci de ferro, sit clericus solatus, certum est cū pro quibusdā pretensis excessibus seu delictis, super quibus contra veritatē inculpatur per quandam Catharinam in carceribus Portetreine causantibus suis demeritis detentam, nō posse tra
1 bi corā magnifico delphinali parlamēto: † quia clerici sunt exempti a iurisdictione dominorum secularium iudicum: & non solum de iure diuino & canonico: sed etiam de iure ciuili. De iure quidē diuino, per id quod legitur in. c. cum ad verum. c. duo sunt, & ca. si imperator, dist. xcvj. & quod no. Gul. de monte laudu. in cle. j. de offi. ordi. Innoc. in capitu. si quis, vbi do. feli. ponit multas remissiones, de maiori. & obe. Innocen. in. c. licet ex suscepto, de fo. compet. & idem voluit do. cardi. floren. in repe. c. perpendimus, de senten. excō. & do. prepositus in. d. c. si imperator vbi etiam volenti do. de bellame. sibi dari fundamentum respondet, sibi videri quod ille tex. de hoc faciat optimum fundamentum: quod prosequitur ipse & declarat bene, & plene ponit Innocen. in. d. c. licet ex suscepto, de iurisdictione ecclesiastica: & de illius origine, & progressu. De libertatibus vero & priuilegijs a deo & a principibus ipsi ecclesie, ac psonis, & bonis clericorū cōcessis ponit idē Inn. in. c. nouerit, de sentē. excōi. De iure vero canonico sunt & clerici exēpti. c. ij. cū infinitis simi. de fo. compe. & ad hoc inducit plurima q̄ non refero Oldra. cōsi. lxxxiij. exordiente, An eps possit declinare forū regis, & post eū Albe. in auth. statuimus. col. j. vel circa. ver. de hoc fuit magna questio inter regem Portugaleñ. & epm &c. de iure autem ciuili, & per principes seculi, videntur clerici etiā fuisse & esse a laicali iurisdictione exempti: per id quod habetur in auth. vt clerici apud prop. epi. §. si vero, colla. vj. & de sanctis. episc. §. si quis contra clericum, colla. ix. & d. auth. statuimꝰ, & q̄d ibi omnes
2 scribentes. † Et adeo fuerunt & sunt clerici a laicali iurisdictione exempti: vt etiam non videatur consuetudinem contra exemptionem huiusmodi posse induci, per id quod ponit Rota decisione dcccxl. que hodie est. x. sub titu. de consuetu, que incipit, vtrum valeat consuetudo anglicana quod rex possit cognoscere & habere iurisdictionem in clericos. Et quia vt scio ipsum magnificum delphinale parlamentum, apud quod est optima iurium obseruatio, solet tales remittere, non puto super hoc insistendum. ¶ Ceterum, vt mihi refertur, dicta Catharina eundem Jacobū in duobus inculpauit. Primo quidē quod ipse eam per vim & violentiam carnaliter cognouerit: & sic quod eā oppresserit. Secundo quod cum ipsa esset pregnans, & ab eodē Jacobo denti peteret quod sibi aliquid ministraret ad occidendum fetū in vtero existentem, ipse hoc facere recusauit tamen dedit sibi vnum solidum pro comparatione seu emptione eius q̄d ad occisionē huiusmodi faciendā videtur esse necessariū.
3 Sed de his nō est credendum dicte Catharine. † Et primo quidem non de primo: pro eo quia quoad hoc se facit eiusdem Jacobi denti capitalem inimicam, & deponit de sui ipsius Catharine propria persona, vt pretensa per oppressionem offensa: quo casu repellitur quis a iudicando & testificando in illa causa. l. lex cornelia, in prin. cū ibi nota. per Bar. ff. de iniu. l. j. & q̄d ibi Bal. col. ij. vel circa. ver. quinto no. C. de rap. virg. Ubi post Cy. col. fin. dicit
4 Bal. † quod in loco vbi est de more, quod iniuria facta vni de familia vel de domo reuocetur ad animū vt est Florentie, & Senis: nullus de casata potest testificari. Et allegat Bald. l. j. C. si rector prouin. & l. j. C. si quacunqꝫ predi. pote. Et ad predicta, quod nō possit testificari predicta Catharina contra eundem denti, facit. l. nullus. ff. de te
5 sti. & l. omnibus. C. eo. ti. † Testi enim inimico subodioso etiam in mortis articulo constituto non creditur: vt no. Bal. de pa. consti. in verbo vassalli. l. j. Ad quod bene facit. l. si quis in graui. §. moriens. ff. ad senatusc. syl. quod etiam per dictū. §. voluit Paul. de cast. consi. cxcvj. exordiēte, Uisa inquisitione supra facta. col. j. ver. quidam vero &c. & idē voluit Alex. de Imo. consi. xiiij. col. ij. in. iij. vol. Non etiam de secundo: sed nec de primo de quo dixi est eidem Catharine in aliquo credendum: vtpote de se & contra se sponte confesse. l. j. & q̄d ibi gl. C. de accusa. c. j. & q̄d ibi glo. de confessis. l. repeti. §. j. & l. diuus. §. ex quibus causis. ff. de questio. est enim regula iuris, quod in se vel de se crimen confessus de aliorum conscientia
6 interrogari non debet. † Nec mirum quia est infamis, facinorosus, vilis persona, & suspecta: & ideo eidē non creditur. d. l. si. Et quamuis hoc dictū fallat in casibus, de quibus per glossam in dicta. l. si. est tū regulariter verū prout senserunt glo. Cy. Bar. & Alb. Et vt ibi dicit albe. col. fi. post Gabrie. de cysele, in suo tracta. de fama §. proxime supra, ver. subijcio etiam aliā questionē. &c. in hanc partem videtur inclinare gl. Azo. & Hugoli. in. l. j. §. si quis vltro. ff. de questio. vbi dicit gl. super verbo peruenires, non vt alijs preiudicares, loquēs de iudice. Idē voluit glo. in. l. si filiū. C. de libera. cau. Albe. gandi. in suo tractatu maleficiorū, sub rub. de questio. & tormē. ver. nunc antē restat formare circa hunc tractatū bonas questiones &c. Ubi querens nūquid stetur dicto & depositioni hominis de se confessi, & aliū inculpantis, concludit veram esse opi
7 nionē Azo. † quod socius non facit indiciū contra socium: nisi in certis casibus specialibus enumeratis per glo. in. d. l. fi. C. de accusa. quinimo & ibi concludit idē de gandi. quod etiam in illis casibus specialibus, si non procedant alia indicia, non creditur socio. Et istā sententiam tenet etiā Guido de suza. in tracta. malefic. o. sub rubr.
8 quali. rei subi. tor. in fi. j. col. & concludunt ambo docto. prefati, † quod etiā si persona nominata vel inculpata per eum, qui de se cōfessus est, esset male conditionis & fame: non tamen propter talem nominationem seu inculpationem posset subijci tormentis, exceptis casibus exceptuatis. Et nimirū: quia vt post Gabrie. de cysela dicit Alb. in. d. l. fi. col. fi. in alijs casibus de se confessus nullū facit indicium contra alium. Et ita fuit de mente Odofre. in suo trac. de questio. qui positus est in tractatu Alber. de grandi. rub. de questio. & tormen. ver. nunc restat formare &c. Bal. cōsil. lxxxi. exordiē te, Regula iuris est, in tertia parte, post Spec. titu. de inquisitio. §. j. versicu. sed scias &c. Quo fit vt cum casus presens de numero exceptorum non existat, non debuerit nec debeat eidem Catharine de se sponte confesse credi in preiudiciū. d. denti p eā inculpati. ¶ Et Guis Sal. i. d. l. fi. C. de accusa. videatur in aliquo aliter intellexisse materiā. d. l. fi. & sue gl. tamē si theorica illius opportuna

capiatur, illa facit pro dicto denti, non contra eũ: q2 ex illius teno
9 re colligitur,† q in casu de quo queritur non erat eadem Catha-
rina interroganda de ipso denti: prout nec etiã puto eã fuisse in-
terrogatã: 7 si interrogatã extiterit, non facit indicium: vt voluit
idẽ Sali. in d. l. fi. col. ij. ver. sed tũc oppono q nec presumptionez
10 7c. post Cy. ibidẽ: 7 subijcit Sali.† q tali de se cõfesso, si sponte 7
non interrogatis alium inculpet, minus creditur, q̃ si interroga
tis 7c. Quia inculpatio seu nominatio huiusmodi est legi suspe-
cta: rationibus allegatis in d. l. fi. Et huic dicto cõcordat q alias
dici solet, q testis spõte se offerens est suspectus. l. post legatum.
§. his vero, 7 qd ibi glo. ff. de his quibus vt indig. Non ergo vt pre
dixi obstat doctri. Sali. sed potius facit pro ipso dẽti. Etiã q̃uis
Bar. videatur voluisse aliã doctrinam in d. l. repeti. §. fi. de que-
stio. illa tamen non obstat sed potius facit pro eodem denti si bene
inspiciatur. Preterea hec Catharina nõ solũ, vt refertur, hunc
partũ de quo loquor creduliter interemit: sed etiã cõfessa est se in-
teremisse aliũ procreatũ. f. vt asserit ex patre huius denti: nec di-
cit se habuisse sociũ in occisione illius Addo q etiam nõ dicit nec
confessa est hunc partum nouissime editũ occidisse cum iuuami-
11 ne aliquorũ per se emptorum aut cõparatorũ.† Preterea est ad-
uertendũ q licet magis credatur spõte de se cõfesso, quatenus cõ
fessio huiusmodi cõcernit preiudiciũ cõfitentis, q̃ confesso in tor
mentis: minus tamen creditur spõtanee confessioni, quatenus cõ
cernit preiudiciũ inculpati, q̃ confessioni facte in tormentis, vt
voluit Bal. in d. consi. lxxxi. 7 Bar. in d. l. j. §. questioni. ff. de que-
stio. Quinimo dicit Albe. in d. l. fi. col. pen. post Gabrie. de cyxl.
vbi supra, in casibus in quibus potest de alijs interrogari, eius cõ
fessio seu dictum nihil vz nisi sit facta in tormentis. Sic enim vi-
detur asserere. l. prouinciarũ. C. de ferijs, 7 d. l. j. C. de fal. mone. et
idẽ videt esse in alijs casibus, in quibus conceditur interrogatio:
cum eadẽ sit ratio vtrobiqz, ergo 7c. vulgata. l. illud. ff. ad le. aqui.
Nam cum turpes 7 notate persone in testimonium recipiuntur,
earum dicto sine tormentis non creditur. l. ob carmen. §. fi ca rei
cõditio. ff. de test. Et si dicatur qd. §. ille loquitur in infamia iuris
respondeo q istud non videtur verũ quia tex. ponit ibi exemplũ
12 de arenario:† quem constat non infamari infamia iuris, nisi de-
mum post sententiam. l. in arenam. C. de inoffi. testamen. not glos.
in l. j. §. deniqz. ff. de postulan. Possunt 7 alia multa induci ad ostẽ
dendum quod non fuerit vel sit huic false inculpationi creden
dum. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Institutionum 7 substitutionum plures gradus fieri possunt
iiqz pure, vel sub conditione, pro voluntate testatoris, presertim
militis: cui multa preter iuris communis regulas permittun-
tur. A. F.

1 ¶ Posthumi institutio ad omnem posthumum trahi censetur etiam ex alia vxore natum.
2 Posthumus an ita partem faciat si non nascatur, ac si natus sit
Institutio de posthumis non natis, nec spe nascituris, aut mortuis, habetur inutilis 7 caduca.
3 Testamentum assumere posse vires a vulgari substitutione 7 expressa an sit verum.
4 Institutio facta de filio 7 nepote intelligenda est de nepote post mortem filij.
6 Substitutione facta alicui 7 suis heredibus: qualiter intelligantur sui heredes inuitati.
7 Bartholus dicitur supremus legum doctor: quem etiam Ange. appellat suum preceptorem, dicens se suo illius vmbra semper quiescere.
8 Uerba sunt intelligenda secũdũ personas ad quas referuntur.
9 Ad relictũ familie, 7 qualiter admittant de familia nominata.
10 Admissio primorum ad relictum non dicitur impedire quomin' illis deficientibus alij posteriores admittantur.
Sequentium causa non debet propter superiores in posterũ ledi.
11 Instituens fratrem suum 7 liberos eius intelligendus, est eos ordine successiuo vocare: ita qd pater illorum liberorum non possit alienare, pro eo q2 substituuntur in duobus casibus: scz vulgariter 7 per fideicommissum, 7 nu. 13. nu. 16. 18. 19. 7. 63.
12 Dictio tractum temporis denotans in substitutione adiecta qd operetur.
13 Substitutio simpliciter facta, 7 sine dictione tractum tẽporis importante, dicitur vulgaris tantum.
14 Appellatione filiorum in dispositione testamẽtaria: puta in substitutione, vel institutione, qui intelligantur.
15 Substitutione facta filio 7 nepoti: censetur nepos tantum in viz vulgaris substitutionis inuitari.
16 Uiuens non potest heredem habere, 7 nu. 5. nisi improprie. 62.
17 Uerba instituo, 7 fecit heredem, sunt directa 7 ciuilia, que difficillime obliquantur.
Uerbum substituo, est verbum commune, 7 potest trahi ab obliquam significationem.
18 Franciscus de Aret. doctor subtilis appellatur.
20 Repellere vel excludere substitutũ qualiter intelligatur. Nã multi excludunt substitutum, qui tamen non inuitantur, 7 nu. seq.
21 Descendentes testatoris grauati post mortem restituere hereditatem intelligendi sunt grauati conditionaliter, hoc est si decesserint sine liberis.
22 Dies legatorũ 7 fideicõmissorũ, si fideicõmissum est purũ, cedit a morte: si autem conditionale, cedit adueniente conditione 7c.
23 Fideicommissum extingui non potest quoad illum qui est expresse inuitatus.
24 Nasci seu procreari vel ex de proprio corpore patris vel matris qui dicantur vel dici possint.
25 Ioraz genuisse Oziam, vt habetur matth. j. qualiter intelligatur cum fuerit filius Amasie.
26 Nu zustinus doctor gloriosissimus appellatur.
Uerba psalmiste: Ex vtero ante luciferum genui te, qualiter exponantur.
27 Uerbum heredes, in substitutione positum, quomodo sumatur.
28 Appellatione liberorum masculorum intelligendum est non solum primi gradus: sed etiam secundi, 7 vlteriorum graduum.
29 Appellatione heredis veniunt principales vbi scz pfertur a testatore loquente de suis heredibus: 7 qui veniant. 30. 7. 32.
31 Substitutionis ius an aliquo modo possit trãsmitti ad heredes.
33 Heredis appellatio indefinita equipollet vniuersali.
34 Mentione facta de heredibus super re ad eos transitoria intelligendũ est de quocunqz in infinitũ. Fallit in tribus casibus expressis in l. sciendum. ff. de ver. sig.
35 Heredis appellatio in materia indifferenti quos complectatur, 7 quos in materia differenti: 7 materia differens aut indifferens que dicatur.
36 Testator an censeri possit inuitare ad hereditatem illum, qui nec natus, nec conceptus est tempore eius testamenti, aut mortis.
37 In successione ab intestato vocati censentur solum illi, qui vel nati, vel concepti sunt tempore mortis illius, de cuius hereditate agitur: secus in successione ex testamento.
38 Substitutio per verba directa facta, 7 que ab initio iure directo valere potuit, non potest postea valere iure obliquo.
39 Substitutio compendiosa per verbũ mere ciuile facta filio impuberi dicitur post finitam pupillarem etatem expirare.
40 Conditio ista, si sine liberis 7c. an possit in substitutiõe extraneo facta sub intelligi.
41 Sequentia sepe declarantur per precedentia.
42 Substitutio reciproca compendiose substitutioni admixta continet tam directas, quam fideicommissarias substitutiones.
43 Lex semper est honesta, iusta, 7 possibilis.
44 Uoluntas testatoris si sit imperfecta qualiter sit supplenda.
45 Dictio alios, est sui natura similium implicatiua.
46 Dispositione testatoris existente dubia, nõ est repetendũ id, per quod vitiaretur huiusmodi dispositio.
47 Uoluntas testatoris in vltimis voluntatibus solum attenditur 7 predominari debet: 7 maxime in substitutionibus.
48 Uerba directa quo casu possint in substitutionibus obliquari.
49 Miles dispensatus est vt possit facere quod ille, qui est directo eius heres, in totum desinat esse eius heres.
50 Miles ex priuilegio militari an possit directo substituere minori post aditam hereditatem.
51 Miles presumitur in dubio vti priuilegio militari, quãdo 7 quoties instituit heredem in castrensibus: in alijs autem bonis paganicis dicitur velle vti iure communi.
52 Milites nostri temporis an gaudeant priuilegijs militaribus, vel militibus indultis. 7. 54.
53 Ordo 7 solennitas in assumptione militie licet non sit nunc in vsu effectus tamen semper remanet.
55 Fideicommisso grauari non potest qui non probatur honoratus a testatore.
56 Joannes petrutius de mõte sperello fuit socer 7 dominus ac magister philipp. de cor.
57 Dispositio conditionalis per euentuz conditionis vires assumere censetur.
58 Appellatione masculorum heredum an veniant etiam illius heredes masculi 7 extranei: an vero soli heredes masculi descendentes ex illo.
59 Quodlibet verbum 7 vnaqueque clausula in dispositione posita aliquid operatur.
60 Appellatione heredis in vltima voluntate qui veniant.

Uerbum

61 Verbũ heredes masculi, in substitutiõe positũ quos cõprehẽdat.
64 Concessione facta per hec verba: concedo tibi ⁊ tuis heredibus quousq; vixeris: pro quibus sumatur illud verbũ heredibus.
65 Lex si cognatis. ff. de reb. dub. qualiter intelligatur.
66 Alienatio facta de re subiacente restitutioni pendente conditione an semper sit nulla.
67 Aduocatus actoris debet esse cautus vt in libello quẽ facit cõtra reũ, in quem est facta alienatio rei subiacentis restitutioni, deducat scientiam alienantis: alias succumbet.
68 Heres etiam suus post aditam hereditatem presumitur scire oĩa contenta in testamento.
69 Scientia heredis quoad ea que continentur in testamento per q̃ presumatur.
70 Trebellianica an sit deducenda de testamento militis.
71 Trebellianica an hodie perdatur per omissionem inuẽtarij: ⁊ qd de quarta debita iure nature, appellata legitima.
72 Glo. autoritas est magna: ideo ab ea in iudicando ⁊ consulendo non est recedendum.
73 Prescriptio longi temporis non currit sine titulo. Bona fides presumitur in possessore longissimi temporis.
74 Remedium. l. fi. de edic. di. adria. tol. an competat fideicommissario ante restitutionem verbalem.
75 Instrumentum registratum autoritate superioris apud acta an fidem faciat aduersario presente vel citato: ⁊ an fidem faciat contra eum qui illud producit.
76 In exemplatis que fiunt autoritate iudicis an requiratur citatio partis.
77 Exemplum facit fidem contra eum qui illud dedit.
78 Fideicommissum vniuersale an transmittatur ad heredes moriẽte fideicommissario.
79 Hereditas non potest in codicillis directo dari vel adimi: fideicommissa autem nuda voluntate.

¶ De testa. mili. Consi. xxiij.



Ex themate mihi trãsmisse consultationis parte magnifici ⁊ potentis viri domini Gulielmi de rota militis eliciũtur multa dubia, ⁊ quidẽ satis scabrosa ⁊ ardua: quibus ꝑpter tpis breuitatẽ respõdeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Et hoc sub correctione cuiuslibet dñi meli⁹ sentiẽtis, ⁊ salua pleniore deliberatione. Et primo ad primũ. Pro cui⁹ faciliore solutione premitto, qd nobilis ⁊ potẽs quondã vir dñs Petr⁹ de laniaco miles testator prout colligit̃ ex themate hmõi ⁊ tenore sue testamẽtarie dispositiõis, fecit in dicta sua testamentaria dispositiõe multos grad⁹. Primo eñ ad eius successionẽ inuitauit ei⁹ posthumos mares ⁊ feminas, nascituros sc3 ex sua tũc vxore, ad quã se vr̃ restringisse. Scdõ vero, si sc3 dicta dña ei⁹ vxor pregnans nõ esset: heredẽ suũ fecit ⁊ instituit nobilẽ Joannẽ de roche, filiũ quondã dñi Aynardi de sancto ysterio, ⁊ suos heredes masculos de ꝓprio corpore ⁊ legitimo mr̃imonio ꝓcreatos. Et tertio casu in quo sc3 idẽ Joãnes decederet aut sui heredes masculi de ꝓprio corpore inuitauit dñm Petrũ de rota ⁊ suos heredes masculos de proprio corpore ⁊ legitimo matrimonio procreatos. Et in quarto gradu, eo sc3, casu quo predicti decederent inuitauit nobilem Guiotum de rota fratrem dicti nobilis Petri, si secularis existeret. Et in quinto gradu: eo scilicet casu quo idẽ Guiotus absq; herede seu heredibus masculis de suo ꝓprio corpore, ⁊ de legitimo matrimonio procreatis decederet, inuitauit substitutos per quondam dominum Berandum de laniaco patrem suum. Et omissis dictis duobus vltimis gradibus, qui proposito non seruiunt, prosequar tantum tres precedẽtes.

3 † Et veniendo ad primum dico nemini esse dubium eundez quondã dñm Petrũ testatorẽ potuisse instituere posthumũ aut posthumam, aut vẽtrẽ vxoris vel simpliciter, vel illius vxoris quã tunc habebat: ⁊ vel posthumũ quẽ tunc habebat in vtero: vel posthumum simpliciter. Pro quo remisisse sufficiat ad id qd habetur in. l. placet, ⁊ quod ibi per omnes scribentes. ff. de libe. ⁊ posthu. Jo. an. in addi. specu. tit. de testa. in rub. col. penul. Oldra. consil. cxij. exordiente, Quidam in suo testamento sic dixit ⁊c. Ange. consi. l. exordiente, Simon notarius corpore ⁊ mente sanus, ⁊ Pau. de cast. consi. lxix. exordiente, Casus iste frequẽter cõtingit ⁊c. col. ij. ad fi. ver. sup scdõ nõ est insistẽdũ ⁊c. Sup quo articulo, vtpote non necessario, vlterius me nõ extẽ
2 do: hoc excepto† qd q2 postea nõ fuit natus posthum⁹ aut posthuma, fuit locus scdõ gradui, ⁊ inuitationi facte de dicto nobili Joãne: q2 institutio facta de posthumis habita est pro nõ scripta: vel quasi ceciderit in caducũ, vel vt inutilis. l. vtrum, in prin. ff. de re. du. l. si duobus. §. fi. ff. de legat. j. ⁊. l. j. §. si quis proximior. ff. vnde cog. Et puto qd hec scdã inuitatio censeri debeat ⁊ fuerit facta ꝑ vulgarẽ substitutionem, factam eo casu quo sc3 vxor pregnãs nõ esset, ⁊ sic quo casu quo posthumũ nõ pareret: ⁊ consequent̃ eo casu quo posthumus heres esse non posset: iuxta id qd habet̃ in l. fi. ⁊ qd ibi per docto. C. de here. insti. vbi testator pregnantem cõiugem habens ipsam heredẽ scripsit ex parte ventre, vero ex alia ⁊ adiecit si non posthumus natus fuerit alium sibi heredem esse. Ubi fatentur oẽs scribentes illum aliũ fuisse vulgariter substitutũ: sub illa sc3 conditione si posthumus non nasceretur. Nec est q̃ inibi contendat illum alium sic fuisse inibi institutũ: vt dici non debeat vulgariter substitutus: ⁊ sic scdõ loco institut⁹. Et ita non sumus in casu. l. querebatur. §. fi. de test. mili. in quo testator miles heredẽ vnũ ad tẽpus: pone vsq; ad pascha instituit: aliuni ex tempore: quo casu heres ex tẽpore institutus nõ videtur primo heredi substitutus. S3 in casu de quo queritur nihil nos cogit ꝑpter quod dicere oporteat dictum Joannem ⁊ heredes masculos non fuisse substitutos: ⁊ sic scdõ loco institutos. Nisi forte quis dicat,
3 †quod a vulgari substitutione ⁊ expressa non possit testamentum vires assumere, sed istud est falsum, scdm lecturã glo. ⁊ doct. communiter approbatã in. l. si pater filium. ff. de vulg. ⁊ pupil. qd etiã probatur in. l. ij. §. fi. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ in. l. gallus. fere ꝑ totam legẽ. ff. de libe. ⁊ posth. ⁊. l. thais. §. splendoforus. ff. de fideic. liber.
4 ¶ †Scdõ premitto qd l3 prima facie dicti Joãnes, do. de roche, ⁊ sui heredes masculi videãtur simul inuitati, ꝑ eo q2 supponitur, hunc Joãnẽ nõ fuisse filiũ, vel de descẽdẽtibus dicti domini testatoris: per id qd not. doct. magis cõmuniter in. d. l. gallus. §. quidã recte, ꝓbatur in. c. raynuti⁹. de testa. vbi Alterocha ⁊ soboles quã gestabat in vtero substitute adiecte heredi vniuersali cẽsentur ⁊ intelligũtur eque principaliter substitute, ⁊ nõ ordine successiuo qd etiã voluit Alex. de imo. in. l. heredes mei. §. cu3 ita. col. ix. vel circa. ff. ad trebel. Joan. de imo. in. c. raynutius. col. iiij. vel circa, ver. not. qd institutio vel substi. vbi etiã alij canoniste, ⁊ Matth. de mat. singulari suo. clviij. ver. no. si ascendens: puto tamen contrarium sc3 quod dictus Joannes ⁊ sui heredes masculi fuerunt inuitati ordine successiuo: dictus sc3 Joannes primo loco, ⁊ dicti eius heredes masculi secundo loco. Et hoc ꝑ eo q2 viuens nõ habet heredẽ. l. j. ff. de here. vel actio. vendi. ⁊ hoc voluit Jo. de imo. in. d. l. gallus. §. quidã recte, col. iiij. vel circa, ver. ⁊ tunc aduerte. Ubi dicit qd si testator instituit titiũ, qui est extraneus, et filios eius illi videntur simul inuitati: nisi ex aliquibus coniecturis apparet oppositum: vt q2 dixisset testator instituo titium ⁊ eius fi-
ibi Barth. soci. ebar. vlt. ver. secundū quod posito quod videantur ꝛc. ff. de reb. dub. ꝛ plenius in. l. gallus. §. quidam recte. versi. prima conclusio est quod quando ꝛc. ff. de liber. ꝛ posthu. Pet. de anch. ꝛ Jo. de imo. in. c. indicante. de testa. Ang. ꝛ alij in. d. l. fi. C. de verb. signi. And. barb. in. c. raynutius. vers. adde tertio quod inquantum dictum est quod non attenditur ꝛc. de testa. ꝛ consil. xxvij. vers. capio tertium dubium ꝛc. quatenus voluit quod inuitati per nomen collectiuum non solum censeantur inuitati ordine successiuo: sed etiam successiue admittantur: ꝛ sic primorū admissio non facit, quominus illis decedentibus debeant sequentes in gradu admitti: ꝛ sic non sic cēsentur primi inuitati, vt eis admissis alij perpetuo repellantur. Et pro hoc est bonus tex. in d. l. peto. §. fratre. ver. nec tamen ideo sequentium causa propter superiores ledi debet ꝛc. Dico igitur, vt predixi, quod substitutio sibi locum vendicauit ꝛ vendicat in personam dicte nobilis Francesie. Et ita ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Moriente ante testatorem herede: propter tamen clausulam codicillarem legata ꝛ fideicommissa a venientibus ab intestato debentur. A. F.

1 ¶ Legata testamentaria quo casu non teneant.
2 Clausula codicillaris, habens tractuz futuri tēporis, operatur quod fideicōmissum censetur repetitū a veniētibus abintestato. Clausula codicillaris locum habet quando testamentuz deficit, qꝛ censentur per eam grauati venientes abintestato restituere hereditatem institutis.
3 Testamentum inter liberos, quod non valet vt testamentum, quomodo possit valere vt vltima voluntas.

¶ De codicil. Consi. xxxi.


Viso testamento probi quondā viri Joannis grosseti laboratoris carpeñ. ꝛ intellecto quod viuo ꝛ superstite eodem Joanne testatore ab humanis decesserit honesta mulier Catharina soror sua heres vniuersalis ꝛ vnica per euz instituta: superstitibus quibusdā suijpsius Catharine liberis eius vniuersalibus heredibus: ꝛ quibus postea moriēte dicto Joanne testatore abintestato delata est hereditas eius: ꝛ quā abintestato adiuerunt: proꝗ ipsius vniuersalibus heredibus se gesserunt, reputarunt, ꝛ nominarūt, ac etiā gerūt: insurgit dubitatio, an legata per dictuz Joannē relicta, ꝛ signanter probo viro Claudio passandi dicti testatoris cognato seu sororio teneant. Et primo vr
1 qd non: pro eo qꝛ † cum ex dicto testamento adita non fuerit, nec adiri possit hereditas, nihil valēt que in testamēto hmōi scripta sunt. l. si nemo. ff. de testa. tute. l. proxime. ff. de his que in testa. de
2 len. ꝛ l. si nemo. ff. de reg. iur. cū infinitis simi. † Sed contrariam sententiā veriorem esse puto in casu occurrēti: pro eo qꝛ in. d. testamento posita est clausula codicillaris, sub forma verborū huiusmodi: hoc autē suum vltimū testamentū nuncupatiuū, ꝛ hanc suam vltimā voluntatē nuncupatiuam dictus Joānes testator asseruit fore: quam: ꝛ qd valere voluit, ꝛ iussit vt valeat ac valere debeat iure testamēti: ꝛ si iure testamēti non valet seu valere non possit, voluit qd valeat iure codicillorūz, aut iure donationis cā mortis, ac iure alterius cuiuslibet vltime voluntatis. Per que verba cēsentur veniētes ab intestato fuisse grauati de implendo disposita per testatorē eo casu quo testamentū non valeret. l. eam quam, fm vnum intellectū. C. de fideic. ꝛ per quā probatur, quod qñ legata vel fideicōmissa sunt repetita a veniētibus abintestato, vel eīt adiecta clausula codicillaris, quod illa debentur etiam per succedētes abintestato. l. j. ꝛ l. fi. C. de codicil. l. ex testamēto. C. de fideic. l. si iure. C. de manumis. testa. cum infin. simi. Et quāuis iste intellectus relatus ad. d. l. eam quam, reprobetur: hoc tamen non fit quasi in se verus nō existat: sed pro eo qꝛ cum de illo sint multi tex. ante dictam. l. scripti, non est presumendum quod imperator fuisset consultus seu interrogatus: aut quod ipse respondisset de casu per tot leges deciso: qꝛ sic decisio huius. l. nihil seruiret, vtpote facta de casu indubitabili: cōtra id ꝙ habet
3 in. l. quod labeo. ff. de carbo. edic. † Et quāuis ab initio predictū testamentum valuerit: tamen qꝛ viuente testatore predicta Catharina heres instituta ab humanis decessit: illud cecidit in cau saz caduci: ꝛ desijt valere iure testamēti. l. vnica. §. pro scdo. C. de cadu. tol. ꝛ sic successit dispositio dicte clausule codicillaris, cuiꝰ verba trahebantur etiam in futurum tempus: quando scꝫ contingeret testamentum huiusmodi non valere: ꝛ hoc propter illa verba valere nō posset: per id qd no. Jo. de imo. in. l. cuz in scdo. ff. de iniust. rup. ꝛ irri. testa. Et si in. d. clausula esset positū verbū valeret, put puto factuz extitisse, qꝛ ita solet extendi clausula codicillaris p notarium qui notā testamenti predicti recepisse dicitur, dicerem qd etiam propter hoc verbū valeret, traheretur ad futurum tempus. l. si debitor. §. verisimilis. ff. de contrahēda emptio. ꝛ venditione. l. cum certus. ff. de vino triti. ꝛ oleo lega. facit. l. qui rome. §. augerius, ꝛ quod ibi Bart. ff. de verb. oblig. qd etiam voluit idem Bart. in. l. j. versi. vij. quero. ff. de iure codicil. ꝛ Bald. in. l. fi. versi. deinde recipiamus ꝛc. Frā. de are. cōsi. viij. versi. sed tamen ꝛc. Fateor tamen ꝙ ad hoc quod clausula huiusmodi operetur, opus est quod venientes abintestato adeant hereditatez abintestato: alioquin dicta clausula codicillaris nihil operaretur, vt voluit glo. reputata singularis in. l. qui filio. §. j. ver. ex codicillis. ff. de here. institu. quā sequitur Ang. in. l. titia. ff. de inoffi. testa. Alex. de imo. in aut. ex causa, ver. itez intellige. C. de libe. prete. Ubi etiam do. Jas. Alex. de imo. in. l. hec verba. in prin. ff. de lega. j. Philip. de Frā. extra de testa. super rub. in vj. ꝛ Amb. de dignitate in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Cū igitur, vt in casu supponitur, liberi dicte Catharine, proximiores abintestato prefati testatoris. hereditatem illius abintestato adiuerint, ipsi tenētur ad legata. Et ita mihi videtur ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Qui famulis mādat, vt sine excessu alios quosdā ab ingressu possessionis arceāt, non tenetur de homicidio in hac propulsione perpetrato. A. F.

1 ¶ Cessantibus verbis legis, vel statuti, cessat ꝛ ipsa dispositio, leg. ꝛ statutum: ꝛ qualiter intelligatur. l. quoniam multa facinora. C. ad. l. iul. de vi publi.
2 Delictum attentatum quando veniat puniendum: ꝛ quid si in custodia possessionis occidatur aliquis, an tenebitur dominus mandans custodiam.
3 Delicta que fiunt per procuratorem transgredientez mandatū an obligent dominum ad penam delicti disgredientis.

¶ Mandati. Consi. xxxij.


Ex precedētis ꝛ supra scripti thematis consultatione, ꝛ his que scripta extiterunt per egregium virum dominum primo scribentem colligitur ꝛ apparet, quod casus occurrens non adaptatur verbis. l. quoniam multa facinora. C. ad. l. iuli. de vi publi. que vt patet loquitur in eo, qui hominēs ea intētione ꝛ proposito conuocat ꝛ congregat: vt ipsi violentiam inferant, ꝛ per eam alteri possessionem auferant: quod non fuit factum, nec factum proponitur: sed potius cōtrarium: scilicet quod supra nominatus nobilis Claudius fabri fieri prohibuerit omnem violentiā ꝛ omnē excessum. Non ergo in hoc casu sibi locū vendicat dispositio. d. l.
1 quoniā multa † Quia vbi cessant verba dispositionis, seu legis, aut statuti, cessat etiam ipsa dispositio, seu lex, aut statutū. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quot. ꝛ esti. l. si seruuz quis. §. non dixit. ff. de acquir. here. l. ita autem. ff. de admi. tut. ꝛ c. indēnitatibus. §. pen. de elec. in. vj. Quod etiam voluit Pau. de cast. consi. iiij. ꝛ consi. xj. Roma. consi. cccclij. exordiēte, Ut decisionem accipiat presens consultatio. ꝛ consi. cccclxij. exordiente, Quoad propositam consultationem, And. barb. consi. ij. in. iij. parte. Nec etiā in hoc casu sibi locum vendicat dispositio. c. fi. de homic. in. vj. eo qꝛ est ibi sermo de illo qui mandauit aliquem verberari: ꝛ ideo non mirum si etiam mandare videatur ea que verisimiliter concomitari possunt, ꝛ que cogitari possunt euenire: sed in casu de quo queritur non mandauit idem nobilis Claudius aliquem verberari: vel ei violentiam inferri: sed vt iam dixi omnem violen-
2 tiam ꝛ excessum fieri prohibuit. † Et sic supposito, citra preiudicium veritatis, quod idem nobilis Claudius homines de quibus supra congregasset: aut congregationem contemplatione ipsius ac fratris, ꝛ pro defendenda possessione dicti prioratus, seu ad impediēdum ne quis illam apprehenderet, factam ratam habuisset: non propterea censeretur nec censeri deberet mandasse alicui mortem inferre, vel fieri ea que preter propositum acciderunt: qꝛ ex huiusmodi possessionis custodia vel impedimento non erat verisimiliter alicui mors inferenda: ꝛ poterat sine illa possessio defendi. Non ergo debet mors illius occisi eidem nobili Claudio imputari. Pro quo induco id quod Alex. de imol. referens Bald. not. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. versic. ꝛ ad limitationem ꝛc. ff. de acquirenda hereditate. vbi not. limitando. d. capit. fin. de homici. in. vj. quod illud quod ibi

deciditur procedit, quando periculum non poterat separari a re
3 mandata: alias vero secus. † Et ideo dicit quod si mandasti famulo tuo q̃ alapam alicui daret: & famulus illũ occidit, non tenetur hoc casu dñs de homicidio: q: alapa quam dari mandauerat poterat separari a periculo. Huic dicto Bal. & Alex. de imo. non obstat id q̃ no. idem Bal. in. l. cum mãdati, alias si mãdati. C. mand. vbi not. q̃ delicta, que fiunt per procuratorẽ transgrediendo mandatũ, obligant dñm si ad talem trãsgressionem potest mandatũ adaptari. Verbi gratia: dñs mandauit procuratori vt vulneraret & non occideret, & procurator credens vulnerare intulit vulnus mortale. Nam talis mandans tenetur de homicidio: q: cogitare debuit illud posse euenire. d. c. si. de homi. in vi. Quĩ respondeo quod Bal. & Alex. de imo. vbi supra loquũtur eo casu qñ periculum separari poterat a re mandata. Ut q: mãdans mandauit famulo quod alapam daret. Sed Bal. in. d. l. cũ mandati. loquitur qñ dominus mandauit procuratori vt vulneraret: dictum etiam. c. fin. loquitur de illo qui mandauit alterum verberari. Sed in casu de quo queritur non solũ nõ mandauit idem nobilis Claudius aliquẽ vulnerari, aut verberari: sed etiã expresse prohibuit omnem excessum, violentiam, & bateriam, volens nullo modo eas fieri: vt ponitur in themate. Et ita non est quod imputetur, si preter propositum, & contra expressam eius voluntatem fuerit processum ad occisionem: cum omnis percussio probibita extitisset. Et ita mihi videtur breuiter & succincte, cum temporis opportunitas plenius scribendi se pro nunc non offerat. Et sic adhereo sententie dicti domini primo scribentis.

¶ Argumentum.

¶ Testamentum, in quo aliquid iure legitime liberis vel nepotibus relinquitur, dici non potest inofficiosum: quãuis eis minus debito relinquatur. V. F.

1 ¶ In testamento valido debet interuenire testium sufficiens numerus.
2 Legitima filijs defuncti attribui debet deducto ere alieno & funeris impensa.

¶ De inoffi. testa. Consi. xxxiij.



Viso testamento, q̃d dudum fecisse dicitur probus quondam vir Ant. morini: & in quo inter cetera legauit & iure institutionis reliquit Claudio morini seniori eius filio, ac Joanni, Antonio Frãcesie, & Margarete eius nepotibus & neptibus seu felezenis ex Collino morini, eiusdem testatoris quõdam filio predefuncto, certas pecuniarũ summas, seu res alias: heredes vero suos vniuersales instituit & nominauit Laurentium, Claudium minorẽ Stephanum & Matthiã eius filios na-
1 turales & legitimos, † dico & respõdeo testamẽtum hmõi valuisse & valere, postquam in eo interuenit sufficiens testium numerus, & idem testator prefatis Claudio seniori ac nepotibus & neptibus & eorum cuilibet aliquid reliquit iure institutionis: quanuis relictum eisdẽ nepotibus & neptibus non ascendat ad plenam seu integram legitimã. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat id quod habetur in auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq; capitulũ, & q̃ ibi gl. super verbo preterire. colla. viij. & transumptiue. in authent. non licet. C. de liber. pret. & quod scribunt doct.
2 in auth. nouissima. C. de inofficioso testa. † Et si queratur quanta sit legitima dictorum Joannis, Antonij, Francesie, & Margarete, nepotũ & neptum testatoris, dico & respõdeo q̃ cum eidem testatori superfuerit quinq; filij masculi, & prefati duo nepotes & neptes ex Collino predefuncto: legitima bonũ omnium fuit dimidia pars bonorum dicti quondam Antonij testatoris: eorum scz que superfuerunt deducto seu detracto ere alieno, & funeris impensa. auth. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue. in. d. auth. nouissima. iuncta. l. papinianus. §. quarta autẽ. ff. de inoff. testa. & dimidia pars debet diuidi in sex partes equales: quarum vnam partẽ habere debent prefati Joannes, Antonius, Francesia, & Margareta, tanquam representantes dictum quondam Colinum, qui pro sua legitima non erat habiturus nisi sextam partẽ dicte dimidie partis. Pro quo allegasse sufficiat id quod no. Bal. in. d. auth. nouissima. q. vi. & quod ibi do. Jas. versi. vltra Bar. queritur. Et Pau. de cast. consil. ccclxvij. exordiente, Viso suprascripto puncto. in princ. Si igitur id quod fuit relictũ prefatis nepotibus & neptibus non ascẽdat ad partem dicte medietatis, que est duodecima pars predictorum bonorum eiusdem testatoris deducto ere alieno & funeris impensa, ipsi possunt petere supplementũ: hoc est id quod deest de dicta duodecima parte. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. Et consulto quod medio amicorum & proborum virorum istud videatur, & sine lite suppleatur eis id quod deest de dicta eorũ legitima: que vt dixi est sexta pars dimidie partis, vel duodecima omnium bonorum.

¶ Argumentum.

¶ Testamentum tempore pestis per notarium non matriculatum sumptum valet, vel quãuis eius scriptura non reperiatur, modo testibus dispositio probetur: vel quanuis matri testantis solus obolus relictus, modo iure institutionis. V. F.

1 ¶ Actum esse nullum: & instrumentum de actu sumptum esse nullũ, non semper equiparantur: q: vnum stare potest sine alio.
2 Testamentorum genera sunt duo.
3 Probatio facilius fit per scripturam, quem per testes.
4 Testamentum septem testibus vallatum est validum.
5 Testes testamentarij debent esse rogati.
6 Parentes tenentur relinquere suis filijs aliquid iure institutionis: & econuerso liberi parentibus.
7 Disposita in filijs an locum habeant in parentibus.
8 Relicta parentibus per filios an debeant relinqui iure institutionis.
Legitima an patrono debeatur titulo institutionis.
9 Instrumento publico alio etiam non apparente credendũ est.
10 Instrumenta recepta per notarium extra omnimodam iurisdictionem eius, qui eum creauit, an regulariter fidem faciant.
11 Tabellio creatus a papa potest vbiq; suo officio vti, & instrumẽta conficere.
12 Testamentum per notarium non matriculatum receptum annstante statuto in contrarium sit tempore pestis validum.
13 Constitutus per superiorem vicegerens, vel locumtenens alterius, vel ipsius constituentis, potest regulariter id quod potest ille cuius vicegerens constituitur.
14 Testamentum nuncupatiuum an certo tempore debeat de iure communi publicari.
15 Testator nihil relinquens matri preter victũ & vestitum an possit dici testamentum legitimum condidisse.

¶ De testa. Consi. xxxiiij.



Etiam supposito q̃d venerabilis vir. d. Steph. bollani, presbyter & canonicus collegiate eccl'ie loci christiarnandi, nõ fuisset notus tempore conditi testamenti per Petrũ rasi: vel etiam supposito quod instrumentis per eum receptis, etiam si esset notarius, nõ esset fides adhibẽda: non tñ propter hoc inferretur, quod testamentum prefati quondã Rasi esset nullum: dũtamen illud pro-
1 bari posset per testes: † q: aliud est actum esse nullum, & aliud instrumentum de actu sumptum esse nullũ. Et hoc aliquando contingit q̃ instrumentum est nullũ: actus tamẽ valet & tenet, si potest probari per testes. Pro quo allegasse sufficiat no. per Jo. de imo. Raph. Pau. de cast. & Alex. de imo. in. l. seruum filij. §. cum qui chirographum. ff. de leg. j. & Pau. de cast. consi. cj. exordiẽte, Notandum est quod prefatum statutum. in princ. Instrumentũ enim, & contractus, seu alia dispositio cõtenta in instrumẽto sunt diuersa: & in instrumẽto nõ consistit regulariter substãtia cõtractus, aut dispositionis: sed probatio. l. cõtrahitur. ff. de pign. Et quanuis hoc fallat in aliquibus casibus, de quibus per gl. in. d. l. cõtrahitur. & in. l. pactũ q̃ bona fide. C. de pact. & plenius per gl.
2 in. c. j. de censi. in. vj. casus tñ occurrens non est de illis: † q: certũ est quod testamentorũ duo sunt genera. Est enim testamentũ solenne: & istud fit in scriptis: est testamentũ nuncupatiuũ, & istud ad sui essentiã non requirit scripturã: quãuis vt plurimũ fiat de
3 hoc scriptura: sed hoc fit ad faciliorem probationẽ. † Quia probatio facilius fit per scripturã, quã per testes: q: quãdoq; testes non recordãtur: & hoc vel propter tẽporis longum interuallum: vel q: multa sunt probãda: verbi gratia, dispositio testatoris, qui de multis disposuit; testes enim moriuntur: & aliquando se absentãt a locis, & peregrinanf. Non est igitur dubiũ q̃ testamentum predictũ posset esse validũ, etiam dato q̃ instrumentum de eo sumptũ fuisset & esset nullum: dũtamen in. d. testamento interuenerint eaque interuenire debuerant: & hoc probetur per testes.
4 ¶ † An autẽ in testamẽto huiusmodi interuenerint necessaria, & an illa sufficienter probentur per testes, respondeo in primis, quod in eo interuenerunt septem testes; & sic sufficiens testium numerus. l. heredes palam. in princ. ff. de testa. & l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eo. titu. & isti saltem sex deposuerunt & sunt testificati de testamentaria dispositione dicti quondam

dam Rasi. De ea etiam plene deposuit prefatus. d. Stephanus: scz qd anno ꝛ mense, de quibus in articulis, dictus Rasi cōdidit testamentum: in quo factis certis legatis heredes suos vniuersales instituit, ꝛ suo proprio ore nominauit Guillotū, Claudiū, ꝛ Petrū chapotonis. Et quāuis vbi ageretur de viribus instrumenti predicti testamenti, nō posset idē. d. Stephanus in testem produci pro dicto instrumento: potest tamen vt testis produci ꝛ examinari de ꝛ super testamentaria dispositione dicti quondam Rasi: ꝛ sic connumerari inter testes, per id quod no. Bar. ꝛ doct. magis cōiter. in. l. domitius labeo. ff. de testa. Alex. de imol. ꝛ alij
5 in. l. hac consultissima. C. qui testa. fa. poss. ¶ †Preterea non solum probata est dicta testamētaria dispositio: sed etiā probatus rogitus seu rogatus testiuz, hoc est quod testes fuerint adhibiti ꝛ rogati. Et quāuis de hoc non deponant omnes testes: sed solū tres, aut quatuor, istud sufficit. Quia quāuis testamētaria dispositio non probetur regulariter per testes, nisi sint septē qui de ea deponant: rogamē tamen testiū, hoc est, qd omnes testes fuerint adhibiti ꝛ rogati, potest probari per duos testes, vt voluit Bar. in. l. ij. C. de bon. poss. ſm tabu. vbi etiā idem voluit Alex. de imo. Bar. in. d. l. heredes palam. ff. de testa. ꝛ Jo. de imo. in. c. cū esses. versi. vlterius queritur. de testa. Et quāuis Bal. in. d. l. heredes palam, videatur sensisse contrarium: tamē communis opinio est in contrarium: ſm Jo. de imo. vbi supra, vbi respōdet motiuis ꝛ fundamentis Bal. ¶ Est tamen aliquid, super quo videtur hesitandum: super eo scz: qꝛ testes predicti non deponunt aut testificantur, quod aliquid fuerit iure institūtionis relictum honeste mulieri Margarete ipsius testatoris matri: quod tamen vide-
6 batur esse necessariū, pro eo qꝛ quemadmoduz parentes tenentur suis liberis aliquid relinquere iure institutionis. auth. vt cū de appel. cog. §. aliud quoqꝫ cap. col. viij. ꝛ qd communiter notāt scribentes auth. nouissima. C. de inoffic. testa. ꝛ Alex. de imo. in. l. inter cetera. ff. de lib. ꝛ posth. ita videtur qd liberi teneātur ꝛ debeant aliquid relinquere iure institutionis eorum parentibus, vt voluit Jac. de bel. in. d. §. aliud quoqꝫ, motus per tex. in dicta auth. vt cum de appell. cog. §. ꝛ hoc quidem. iuncto. §. sancimus.
7 †vbi dicit tex. qd ea que disposita sunt in filijs habeant locum in parentibus. Sed in filijs statutū est. in. d. auth. qd habeant legitimā titulo institutionis: ergo eodē modo in parētibus. Et hec vꝫ esse cōis opinio: vt apparet ex his que scribunt doc. in. d. aut. nouissima. ꝛ in alijs locis. ¶ Verū est tamen qd Bar. supremus legum doctor tenuit contrariam opinio. scz qd ad validitatē testamenti facti per filiū, vel descendentes non sit opus qd ipsi id, qd relinquūt parentibus, relinquāt iure institutionis: ita enim no. ipse in. d. auth. nouissima. per glo. in. l. j. §. j. ff. si quis a paren.
8 fue. ma. †que dicit idē in legitima patroni, que sibi non debetur titulo institutionis: ꝛ parēs ꝛ patronus regulariter equiparantur: nisi in casibus specialibus enumeratis per. d. glo. inter quos nō reperitur iste casus. Monetur etiā Bar. alijs fundamentis, que possent ibi videri. Qui etiā idem tenuit in. l. fine. §. excludit. ff. de in. patro. Et quāuis do. Jas. in. d. auth. nouissima. dicat primam opinionē esse cōem: putat tamen opin. Bar. esse veriorem: ꝛ pro qua inducit multa bona fundamēta, que possunt ibi videri. Et pro ea etiam inducit quindecim fundamenta do. Hieronymi zaniti, in quadā sua disputatione exordiente, In sacro pōtificis ꝛ Cesaris cōsistorio. in. iiij. quesito. Et pro prima opinione inducit etiā multa: ꝛ deinde respōdet hincinde omnibꝰ fundamētis, aliter non declarās cui parti adhereat. Et propter hoc non videretur multū errare do. iudex, si adherēdo opinioni Bar. pronuntiaret pro dictis heredibꝰ: etiā si aliter non appareret de testamento dicti quondā Rasi, ꝙ per dispositionem dictorum testiū: postquā illi sufficienter deposuerūt de volūtate testatoris: apparet de opportuna solennitate, scz de sufficienti testiū nume-
9 ro: ꝛ de eorū rogitu seu rogatiōe. ¶ †Sed vt colligitur ex actis cause huius, nō solū apparet per testes de testamentaria dispositione dicti quondā Rasi: sed etiā per publicum instrumentū: cui alio non apparente credendū est. l. cum precibus. cum suis si. C. de probat. Cui nō obstat qd illud non fuerit receptū per notariū
10 delphiñ. aut autoritate delphiñ. sed apostolica creatū. †Quoniā respondeo, qd licet instrumēta recepta per notariū extra omnimodam iurisdictionē eius, qui eum creauit notariū, non videātur regulariter facere fidē, aut probare. l. ij. ff. de offic. procons. ꝛ c. Romana. §. nec clericos suos. de foro comp. in. vj. qd etiam voluit Bar. in. l. j. vij. q. prime par. C. de sum. tri. ꝛ in quibusdā alijs locis, ꝛ Specu. tit. de instru. edi. §. restat. vers. quid de his ꝛc. ibi, ego credo: hoc tñ limitatur vt non procedat in notario creato a papa, vel ab eo cui hoc speciali priuilegio per papā concessuz est: qꝛ talis videtur posse vbiqꝫ recipere instrumenta: ꝛ illa faciūt fidem, vt voluit Spec. in. d. §. restat. vers. ꝛ nota qd tabellio. vbi di-
11 cit, †qd tabellio creatus a papa, vel ab eo, cui hoc speciali priuilegio indultum est, possit vbiqꝫ etiā in Francia, vel Anglia, seu Hispania, ꝛ non solū in terris pape specialiter subiectis suo officio vti, ꝛ instrumenta conficere. arg. c. cuncta per mundū. ꝛ. c. per principalem. ix. q. iij. ꝛ pluriū aliorum iuriū ad hoc inductorum. Cum igitur idē do. Stephanus bollani dicatur fuisse tempore predicti testamenti, de quo supra, notarius apostolicus: ipse vꝫ potuisse instrumentū, seu notā de illo recipere in patria delphi. Et quāuis vt audio ad impugnationē predicti instrumenti opponatur ex aduerso, qd alias fuerit vel statutum, vel inhibitum, quod in patria delphiñ. notarij instrumēta non reciperent, nisi essent delphiñ. autoritate creati, hoc deputati: hoc tñ non videt officere predicto instrumēto. Cum qꝛ tēpore conditi testamenti vigebat pestis. in. d. loco christiarnadi: nec ibi tūc residebat delphiñ. notarius, qui de dicto testamēto notam reciperet. Quo fit vt potuerit idē do. Stephanus, etiā si alias fuisset statutum aut inhibitū vt supra, de illo notam recipere: per id quod not. Ang. in repetitio. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. vbi voluit per illā
12 l. ꝛ per. l. vbi absunt. ff. de tut. ꝛ cura. da. ab his. †quod si statutuz disponat, qd non valeant testamenta scripta per tabellionē qui non sit scriptus in matricula: ꝛ contingat qd tēpore pestis alius noterius non matriculatus fuerit adhibitus ad recipiendū notam de testamento: eo qꝛ notarius matriculatus haberi non valuit, valet testamentum. Cum ꝛ quia illustris dominus gubernator Delphinatus, seu eius generalis locumtenens dictum dominum Stephanū bollani notarium Delphinalē creauit: ac notas ꝛ instrumenta per eundē antea receptas autorisauit: ꝛ ea valere voluit: quod videtur potuisse facere: pro eo quia certum est quod serenissimus do. noster Delphinus nulluz superiorem recognoscit in patria delphiñ. Quo fit vt in ea possit quicquid potest imperator in imperio, per id qd not. Jo. and. in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. porro. in addi. que incipit, hec subscriptio. in fi. remittens ad dicta per se in. c. super quibusdam. §. preterea. de verb. sign. Et idem voluit Bar. in. l. infamē. ff. de publi. iudi. ꝛ in l. hostes. ff. de cap. ꝛ postli. reuer. ꝛ cano. signanter moderni in ca. que in ecclesiaruz. de constit. Quod si sic, imo qꝛ sic est, potest ipse serenissimus dominus Delphinus dispensare vel disponere, qd instrumentis in sua patria receptis per notarium ꝛ personā publicam, non tamen delphiñ. autoritate creatū, fides adhibeatur: cum huiusmodi facultas creandi notarios sit de iure positiuo, supra quod ꝛ contra ipsum potest princeps nullū recognoscens superiorem dispensare. c. proposuit, ꝛ qd ibi doct. de conces. preb. Et quemadmodum hoc facere potest idem serenissimus dominus noster Delphinus: ita ꝛ. d. gubernator, seu eius locūtenens: qꝛ vt colligitur ex tenore literarū gubernij: ꝛ tam ex illis verbis: ꝛ omnia alia ꝛ singula facere valeat vel exercere: quam ex verbis exceptionis inhibitiuis. in versic. donatione ꝛ alienatione ꝛc. subiuncte: que in non exceptuatis regulā firmat ꝛ declarat, vt no. gl. ff. de reg. iu. ꝛ Dy. co. ti. in. vj. ꝛ alij in alijs locis: potest idem do. gubernator regulariter facere in patria delphiñ. id quod potest princeps. Item ꝛ qꝛ idem do. gubernator non solum est gubernator: sed etiam vt audio locumtenens eiusdem serenissimi do. nostri Delphini. Propter qd quemadmoduz ipse serenissimus do. Delphinus poterat ꝛ potest prouidere, vt instrumentis per d. dominum Stephanum apostolicuz, ꝛ non delphinalē notariū receptis fides adhiberetur ꝛ adhibeatur: ita ꝛ hoc facere potuit do. gubernator, seu eius locūtenens, per doctrinam quam ponit Bar. in. l. j. §. a prefectis vero pretorio. ff. de leg. iij. Alex. de imo. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. vers. quarto modo iura appellant vicarium, super rub. ꝛ do. Jas. may. in. l. conuentionū. vers. tertio limita. ff. de pac. ꝛ quod post gl. not. Bar. in. l. ij. C. de offic.
13 eius qui vi. al. ge. †Ex quorū dictis colligit, quod ille qui per superiorē constituitur vicegerens, aut locūtenēs alterius, vel sui ipsius cōstituētis, si est princeps, potest regulariter id qd potest ille cuius est vicegerēs, seu locūtenens, ꝛ qd potest ipse princeps constituens. Preterea, vt colligit ex predictis, sola inhibitio seu prohibitio, de qua. s. obstabat instrumentis ꝛ notis receptis per dictum do. Stephanū priusquam autoritate delphiñ. notarius crearetur: qꝛ nisi precessisset inhibitio erat fides eisdē adhibēda, tanquā scripturis authenticis. Igitur sublato obstaculo, quod factum fuit per creationem ꝛ autorisationē, de quibus supra, videtur sine dubio instrumēto predicti testamēti fides adhibēda.
14 ¶ †Ad id vero quod queritur de tempore releuationis faciende, dico ꝛ respondeo quod de iure communi non est certum tempus statutum, infra quod debeat heres fieri facere releuationē, seu publicam scripturam de testamēto nuncupatiuo ꝛ sine scriptura confecto: nescio si de statuto sit prouisuz in patria Delphinali. Quod si sic, videnda sunt verba illius. Si enim loquatur de releuatione seu publicatione, que fit ad perpetuam rei memoriam, illud non comprehenderet casum nostrum: pro eo qꝛ productio ꝛ examinatio testium non est facta in hoc casu ad perpetuam rei memoriam simpliciter: sed ad victoriam cause per di-

ctos heredes obtinendam: ꝛ sic verba statuti non adaptarentur huic casui: ergo nec dispositio illius. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de dam. inf. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquir. here. ꝛ. l. ita autem. ff. de admin. tut. Et vbi verba constitutionis adaptarentur huic casui, esset bonum recurrere ad magnificum Delphinũ. parlamẽtum: vel illustrem do. gubernatorem Delphinatus, qui super hoc posset prouidere, si terminus erat elapsus tẽpore pro-
15 ductionis ꝛ examinationis testium. ¶ †Ad illud vero, de quo vltimo loco queritur, scilicet an dictum testamentum sit nullum, pro eo qꝛ dictus testator nihil reliquit matri, de quo posset testari: dico ꝛ respondeo quod cum ipse eidẽ matri reliquerit iure institutionis victum ꝛ vestitũ, hoc sufficit quoad hoc vt non possit dici nullũ: ex eo qđ pretẽditur nihil reliquisse de quo testari posset. Sufficit enim qđ eidẽ aliquid reliquerit iure institutionis, quantũcunqꝫ modicum sit, per id quod not. glo. in. d. auth. vt cũ de appel. cogn. §. aliud quoqꝫ cap. super verbo preterire: vbi sensit glo. qđ ad hoc vt testamentũ patris seu parentis non dicatur nullũ propter preteritionem filij, sufficit quod eidem relinquat iure institutionis saltem vnũ nummum: ergo idem dicemus in testamento facto per filiũ, quod sufficiat matri relinquere vnum nummũ iure institutionis. Fateor tamen quod dicta mater potuit petere supplementuꝫ legitime. l. omnimodo. C. de inoff. test. que quamuis olim fuerit quarta: est tamen hodie tertia omnium bonorum, deducto ere alieno ꝛ funeris impẽsa: qꝛ sicut legitima filiorum ꝛ descendentium fuit aucta, ꝛ ita legitima parentũ, secundum communem theoricam, quam ponunt scribẽtes in. d. auth. nouissima. Idem not. gl. in auth. de trien. ꝛ semis. §. hec nos. ꝛ in auth. de non eligen. secũdo nuben. §. igitur. collat. j. Bart. in. l. nã ꝛ si parentibus, per illum tex. quem bene inducit. ff. de inoff. test. ꝛ tam ipse, quam alij in multis alijs locis. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Priuilegiũ de non soluendis decimis religiosis concessuꝫ, intelligitur de fructibus tam acquirendorũ, quam iam acquisitoruꝫ prediorum: presertim si in eo de licentia per eos acquirendi mentio fiat. V. F.

1 ¶ Priuilegium motu proprio concessum qualiter sit extendendum.
2 Priuilegia principum proprio motu concessa seruanda sunt vt sonant.
3 Fratres minores dicuntur exempti a solutione decimaruꝫ, non solũ de bonis acquisitis ante eorum priuilegium: sed etiã postea querendis.
4 Priuilegiũ ecclesie concessum de non soluendis decimis an extendatur ad possessiones postea quesitas.
5 Priuilegium contra ius commune, ꝛ alteri nocinum, qualiter sit intelligendum.
Priuilegiũ a papa indefinite ꝯcessum qualiter sit intelligendũ.
6 In generaliter prohibitis, certo autem casu permissis, an standum sit verbo dicentis casum permissum subesse: aut econtra.
7 In beneficijs plenissima interpretatio est facienda.
8 Priuilegia p ius cõcessa presumẽda sunt proprio motu cõcessa.
9 Priuilegiũ exemptionis seu immunitatis ecclesijs ꝯcessuꝫ an extendatur et ad ecclesias post cõcessionẽ priuilegij edificatas.
10 Testator legans filiabus, an censeri debeat etiã comprehendere posthumas.

¶ De diuers. rescript. Consi. xxxv.



Isis dudum literis recolende memorie dominorum Clementis quarti, ꝛ Sixti quarti, continentibus priuilegiuꝫ, de quo in aliqua mea schedula exordiente, Recolende memorie do. Clemens ꝛc. scripsi ꝛ respõdi pro venerabili conuentu fratrum minorũ Dignensis ciuitatis, prout in schedula huiusmodi plenius continetur: scilicet quod priuilegium seu indultum ꝛ indulta inibi mentionata extendebantur non solum ad decimas prediorum ꝛ possessionum antea, sed etiam postea acquisitorum, motus iuribus, rationibus, ꝛ motiuis inibi latius mentionatis: que non repeto: ꝛ propterea si placet ibi videbuntur. Contrariũ autem consuluit egregius vir. d. Honoratus langerij: scilicet qđ indultũ seu indulta predicta interpretari debeant vt intelligantur de possessionibus, quas tempore concessionis eorundem habebat dictus venerabilis ꝯuentus, ꝛ fratres illius, nõ de postea quesitis. Pro quo quedam inducit, de quibus infra. Et qꝛ in. d. mea schedula mentionem feceram de proprio motu pontificis, ꝛ dixeram quod dicta indulta, ꝛ saltem do. Sexti, fuerant concessa proprio motu; ꝛ qđ propterea non strictissime, sed prout verba sonant, erant interpretanda, etiam quatenus concernebant pretensum preiudicium tertij: pro quo multa induxi: ꝛ inter cetera id quod not. Panor. in. c. ij. de immu. eccle. post Jo. andr. Idem
1 do. Lang. scripsit non esse verum †quod priuilegium motu proprio concessum extendatur quatenus preiudicat tertio: pro quo multa inducit: sed hec non impugnant id quod dixi. Non enim simpliciter dixi priuilegium proprio motu concessum esse extendendum vltra ꝛ preter id quod verba sonant: sed dixi ipsum esse intelligendum vt verba illius sonãt. Quod etiam vltra Jo. and. ꝛ Panor. supra allegatos voluit Hosti. in. d. c. ij. super verbo generaliter compellantur. ad fi. vers. priuilegia vero imperatoruꝫ omnino seruanda sunt ꝛc. Et idem voluit ibi Anto. de but. vers. sola ergo priuilegia. do. Jason may. in. l. fin. vers. adde etiam pro limitatione regule supra tradite illud quod tenuit Jo. and. ff. de constit. prin. vbi aperte do. Jason dicit regulam, quam ipse recitat vbi supra, de stricta beneficiorum aut priuilegiorũ interpretatione: quatenus illa concernunt preiudicium, damnum, vel iniuriam tertij, esse limitandam: per id quod no. Jo. and. in. d. c. ij. ad fin. ꝛ Panor. de immu. eccle. Et idem voluit do Fel. in. c. causam que. de rescriptis. vbi postea que ipse not. in dicto capit. causam que. ver. ꝛ procedunt hec etiam quando scribitur motu proprio, per dictuꝫ do. Langerij allegato, scribit. esse addendum id quod not. Joan. andr. in. d. c. ij. ad fin. vbi eleganter probat duo.
2 †Primo qꝛ priuilegia principum concessa proprio motu seruãda sunt sicut sonant. Secundo quod secus si per partem obtẽta, qꝛ stricte interpretantur: ꝛ ibi etiam Abbas col. pen. Quorũ dicta, vt ipse asserit ꝛ verum est, multũ declarant materiam de qua premiserat: ꝛ ea in quibus se fundat dictus do. Langerij aduocatus partis aduerse. Cui visum est indistincte, quod beneficiuꝫ aut priuilegium, quatenus concernit preiudicium tertij, debeat strictissime aut stricte interpretari. Ego autem dico hoc non esse verum: sed est distinguendum inter beneficium, aut priuilegium per partem impetratum: quo casu verum est quod dicit: ꝛ proprio motu concessum: ꝛ tunc non procedit, secundum Hosti. Jo. and. Anto. de but. Panor. do. Jas. ꝛ Fel. cum quibus si erro excusabor: sed non puto errare. Habent enim bona fundamenta ꝛ iura: vt plene prosequitur Hosti. in. d. §. ij. super verbo generaliter compellantur. vers. videtur quod non, ꝛ sequẽti, vsqꝫ ad vers. sed contra quod omnes ꝛc. vbi etiam Jo. and. super verbo compellantur. vers. videtur quod non, ꝛ seq. Stat igitur cõclusio vera ꝛ communiter approbata, quod priuilegia principũ proprio motu concessa seruanda sunt prout sonant: quatenus cõcernunt preiudiciuꝫ tertij. ¶ Quod aũt dicta indulta, ꝛ maxime concess. per do. Sixtum, satis sonent ꝛ sonare censeantur etiam de decimis acquirendarum possessionum post concessionem indulti, fuit
3 ostensum in alia schedula. †Et ita videtur vt predixi quod fratres minores sunt exempti non solum a solutione decimarũ prediorum acquisitoruꝫ ante concessionem illius: sed etiã prediorum questorum post concessionem illius: ꝛ in posterũ acquirendorum. Et pro hac conclusione, benefacit quod post Rich. malũ. voluit Albe. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle. vbi notat, quod priuilegia illius. l. extenduntur ad res post illorum concessionẽ per ecclesias acquisitas. Pro quo allegat. l. si seruitus, secũdo respõso. ff. de serui. rusti. predio. l. peculium. ff. de leg. ij. l. pen. ff. de fun. instruc. l. si cognatis. ff. de reb. dub. ꝛ auth. de eccle. titu. §. ad hec colla. ix. Et hanc opinionem secundum Albe. vbi supra, videtur tenere Archi. in. c. cognouimus. de redditibus. xij. q. ij. ꝛ in. c. frater noster. circa fin. xvi. q. j. Et Odof. in additione summe Azonis, super tit. de sacrosan. eccl. Hanc opinionem tenuit in terminis Bar. in. l. damni. §. si is qui. ad fi. ff. de dam. infec. Et idem vo
4 luit ibi Albe. vers. Item facit iste. §. Vbi expresse voluit, †quod priuilegium ecclesie concessum de non soluendis decimis extendatur ad possessiones postea quesitas. Pro quo allegant. c. quia circa. de priuil. Et idem voluit Jo. de imo. in. d. ver. si is qui, circa si. qui pro hoc allegat. c. ex parte. in tertio, iuncto. c. pe. de deci. vbi patet, quod priuilegium cõcessum certis religiosis super decimis lucrorum suorum non soluendis, comprehendat decimas etiam prediorum postea acquisitorum, nisi fuisset prouisio facta d. c. pen. Et idem voluit Joan. de imo. in cle. literas. versi. secundo casu quando est fundata super vniuersalitate. de rescr. Hanc opinionem etiam sequitur Alexan. de imo. consil. clxxviij. exordiente, In occurrente casu supra narrato. versic. sexto probatur per id quod habetur ꝛc. in. ij. volu. Et do. Jason may. in. l. qui filiabus. in princi. ff. de legat. j. Et isti omnes loquuntur, non quidem in solo beneficio principis: sed in priuilegio cõcernente preiudicium alterius: ꝛ tamen volunt qđ tales priuilegiati censeantur exempti, etiam quoad decimas prediorũ post concessionem priuilegij

priuilegij

priuilegij questiorū. Et cū hac opinione etiā vī̄ transire Raph. cuma. in. d. l. dāni. §. si is qui. quatenus se remittit ad. d. c. q2 circa. Et vt dicit Panor. in. d. c. ex parte. el. ij. in hoc nō fit extensio priuilegij: sed potius prohibetur restrictio vltra propriū significatū verborū: q2 concedēdo decimas alicuius ville, verba non
5 magis importāt decimas presentes, quā noualiū. † Et subiūgit, qd̄ priuilegiū contra ius cōe ꝛ alteri nociuum debet intelligi ſm qd̄ verba sonāt, ꝛ importare possunt ex proprio significato ipsorum. Premissis nō obstant no. per gl. Host. ꝛ alios in. d. c. q2 circa. Quā respondeo qd̄ quatenus ibi dicunt, qd̄ si priuilegiū esset cōcessum a papa indefinite, ꝛ sine tēpore: q2 tūc preiudicaret iuri ordinarij: esset strictissime interpretandū: ꝛ intelligeretur solum de possessionibus acquisitis: ꝛ non de acquirēdis postea, ipsi nō loquūtur in priuilegio proprio motu pape concesso: ꝛ in quo vt predixi alia ratio pactū reformat: vt sc3 non strictissime, sed etiā stricte: sed prout verba sonant fiat interpretatio. Loquuntur ēt in priuilegio indefinite cōcesso: nos aūt in priuilegio vel vniuersali vel generali: vt sc3 de nullis eorū bonis teneātur fratres minores soluere decimā. Host. ꝛ Jo. and. nō dicunt simpliciter priuilegium per papā concessum esse stricte interpretandū, quatenus concernit preiudiciū tertij: sed loquuntur ꝛ dicunt, qn̄ infligit enorme preiudiciū aut grauamen: qd̄ non apparet esse in ca
6 su: nec esse presumitur: pro eo † q2 quemadmodum in generaliter prohibitis, certo autē casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentū. ff. de prob. ꝛ l. cū quis decedens. §. titia. ff. de leg. iij. ꝛ ꝙ no. Jo. and. in addi. Spec. ti. de reb. eccl. nō alie. ita ꝛ econtra in regulariter permissis, certo autē casu prohibitis, nō statur verbo dicētis casu3 prohibitū subesse: vt sic contrariorū eadē sit disciplina: ꝛ qd̄ operatur propositū in proposito operetur oppositū in proposito. l. ꝛ si cōtra. ff. de vulg. ꝛ pupil. Et ꝙ no. Bar. soc. in. l. quoties. ad fi. ff. de condi. ꝛ demō. Si ergo Host. ꝛ Jo. and. sentiant ꝛ sentire videantur, ita demu3 priuilegiū pape in preiudiciū alterius cōcessum esse strictissime vel stricte interpretandū, si enorme preiudiciū vel grauamen alteri inferat: sentiūt qd̄ regulariter secus sic, arguendo a contrario sensu eorū dicti: qd̄ facere licet. c. sane. el. j. xxiiij. q. ij. Et ꝙ no. Ang. in auth. de non eligēdo. ver. ꝛ pdicta vera ꝛc. Nico. de vbal. in suo tract. suc. abintest. in. ij. prin. parte. ꝛ ꝙ no. doct. repreben. gl. in. l. si mihi ꝛ tibi. §. in lega. ff. de leg. j. Non etiā obstat. c. cu3 di
7 lecti. ꝛ quod ibi Jnn. de dona. Et primo quidē non. d. c. † q2 imo illud facit pro eo qd̄ dixi, quatenus ibi dr̄, qd̄ in beneficijs est plenissima interpretatio adhibenda. Non etiā dictū Jnno. q2 vt dicit Bar. in. l. non soluū. §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. ꝛ in l. cū quidā. ff. de his qui. vt indi. Roma. consi. ccxj. Alex. de imo. cons. cxxxviij. exordiente, Opportune consideratis. in. j. vol. ꝛ d. Jas. may. in. l. actione. versic. nō puto quod ista sit intētio huius glo. ꝛc. C. de transac. dictū doct. vel glo. debet intelligi ſm iura q̄ allegat. Cum ergo imo. alleget. c. ex tuarū. de auto. ꝛ vsupal. dictum eius debet intelligi ſm. d. c. qd̄ loquitur in priuilegio concesso ad postulationem partis: nō proprio motu: ꝛ ita presumitur. c. si motu proprio. de preben. in. vj. ꝛ ꝙ no. Bar. ꝛ doct. in. l. j. C. de petit. bon. subla. Bar. ꝛ doc. in. l. iij. in princ. ff. quod quisque iuris. in. l. j. C. de bon. vacā. ꝛ in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Et sic non obstat id qd̄ dixi: q2 hic est sermo de cōcessione facta proprio motu. Et eodem modo respondetur ad. c. audita. de restitu. spolia. c. quāuis. de rescrip. in. vj. ꝛ c. si. de verbo. signi. sc3 qd̄ illa loquūtur in priuilegio cōcesso ad partis postulationem,
8 non proprio motu. † Nisi forte quis dicat, qd̄ imo priuilegia de quibus in iuribus hmōi presumi debeāt concessa proprio motu: vtpote in corpore iuris clausa, per id qd̄ no. Bar. ꝛ doc. in. d. aut. quas actiones. C. de sacros. eccl. Sed istud nō obstat qm̄ respondeo qd̄ quando princeps concedit priuilegiū statuendo ius cōe, ꝛ illud inseritur in corpore iuris: tunc presumitur cōcessum motu proprio. Sed cōcessiones de quibus in dictis iuribus nō fuerunt facte statuendo ius cōe: sed ante iura predicta emanarunt: ꝛ super casuum declaratione dicta iura postea processerūt: ita vt c. seu iura hmōi dici debeant non priuilegia, sed iura priuilegiorum: prout dici solet quod quedam sunt leges: quedā autē leges legū. Et de his vltimis tractatur sub rub. de legi. Quod autem subiungit idē do. Langerij, qd̄ illud premissu3 dictū eius voluerunt Bar. ꝛ Raph. cuma. in. d. l. dāni. §. si is qui, inquātum se remittūt ad no. in. c. q2 circa, dico ꝛ respondeo, salua eius pace, qd̄ ꝛ Bar. ꝛ Cuma. ibi tenent contrariū. Et quidem Bart. expresse, quod priuilegiu3 de non soluendis decimis trahatur ad futura predia. Respōdendo enim questioni in verbis finalib⁹ dicit formaliter; sic vt est casus extra. de priuileg. c. q2 circa: Cuma. vero mota questione hmōi dicit de ea haberi in. d. c. q2 circa. Et sic nemo remittit ad not. in. d. c. seu ad id qd̄ in eo habetur. Etiam Cy. quem allegat idem do. Lange. in. d. l. placet. C. de sacros. eccle. nihil iuuat: sed relata opinione Petri circa duas questiones ibi motas subiungit, quod circa illas ad presens nō dicebat aliquid nisi recitando: q2 vltramontani contradixerunt: que vtrum procedant cogitetis. Hec ille cuma. Et contra opinionem Pet. te
9 nent Ray. ꝛ Raph. Fulg. in. d. l. placet. volentes † quod priuilegium exemptionis seu immunitatis cōcessum ecclesijs extendatur etiam ad ecclesias edificatas post cōcessionem priuilegij. Et istud vī̄ verius, ꝛ de consuetudine obseruari. Aliter enim si ille sole ecclesie, que erant edificate tempore Honorij ꝛ Theodosij imperatorum conditorum. d. l. placet, gauderent priuilegijs de quibus in ea, multe sunt in orbe terrarum que ab illis repellerētur: ꝛ tamen videmus quod passim ꝛ indistincte omnes se tuentur etiam per illam legem. Preterea si ecclesie duntaxat gauderent priuilegijs, de quib⁹ in dicta. l. quoad bona acquisita antequam illa conderetur: ꝛ nō etiam quoad postea acquisita, redderetur illa lex ecclesijs inutilis: ꝛ in vanum decretū allegaretur per ecclesias: cuius contrariū videmus. Et ita ſm notoriam consuetudinem seu obseruantiam non solu3 ecclesie tempore. d. l. vel ante eam edificate, sed etiā postea constructe: ꝛ non solum quoad bona antea quesita, sed etiam postea, gaudēt priuilegijs illius. l. Preterea non obstat ei qd̄ predixi. d. l. filiabus, in prin. nec ꝙ per illam. l. ibi no. Bald. Jo. de imo. ꝛ Alexan. de imo. Et primo quidem non. d. l. q2 ibi testator legauit filiabus: ideo non mirum si propterea non censebatur etiā legasse posthume, si de ea in nulla parte testamenti mentionem fecerat. Nō etiam qd̄ ibi no. doc. prefati de legato facto ecclesijs ciuitatis. Tū q2 vt predixi Alberi. Rayn. ꝛ Raph. fulg. contrarium tenent in simili in. d. l. qui filiabus, in prin. ver. quarto no. ꝛc. ibi, Tu autē. Tu3 ꝛ q2 legatū relinqui solet extraneis propter meritum. l. nec adiecit. ff. pro so. que non processerunt quo ad ecclesiam que post testamentum edificaē. Propterea facilius potuit cogitare do. Sixtus papa concessor dicti vltimi indulti, vtpote diu antea versatus in religione, qd̄ ipsi fratres acquirerent. ꝛ qui etiam cum eis ꝛ cum fratribus predicatoribus dispensauit, vt possent acquirere ꝛ succedere ꝛc. quam testator, qd̄ post testamentum construerentur noue ecclesie. Et vt videē attenta dicta dispensatione super bonis acquirendis: ꝛ sic mentione de illis facta. d. l. qui filiabus, in prin. prestat bonū argumentū pro dictis fratribus minoribus: pro eo
10 † q2 licet testator legās filiabus nō censeatur etiā legasse posthume: hoc tamen fallit quando in aliqua parte testamenti fecit mētionem de posthuma: quia tūc censetur legasse etiam posthume. Ergo supposito, citra preiudicium veritatis, qd̄ priuilegium de decimis non soluendis non debeat alias extendi seu intelligi esse concessum etiam quoad decimas prediorum postea acquisitorum: hoc tamen falleret in casu priuilegij de quo agitur: in quo etiam, si memoria non me fallat, dispensatum est vt possent dicti fratres minores bona immobilia acquirere ꝛ succedere ꝛc. Nec pro sententia Bal. ꝛ aliorum facit cle. literas, de rescrip. per eos allegata. Quia illa loquiē in literis ad beneficia, que sunt odiose. C. quamuis, de preben. in. vj. Et ideo restringende. l. cum quidā. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ regula odia, de reg. iur. in. vj. secus vero in testamentis. d. c. cum dilecti, de dona. Secus etiam in indulto. de quo est sermo: vt pote proprio motu concesso: ꝛ qd̄ non debet restringi, sed intelligi vt sonat: ꝛ sic de decima omnium bonorum. Sunt ꝛ alia, ꝛ quidem multa pretensa similia inducta per dictu3 do. Langerij ad confirmationem eius pretense sententie: sed illa bene inspecta nullo obstant: ꝛ in singulis potest maior dissimilitudo assignari, ꝙ similitudo notari. Et ita pretensa similitudo non currit in eis quatuor pedib⁹: nec est cōcludens, vt possem clarissime ostēdi: sed q2 hoc esset laboriosu3 potius quam subtile supersedeo. Possem etiā clarissime ostendi qd̄ idem. d. Langerij nō satisfecerit rōnibus alias p me allegatis. Sed q2 hec omnia longa sunt, ꝛ apparebūt magis nota huic magnifico ꝛ insigni parlamēto, ego supersedeo: ne propter prolixitatē ipsum tedio afficiam.

Argumentum.

Que vere a filio vsufructuaria relicta est, cautiones hic subscriptas prestare tenetur. V. F.

1 Mater vel vxor a testatore vsufructuaria relicta qualiter intelligatur.

2 Testator in dubio presumitur magis velle consulere filijs, ꝛ descendentibus, quam alijs.

De vsu ꝛ vsufruct. Consi. xxxvj.



Ex themate mihi tradite cōsultationis parte honestarum mulierum Bieude ꝛ Jannete roncrie sororum eliciuntur multa dubia: quibus respondeo breuiter ꝛ succincte prout infra. Et primo ad

primum. Pro cuius faciliore solutione, qr illud continet multa dubia, premitto qd cū honorabili quondā viro Ludouico ronerio in d. casu mētionato superfuerint quinq; liberi primi gradꝰ: scilicet Blasius: Thomas: Joanna: ⁊ prefate Bienda ⁊ Jāneta eius filij ⁊ filie naturales ⁊ legitimi: horum omniū legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum dicti quondam Ludouici, eorum scz que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. ⁊ trāssumptiue. in auth. nouissima. C. de inoff. test. iūcta. l. papinianus. §. quarta antē. ff. eo. ti. Si ergo bona dicti quōdam Ludouici valebant tēpore mortis illius, deducto seu detracto ere alieno ⁊ funeris impensa, quinq; mille florenis, legitima dictorū quinq; liberorum ascendebat ⁊ ascendit ad valorem duorū milliū ⁊ quingentorum florenorū, qui erant equis portionibus inter eos diuidendi: ⁊ sic legitima cuiuslibet ascendebat ad quingētos florenos. Premitto preterea qd qr d. Blasius mortuus est intestatus, superstitibꝰ prefatis Thoma: Bienda: Janneta ⁊ Joāna eius fratre ⁊ sororibus vtrinq; cōiunctis: ⁊ honesta muliere Margareta dicti quondā Ludouici relicta, ⁊ matre eiusdē Blasij ⁊ aliorū predictorū, eius hereditas delata est prefatis matri, fratribus ⁊ sororibus: cuilibet scz pro quinta parte. auth. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in corpore vnde sumitur. Et sic in bonis que fuerunt dicti quondam Blasij habet prefata Margareta eius quondā mater quintā partē: ⁊ qlibet ex dictis Thoma: Bienda: Janneta, ⁊ Joāna successit pro quinta parte. Deinde vero qr etiā ab humanis decessit d. Joāna adhuc in pupillari etate cōstituta: superstitibꝰ matre, ⁊ dictis Thoma ⁊ duabus sororibus: eius hereditas fuit eis delata, cuilibet pro quarta parte. d. aut. defuncto. Et cum postremo ab humanis decessit dictus Thomas etiā in pupillari etate cōstitutus, eidē successerūt prefate Margareta mater, Bienda ⁊ Janneta sorores, quelibet scz pro tertia parte. d. aut. defuncto. per quam etiā probatur qd a successione predictorū Blasij, Thome, ⁊ Jannete repellitur honesta mulier Ludouica. dicti quōdā Ludouici mater, ⁊ auia paterna eorūdem Blasij, Thome, ⁊ Joānete. Quibus premissis respondeo ad primū quesitū, qd leuatis seu detractis de bonis predictis mille florenis pro legitima dictorū Bieude ⁊ Jānete, prefata Margareta habet tertiā partem in residuo: ⁊ hoc ex successione dictorū eius liberorum. Prefata vero Ludouica auia paterna nihil hz in bonis hmōi vltra ⁊ preter id qd d. quondā Ludouicus in eisdē sibi reliquit: nisi aliunde, quā ex successione dictorum eius nepotū ⁊ neptis, aliquid in eis se habere pretēderet.

1 ¶ † Venio ad 2m: super quo esset primo videndū, an per legatū, per qd d. quondam testator fecit ⁊ constituit prefatā Ludouicā eius quondā matrem dñam vsufructuariā omnium bonorū suorum, censeatur idem testator eidem reliquisse vsumfructū dictorum eius bonorū, vel solum alimēta, ⁊ illam preeminentiā, quam habebat in domo tempore vite eiusdē testatoris: prout magis cōmuniter dici solet de vxore relicta dña ⁊ vsufructuaria bonorum mariti: ⁊ filijs vel alijs liberis ipsius mariti eiusdēq; testatoris heredibus institutis: vt colligitur ex his que no. Bar. ⁊ doc. in. l. titia cum testamento. §. fi. ff. de leg. ij. ⁊ q no. glo. ⁊ multi docto. in auth. hoc locū, ⁊ aliqui in. l. j. C. si secun. nup. mul. Bal. in. l. fi. C. de indic. vidui. tol. Bar. in tribus eius cōsilijs, exordiētibus, Vno, Petrus mathioli: alio, Nicolaus samati: ⁊ alio, Bar. rafoli: ⁊ alij in alijs locis. Ad quod respondeo, qd licet Bar. monēs questionem de matre ⁊ nouerca testatoris, que relinquūtur dñe ⁊ vsufructuarie, illā reliquerit indecisam in d. l. titia cuz testamento. §. fi. tamen Bal. Jo. de imo. Raph. ⁊ floria. ibi tenent q idem sit iudicandum de matre qd de vxore. Et idem voluit Ange. in d. auth. hoc locū. ⁊ consi. cv. exordiente, In dicto testamento ⁊c. ver. Restat igitur nunc videre ⁊c. Pro quo multa inducit. Idem etiam voluit Pau. de monte pico, in repetit. d. §. fi. veri. sexto queritur Bar. ⁊c. Et ideo si aliud non superesset: videretur qd dicta Ludouica deberet dici alimētaria, nō vera vsufructuaria. Sed hic dubium facit, qr in d. legato fuit dictū, qd prefata Ludouica mater testatoris supportare haberet onera hereditatis ⁊ heredum suorum: propter qd non vr quod interpretatio cōsuetudinis, de qua per gl. ⁊ doc. in locis superius allegatis: scz qd filijs heredibus institutis mater illorū relicta dña ⁊ vsufructuaria cēseatur esse alimētaria, nō vsufructuaria nō procedit in hoc casu: qr illa nō videtur procedere ex impropriatione predictorū verborum: vt dicit Sal. in d. auth. hoc locū: sed ex ratione que ponit in aut. de triē. ⁊ semis. §. prohibemus. in princ. scz qd si pater videretur voluisse relinquere vxorē dñam ⁊ vsufructuariā, ipse fuisset quātum in eo erat crudelis ⁊ impijssimus in filios, seu contra filios,
2 quos fame necari quodāmodo procurasset. † Quia igitur quis presumitur magis velle cōsulere filijs ⁊ descendētibus, quā vxori, vel alijs. l. generaliter. §. cum aūt. C. de instit. ⁊ substit. l. cū acutissimi. C. de fideic. ⁊ l. cum auus. C. de condi. ⁊ demō. fit interpretatio, de qua supra. Sed in casu de quo queritur nō occurrit ista ratio; qr d. testator voluit ⁊ ordinauit onera hereditatis ⁊ heredum per dictā Ludouicam eius matrē supportari; ⁊ sic arguendo a ratione. l. cessante, qd fieri pōt. c. cum cessante. cum iuis fi. de appell. videtur quod dictus quondā Ludouicus senserit de vero vsufr. hoc est qd ipsa Ludouica mater esset vsufructuaria, nō alimētaria tantū. Est tn̄ verum qd dicti quinq; liberi debuerūt habere dictā eorum legitimā, ⁊ causalem vsumfructū illius: per id qd no. glo. ⁊ Bar. in. l. vxori mee. ff. de vsufr. leg. ⁊ auth. nouissima. ⁊ quod ibi glo, ⁊ docto. C. de vsufru. Et cum, vt predixi, dicto quondam Ludouico superfuerint quinq; liberi: ⁊ quorum legitima erat dimidia pars dictorū eius bonorū: prefata Ludouica non habuit vsumfructuz nisi in dimidia parte eorundem bonorum. Ad dictas igitur Margaretam, biendā, Joannā pertinet vt predixi non solū proprietas predictorum bonorū: sed etiā causalis vsusfructus medietatis eorūdem. Ad id vero qd vlterius queritur in d. secūdo quesito, an eadem Ludouica teneatur conficere inuentarium de bonis, in quibus habet vsumfructuz, dico ⁊ respondeo qd sic, per id quod voluit Benedi. cap. consilio. ix. in primo quesito, ⁊ Alex. de imo. consi. lvj. exordiēte, Habita super narratis in themate opportuna cōsideratione ⁊c. vers. posito ergo quod legatum vsusfructus ⁊c. Et videntur isti sentire, quod istud inuentarium seu descriptio non fiat per se seu seorsum ⁊ ad partē: sed fiat in instrumento cautionis seu satisdationis, quam prefatis Margarete, ⁊ filiabus prestare debet predicta Ludouica de vtendo ⁊ fruendo arbitrio boni viri quoad bona immobilia, ⁊ alia que vsu nō consumūtur: ⁊ restituendo illa finito vsufructu. Quo vero ad alia: que vsu consumūtur, illa possunt estimari: ⁊ deinde prestabitur cautio de restituēda finito vsufructu dimidia parte estimationis seu pretij, ad quod estimabūtur. Et sic fiet publicum instrumentū: in quo dicta Ludouica confitebitur ⁊ recognoscet se habuisse ⁊ recepisse a dictis Margareta ⁊ filiabus iure vsusfructus sibi redditi per dictū quōdam Ludouicum talia bona ⁊ talia: ⁊ describētur bona, veluti domus, ⁊ alia que vsu nō consumuntur: quibus promittet prout dixi vti arbitrio boni viri ⁊ ea restituere finito vsufructu. ¶ Preterea etiā designabuntur bona, que vsu cōsumuntur, ⁊ que estimabuntur: ⁊ promittet p̄dicta Ludouica quoad bona que habebat restituere estimationē finito vsufructu. Et vt hec melius expediātur, esset fortasse bonū qd dicta bona diuiderentur; ⁊ quod prefate Margareta ⁊ filie haberent ex nunc dimidiam partem pleno iure pro dictis legitimis. Alia vero pars remaneat penes dictam Ludouicam iure vsusfructus, quādiu vixerit: prius tamē prestita cautione idonea, vt predixi. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo q, cuz annue pēsiones, nomina, ⁊ credita, de quibus ibi, non fuerint dicti quondam Ludouici: sed fuerint post mortē illius per dictam Ludouicam tutricem, ⁊ tutorio nomine liberorum ⁊ heredū eiusdem acquisita: ipsa Ludouica non habet in eis vsumfructum in vim d. legati: sed videntur pensiones ac nomina ⁊ credita huiusmodi insolidum pertinere dictis Margarete ⁊ filiabus. ¶ Ad quartū dico, vt iam tetigi, quod prefate Margareta ⁊ filie possunt ex nunc petere dimidiam partem pecuniarum ⁊ aliorū bonorum hereditariorum. Quo vero ad aliam dimidiam partem, in qua predicta Ludouica habet vsumfructum, debet illa dimidia pars, seu bona, que pro illa remanebunt penes eam iure vsusfructus, inuentarisari ⁊ describi: ⁊ idonea cautio seu satisdatio prestari de vtendo fruendo arbitrio boni viri, quoad bona immobilia que vsu non consumuntur, ⁊ de restituendo illa finito vsufructu. Quo vero ad mobilia, que vsu consumuntur: ⁊ quoad pecuniam debebit ipsa Ludouica prestare cautionem, vt superius dixi. ¶ Ad vltimum dico ⁊ respondeo quod pro faciliore expeditione predictorum, vt iura dictarum Margarete ⁊ filiarum facilius assecurentur ne pereant vel diminuantur, expediret eis petere diuisionem: vt sic haberent dictam dimidiam partem penes se tam in pecunijs, quam in alijs: ⁊ deinde petere fieri descriptionem omnium eorum que remanebunt penes dictam Ludouicam: ⁊ cautionem idoneam, vt predixi. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Liberis primi gradus tantum exceptis, alij fructus perceptos in quartam trebellianicam imputant. V. F.

1 ☞ Verba pleno iure, in substitutione fideicommissaria posita quid importent.
2 Quarta bonorum trebellianica que bona vel quos fructus comprehendat.
3 Per fideicommissum succeditur testatori grauanti, non heredi grauato.

¶ Ad Senatusc. trebel. Consi. xxxvij.



Visis scripturis mihi missis parte honeste mulieris Catharine dandelle relicte Claudij colleti, ac matris & vniuersalis heredis Michaelis colleti, dico & respōdeo breuiter & succincte: prout iam & elegāter & vere respōdit egregius vir. d. Petrus de monte risso iuriū professor: qd substitutio, quā eidē Michaeli fecisse dr dictus quondā Claudius pater, fuit cōpendiosa: & qd illa valuit iure fideicōmissi, nō directo, sc3 iure vulgaris substitutionis aut pupillaris: pro eo q2 vtraq3 expirauit, prima per immixtionē seu aditionē paterne hereditatis: secūda vero per aduentū pubertatis: & sic in vim dicte fideicōmissarie substitutionis debuerunt & debēt hereditas & bona dicti quondam Claudij, seu illa quarta portio, que ad eundē quondā Michaelē peruenerat, restitui honestis mulierib9 Marie seu Marte, Janete, & alteri Jānete ipsius quondā Michaelis amitis, sibi substitutis: detractis tū duabus quartis, sc3 legitima & trebellianica: que in hoc casu detrahi possunt, cū fideicommissuz fuerit & sit cōditionale, & nō purum: pro quo allegasse sufficiat id qd no. glo. Bar. & doct. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. glo. Bar. Bal. Phil. de cor. & doct. in. l. quanq̄. C. ad. l. falci. & pro hoc sunt boni text. in. c. raynutius. c. raynaldus. de testa. Et quanuis Bal. in. l. precibus. vers. procedo vlterius: ibi, per ista verba ergo &c. C. de impu. & alijs substi. & in aut. †sed cum testator. C. ad. l.
1 falc. videatur sensisse, qd per verba pleno iure, posita in substitutione fideicōmissaria censeatur testator prohibuisse detractionē trebellianice: contrariū tū tenuit, & verius, Oldra. consi. cclvij. exordiente, Presupposita consuetudine ciuitatis Parisiensis. vers. Ad quartā questionem est dicendum: vbi pro hac sententia multa inducit. Et hanc sententiā sequutus est Albe. in. l. raptores. vers. que omnia. C. de episc. & cle. Ange. in auth. de trien. & semis. §. illud quoq3. el. j. Pau. de cast. & Phil. de cor. in. d. auth. sed cū testator. Roma. consi. lxxix. exordiente, Totum fundamentuz tam consulentiū &c. Et lōge plenius in repet. aut. similiter. C. ad l. falc. & alij in alijs locis. A qua snia, q2 cōis est, nō est in iudicādo aut consulendo discedendū. l. j. ver. crebrior apud veteres opi. &c. ff. de offi. questo. Quod etiā voluerūt Hosti. Joan. and. & omnes scribentes in. c. j. de constitu. Consulo igitur quod. d. Catharina potest detrahere duas quartas, scilicet legitimā, que ascendit ad vnam vnciam bonorū dicti quondā Claudij, deducto ere alieno & funeris impēsa: cum dicto quondā Claudio superfuerint quatuor liberi, & tres filie, & nepos ex filio defuncto: per id quod habetur in. d. auth. de trien. & semis. §. j. & transsumptiue. in. d. auth. nouissima. & trebellianicā, q̄ est quarta pars residui: hoc est eius quod supererit de dicta quarta portione hereditaria post detractionem predicte legitime, iuxta theoricā quam ponit glo. in. d. c. raynaldus. super verbo licet ipsas. & Jo. de imo. in. l. coheredi.
2 §. cū filie. ff. de vulg. & pup. & alij in alijs locis. †Est tamen verum quod in hanc quartam trebellianicam debent imputari fructus percepti per dictum quondā Michaelē, cum non esset de liberis primi gradus. Pro quo allegasse sufficiat. l. in fideicommissariā. in prin. & qd ibi glo. & doct. ff. ad trebel. & l. inhemus. & qd ibi scribentes. ff. eo. tit. Preterea aduertendu3 est an. d. quondam Michael aliquid soluerit de debitis dicti Claudij eius quondā patris: vel etiā de legatis per eū relictis: q2 in illis debēt cōtribuere dicte substitute pro quarta, quā sunt de dicta quarta portione habiture. Quo vero ad bona per ipsu3 Michaelē acquisita post mortē patris, vel q̄ ad eū peruenerūt aliūde quā ex paterna successione: dico qd in illis debet succedere eadē Catharina, repulsis dictis substitutis: pro eo q2 per fideicōmissu3 succeditur testatori grauāti, & sic in bonis suis, nō heredi grauato, nec in bonis suis. Hec probanf, primū sc3 per id qd habetur in aut. defuncto. C. ad tertul. & in corpore vū sumitur. Scdm vero per id qd habetur in. d. l. coheredi. §. cū filie. prout etiā elegāter scripsit. d. dominus primo scribens: cui adhereo, sub correctione cuiuslibet &c.

¶ Argumentum.

¶ Filij donationem per eorum patrem etiam extraneo factam non reuocant, nisi vsq3 ad eorum legitimam: dum tamen & ipsis aliquid relictum fuerit. U. F.

1 ¶ Donatio cum iuramento de non reuocando facta dicitur donatio inter viuos.
2 Donatio inter viuos an posthumi natiuitate reuocetur.
3 Postquam pater aliquid donauit filio non potest idem filius, etiam si facta fuerit donatio extraneo, agere ad reuocationem totius donationis.

¶ De inoff. dona. Consi. xxxviij.



Quanuis donatio, quā fecisse dicitur probus quondā vir Joānes fornerij, filius quondā naturalis & legitimus Petri fornerij, honeste mulieri Catharine fornerie eius sorori, prima facie videaf esse donatio causa mortis: pro eo maxime q2 in donatione hmōi hoc exprimitur: illa tū re vera nō fuit donatio causa mortis, s3 inter viuos: & hoc pro eo q2 idē Joannes donator promisit & iurauit, manū dexteram leuādo versus celu3, qd dictam donationē nō reuocaret aut retractaret: eo sc3 casu quo ex infirmitate, in qua pro tēpore detinebatur, ab humanis decesserit. Quo fit vt cēseaf & dici debeat donatio hmōi inter viuos, nō causa mortis: propter promissionem & iuramentū de non reuocando. l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. & q̄ not. Alex. de imo. consi. xiiij. exordiente, Circa primum dubium &c. Bar. in. l. fi. C. de pac. Fran. de aret. consi. lxxiiij. Et plenius do. Jas. may. in. l. non omnes. ff. si cer. pet. Preterea si donatio predicta facta extiterit prefate Catharine, seu publico notario stipulanti pro & nomine eiusdē Catharine & suorū heredum: qd tamen videre non potui: pro eo q2 donatio fuit abbreuiate scripta, etiā ex hoc censetur donatio predicta fuisse donatio inter viuos: p id qd no. Bal. in. l. ij. C. de iur. do. Alex. de imo.
2 in. d. cōsi. xiiij. †Quo supposito, scilicet qd donatio predicta fuerit donatio inter viuos, illa fuit reuocata natiuitate pdicte Antonete dicti donatoris quondā filie. l. si vnquam. & qd ibi doct. C. de reuo. dona. & q̄ not. doct. in. l. j. C. de inoff. dona. & c. fi. de dona. Et hec procedūt nisi forte idem quondā Joan. tempore facte donationis cogitasset & cogitasse probaretur de liberis nascituris: vt q2 forte sciebat vxorem pregnantem. Tunc enim non censeretur donatio predicta fuisse reuocata ex capite natiuitatis predicte Antonete: nec ex dispositione. d. l. si vnq̄. per id qd not. Bar. in. l. titia. §. imperator. ff. de leg. ij. & multi doc. in. d. l. j. C. de inoff. dona. in. d. l. si vnquā. & in. d. c. fi. Sed tamen q2 eo casu censeretur & fuisset inofficiosa re & cōsilio, illa fuisset in totū reuocata ex capite inofficiositatis: postquā non alicui ex liberis dicti Joānis, sed eius sorori, & sic persone extranee facta fuerat: per id qd magis cōiter scribunt doct. in. d. l. j. Et ita videtur quod omnia bona peruenire debuerint & pnenerint ad. d. Antonetā. Illud aūt est indubitatum, qd siue donatio predicta fuerit donatio inter viuos, siue causa mortis, prefata Antoneta nō debuit nec de iure potuit priuari debito bonorum subsidio: hoc est sua legitima, que est tertia pars bonorū predicti quondā Joannis, eorum sc3 que superfuerūt deducto ere alieno & funeris impēsa. Pro quo allegasse sufficiat ea que habētur in. l. qm in prioribus. auth. vnde & si parens. C. de inoff. test. & q̄ no. doc. in. d. l. j. C. de inoff. don. Que dixerim breuiter & succincte, quinimo in promptu, pro eo q2 temporis opportunitas non se offert, & q2 casus non mihi videtur habere magnum dubium. Placuisset tamē videre notam dicte donationis ad plenū extensam. ¶ Post predicta fuit mihi exhibita integra nota donationis de qua supra: & ex qua colligitur quod. d. quondā Joannes cogitans de liberis nascituris donauit posthume, si qua nasceretur, libras. xxv. & sic non omnino eam preterijt. Superest tamen dubitatio & difficultas, an supposito qd dicte. xxv. libre non ascendāt ad valorem legitime predicte Antonete, que vt dixi est tertia pars predictorum bonorum: possit prefata Antoneta agere ad reuocationē totius donationis, vel solum ad supplementū: vt sic habeat vel omnia bona que fuerunt dicti Joannis eius quondam patris: vel solum tertiam
3 partem. Super quo articulo sunt opiniones. †Quidā enim voluerunt quod postquā pater aliquid donauit filio, non potest idē filius, etiam si donatio facta sit extraneo, agere ad reuocationē totius donationis, sed solum petere potest supplementum legitime: hoc est id quod de ea deest, prius imputato eo qd fuit donatum vel relictū. ar. l. omnimodo. C. de inoff. test. & no. in. d. l. j. C. de inoff. dona. & hoc fuit dictū Bart. in. d. l. titia. §. imperator. versi. aut fuit collata in extraneum &c. Et idem tenent ibi Bal. Jo. de imo. & Cuma. Idem etiam voluit Jo. de imo. in. d. ca. fi. versi. aut donatio fuit facta extraneo & tunc aut filio &c. de donatio. Et hec opinio videf mihi inter modernos esse magis cōis: & propterea non esset tutum ab ea recedere in consulendo aut iudicando. l. j. ibi, Crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. & quod not. Hosti. Jo. and. & alij in. c. j. de constit. & doct. in. l. fi. C. de pe. indi. qui male indi. quanuis Sali. in. d. l. j. versi. aut fuit collata in extraneum: ibi, sed in casibus &c. videatur voluisse & sensisse, quod si donatio facta extraneo fuerit re & consilio inoffi. possit filius petere eam reuocari in totum, etiam si sibi fuerit aliquid relictum, aut donatū. Et ista fuit opinio Hugoli. recitata per glo. & docto. in. d. §. imperator. & in. d. l. j. tenentis indistincte, quod donatio

inofficiosa re ⁊ consilio facta extraneo debeat in totum reuocari.
arg.l.si libertus.§.penult.ff.de iure patro. Et licet pro hac opi-
nione possint multa induci:prima tamen, vt dixi, videtur com-
munior:secũdum quam non videtur eadem Antoneta posse pe-
tere nisi tertiam partem.

¶Argumentum.

¶An legi donationes reuocanti ob liberos post susceptos re-
nuntiari possit per donantem,contrarie dictorũ opiniones plu-
rimum obtenebrant. V. F.

1 ☞Donatio inter viuos regulariter est prohibita inter patrẽ
⁊ filium in patria potestate existentem:sed iuramento firmatur.
2 Donatio inter viuos an possit iuramento firmari.
3 Donatio multis de causis potest reuocari.
4 In materia donationis an possit renuntiari beneficio.l. si vnꝗ̃.
5 Sapientibus discordantibus difficile est veritatem inuenire.

¶De reuocan.dona. Consi.xxxix.


Visis instrumẽtis qua-
rundam donationum, quas dudum fecisse legitur
nobilis ⁊ honorabilis quondam vir Laurẽtius de
Julianis loci de oliolis: vnam scilicet nobili ⁊ ho-
neste mulieri Antonete eius filie naturali ⁊ legitime:⁊ aliam,seu
alias nobili Joanni thomassij eius genero, ac marito ⁊ persone
coniuncte predicte Antonete, dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succin-
cte ad dubia,parte dicti nobilis magistri Frãcisci mihi exhibi-
1 ta,prout infra.Et primo ad primum.†Pro cuius solutione pre
mitto, qd licet donatio inter viuos fuerit ⁊ sit regulariter pro-
hibita inter patrem ⁊ filium in patria potestate existentem.l.ij.⁊
quod ibi gloss.⁊ docto.C.de inofficiosis donationibus.⁊.l.dona-
tiones quas.C.de donationib.inter virum ⁊ vxorem. hec tamen
regula fallit quãdo in donatione per patrem filio facta, aut filie
interuenit iuramẽtum:qr tunc donatio huiusmodi firmatur iu-
ramento:⁊ valet ab initio:vt voluit Bal.in.l. si donationẽ.C.de
colla.⁊ lõge apertius in.l.fi.C.de vsuc.pro dona.in.l.ij.vers.⁊ idẽ
credo qñ pater donat filio.ff.de iureiur.Alex.de imo.in.d.l.si do
natione.vers.vtrum autem.⁊ in multis eius consilijs:do. Jason
may.in.l.frater a fratre. versic. decimo predicta regula fallit ⁊c.
in lectura.vers.septimo limita.ff.de cond.indeb. ⁊ alij in alijs lo-
cis,quos non refero.Et quãuis Pau.de ca.consi.cv. exordiẽte,
Pactum tale est,⁊c. in.iij.vol.⁊ quidam alij relati per do.Jas.in
locis superius allegatis,senserint contrariũ: prima tamen opi-
nio est verior,⁊ communis:⁊ ideo tutum non esset ab ea recedere
in iudicando aut consulendo.l.j.ibi, Crebrior apud veteres opi
nio.ff.de offic.questo.⁊ ꝙ not.Hostien. Joannes and.⁊ alij in.c.
2 j.de constit.⁊ legiste in.l.fin.C.de pe.iudi.qui male iudi.†Quo fit
vt donatio,quam fecisse dicitur. d. nobilis Laurentius prefate
nobili Antonete eius filie,ab initio valuerit,⁊ perfecta extiterit
propter iuramentũ quod in ea interuenit: ⁊ ita non videtur po-
tuisse per patrem reuocari.l.sicut.C.de actio.⁊ obl.l.perfecta.C.
de dona.que sub modo.⁊.§.alie aũt.ibi,que si fuerint perfecte ⁊c.
instit.de dona.Et per hec patet responsio ad primum quesitum.
¶Ad sm̃ dico ⁊ respondeo qd, cum supponatur quod in bonis
non solum remanserit bonorum subsidiũ dicti nobilis francisci
⁊ eius fratris,post donationẽ huiusmodi procreatorũ: sed lõge
vltra,non fuit donatio predicta reuocata propter natiuitatẽ di-
ctorum nobilium Frãcisci ⁊ fratris. Pro quo allegasse sufficiat
id quod habetur in.l.si totas.C.de inoff.dona.⁊ ꝙ no.doct.in.l.j.
C.eo.tit.qui omnes conueniũt in hoc, quod donatio facta alteri
ex liberis non reuocatur per subsecutam natiuitatem aliorũ li-
berorum,nisi vsqꝫ ad debitum bonorũ subsidium. ¶Ad tertiũ
dico ⁊ respondeo qd,si donatio predicta, seu valor illius ascẽde-
ret vsqꝫ ad valorem legitime,non videretur esse dubiũ quin illa
imputari debeat in legitimam,per id quod not. Jo.de imo.in.l.
cum quo de peculio.§.fi.ff.ad legem Falcidiã. Alex.de imo.in.l.
illud.C.de colla.⁊ consi.cxlij.exordiente,Circa primam dubita-
tionem.in.ij.volu.⁊ do. Jas.may. in.l.si quando.§.⁊ generaliter.
vers.tertio notabiliter limita.C.de inoffi.testa. Si vero donatio
predicta non ascendebat ad valorem legitime: tunc non videre-
tur debere imputari:per regulã que ponit in. d. §.⁊ generaliter.
Nisi forte tanta esset dos pro eadem nobili Antoneta antea con-
stituta,ꝙ ad supplementum illius sufficeret donatio, de qua su-
pra:qr tunc videretur quod donatio huiusmodi deberet in hoc
3 supplementũ imputari.ar.l.que de tota.ff.de rei vendi. ¶†Ad
quartum quesitum dico ⁊ respondeo quod, quoad donationẽ do
mus, satis mihi videtur ꝙ illa fuerit reuocata propter natiui-
tatem dictorum nobiliũ francisci ⁊ fratris.l.si vnquam.C.de re-
uocandis dona. per rationes quoad hoc allegatas per egregios
viros dños primo scribentes: quas repetere nec oportet nec ex-
pedit.Quo vero ad donationem dicto nobili Joanni thomassij
factã de quadringentis florenis est longe maior difficultas:pro
eo qr negari non potest quin dictus quondam nobilis Lauren-
tius expresse renuntiauerit.d.l.si vnquã,vt patet in instrumen-
to dicte donationis:ibi,specialiter legibus ⁊ iuribus dicentibus
donationem propter ingratitudinem vel inopiam seu emergen-
tem necessitatem aut noue prolis susceptionem posse reuocari.
Apparet enim hunc nobilem Laurentium cogitasse de liberis
procreandis:⁊ nihilominus noluisse qd propter eorũ susceptio-
nem seu procreationẽ donatio huiusmodi reuocaretur:⁊ hec ex-
pressio videtur sufficiens ad hoc vt censeatur idem Laurentius
de liberis procreandis in genere cogitasse:⁊ voluisse illis nõ ob-
stantibus donationẽ valere.l.qui iure.ff.de testa.mil.⁊ qd voluit
Bart.in.l.titia seio.§.imperator.vers.quero vtrũ. l.si vnquã ⁊c.
4 ff.de leg.ij.⁊ alij in alijs locis.†Fateor tñ quod hic remanet dif-
ficultas,⁊ quidẽ non contemptibilis:an in casu de quo queritur
potuerit idem quondam nobilis Laurentius renuntiare. d. l.si
vnquam.Et primo quidẽ videtur ꝙ sic,per id qd habetur in.l.si
quis in conscribendo.C.de pac.qr licet remedium introductum
per tit.de inoff.don.per quod scilicet filij reuocant donata a pa-
tre:aliquando quidem vsqꝫ ad legitimam:aliquando vero in to-
tum,tolli,vel liberis auferri non possit per paternam renuntia-
tionem:pro eo qr non in fauorem patris,sed liberorũ fuit indu-
ctum:tamen videtur qd pater possit renuntiare remedio. d. l.si
vnquã.pro eo qr illud nõ videtur fuisse inductum fauore libero-
rum:vel si in fauorem eorum inductum extiterit:tamẽ ille fauor
habet subsistentiam ex mente patris.Et profecto negari non po
test quin propter conflictum huiuscemodi opinionum sit res du
5 bia:qr vt dicit Arist. †Vbi sapientes discordãt, difficile est in-
uenire veritatem.Si tñ altera opinionũ huiusmodi esset in pa
tria cõsuetudine approbata,illa seruaretur.l.minime. ff.de legi.
⁊ ꝙ no.Panor.in.c.dilectus.de concessio.preben.Et si nulla re-
periretur cõsuetudine approbata,bene facerent partes si sine li-
te ⁊ contentione,⁊ pro illis euitandis, materiam componerent.
Et ita mihi videtur,sub correctione cuiuslibet ⁊c.

¶Argumentum.

¶In antiquissimo instrumẽto enũtiatiua verba probãt. V.F.

1 ☞Instrumento antiquissimo fides est adhibenda.
2 Verba enuntiatiua aut narratiua an probent.
3 Recedendum non est a clara demonstratio.

¶De fide instru. Consi.xl.


Ex instrumento conuen-
tionum ⁊ pactorũ dudũ initorum scꝫ anno incar-
nationis dominice. M. ccciij. ⁊ de mense Nouem-
bris,vel circa, per ⁊ inter illustrem quondam virũ
do.Aymarum de pictauia comitem valentinensem conuenientẽ
⁊ paciscentem pro ⁊ nomine suo ⁊ successorum ex vna parte, ⁊ re-
uerendum quondam patrem dominũ Aymonem abbatem san-
cti Antonij suo ⁊ conuentus sui nominibus , ⁊ religiosos viros
fratres Pontium de mornas priorem de brixanis,Arnandum
de sancto medardo, ⁊ alios multos canonicos ⁊ procuratores
venerabilis quondam viri fratris egidij, prioris prioratus seu
monasterij sancti Medardi diensis diecesis , ⁊ conuentus eius-
1 dem monasterij ex altera, † constat ⁊ apparet ꝙ idem dominus
comes erat patronus dicti monasterij:hoc enim in instrumento
huiusmodi asseritur per ⁊ inter partes predictas, ⁊ cui instru-
mento credendum est, vtpote ei pro quo presumitur non solũ de
assertione que ibi legitur , ⁊ que sit certa ⁊ manifesta per instru-
mentum.l.cum precibus.C.de proba.auth.de fide instru. §.si ve-
ro moriantur,colla.vj.c.ad audientiam.de prescr.⁊. c.cũ Joan-
nes.de fide instru.⁊ non solum debet fides adhiberi predicto in-
strumento de dicta assertione,hoc est quod illa facta extiterit: sꝫ
etiam de veritate ipsius assertionis:scꝫ qd dictus do.comes pa-
tronus existeret dicti monasterij: ⁊ hoc pro eo quia dictũ instru-
mentum est antiquissimum: vt apparet ex data superius mẽtio-
2 nata.†Quo fit vt etiam verba enuntiatiua aut narratoria illius
plene probent id quod per verba huiusmodi enuntiatur vel nar
ratur:per id quod not.glo.⁊ do.in.c.si papa.de priuil. in.vj.⁊ ca.
cũ olim.de censi.⁊ Jo.de imo.in cle.j.de proba.Fran.de are.cõsi.
xxxvj.exordiente,Presupponitur in facto quod quidam cardi-
nalis ⁊c.vers.Scdo principaliter hoc probatur,⁊ consi.xlij.exor
diente,Viso consilio elegantissimo, ⁊ alij in alijs locis.Nec pro-
cedit

cedit qd ex aduerso pretendit. s. qd idem do. comes non esset pa-
3 tronus: sed solum custos. † Quia respondeo qd, cū in dicto instru-
mento clare ⁊ aperte dictū seu scriptū extiterit, qd ipse erat pa-
tronus. nō est in dubio ab hac clara ⁊ certa significatione recedē-
dum. l. ille aut ille. §. cū in verbis, ⁊ l. non aliter. ff. de lega. iij. Cuꝫ
igitur magnificus ⁊ potēs vir dñs Aymarus de pictauia: dñs
sancti valerij: ⁊ modernus dñs loci de pegroux, in cuius territo-
rio ⁊ districtu existit idem prioratus sancti Medardi, per diuer
sa media eidem quondam dño comiti in dicto oppido seu loco suc
cesserit, fuit ⁊ est ipse dñs Aymarus de pictauia dicti prioratus
patronus: ⁊ ad eum pertinet presentatio: quinimo vt audio, fuit
⁊ est in possessione seu quasi iuris presentandi ad dictū prioratū:
qui ꝓpterea nō est per reuerendum patrem dominū modernum
abbatem sancti Antonij in ea molestandus, per iura vulgaria.

¶ Argumentum.

¶ Quod per fiscum Titio ablatum est, potest per principem do
nari Seio: aduersus quem pro repetēdis rebus Titius actionē
non habet: id iuuante presertim inter eos inita transactione iu-
rata. V. F.

1 ¶ Facta non presumuntur.
2 Actori incumbit onus probandi causam in libello deductam, vt victoriam obtineat.
3 Verba narratiua seu enuntiatiua probant inter contrahentes.
4 In regulariter prohibitis certo casu permissis non statur verbo dicentis casum subesse.
5 Iuramenti vinculum multa operatur ⁊ multipliciter.
6 Relaxatio iuramenti sine cause cognitione aut partis citatione si iuratum sit in contractu, est nulla.
7 Iuramento metu extorto an possit quis propria autoritate contrauenire, aut metum opponere.
8 Clausula non obstantibus accordijs ⁊ compositionibus, an tollat accordia iurata.
9 Papa vel imperator cassans consuetudines vel statuta, non intelligitur cassare statuta iuramento firmata.
10 Testes deponentes solum de voce ⁊ fama an probent.
11 Seruus iuste aufugiens non dicitur fugitiuus.

¶ De actio. ⁊ obliga. Consilium. xlj.


Ulta sunt que ī causa
mota ⁊ pēdēte indecisa, per ⁊ inter nobiles viros
Joānē porterij, et Joānē pilati supplicantes ex
vna parte: ⁊ egregiū virū dñm ꝓcuratorē fiscalē
generalē Delphinat⁹, ⁊ magnificū virū dñz Hu
bertū de baternay militē dñm Bocbagij supplicatos ex alia, fa
cere videnť ⁊ faciūt contra eosdē nobiles Porterij ⁊ Pilati. Et
primo qdē ꝯtra eūdē Porterij facit: qͣtenus in causa hmōi agere
conat⁹ est in vim cuiusdā ꝓtense substōnis: quā fuisse factā ꝓtēdit
per egregiū quondā virū dñm Ludouicū porterij legū doctorem
eius ꝓtensum ꝓcuratorē: ꝓ eo qꝛ nō solū nō est ꝓbata dicta ꝓten-
sa substitutio: qnimo nec ꝓbatū est ipsuz dñm Ludouicū decessis
se testatū: nec hoc ꝓsumiť: sed potius ꝓsumiť ꝯtrū: per id qd habe
tur in. l. cū de lege. ff. de proba. ⁊ qd not. Bar. in. l. is potest, col. pe.
⁊ qd ibi Ale. de imo. col. fi. ver. Adde qd roma. ⁊c. ff. de acqui. he-
redi. Alex. de imo. ⁊ do. Jason may. in. l. si emancipati, in princip.
C. de colla. Cuius dicti potest etiā illa ratio assignari. s. qꝛ ꝙ ali-
1 quis fecerit testiū est quid facti; † sed facta nō presumuntur. l. in
bello. §. facte. ff. de cap. ⁊ postli. reuer. Non debet igiť dict⁹ nobilis
Porterij aliquid cōsequi de vel ꝓ pretēsis bonis dicti quondam
dñi Ludouici in vim dicte pretense substitutionis petitis, etiam
si appareret de alia causa, in vim cui⁹ possent dici eidē pertinere:
2 † qꝛ ꝓ victoria obtinēda probare dꝫ actor causaz in libello dedu
ctā: alias obtinere nō debet, etiā si alia causa legitima ꝓbeť. l. ha-
bebat, in prin. ff. de instito. actio. ⁊ c. abbate, de re iudic. in. vj. ⁊ qd
no. Jmo. in. c. cum cōtingat. col. ij. de offi. dele. ⁊ in. c. ceterū, col. ij.
de iud. ⁊ in. c. ex parte abbatisse, de priuilegijs. Bar. in. l. j. in prin
cip. ver. venio ad causam. ff. de eden. Pau. de ca. consi. xlviij. Ale.
de imo. in. l. si ita stipulatus. §. chrisogonus, col. vij. ver. ꝓ hoc fa-
cit qꝛ si deduco ⁊c. ff. de verb. obli. ⁊ ꝯsi. cxxi. exordiēte, Uiso ꝓcessu
cause ⁊c. col. iiij. ver. insuper ꝓbať ꝙ nō possit obtinere, in primo
volu. ⁊ cōsi. xliij. exordiē. Uisis ⁊ ꝑderatis his q̄ ꝯtinent in ꝓces
su, col. iij. ver. Nec similiter pōt syndicus ⁊c. ibi facit. l. habebat, in
iij. volu. ¶ Preterea ꝯtra dictos nobiles Porterij ⁊ Pilati fa-
ciūt arresta dudū lata per hoc magnificum ⁊ insigne Delphinale
parlamētū, ⁊ quosdā do. cōmissarios sibi adiūctos, Pro quibus
qꝛ nō apparet ab eis supplicatū vel recursum: ⁊ sic trāsiuerunt in
rē iudicatā: ꝓsumendū est quo ad ipsorū validitatē oīa solēniter
acta: etiā si de actis nō appareat. c. bone. el. j. ⁊ qd ibi Inn. de elec.
c. cū inter. c. sicut, de re iudi. Quod etiā voluit Cōpostel. ⁊ Jo. an.
in. c. in presentia, de renūtia. Spe. ⁊ Jo. an. in ti. de sentē. ꝓla. §.
vt aūt, ver. ⁊ no. scōm quosdā, ⁊ in ti. de instru. edi. §. restat, ver. in
summa, Inn. Card. Anto. de bu. Bal. Jo. de imo. Panor. Fran.
de are. And. barba. ⁊ do. Feli. in. c. qm̄ cōtra falsaz, de ꝓba. And.
barba. in. l. sciendū, char. viij. col. ij. ver. vlterius ⁊c. ff. de verb. ob-
li. Et ꝯsi. xviij. exordiē. Mihi videť recte ⁊ iuste ⁊c. ver. ꝓterea qd
ꝓsumatur ⁊c. in. j. parte. Hāc opinionē etiā sequitur Ale. de imo.
multos referēs in. d. l. sciēdū, col. vj. ver. Si aūt est actus ꝯtētio-
se iurisdictiōis: vbi etiā dicit qd ita cōsueuit tenere. Et idē voluit
ipse Alex. ꝯsi. xxij. exordiē. Uiso processu cause. ver. ⁊c. in. ij. volu.
vbi etiā multos tenentes hanc opinionē cōmemorat. Dicit etiaz
ibi se semper cōsueuisse sequi hāc opi. ⁊ in iudicando ⁊ cōsulendo.
Etiā pro hac opinione cōsuluit idē Alex. ꝯsi. cxxvj. exordien. In
causa ⁊ lite ⁊c. col. iiij. ver. Nec obstat, ⁊ Fran. de cur. ꝯsi. lxv. exor-
diente, Super ꝑmissa ⁊c. col. xvj. ver. postq̄ enim trāsiuit in rē iu
dicatā. Dicta igiť arresta, de quibus puto esse fidē factā in ꝓces-
su, ꝓsumūtur iuste ⁊ recte lata, nisi ꝓbetur qd vel nō rite vel non
recte lata extiterint: put nō reperio probatū. Et supposito quod
arresta huiusmodi probata nō extitissent: de eis tamē sufficiēter
appareret per duo publica instrumenta in hac causa parte dicti
magnifici dñi Bocbagij producta: vnū scꝫ transactionis celebra
te ⁊ inite per ⁊ inter. d. do. Bocbagij, ⁊ noīe suiꝑsius: ⁊ prefatum
nobilē Pilati ꝓ ⁊ nomine dicti nobilis Porterij: ⁊ hoc anno do.
M. cccclxx. ⁊ die. vij. Aprilis, insertū. fo. 36. ⁊ aliud instrumētum
ratificationis ꝑdicte trāsactionis facte per dictū nobilē Porte-
rij. anno. do. M. cccclxxi. ⁊ die. xij. mēsis Januarij, insertū. fol. xlij.
In quibus ⁊ eorum quolibet assertiue, enūtiatiue, vel narratiue
3 cōmemorātur dicta arresta. † Que verba assertiua, enuntiatiua,
aut narratiua ꝓbant inter cōtrahentes. l. optimā. C. de ꝯtrahen.
⁊ cōmittē. stipula. ⁊ qd per illā. l. no. Bart. ⁊ doc. in. aut. si quis in
aliquo. C. de eden. ⁊ in. l. cū aliquis. C. de iu. deli. Et hoc proculdu
bio ꝓcedit eo casu quo partes cōtrahentes possunt sibi ꝑiudica-
re: put in casu. Et ita nō ob. qd de ecclesia alienāte no. Bar. in. d.
aut. si quis in aliquo, circa fi. ⁊ in. l. si forte. ff. de castren. pecu. ꝓ
eo qꝛ Bar. loquitur in casu, in quo ecclesia cōtrahēs nō pōt ꝑ suā
cōfessionem sine narratione aut assertione sibi preiudicare, obstā
tibus iuribus fieri prohibētib⁹ alienationem de rebus ecclesie si-
ne canonica solennitate. c. tua, de his que fiunt a prela. ⁊ c. sine ex-
ceptione. xij. q. ij. Sed opus est qd alias de solēnitate hmōi appa
4 reat. † Quia in regulariter prohibitis certo casu permissis nō sta
tur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentū. ff.
de ꝓba. l. cū quis. §. titia. ff. de leg. iij. Quod etiā voluit Joā. an. in
addi. Spe. ti. de re. ecclesi. nō alie. in rub. Oldra. ꝯsi. cexxvj. exor-
diente, Quidam ⁊c. post medium, ⁊ Alexan. de imo. consil. lv. col.
iiij. vel. v. Facit quod no. Bal. in. l. hac edictali, col. mihi. v. versi.
ibi omni circunscriptione. C. de secun. nupt. ¶ Insuper eisdem
nobilibus Porterij ⁊ Pilati etiam obstat trāsactio iurata supe
rius mentionata, ⁊ cum iuramento per dictum nobilem Porte-
rij ratificata: ⁊ que vtpote non dolo malo, neque aduersus leges
⁊c. sed bona fide celebrata, seruanda est. l. iurisgentium. §. pretor
ait. ff. de pactis, maxime iunctis his que habentur in. c. cum con-
tingat, ⁊ c. si vero, de iureiurando. ⁊ c. quamuis pactum, de pact.
in sexto, ⁊ l. si quis maior. C. de trāsact. Nec suffragatur eidem no
bili Porterij quedam pretensa dispensatio aut relaxatio iura-
menti per eundem prestiti: seu habilitatio suiꝑsius nobilis Por
terij ad agendum vel detegendum pretensam lesionem, causis et
rationibus alias allegatis in schedula exordiente, Etiam si om-
nia per nobiles Joannem porterij, ⁊ Joannem pilati ⁊c. parte di
cti domini Bocbagij producta, ⁊ inserta. folio. 89. Quibus
addo quod non solum eo casu, quo petitur sacramentum re-
laxari ad hūc finem, scilicet vt per relaxationem huiusmodi ipsa
obligatio, que contracta videbatur super aliquo contractu, ex
toto tollatur, de quo nullus dubitat: sed etiam quando petitur
relaxari iuramentum ad finem habilitandi personam, que iura-
uit, vocāda est pas cui iurauit: ⁊ relaxatio aliter facta de iure nō
5 tenet, sed est nulla. † Quia vinculum iuramenti multipliciter o-
peratur. Quandoque enim contractum etiam inualidum confir-
mat. Similiter ⁊ iurantem ad ipsius obseruantiam arctat. c. cuz
cōtingat, ⁊ c. debitores, de iureiurando, ⁊ c. licet, eodem titulo in
authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditorē, ⁊ di-
cta. l. si quis maior, cum multis similibus. Sed nulli dubium est
quod per ipsius absolutionem siue relaxationem vires contra-
ctus debilitantur: ⁊ persona ab agendo propter vim iuramenti
prohibita ad agendum admittitur, ⁊ debitum absolutione seu
relaxatione obtenta interim lite pendente soluere non compelli-
tur. Certum est autem quod in istis vertitur preiudicium credi-

toris: cuius interest contractum suas vires habere, sumptibus
⁊ litibus non vexari, ⁊ solutioné debiti huius pretextu nõ tardari
qđ posset cõtingere per multas moras iudicij ⁊ dubium eventũ
l. quod debetur. ff. de pecu. ⁊ l. minoris. ff. de mino. In preiudiciũ
aũt alicuius ex litigatoribus nõ potest iudex aliquid attentare si-
ne cause cognitione: que tũc adhiberi dicitur cum parte presente,
vel per cõtumaciã absente actus geritur. l. in cause. §. causa cogni
ta. ff. de mino. ⁊ lex dicit, Contra inauditã parté nihil possumus
diffinire. c. j. de cau. pos. ⁊ proprie. c. inter quatuor, de maio. ⁊ obe.
⁊ qđ no. in. c. sancte marie, de consti. Facit qđ no. Bar. in. l. platã.
6 C. de sen. ⁊ interlo. om. iudic. † Cũ igitur in d. pretensa relaxatiõe
quam idé nobilis Porterij obtinuisse pretenditur a domino tũc
asserto vicario grationopolitano, nõ intervenerit citatio: ⁊ p cõ-
sequés nec cause cognitio: fuit ⁊ est dicta relaxatio nulla, ⁊ tãquã
facta ex abrupto ⁊ sine cause cognitione non habet vim sententie
etiam interlocutorie, argu. l. iij. ⁊ l. fi. C. commi. vel epi. Et ita con
suluit Pet. de ancha. consi. cxcviij. exordiẽte, Predictis subtili-
ter ⁊ ad plenũ deductis, ⁊ consi. ccclxxxij. exordiente, retento ordi
ne dubiorũ ⁊c. Et ita etiam firmant Anto. de bu. ⁊ Joã. de imo.
in. c. debitores, de iureiur. Fede, de senis consi. ccc. exordiente, fa-
ctum proponitur esse tale ⁊c. Quod etiã refert Anto. de but. in. d.
c. debitores. Idé etiã tenet do. Cardi. flo. in. d. c. debitores: dicés
sepius ita consuluisse, qđ non valeat absolutio a iuraméto facta
nõ citata parte, de cuius piudicio agitur, iuxta. d. c. j. de cau. pos.
⁊ pprie. c. inter quatuor, de maio. ⁊ obe. l. de vnoquoq;. ff. de re iu-
di. ⁊ l. nam ita divus. ff. de adop. Et ita etiã consuluit Alexan. de
imo. consi. ccxxiiij. exordiẽte, Visa facti narratione, col. iij. vel cir-
ca, ver. Preterea respondeo ⁊ aliter scilicet qđ dicta habilitatio
non potuit concedi, Panor. consi. xij. exordiente, Et si copiosior,
in. ij. volu. do. Feli. in. c. j. co. ix. ver. cõtra ⁊c. vbi multa inducit, de
iureiur. ⁊ in. c. ij. col. xj. ver. secũdo limita dummodo in relaxatio-
ne a iuramento citetur pars ⁊c. de sponsa. Et Fran. de cur. consi.
xliiij. exordiente, super cõtingentia facti, col. vij. ver. aggrediédo
⁊c. Et quanuis Oldra. aliter senserit. consi. cxx. exordiẽte, Ad du-
plicem finé ⁊c. ⁊ Pet. de anchara. consi. xviij. exordiente, In que-
stione que vertitur inter Nicolaũ ⁊c. tamé prima opi. videtur cõ-
munior, ⁊ fulciri melioribus fundamentis: ⁊ ideo nõ est ab illa in
iudicando vel consulédo discedendũ. l. j. ver. crebrior apud vete-
res opinio. ff. de offi. quest. ⁊ per theoricam quã ponũt Hosti. Jo.
andr. ⁊ alij in. c. j. de constitu. vbi col. pe. ponit do. Feli. multas re-
missiones. Et procedit hec secunda opinio etiã eo casu, quo pre-
tenditur iuramentũ fuisse per metũ extortũ, prout expresse consu
7 luit Pet. de ancha. in. d. consi. ccclxxxij. † Certum est enim quod
cõtra iuramentũ, quod pretenditur per metũ extortũ, nõ potest
propria autoritate venire ille qui iuravit: sed requiritur absolu-
tio, scđm cõmuné opi. vt voluit Inno. in. d. c. si vero, ⁊ c. verũ, ⁊ qđ
vtrobiq; no. Jo. an. in novel. de iureiur. Spe. ti. de lega. §. nunc o-
stendendum, ver. xxiiij. Archi. in. c. autoritaté. xv. q. vj. Et in tan-
tum procedit hoc: vt etiã nõ possit ille qui iuravit opponere ex-
ceptionem metus, vel illa vti, nisi prius obtenta absolutione: vt
videtur velle Archi. in. d. c. autoritatem, ⁊ Joã. de imo. in sua so-
lenni repeti. c. cum cõtingat, in. iij. membro, ver. item attẽde quia
pro eo qđ dixi ⁊c. de iureiur. Sed hec absolutio seu relaxatio non
est impartienda nisi parte vocata: vt plene prosequitur Petr. de
ancha. in. d. consi. ccclxxxij. Male igitur ⁊ nulliter processit dict⁹
pretensus dominus vicarius grationopolitanus: vt etiã bene et
iuste declaravit dñs eius successor in dic. officio. ¶ Preterea cõ-
tra. d. nobiles Porterij ⁊ Pilati facit, qđ post arresta sup⁹ mẽ-
tionata serenissimus francorũ Rex delphinus, dñs noster, eius
proprio motu ⁊ de plenitudine potestatis bona in actis cause hu
ius latius mẽtionata donavit. dicto magnifico domino Bocha-
gij: qđ facere potuit: ⁊ per dictã donationem factus est dñs, ⁊ sta
tim securus idem do. Bochagij. l. j. C. de peti. bo. subla. li. x. l. om-
nes, ⁊ l. bene a zenone, cũ suis simi. C. de anna. excep. ⁊ qđ no. Bal.
in. l. ij. C. de commu. re. alie. Nõ igitur potuit pretextu bonorũ hu-
iusmodi idé do. Bochagij cõveniri. Et supposito, citra preiudi-
ciũ veritatis, q in pretenso regio ⁊ Delphinali rescripto, quo se
tueri intẽdunt dicti Porterij ⁊ Pilati, potuerit derogari, ⁊ fue
rit derogatũ dicte. l. bone a zenone, ⁊ simi. nõ tamé censetur dero-
gatum trãsactioni ⁊ ratificationi iuratis, superius mentionatis.
8 † Quia per clausulam, non obstãtibus accordijs ⁊ cõpositionib⁹
non tolluntur accordia ⁊ cõpositiones iurate: per id qđ singula-
riter no. glo. in clemen. dudũ. §. pe. super verbo pacta, de sepul. et
post eam Alex. de imo. ⁊ moder. in. l. fi. C. si contra ius vel vtili. pu
bli. Plus enim potest hoc tale, quã hoc simplex: ⁊ de iure cõmu-
ni plus operatur actus iuratus, quã non iuratus. l. cum pater. §.
filius matrem. ff. de legat. ij. l. vnica. §. ⁊ cum lex. C. de rei vxo. a-
ctio. ⁊ l. pactum. C. de colla. iuncto. c. cum contingat, de iureiuran.
⁊ c. quanuis pactũ, de pac. in. vj. Et cõfirmatur hoc ex his que no.
glo. in. c. cum nõ deceat, de elec. in. vj. per quã dicit Ange. in. l. j. §.
que onerãde. ff. qua. re. ac. nõ. dat. ⁊ Ale. de imo. in. d. l. fi. C. si cõtra
9 ius vel vtili. publi. † qđ licet papa vel imperator cassat consuetu
dines vel statuta; nõ tamé intelligitur cassare statuta iuramento
cõfirmata. Et sequitur Cap. Abbas, ⁊ Jo. an. in novel. in. d. c. cũ
non deceat. Et quanuis dicti nobiles Porterij ⁊ Pilati nitan-
tur ex capite pretẽsi metus impugnare trãsactioné ⁊ ratificatio-
nem superius mentionatas: hoc tamen non obstat. Cum q̃a non
apparet de ipso asserto metu: tum etiã qr supposito, citra preiu-
dicium veritatis, qđ transactio ⁊ ratificatio huiusmodi pretendi
possent precessisse metu perditionis bonorum antea confiscatorũ,
hoc tamen eisdé non prodesset: pro eo qr idem nobilis Porterij
sua ipsius culpa ⁊ dñi eius predecessoris in hunc metum incide-
rat: qui propterea eũ non relevat. l. si mulier in prin. ⁊ qđ ibi doct.
ff. qđ me. cau. ⁊ qđ no. Panor. in. c. abbas, col. ij. ver. quarto in ver
bo ⁊c. ⁊ c. cũ dilectus, col. ij. de his que vi metusve cau. ⁊ do. Pre
posi. in. c. ad eius vero concubitum, col. fi. di. v. ⁊ do. Feli. in. c. cum
inter, col. x. ver. limita tertio; ibi, est verum qđ videtur non posse
allegari metum ⁊c. de excep. cum dictus pretensus metus perdi-
tionis bonorum esset metus gravaminis iuris: pro eo quia pre-
cedentibus excessibus egregij quondã viri domini francisci fue-
rant bona confiscata: ⁊ precedente contumacia dicti nobilis Joã
nis porterij, ⁊ alijs requisitis, bona eius annotata extiterãt, ⁊ dein-
de fisco legitime adiudicata: quod fieri potuit, non obstante aut.
bona damnatorum. Qui articulus de requirédis reis: quatenus
loquitur de publicatione bonorum, non est hodie correctus: vt vo
luit Bartolus in. l. j. col. j. vel. ij. ff. de bo. damna. Bal. titu. de pace
tenen. in princi. in. iiij. col. ver. ité publicant bona fugitiui, Bald.
⁊ alij in dicta aut. bona damnatorum, ⁊ Ange. are. in suo tracta-
tu de maleficijs, super verbo, ⁊ eius bona publicamus. Nec vide-
tur dictus nobilis Joannes porterij opportune vel sufficienter
excusari; propter ea que deducta extiterũt in. xxxiij. xxxiiij. ⁊ qui-
busdam sequentibus articulis libelli parte eorundem Porterij
⁊ Pilati in hac causa producti: quatenus inibi pretẽditur, quod
de tempore inibi mentionato non erat tutus accessus ad insigne
Delphinale parlamentũ, ⁊ do. commissarios: ⁊ quod si persona-
liter comparuisset, fuisset de persona male tractatus ad fines ha
bendi eius bona: insuper ⁊ quod eodem tempore plures alij pro-
pter eorum bona fuerunt male tractati. Quoniam respõdeo qđ
10 dicti articuli non fuerunt probati. † Testes enim, qui de eis de-
ponere nituntur, solum testificantur ⁊ respondẽt de voce ⁊ fama:
quam tamen ideo non probãt, quia de causa seu origine illius ni-
hil dicunt. Pro quo remisisse sufficiat ad ea que not. Barto. in. l.
de minore. §. tormenta. ff. de questio. Et supposito quod eo tem-
pore, quo idẽ nobilis Joannes porterij. fuit citatus respõsurus
titulis inquisitionalibus, fuerint vel essent aliqui mãdato dicto-
rum magnifici Delphinalis parlamenti ⁊ do. commissariorum
incarcerati, aut in carceribus detenti, ⁊ dure tractati, forte torti,
vel bonis privati: ex hoc tamen concludenter non infertur, quod
eidem nobili Joanni porterij, si innocens erat, non fuerit ad eos-
dem magnificum Delphinale parlamentũ ⁊ do. cõmissarios tu-
tus accessus: qr illi incarcerati, detenti, torti, ⁊ cõdemnati potue-
runt iuste incarcerati, in carceribus detineri, torqueri, ⁊ cõdẽna-
ri: ⁊ ita non probatur iustus metus, vt in simili dicit Barto. ⁊ se-
quũtur doc. in. l. de pupillo. §. siquis ipsi pretori. ver. octavo que-
ro. ff. de ope. no. nuntia. vbi voluit Bar. qđ volenti pbare, quod
ppter iustum metum iudicis nõ appellaverat, probare simplici-
ter nõ sufficit, quod iudex cõsueverat incarcerare: cuius illã red-
dit rõnem; qr hoc poterat facere iuste: ⁊ sic non erat iusta causa ti
11 moris, ar. l. quis sit fugitivus. §. j. ff. de edi. edi. † vbi servus qui
iuste aufugit non est fugitivus: ⁊ subiũgit Bar. opportune quod
probatio concludat qđ consuevisset facere cõtra ius. Et ita in ca-
su ad hoc, vt probaretur quod dicto nobili Joanni nõ fuerit tu-
tus accessus ad dictos ⁊c. ⁊ quod multi erant incarcerati, ⁊ male
tractati, pbare oportebat quod hec fierent cõtra ius: quod tamẽ
vt predixi non est probatum. Testes enim super hoc examinati
non solum de veritate per eos visa non deponunt: sed nec oppor-
tune de fama: quinimo potius videntur deponere de quodam ru
more, qui de facili nascitur: ⁊ cui refragatur presumptio, que est
pro iudice: ⁊ presertim pro dicto magnifico parlamento fungẽte
vice ⁊ autoritate prefecti ptorio, que magna est. l. vnica. C. de sen.
prefec. preto. ⁊ l. j. ff. de offi. prefec. preto. Ubi premisso quod a pre-
fectis pretorio appellare nõ liceret, rationem subiũgit his ver
bis. Creditur enim princeps eos, qui ob singularem industriam
explorata eorum fide ⁊ gravitate ad huius officij magnitudiné
adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapiẽtia ⁊ luce digni-
tatis sue, quã ipse foret iudicaturus. Et quãvis possent pro ostẽ-
sioné boni iuris dicti magnifici do. Bochagij alia multa induci:
qr tñ deducta ⁊ parte ei⁹ allegata in processu, ⁊ supradicta viden-
tur sufficere, vlterius non insisto. Premissa dicens sub benigna
supportatione huius magnifici parlamenti ⁊c.

Argumentum.

Argumentum.

Ei qui a probando repulsus erat, si postea admittatur, nec probet, non prodest admissio. Frustra igitur prescriptionē allegat: que contra aduersariū verisimiliter ignorātē nō currit. V.F.

Instrumenta in forma publica facta, nec per aliquos impugnata, sunt valida.

2 Substitutio vulgaris expirat per immixtionē seu aditionē paterne hereditatis.

3 Substitutio testamentaria an possit in codicillis reuocari.

4 Substitutio fideicommissaria potest etiam nuda voluntate reuocari.

Hereditas non potest directo dari vel adimi in codicillis.

5 Verba ista, legitimis heredibus, an possint comprehendere heredes ab intestato.

6 Heres heredis dicitur heres testatoris.

7 Soror non presumitur ante aditionem fraterne hereditatis habere notitiam testamenti per fratrem conditi.

8 Cognati presumuntur scire iura sanguinis, ⁊ processum nature non autem facta.

Iactare suum nemo presumitur: ⁊ auarus quisq; de iure presumitur.

9 Tempus mortis qualiter sit intelligendum, ⁊ quando dicatur.

10 Ex omissione confectionis inuentarij an perdat trebellianica.

11 Probatio incerta non releuat.

12 Prescriptio non currit aduersus non valentem possidere.

super. xxxiij. articulo suarũ defensionũ: qui si placet accurate vi-
deãtur: apparet (inquã) ꝙ dictus quõdã nobilis Gastonus fuit
vt iam dixi per multũ tempus demens ⁊ furiosus ante tempus
dicte donationis: ergo presumi debet ꝙ postea fuerit demens et
furiosus: ⁊ per consequens etiã tempore dicte donationis, nisi cõ
trariũ probetur. Pro hoc facit qđ no. glo. in. d. c. cũ inter canoni-
cos, ⁊ in verbo recusatus, de elec. que vult ꝙ passiões huiusmodi
⁊ morbi tales presumantur durare: nisi contrariũ probetur: quã
glo. sequũtur ibi Jo. And. Ant. de but. ⁊ Joã. de Jmo. ⁊ maxime
in morbo furoris: qui non consueuit de facili recedere: ẜm domi.
Car. flo. ⁊ Jo. de Jmo. in. d. c. cũ inter. allegãtes no. per glo. in. d.
c. iudicas. ⁊ in allegato. c. fi. facit. l. si cui. §. eiusdẽ. ff. de accusa. ⁊. l.
non oẽs. §. a barbaris. ff. de re milit. ⁊ regula semel malus, ⁊ quod
ibi Dy. de regu. iur. in. vj. fortius dicit Pet. de Anch. in. d. cle. i.
de homici. ꝙ si probatũ est aliquẽ fuisse certo tempore furiosum:
⁊ ex aduerso probetur ipsum postea fuisse sane mentis, ad hoc vt
sustineatur actus per eũ gestus requiritur ꝙ probetur: ꝙ tẽpo-
re actus gesti erat sane mẽtis post furorẽ: ⁊ ita dicit se obtinuisse
Allega, not. per Dy. in. d. regula semel malus, ⁊ idẽ tꝫ do. cardi.
flo. d. cle. j. col. iij. ⁊ refert ita cõsuluisse Pet. de Anch. Idẽ tenet
Uber. de bo. vt refert Spec. tit. de proba. §. probare, ver. pone q-
dam erat furiosus ⁊c. Idẽ tenet Gemi. in. c. j. §. si vero. de cle. non
residẽ. in vj. Pro premissis etiã facit qđ no. Jo. de Jmo. in. l. qui
cõcluditur quod aut actus fuit gestus ex longo internallo post
tempus quo probatur quem fuisse in furore: et tunc allegãti qđ
actus fuit gestus in furore incumbit probatio: aut nõ intercessit
longum interuallum: ⁊ tunc presumitur fuisse in furore tempore
actus gesti: per ea que habẽtur in. l. si ventri. §. fina. ff. de priuile.
credi. ⁊ in. c. officij. de elect. Sed in casu de quo queritur probant
testes predicte Catharine, qđ die facte pretense donationis, vel

saltem incōtinenti post, fuit idem Gaston⁹ furiosus: et q̄ fuit visus discurrere nudus per locum et territorium predictū: insuper et qd̄ voluit se cum vno fune suspendere. ergo presumēdum est q̄ donatio fuit facta tēpore furoris. ¶ Addo quod vt apparet ex actis cause huius, eidē Gastono tanq̄ furioso et demēti fuit bina vice prouisum de curatoribus. Prima quidē anno do. M. cccc. lxxxiij. et die. xxiij. mēsis Augusti. Secūda aūt vice anno do. M. cccclxxxiiij. et die. xvj. mensis Junij. Dicta vero pretēsa donatio facta pretendit̄ anno proxime dicto, et die. iij. mēsis Augusti: et sic infra annum: siue loquamur de secūda prouisione: siue de prima: ergo infra modicum internallum, non post longum internallū.
25 † Quia lōgum interuallum intelligitur esse post annum, et nō ante: q: anno presumitur morbus durare, nisi cōtrariū probetur. c. cōmuniter, vbi bonus tex. dist. xxxiij. quez tex. allegat do. Cardi. flo. in. d. c. cum inter, qd̄ etiā allegat Alex. de Jmol. in. d. l. furiosum, col. iij. ver. Jmol. in. l. qui testamento. Uerum fateor quod licet domi. Cardi. vbi supra alleget. d. c. communiter, et dicat illud posse tolerari in alio morbo: tamē in morbo seu passione furoris
26 tenet, † quod semel furiosus presumatur indistincte et semper furiosus: per no. in. d. c. fi. de succes. ab intesta. Preterea p̄dicta fortificantur ex his que no. Ang. Fulg. Pau. de ca. et Roma. in. d. l. furiosum. vbi relata opinione Bald. querentis, an in dubio si nō appareat quo tēpore fecit testamentū habēs lucida interualla presumat̄ illud fecisse tpe furoris vel sane mētis et distinguētis qd̄ aut tēpus cōfectionis erat vicinum tēpori furoris precedentis, aut erat remotū: et alias prout ibi, dicūt q̄ non debeat attēdi an ex interuallo, an vero incōtinēti: si appareat q̄ verba testamēti seu dispositionis ex toto cōueniant homini sane mentis: q: tūc presumitur esse prudens: si autē non conueniebant homini sane mētis, presumitur fuisse in furore. l. quidā in suo. ff. de cōdi. insti. l. si is qui. §. fin. ff. de tut. et cura. da. ab his. et l. titia. ff. de inoffi. testa. et si sint perempta ea que sapiunt furorem, et ea que nō sapiunt erit nullū quod agit. Et idē voluit Bar. in suo trac. de testa. c. opposita prudētia. Sed quis pro deo mihi dicet an dictus quondā Leonardus, qui et petijt et obtinuit huic Gastono tanq̄ dementi et furioso, et nullo modo idoneum ad gubernium et regimen bonorum suorum, actum dicte donationis omnium bonorum in. d. nobilem Leonardum sibi extraneum collate, retentis duntaxat victu et vestitu et quibusdam alijs paucis: fecerit actum tendentem magis ad partem sani consilij, q̄ insani. Donatio enim maxime omniū bonorū est dilapidatio, nō autē diligens administratio. l.
27 fi. ff. de cura. furio. l. filiusfa. ff. de dona. † Mala autē administratio potius sonat in furorē, q̄ in sanum consilium. d. l. his qui. §. fi. ff. de tuto. et cura. da. ab his, et talis dissipatio nō presumitur in homine sane mentis. l. cum de indebito. ff. de prob. l. si cū aurū. ff. de solu. facit. l. cōtra iuris ciuilis regulas. §. fi. ff. de pac. cū suis simili. Preterea iste Gaston⁹ habebat fratrē, dictū scz Gulielmū: et nō solū fratrē, sed etiā matrē: quibus vtpote longe p̄pinquioribus: et fortasse, imo sine forte, magis indigētib⁹ q̄ dictus Leonardus potius verisimiliter donasset si fuisset sani consilij, q̄ do. Leonardo extraneo: et hec maxime procedit in matre, ar. l. nā et si parētibus. ff. de inof. test. Et ita hec donatio indicat nō sanū sed
28 insanū consiliū. † Et q̄ donatio facta per eū qui probatur antea per certū tēpus furiosus, vel mentecaptus presumatur fuisse facta tēpore furoris et c. cōsuluit Alex. de Jmo. consil. lxxxvi. exordiēte, Uisis dubitationibus elegātissime formatis et c. in. ij. volu. et idem cōsuluit Philip. de cor. consi. lxix. exordiente, Uisis nonnullis actis et c. col. x. in. j. volu. Pro hoc etiam facit quod voluit Alex. de Jmol. cōsi. lxxxv. exordiente, Uiso themate et dubijs et c. in. ij. volu. vbi etiā consuluit q̄ cōfessio dotis recepte facta ab eo qui probatur antea fuisse furiosus presumitur facta tpe furoris. Accedat qd̄ elegāter et vere voluit Bart. in. d. suo trac. de teste. c. opposita prudentie, et sequutur alij in. d. l. furiosum. Dicit enim Bar. q̄ si habēs dilucida internalla facit actū ex quo enormiter leditur: cēsetur actus huiusmodi gestus tēpore furoris. Et hinc dicit Bald. et Rapha. vt predixi in. d. l. furiosum attendendā esse qualitatem actus. Quod si hec procedāt in eo qui grauiter lesus est: vt verbi gratia vsq̄ ad tertiam partem vel vltra dimidiam: quare non potius in eo qui vnico gestu omnia bona sua dispersit nec tamen dedit pauperibus: vel alias pro anima sua que debuit sibi esse carior q̄ iste nobilis Leonardus: qui etiam estimandus est procurasse sibi curam auferri, vt sic posset consequi bona predicta. ¶ Premissis vero non obstant depositiones quorundam assertorum testium, qui interfuisse pretenduntur dicte donationi: tum quia si visi sunt deposuisse in fauorem predictorum Joannis et Guigonis: scilicet q̄ tempore huiusmodi donationis idem quondā Gastonus non esset furiosus aut mentecaptus: sed sane
29 mentis: nō est standum eorum depositioni. † Tuz quia aliqui deponunt per verbum videtur: et sic non probant: eo signāter quia nō premittūt rationem sui dicti per visum vel aliū sensum corporis accommodatū, per id qd̄ no. Jo. and. in addi. Spe. tit. de teste. §. nūc tractandū, prope fi. Bar. in. l. qui tñ. §. si arbiter. ff. de arbi. et in suo trac. de test. Bal. in. l. de quibus. colū. xv. vel circa. ff. de legi. Ang. in repe. l. sciēdum. ff. de legi. et do. Jason may. in. l. j. col. vj. ff. de iusti. et iure. Tum et quia nullā causam sue sciente reddiderunt: quam tamē ad validitatem sui testimonij reddere debebant etiam de illa non interrogati: cū nec sanitas mētis: nec furor aut dementia immediate percipiantur sensu corporeo. Pro quo allegasse sufficiat theoricam quaz ponit Inno. et sequuntur doc. in. c.
30 cum causam. de testi. legiste in. l. solam. C. eo. ti. † Quod autem furor vel demētia mētis percipi nō possit sensu corporeo presupponunt et sentiūt doc. in. d. l. furiosum. C. qui testa. face. pos. Joan. de imo. in. d. cōsi. lxxxv. et cōsi. lxxxvj. in. ij. vol. Philip. de cor. consil. lxxiij. exordiēte, Uisis et diligēter ispectis et c. i. j. vo. ang. are. in. §. Itē furiosi. insti. qui. non est permis. face. testa. et alij in alijs locis. Et quemadmodū furor aut dementia mentis nō percipitur sen-
31 su corporeo: ita nec mentis sanitas. † Oportet igitur qd̄ testis volens probare aliquem fuisse sane mentis tempus actus gesti reddat sufficientem causam sui dicti per actum vel actus exteriores qui sensu corporeo percipiuntur, et quod illi actus fuerint gesti tēpore ipsius actus, de cuius validitate disputatur, per id qd̄ ponit Alexan. de imo. in. d. consi. lxxxv. col. v. ver. nam non obstat p̄lures actus et c. et col. vj. ver. nam quādo testis deponit et c. et cōsil. lxxxvj. col. v. Tum et quia si qui sint testes qui fortasse pretēdi possunt causam aliquam eorum dicti aut sciētie reddidisse: vt verbi gratia, quod dictus quondam Gastonus prudenter responderet
32 vel loqueretur: vel sibi prudenter reseruaret † victū et vestitū: ille testis fuit vnicus, et sic non probat. l. iurisiuran. cum suis si. C. de testi. Et si fuissent plures illorum depositio seu dictū non valeret pro eo quia qualitas actus gesti, hoc est donationis et consequenter dilapidationis predictorum bonorū indicat contrarium: cui est magis standum: vt colligitur ex his que superius dixi: et quod no. Ang. et Raph. in. d. l. furiosum, Bar. in suo trac. de testi. c. opposita prudentie, Alex. de imo. in. d. consilijs. lxxxv. et. lxxxvj. maxime col. penul. Nec moueri debet egregius vir dominus iudex cause huius, si forte eidem appareat seu constet qd̄ tempore facte donationis idem Gastonus protulerit aliqua verba conuenientia homini sane mentis. Quia experientia duce videmus quod et furiosi et dementes, pueri et etiam infantes nōnūq̄, et quidem plu-ries proferunt verba conuenientia homini sane mentis, tamen non indicamus eos esse sane mētis. Preterea si ille qui probatur fuisse antea furiosus aut mente captus postea aliquez actum faciat: et propterea presumatur illum fecisse in furore aut dementia ex eo solo quia cum alijs cōueniētibus homini sane mētis aliqua immiscuit non conuenientia homini sane mentis, sed furioso aut mente capto. d. l. quidam in suo. ff. de condi. insti. et quod no. Bar. in suo trac. de teste. c. opposita prudē. doc. in. d. l. furiosum. Alex. de imo. Philip. de cor. in dictis cōsi. et alij in alijs locis. Ergo multo fortius, aut saltem non minus presumendus est dictus quondam Gastonus fecisse donationez de qua supra tempore furoris et dementie: pro eo quia illi pretense retētioni victus et vestitus et quorundam aliorum paucorum de quibus deponere nititur iste testis, aut hi testes, immiscuit vel admiscuit dictam bonorum suorum dilapidationem sine causa: et in qua et fratri et matri imo et anime sue preposuit non quidem ecclesiam non pauperes: sed hominem nobilem et diuitem: quod igitur vt dixi sonat in actum homini sane mentis non conuenientem. Nec magni facio quod vt ex aduerso pretenditur dicta pretēsa donatio fuerit vel videatur bene et prudenter ordinata: et quia dicitur ibi eundem quondam Gastonum donasse omnia bona sua, ac prudenter et discrete sibi reseruasse victum et vestitum, et quedam alia pauca. O domine Leonarde consitere verbis et dictis Guigoni et Joanni filijs vestris do. Gastonum prudenter et discrete fecisse: si sibi per vos donari obtinuisset omnia bona vestra: retēto vobis victu et vestitu, et similibus paucis, vel si idem Gastonus vt faceret conditionem suam meliorem, aut saltem non deteriorem dicta eius bona cum bonis vestris permutasset vsq̄ ad concurrentem valorem: aut si saltem ea pretio iustos vobis vendidisset, et illud recepisset. Sed dicatis mihi que discretio aut prudentia potest notari aut colligi ex donatione seu dilapidatione dictorum eius bonorum maxime post tempus in quo probatur dictus Gastonus fuisse furiosus, Profecto nō video que colligi possit. Et ad hāc qualitatē dispositionis debet attendi, vt iam dixi, vt voluit Bar. in. d. suo trac. de teste. d. c. opposita prudentie: non autem ad ordinem scripture vel ad retentionem victus et c. Quia facillimū fuit docere eundē Gastonū dicere etiam si nō intelligeret, retineo mihi victū et vestitum: et tātum et c. prout fecit. De hoc enim posset doceri vna pica, vel vn⁹ coruus, aut graccbus. Legitur enī qd̄ cesari triumphanti dixerit coruus, Aue cesar. Et ad hoc bene aduertit Philip. de cor. in. d. l. furiosum. C. qui testamen. face. pos. qui loquēs de

doctrina

doctrina quorũdam doctorum dicentium aut declarãtium quã-do psumatur actus factus per habenté dilucida interualla fuisse factus tempore saue mentis aut furoris, dicit φ per illam aperi tur via fraudibus. Quia si quis velit φ testamẽtum vel alia dis-positio furiosi valeat, illam taliter ordinauit aut ordinari procu rauit, φ illa cõueniet homini sane mentis: qđ etiã vt audio factũ fuit in casu: q: discurrente dicto Gastono p carrerias, ⁊ eo absen te fuit scripta hec donatio benedicta, ⁊ facta illa prudẽs reserua tio. Quod si ita est, viderit ipse qui hoc fecit, ⁊ illi respondeat qui dicit. Quid prodest homini si vniuersum mundũ lucretur anime vero sue detrimentũ patiatur. Hoc autẽ non affirmo, scilicet qđ ita factũ extiterit: sed dico φ nõ solũ sit inspicienda qualitas dis-positionis quoad ordinẽ: vt verbi gratia φ in testamento sepul turã elegerit: legauerit pro anima: ⁊ heredẽ instituerit: sed etiam quem heredẽ instituerit: vt verbi gratia omissis liberis ⁊ paren-tibus, agnatis ⁊ cognatis, instituit vnum extraneũ ⁊ idem in do natione: vt in casu: ⁊ alias fecit quod verisimiliter nõ fecisset vir prudens. Non tamen dico quin ille qui non probatur aliquando fuisse demens ⁊ furiosus, hoc facere possit: sed in eo q fuit demẽs aut furiosus, presumitur φ ea fecerit tempore demẽtie aut furo-ris. Etiam nec obstat φ in instrumento dicte donationis nota-rius fortasse iuxta morẽ scripserit, φ dominus Gaston⁹ prudẽs ⁊ discretus vel sane mentis dedit ⁊c. Quoniam respõdeo φ licet Jo. de Jmo. in. l. ij. ff. de testa. dixerit esse standũ assertioni nota-rij: per rationes quas ipse ibi ponit ⁊ quas refert do. Jason may. in. l. sanã mentẽ. C. de trãsa. cõis tñ sentẽtia est in oppositũ, scili cet φ non stetur tali assertioni, ⁊ ita not. Dy. Bal. Ange. Cuma. in. d. l. ij. ⁊ alij, quos pleni⁹ refert Jas. in. d. l. sanã mentẽ: qui etiã pro eorum opinione seu dicto inducit tria bona ⁊ elegantia fun-damenta, que possunt ibi videri: quorum primuz sumitur ex illa
33 regula, † φ nemo in facto proprio est testis idonens. l. omnib⁹. C. de testib. ⁊. l. nullus idoneus. ff. eo. tit. Sed factum dicitur ꝓpriũ quando ex illo potest sequi honor vel verecundia: vt est in hoc ca su in notario sic attestante: si tamen ⁊ quatenus ita attestet. Jstã regulam ponit Joan. And. in addi. Specu. titu. de teste. §. j. ver. sed pone φ administrator ⁊ docto. precipue Joan. de Jmol. in. c. ex literis. de transac. Anto. de but. in. c. cũ a nobis. de testi. ⁊ con sil. cclxi. exordiente, Mature ⁊c. in primo volu. ⁊ alijs multis ple-
34 nius relatis per do. Jaso. vbi supra. † Secundum sumitur ex eo quia notario creditur de his que geruntur coram eo, non de his que ab eo fiunt. Jstam regulam tradit Fede. de Sen. consi. ccvij. vbi ex ea infert, φ si notarius in instrumento attestetur et dicat se certiorasse mulierem de beneficio velleiani: vel minorem de be neficio restitutionis in integrum. eidem notario non credatur: qđ etiam voluit Anto. de bu. in. c. quoniã contra falsam, col. xiij. vel circa, de prob. Panor. in. d. c. cum causam, col. v. de testi. quã-
35 uis cõtrarium in hoc vlti. senserit Angel. in. d. l. sciendũ. † Ter-tium fundamentum sumitur ex eo, quia notario nõ plene credit nisi de eo de quo est rogatus a testatore, vel a partibus, authẽ. de tabellio. §. nos autem. colla. iiij. ⁊ Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Ex quibus omnibus mihi videtur, sub correctiõe cu-iuslibet alterius melius sentientis, quod intentio predicte Ca tharine fuerit sufficienter probata: et qđ nihil fuerit ex aduerso propositum, aut deductũ, ⁊ sufficienter probatum, propter quod possint aut debeant dicti nobiles Joannes ⁊ Guigo euitare sen-tentiam condemnatoriam contra eos proferendam.

¶ Argumentum.

¶ Citatio contra insufficienter in ea nominat validatur per sufficientem exequutionem, comparitionem, ⁊ procuratoris cõ-stitutionem. U. F.

1 ¶ Possessionem antiquam continuans non potest dici illam innouare, seu de nouo possidere.
2 Probatio dubia probantem non releuat.

¶ De in ius vocan. Consil. xlix.



Viso pcessu cause cepte et aliquandiu ventilate per ⁊ inter venerabilem virũ domi. Ludouicum loque, presbyterũ acto-rem ex vna parte: ⁊ domi. Joãnem Claudium le nesie, clericum reum ex alia. Dico et respondeo processum cause huiusmodi non posse nec debere ex eo impugna ri, quod nec in supplicatione parte dicti domi. Ludouici oblata reuerendissimo in Christo patri domino pro tunc gubernatori Auenionis ⁊ comitatus ⁊c. ⁊ signatura per eum facta: nec in lite ris citatorijs fuerit ex integro appositum nomen dicti domini Joãnis Claudij lenesie: sed solum ibi dictum extiterit de Joãne lenesie, ⁊ altero Joanne. Quoniam respondeo φ ⁊ si hoc factũ nõ extiterit in supplicatione ⁊ literis predictis: hoc tamen factum fuit in execution: dictarũ literarũ citatoriarũ: que reperiuntur executioni demãdate nõ solũ contra do. Joannẽ lenesie: sed etiã cõtra do. Joannem Claudiũ lenesie: qui etiam in causa ista com-paruit, ⁊ procuratorẽ constituit, qui causam istã pro ⁊ noĩe ipsius prosequutus est, ⁊ prosequitur: ⁊ contra quẽ factus est processus: ⁊ dati articuli ad instantiam dicti do. Ludouici. Et hec sufficiũt ad hoc vt dici possit φ vel error nominis vel omissio partis no-minis huius do. Joannis Claudij nocere nõ possit. Pro quo al-legasse sufficiat id quod habetur in. §. si quis, institut. de lega. l. si quis. C. de testa. Ad quod facit. c. licet ex quadaz. de testi. ⁊. c. tua. de consanguini. ⁊ affinita. ⁊ hoc voluit Rota decisio. cxxxiij. exor diente, Error nominis: que vltra predicta allegat dictum Jmol. in. c. significante. vbi de hoc multa ponit domi. Feli. de rescrip. vt not. glos. Hostien. Archidia. ⁊ Joan. mona. in. c. cum multis. su per verbo nomina, de rescript. in. vj. ¶ Dico preterea φ licet ar ticuli parte dicti do. Joannis Claudij producti in prima instan tia, exordientes, Quia articulis attentatorum ⁊c. videantur pri-ma facie debuisse admitti: pro eo quia continent articulum preiu dicialem ⁊ priuilegiatũ: ⁊ propterea videatur φ appellatio par te eiusdem domi. Joannis Claudij interiecta fuerit ex causa le-gitima interiecta: tamen istud non sufficit ad victoriam obtinen dam in causa appellationis: sed oportet φ probetur veritas di-cte cause: scilicet φ dictus Ludouicus loque attentauerit pendẽ te dicta prima instantia. c. ex parte Alde, de testi. ⁊. c. interposita. ⁊ quod ibi scribentes. de appella. Ad quod facit notabile dictum Jnno. ⁊ quod ibi per alios in. c. post electionez. de conces. preben. Oportet igitur φ. d. dominus Joannes Claudius in secũda in-stantia probet φ tempore cepte controuersie in prima instantia ipse possidebat capellaniã, de qua in actis dicte cause. Ad qđ fa ciendum admittetur in. d. secũda instãtia. Jn qua etiam si de hoc confidat, poterit idem do. Loque opponere per viam replicatio-nis de apprehensione possessionis dicte capellanie: ⁊ si constiterit eundem possessionem huiusmodi primo apprehẽdisse, apparebit
1 eum non attentasse vel innouasse. † Quia qui antiquam possessio-nem continuat, non innouat, vt not. glos. in cle. ij. super verbo in-nouari, vt lit. penden. ⁊ Joan. And. eo. titu. in anti. super rubric. ⁊ sic non vincet: sed vincetur idem Joan. Claudius. Et si fortasse etiã ipse probet possessionẽ, nõ tñ priorem: sed dubium existat qs prius possessionem apprehenderit: adhuc nõ deberet vincere: q: nec sic vicisset in prima instantia: nec reuocationẽ pretensorũ at-tentatorũ obtinuisset: nisi probasset se possedisse tẽpore cepte cõ-
2 trouersie: † vbi idem do. Ludouicus eius aduersarius contendit se possedisse ⁊ possidere: q: probatio eiusdem do. Joãnis Claudij sic redderetur inserta ⁊ dubia: que nõ releuat probantẽ. c. in pre-sentia, ⁊ qđ ibi doc. de proba. ⁊ qđ no. Bar. Alex. de Jmol. ⁊ doct. in. l. inter stipulantẽ. §. si stichum. ff. de verbo. oblig. Nec si fuissent dicti eius articuli in prima instantia admissi: ⁊ ipse do. Jo. Clau-dij sic inserte vel dubie probasset, obtinere potuisset reuocationẽ pretensorũ attentatorũ contra eundẽ do. Ludouicũ se possidere cõtendentẽ. Pro quo allegasse sufficiat id qđ no. Panor. in. c. cũ venissent. col. penul. ver. ⁊ ex hoc infero notãter ⁊c. de in integ. re-sti. ⁊ do. Preposi. in. c. significante. col. j. ⁊. ij. de appella. ⁊ Ang. cõ sil. cclxix. exordiente, inter alia capitula facit ⁊c. col. iiij. ver. ⁊ hoc intelligitur ⁊c. Non obstat qđ. d. do. Ludouicus in. xvi. articulo suarum positionũ proposuerit ⁊ deduxerit eundez do. Joannem Claudiũ se intrusisse, ⁊ se intrudi procurasse in possessionez dicte capellanie: illãq; pretextu intrusionis hmõi occupasse ⁊ detenuis se, ac etiã occupare ⁊ detinere. Quia ex hoc non infertur huc do. Joannem Claudium possedisse aut possidere: maxime vero hoc saltem casu quo appareret eundẽ domi. Ludouicum apprehen-disse dictam possessionẽ ante intrusionem ⁊ occupationem ante-dictas. Nec propterea censetur idẽ do. Ludouicus huic sue pos-sessioni renuntiasse, qđ nõ possessorio retinende: sed petitorio for te egisse dicatur. Quia cõfessoria actio per eum intẽtata: ⁊ in qua petijt capellaniã predictã sibi adiudicari, et alias prout in actis datur etiam possidenti secundum communem opinionez omniũ
3 scribentium: quod non est in rei vendicatione: † quia illa regula-riter non datur possessori: sed contra possessorem. l. incerti. C. de interdic. ⁊ quod not. docto. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. Esto igitur φ agens rei vendi. censeatur regulari-ter tacite asserere eius aduersarium possidere rem predictã: non tamen sequitur quod idem sit in eo qui agit actione confessoria.

¶ Argumentum.

¶ Statutuz φ municipes in suo municipio officia nequeãt ad-ministrare, iuri communi conforme est, ⁊ valet. U. F.

1 ¶ Dominus ciuitatis potest aliquos ex illis officiarios vel

iudices creare: non autem ad hoc compellere.
2 Pretor an possit quis esse in loco sue originis.
Quod cives romani possint rome esse senatores aut pretores est quid speciale.
3 Regule iuris tenaciter sunt observande, nisi in cõtrarium appareat dispositio vel specialis exceptio.
4 Statutum qualiter dicatur contra libertatem ecclesiasticã editum. et nu. 6.
5 Ecclesia primo a deo secũdo ab imperatoribus dicitur in multis privilegiata.
7 Homicidium committens non est cito aut semper puniendus.
8 Sententia excommunicationis non semper est valida.

¶ De diver. offi. Consil. I.


Ecordor me alias scri-
1 psisse pro universitate salonis, † quod licet do-
minus civitatis vel castri possit aliquem vel ali
quos ex illis creare officiarios, iudices, et magi-
stratus: non tamen videtur posse vel debere eos
cogere ut officium hmõi assumant et exerceant in loco sue origi-
nis, vel in quo incole existunt vel domicilium fovent: quia in illo
non videntur regulariter posse de iure. ffor. vel. C. esse magistra
tus vel iudices. l. si eadem. ff. de offi. assesso. et quod no. gl. in. l. fi. ff.
eo. ti. et. l. fi. et quod ibi Bal. et plenius Sali. C. de crimi. sacrile. et. l.
iij. et qd ibi Jo. de pla. C. de diver. offi. li. xij. Pro quo facit qd no.
2 glo. in. l. ij. C. de offi. preto. † que dicit esse speciale in pretore ut qs
possit esse pretor in loco sue originis, aut domicilij. Est etiã spe-
ciale in romana civitate qd cives illi⁹ possint esse senatores, aut
pretores. §. fundamẽta. et quod ibi gl. fi. de elec. in. vj. ut dicit Jo.
mona. Jo. an. post eum in novel. Gemi. et alij loquentes de condi-
tore illius tex. quod caro et sanguis illi revelaverat: quia roma-
nus erat, sentientes qd propterea hoc statuerat de romanis creã
dis pretoris aut senatoribus. Et qr hoc qd dixi regulare est, stan
dum est huic regule per id qd habetur in. c. ad decimas, in fi. de re
sti. spolia. in. vj. et in. l. suus quoqz, ver. puto. etc. ff. de heredi. insti. et
quod no. Bal. in. l. j. col. iij. de alie. iudi. mutã. cau. fac. et dicit Bal.
3 in. l. si tutor. in fin. C. de ser. pig. da. manumis. † quod regule iuris
sunt tenaciter observande: nisi in contrarium appareat exceptio
vel dispositio specialis. Non igitur videtur quod universitas sa
lonis, faciendo statutum seu ordinationem de qua conqueritur
reverendissimus dominus Arelaten. archiepiscopus scilicet
quod nullus de salone a tempore illius in antea exerceret offi-
cium etc. contravenerit dispositio legis. Et hec ratio videtur ma
xime procedere, pro eo quia idem reverendissimus dominus mo
dernus archiepiscopus et predecessores dicuntur locũ predictũ
possedisse tanquam donatũ ab imperatore, et tanquã preteñ prin
cipes: et in illo etiam non recognoscentes papam: per quam tamẽ
donationem non censetur princeps donator sibi abdicasse omne
imperiũ per id quod no. Jo. an. in addi. Spec. tit. de iurisdi. om.
iudi. ver. ex predictis, et Ange. in. l. j. §. qui manda. ad fi. ff. de offi.
4 eius cui man. est iurisd. † Preterea ad hoc quod aliquo statutũ
dicatur esse editũ contra libertatem ecclesiasticam illã scz de qua
est sermo. in. c. noverit. de sen. excõ. opus est quod statutum hmõi
veniat contra privilegia concessa ecclesie universali a Deo, aut a
papa, vel ab imperatore: secundum communem theoricam, quã
ponit Inno. Host. Jo. an. in novel. et Ant. de but. in. d. c. noverit.
5 qui etiã ibi plene exẽplificant de privilegijs huiusmodi. † A deo
enim concessa sunt universali ecclesie multa privilegia: et quidem
illud quecunque ligaveris etc. c. quodcunqz. xxiiij. q. j. Et illud,
quod decime et primitie et oblationes ad clericos spectant. c. re-
vertimini. xvi. q. j. et quod not. Hostien. in capit. a nobis. et. c. tua,
de deci. Et etiam illud quod ecclesia sola res ecclesiasticas admi
nistret. c. si imperator, distin. xvi. c. cũ laicis. de re. eccle. non alie.
et quod de spiritualibus ius condere et iudicare potest. c. deniqz.
et. c. cum ad verum. xcvi. dist. A papa vero etiam sunt universali
ecclesie privilegia concessa: sicut est illud quod qui in personã ec-
clesiasticam manũ violentam iniecerit etc. c. si quis suadẽte. xvij.
q. iiij. et illud. In legatis ad pias causas sufficiant duo testes. c.
relatum. de testa. Sunt et alia que in iure canonico legi possunt.
Ad imperatore vero etiam sunt privilegia ecclesie universali cõ
cessa: de quibus etiam exemplificant docto. in. c. noverit. Unde
cum statutũ seu ordinatio predicta nec contra predicta privi-
legia: nec contra alia a deo aut papa, vel ab imperatore univer
sali eclesie concessa videatur esse facta dici non potest quod illa
facta extiterit cõtra ecclesiasticã libertatem illã scilicet propter
quam dici debuerint aut declarari incidisse in sententiam excom
municationis. Et quanvis Bar. in aut. cassa. C. de sacrosan. eccl.
et post eũ Panor. in. d. c. noverit, videantur in aliquo aliter sen-
tire, quam Inno. et alij eorum tamen dictum non facit ad hũc ca-
6 sum. † Dicunt enim quod ubicunqz per statutum clerici efficiun-
tur timidiores, et laici audaciores ad clericis nocendum: tunc di-
citur statutum conditum esse contra ecclesiasticam libertatẽ. Et
ponunt exemplum in statuto laicorum: quod quicunqz interfece
rit laicum puniatur graviter: interficiens vero clericum punia-
tur, puta in decem floren. vel in alia mitiore pena. Arg. l. j. §. que
onerande. ff. qua. re. act. non dat. Sed istud non contingit in casu
nostro. Non enim verisimiliter propter observationem predicti
statuti reddentur clerici timidiores: nec laici dicti loci audacio-
res. Et sic verba Bartol. et Panor. non possunt huic ordinationi
adaptari: ergo nec eorum dictum, Arg. l. iiij. §. quoties. ff. de dã.
infe. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. et estiva. et. l. si servum quis. §.
non dixit. ff. de acqui. heredi. Et etiam ut dixi prima opi. est com-
munis: a qua propterea non est in iudicando vel consulendo di-
scedendum. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. que-
sto. c. novimus, et quod ibi Anto. de bu. de verbo. significa. et quod
not. Hostien. Joan. And. et alij in. c. j. de constitu. et quod not. doc.
in. l. fina. C. de pena iudi. qui male iudica. Ex quibus infertur qd
reverendus pater domi. officialis foraneus Salone residẽs, ma-
le et contra iustitiam processit in eo, quod propter editionem sta-
tuti seu ordinationis prementionate declaravit certos particu-
lares dicti loci usqz ad numerum decem, incidisse in sententiam
dicti. c. noverit: cum re vera ipsi in illam non inciderint: nisi for-
tasse ostendat quod dicta ordinatio facta extiterit contra privile
gium vel a deo, vel a papa, vel imperatore cõcessum: quod nõ pu-
to eum facere posse. ¶ Preterea etiam male processit idem do-
minus officialis: pro eo quia in examinatione et discussione facti
non eos audivit, prout facere debuit. Quanvis enim per confes-
sionem dictorum particularium fortasse constiterit de dicta ordi
natione: non tamen propterea erat statim procedẽdum ad dictã
declarationem: pro eo quia illa ordinatio non continebat factum
inexcusabile: sed valde excusabile, imo ut alias dixi omnino im-
punibile. Non obstante igitur dicta confessione debent audiri: ut
dici solet de eo qui accusatur, vel contra quem inquiritur de ho-
7 micidio notorio. † Quia licet notorie constet quod ipse illud ho-
micidium commisit: non est tamen statim ad mortem condemnã-
dus: quia potest subesse ratio cum excusans a pena mortis: imo et
aliquando ab omni pena: ut verbi gratia in primo casu: si inva-
sus invasorem occiderit non servato moderamine inculpate tu-
tele. l. j. cum ibi nota. C. unde vi. quo casu punitur non quidem ut
dolosus: sed ut culpabilis: et sic non pena mortis. l. in. l. cornelia,
cum suis similibus. ff. ad legem Cornel. de sica. De secundo vero
casu est bonus casu in clemen. j. ver. Et idem de illo censemus, de
homici. Potuit igitur a dicta sententia declaratoria contra di-
ctos particulares iniuste et perperam promulgata appellari: ut
not. glos. in. c. cupientes. §. insuper etiam, super verbo privatos,
de electio. in. vj. et quod not. domi. Feli. multos inducens in. c. ro-
dulphus. col. penul. de rescript. Et male fecit idem do. officialis
in eo quod ipse post dictam eius pretensam declaratoriam sentẽ
tiam, et appellationem interiectam, processit ad publicationem:
quia licet appellatio interposita a sententia excommunicationis
illam non suspendat. c. pastoralis. §. verum quia de appella. tamẽ
si appellatur a sententia, per iudex declarat aliquem incidisse in
excommunicationem latam ab homine vel a iure: non debet post
8 appellationem huiusmodi fieri denuntiatio. † Quinimo sicut sen
tentia excommunicationis redditur nulla, si post legitimam ap-
pellationem proferatur. c. per tuas, de sententia excõmunicatio-
nis. ita talis denuntiatio est nulla, si fiat in dicto casu post appel-
lationẽ. c. pervenit. et. l. j. de appella. Sunt et alia que ad impugna-
tionẽ dicte pretense declaratorie sententie opportune induci pos-
sunt: sed quia premissa mihi videntur sufficere, non insisto. Que
omnia dixerim sub correctione etc.

¶ Argumentum.

¶ Cuius quis loci incola non est, nõ põt eius pascuis uti. A. F.

1 ¶ In causis nemorum et pascuorũ singuli homines de universitate non sunt contra tertium testes admittendi.
2 Habens, tenens et possidens predia et possessiones in aliquo loco an censeatur esse incola illius loci.
3 Absentia an suspendat quem ab oneribus aut privilegijs loci a quo est absens.
4 Causa statuti cessante cessat et eius effectus.
5 Jure aliquo non potest quis in alieno territorio uti absqz servitutis constitutione.
6 Servitus iuris depascendi in alieno territorio non habet causam continuam, sed discontinuam.
7 Possessio iuriũ incorporaliũ nõ queritur sine sciẽtia adversarij

8 Commune an possit dici vnius ⁊ omnium.
9 Societas venit ex conuentione:⁊ immunitas non potest ex conuentione propria acquiri.

De pascuis. Consil.lj.



Viso cõsultationis the-
mate mihi transmisse parte vniuersitatis ⁊ con-
sulũ Rupisfortis,cõtra ⁊ aduersus Joannẽ cris
fini dicti loci:cũ dubijs ex themate hmõi elicitis,
dico ⁊ respõdeo prout infra:premittẽs ꝙ pascua
ciuitatis, ville,aut oppidi,seu alterius loci,nõ debentur de iure
nisi incolis,originarijs,vel habitatoribus ciuitatis,ville,seu op-
pidi,vel loci hmõi.l.testatrix.§.j.ff.si ser.vendi.Sunt enim hmõi
pascua vniuersitatis,ciuitatis,ville,vel oppidi,quo ad nomẽ,ho
norẽ ⁊ proprietatẽ ⁊ singulorũ ciuiũ seu incolarũ de vniuersitate
quoad vtilitatẽ,vt no.Bal.ff.de re.diui.super rub.col.viij.⁊ in.l.
si municeps.ff.qd cuiuſ vniuer.no.Ad premissa facit quod no.
glo.in.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de re.diui.⁊ Albe.in.l.im-
peratores.ff.de serui.rusti.predio.⁊ in.d.l.testatrix.§.j.ff.si serui.
vẽdi.vbi dicit ꝙ pro modo possessionũ quilibet de illa vniuersita
te debet vti pascuis:ne ibi habẽs modicas possessiões in iniuriã
⁊ damnũ aliorũ plures habentiũ magnã animaliũ immittẽs quã
titatẽ alios impediat in pascuis.Quia ciuilis modus in istis est
seruãdus.l.si cui.ff.de seruitu.facit.l.itẽ si fundi.⁊.l.vsufructua-
riũ.§.fin.ff.de vsufru.⁊.l.cũ hi.§.modus.ff.de trãsac.Et ex eo qd
dixi pascua loci esse vniuersitatis eiusdẽ loci quoad honorez,no-
men ⁊ proprietatẽ:⁊ ciuiũ seu incolarũ eiusdẽ loci quoad vtilita-
tẽ,insurgit id qd not.Sali.⁊ doc.in.l.parentes.C.de testi.vbi vo-
1 lunt,†ꝙ in causis nemorũ ⁊ pascuorũ singuli homines de vniuer-
sitate non sunt contra tertiũ testes idonei:cũ eorũ sit vtilitas ne-
morũ ⁊ pascuorũ hmõi:qd etiã voluit Bal.⁊ post eũ Jo.de Jmo.
in.l.tabularũ.col.j.ff.quẽadmo.testa.ape.Ex quo infero ꝙ conso
brini do.Joãnis crissini,qui vt supponitur nec sunt ciues nec in-
cole dicti loci Rupisfortis.eorũ animalia immittere ⁊ depascere
nõ possint in territorio eiusdem loci inuitis vniuersitate ⁊ syndi-
2 cis ipsius loci.†Et quis verũ existat ꝙ quis põt habere domici
liũ in multis locis.l.assumptio.ff.ad municipa.non tñ eo ipso qd
quis habet,tenet,⁊ possidet predia et possessiones in aliquo loco,
cẽsetur esse incola illius loci:nisi realiter ⁊ vere ibi habitet.l.liber
tus.§.sola.ff.ad munici.Quo fit vt quãuis dicti cõsobrini pretẽ-
dantur habere ⁊ cõmuniter possidere cũ do.Joanne crissini cer-
ta bona immobilia in loco ⁊ territorio Rupisfortis:nõ propter-
ea sunt censendi esse ciues illius,vel incole:⁊ ita nõ possunt tanꝙ
pretensi ciues vel incole sua animalia depascere in territorio di-
cti loci:nisi etiã in illo realiter ⁊ personaliter resideãt.Et hinc est
qd etiam cogi nõ possunt vel astringi ad ibi subeundum munera
vel onera personalia.d.l.libertus.§.sola.Ad munera vero realia
cogi possunt prout quilibet extraneus ibi possidens:per id quod
habetur in.l.vnica.C.de mulie.⁊ in quo loc.lib.x.l.forma.§.si ve-
ro.ff.de censib.⁊.l.filij.in fin.ff.ad municip.Nec sibi persuadeant
predicti consobrini ꝙ quia dictus Joannes eorum pretensus cõ
sobrinus moraz trahit in dicto loco Rupisfortis,cẽseantur pro-
pterea ⁊ ipsi ibi residere,per id quod not.Bar.⁊ Joã.de pla.in.l.
cum scimus.§.si.C.de agrico.⁊ censi.lib.xj.dicentes ꝙ si statutum
dicit ꝙ absentes a ciuitate Perusij non gaudeant priuilegio ci-
uium,cum onera non supportẽt:⁊ aliquis absit a ciuitate:et in ea
permaneãt pater vel fratres,sorores vel cognati,qui supportãt
onera ciuium,⁊ que illi absenti incumbebant,tunc non obstante
3 tali absentia ipse absens gaudebit priuilegijs.†Quoniã respon-
deo ꝙ licet prima facie hoc dictũ Bart.⁊ aliorũ videatur aliquã-
tulum facere pro dictis consobrinis:re vera tamen nihil facit:qr
Bar.⁊ alij loquuntur in eo qui re vera est ciuis:sed ꝑpter absen-
tiam a ciuitate suspenditur a gaudentia seu vsu priuilegij:⁊ hoc
pro eo quia onera non supportat:quo casu si pater,frater,vel co-
gnati illa pro eo supportent, non mirum si gaudet priuilegio: a
cuius vsu suspendebatur pro eo quia onera non supportabat.
4 †Quia si cessat causa statuti:debet ergo cessare effectus.c.cũ ces-
sante.cum simi.de appella.Sed nos loquimur in extraneis:hoc
est in non ciuibus,et non incolis:et qui propterea nõ possunt vti
dictis pascuis:quia deest fundamentum,quod non potest supple
ri per Joãnem fratrem.Potest ergo vniuersitas dicti loci Ru-
pisfortis,vtpote cui competit ius prohibendi contra dictos cõ-
sobrinos,eosdem impedire ⁊ eis resistere ne animalia immittant
infra dictum territorium, vel aliud faciant eidem vniuersitati
preiudiciabile.l.iij.§.j.⁊ quod ibi Barto.ff.de acquiren.re.domi.
facit.l.diuus.ff.de ser.rusti.predio.⁊.l.per agrum.ff.de seruitu.⁊
5 aqua.†Quia sine constitutione seruitutis,vel alio iure legitimo,
in alieno territorio non potest quis animalia sua depascere, aut
alio iure vti.§.fin.insti.de re.corpora.⁊ incorpo.l.pecoris,cũ dua
bus.ll.sequentibus.ff.de seruitu.rusti.predio.⁊.d.l.imperatores,
cum ibi nota.eodem titu.Quibus consobrinis non, obstat quod
eorum animalia:ea scilicet que communia habent cũ dicto Joan
ne,fuerint per ipsum Joãnem immissa et depasta in dicto terri-
torio per quindecim annos vel circa.Quia respondeo quod nõ
propterea quesitum est illis ius depascendi:quinimo nec re vera
6 possessio,seu quasi.Et quidem de iure hoc certum est:†quia cum
seruitus iuris depascendi in alieno territorio nõ habeat causam
continuã,sed discontinuã:ad acquisitionẽ illius nõ sufficit tem-
pus decẽ aut viginti annorũ:sz requiritur tẽpus de cuius initio
hominũ memoria non existat:pro quo allegasse sufficiat id quod
no.Bartho.veroñ.in suo trac.de seruitu.sub rub.de serui.iu.pa-
scen.col.xj.vel circa,ver.sed dubiũ potest esse quanto tẽpore pre-
7 scribatur.facit.l.seruitutes:⁊ qd ibi scribentes.ff.de serui.†Non
etiã possessio:qr illa non queritur in iuribus incorporalibus sine
sciẽtia aduersarij:per id qd habetur in.l.ij.⁊ qd ibi glos.⁊ doct.C.
de seruitu.Quia ad hoc vt possessio seu quasi acquiratur in tali-
bus.opus est ꝙ aduersarius patiatur:qui pati non dicitur nisi
sciat.l.quoties.la.ij.⁊ qd ibi Bar.⁊ doc.ff.de seruitu.⁊ qd no.Jn-
no.in.c.bone.el.ij.col.v.de postul.prelato.⁊ Bal.in.d.l.ij.iij.⁊.iiij.
oppo.C.de seruitu.⁊ aqua.Et quemadmodũ,vt predixi,cõso-
brini.d.Joannis nõ potuerunt animalia predicta,que scz erant
cõmunia inter eos ⁊ dictũ Joannem,immittere ⁊ depascere in.d.
territorio Rupisfortis:ita nec illa immittere nec depascere po-
tuit idem Joãnes:qr licet animalia huiusmodi dici possent ani-
malia eiusdẽ Joannis,quantũ ad dispositionem partis quam in
eis habebat.l.j.⁊ qd ibi Bal.C.de cõmu.re.alie.⁊ quod no.docto.
in.l.j.C.qui testa.face.pos.⁊ in.l.serui electione.§.labeo.ff.de leg.
j.nõ tamen poterant dici sua quãtum ad dispositionẽ totius:hoc
est etiam quantũ ad partes concernentes prefatos consobrinos:
8 vt etiam scribunt docto.in locis preallegatis.†Quia sic seu quo
ad hoc qd cõe est,proprie dici non potest esse vnius,sed est omniũ
l.illud.⁊ quod ibi Barto.ff.de ritu nup.⁊ quod not.Bald.in.d.l.
j.C.qui testamen.face.pos.gl.in.l.id quod nostrum.ff.de regulis
iur.⁊ in.c.cum aliquibus,in ver.ad eosdem,de rescript.in.vj.que
allegat bonum text.in.l.parietem.ff.de ser.vrba.predio.⁊ in.c.cũ
in illis,in fin.de preben.eod.titu.hoc etiam voluit Bartol.in.d.l.
serui electione.§.labeo ad fi.Joã.mona.Joã.And.⁊ Philip.de
Fran.in.d.c.cum in illis.§.fi.pro quo sunt boni tex.in.l.legatis.
ff.de lega.ij.l.hoc legatum.ff.de legat.iij.⁊.l.quintus mutius.in
prin.ff.de auro ⁊ ar.lega.Non potuit igitur do.Joannes anima-
lia predicta immittere ⁊ depascere in dicto territorio,postꝙ de il
lis disponere non potuit quoad partem dictos eius consobrinos
concernentem.Preterea ea ratione qua animalia predicta dici
possent animalia dicti Joannis:possent etiam dici animalia di-
ctorum consobrinorum:⁊ sic hominum extraneorum,⁊ nõ ciuiuz,
vel incolarum dicti loci Rupisfortis:⁊ cum talia non debeãt im-
mitti ad depascendum in.d.territorio:non licuit eidem Joanni
ea inibi depascere:eo maximo quia vt existimo ibi solẽt fieri pro-
clamatiões ne quis immittat aut depascat animalia extranea in
dicto territorio.Ad id vero quod exemplo opponitur,quod nec
eadem ratione possent animalia huiusmodi immitti ⁊ depasci in
territorio de tanellis,dico ⁊ respondeo ꝙ hoc est verum.Sed di-
cti Joannes ⁊ consobrini possunt sibi de facili super hoc proui-
dere:scilicet diuidendo dicta animalia:vel cum diuisione aliorũ
bonorum inter eos communiuz:vel etiam sine ea:⁊ facta diuisio-
ne,poterit dictus Joannes ea que ad sui partem insolidum per-
uenerint depascere in dicto territorio Rupisfortis:et dicti eius
cõsobrini ea que ad eos peruenerint depascere in territorio de ta
nellis:⁊ sic obuiabitur absurditati de qua opponit do.Joannes
crissini.Contra predicta vero non facit glossa,que pro singulari
exemplo allegatur in.l.internalla.C.de muneri.⁊ honori.non cõ-
tinuã.inter patrem ⁊ filium.libro.xj.Et per quam pretendit idẽ
Joan.crissini,socium posse.consequi ex persona socij que ex per-
9 sona suijpsius consequi non posset.†Quoniam respondeo quod
illa gloss.non procedit,⁊ illam reprehendit ibi Bart.⁊ post eum
Jacob.rebuf.⁊ mouentur pro eo quia societas venit ex conuẽtio
ne:sed ex conuentione propria nullus potest consequi immunita-
tem.l.origine.⁊.l.finali.C.de munici.⁊ origina.libro.xj.Preterea
hoc quod dicit gloss.non reperitur lege cautum:ergo hoc non est
dicendum,auth.de trien.⁊ semis.ver.consideremus,colla.iij.et.l.
illam.C.de colla.⁊ respondet Jacob.rebuf.ad iura per gloss.alle-
gata:ꝙ societas cõcernit res ipsas cõmunes:sz munus vel onus
de quo in.d.l.internalla,concernit personas:⁊ sic nõ procedit di-
ctum glo.qr alia ratio pactum reformat.Et hanc opinionẽ Bar.
etiam sequitur Jo.de pla.in.d.l.internalla.Concludo igitur qd
nec dicti consobrini:nec prefatus Joannes crissine potuerũt nec
pñt dicta animalia immittere aut depascere in dicto territorio.
Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet alterius ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Licet donatio sit eiusmodi, que dominiuz non transferat nisi post mortem: tamen iam queritur actio donatario: super qua cõuentio potius esse factam censetur quam super iure competituro. V.F.

1 ☞ Dominium regulariter non transfertur sine traditione.
2 Absurditas est in intellectu legum seu dispositionum euitanda.

¶ De pact. Consi. lij.



Non puto quomodolibet hesitandum, quin donatio quaz fecisse dicitur honesta quondam mulier Francesia Vincentie probo quondam viro Petro terrerij eius filio, anno domini. M.cccclxv. ⁊ die. xvij. mensis Januarij, fuerit dona. inter viuos, ⁊ hoc propter tria. Primo quia hoc expresse dictum est in. d. donatione. Secundo quia eadẽ Frãcesia promisit ⁊ cõuenit attendere ⁊c. Tertio quia iurauit ⁊c. De primo ⁊ secundo plene scripsit egregius vir dominus Petrus vincentij iurium professor: ⁊ de quibus multa scribit Alexan. de imo. consi. xiiij. in. j. vol. De tertio habetur in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. ⁊ per Francis. de are. consil. xlj. exordiente, Diligenter ac pensate ⁊c. col. iij. ver. primum est quod cum in instrumento, ⁊ consi. lxxiiij. exordiente, Diligenter ⁊ mature ponderatis ⁊c. col. ij. versi. Ad primum videtur dicendum, vt notat Alexan. de imo. in. l. que dotis, col. vj. in prin. ff. solu. matri. ⁊ plenius do Jason in. l. non vnius. ff. si cer. pet. Et per hec vna cum alijs plene scriptis per dictũ do. primo scribentem, patet respõsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundũ quesitum dico ⁊ respondeo, quod donatio predicta valuit ab initio: nõ quoad hoc quod ab ipso initio fuerit dominium bonorum donatorum eidem Petro quesitum: q̃ non apparet quod bona huiusmodi fuerint eidẽ Petro tradita vel vere vel ficte: vtpote per actum seu instrumẽtũ iuris ciuilis: cuiusmodi sunt retentio vsufructus. l. quisquis. ⁊. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de dona. cõstitutum. l. qd meo. in prin. cum suis si. ff. de acquirẽ. pos. constitutio precarij. l. certe. §. j. ff. de preca. ⁊ alia. de quibus omnibus ponunt doctores
1 in. l. traditionibus. C. de pac. ⁊ cano. in. c. ij. de consue. † Et tamen certum est quod dominium regulariter non transfertur sine traditione vera vel ficta. d. l. tradititionibus, iunctis his que ibi notantur per docto. Preterea. d. Francesia dicit se donare post mortem sui ipsius, non ante. Et sic alio non apparente dici non potest quod ipsa voluerit ab initio trãsferre dominium: sed voluit translationem huiusmodi differri post tempus eius mortis; quod etiam apparet in instrumento donationis: ibi dans et concedens dicto Petro autoritatem, ⁊ licentiam ipsa prius mortua ⁊ non ante intrandi ⁊c. Veruntamen dico quod ab initio hoc est de tempore dicte donationis, bona predicta fuerunt eidem Petro debita: ⁊ ipsi Petro actio quesita ex causa seu titulo donationis. Propter quod existimo qd in istis bonis debeat Joãnes terrerij eiusdem Petri frater habere quartam partẽ in vim donationis per dictum Petrum sibi facte de quarta parte bonorum mobilium ⁊ immobilium presentium tunc ⁊ futurorum: ⁊ intelligo futurorum nõ omnium simpliciter: sed futurorum suorum ex causa subsistente tempore facte donationis: vt alias in simili dixit Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres, ver. Sexto quero ⁊c. vbi etiam alij doctores. ff. de verb obli. Si enim intelligeremus eundem Petrum simpliciter donasse dicto Joanni quartã partem omnium bonorum tunc presentium ⁊ futurorũ: ⁊ ipsos Petrum ⁊ Joannem nihilominus conuenisse quod bona acquirẽda diuiderentur per medium: tunc videretur inferri, quod idẽ Joãnes in postea acquisitis deberet habere dimidiã partez ⁊ quartã partem alterius dimidie: qd videtur absurdũ: ⁊ ideo nõ presumẽ
2 dum: † q̃ absurditas in intellectu legũ ⁊ omniũ dispositionũ euitanda est; ⁊ circunscriptis verbis mens vel testantium vel cõtrahentium vel alias disponentium insequenda. l. scire oportet. §. sed ⁊ si maxime. ff. de excusa. tuto. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. l. iij. C. de libe. prete. vel exhere. c. dudum. de preben. in. vj. c. intelligentia. de verbo. signi. ⁊. c. marchion. ⁊ basilides. j. q. j. Puto igitur quod in donatione quarte partis bonorum dicti Petri mobilium ⁊ immobilium presentiuz ⁊ futurorũ senserint partes de futuris eiusdez Petri: que scilicet erant ad eum peruentura ex causa subsistente. In pacto vero qd sequitur dictam donationem quarte partis: ⁊ per quod partes ipse conuenerunt qd bona per eos acquirẽda ⁊ lucrãda deberent esse cõia ⁊ equis partibus ad eos pertinere senserũt partes de alijs bonis futuris in quibus vel ad que dicte partes aut aliqua eorum nullum ius seu actionem habebant: quod non erat quoad bona per dictam Francesiã eidem Petro donata: ⁊ ad que propterea habebat actionem. Et sic non puto quod in vim istius do. Joannis aliquid petere possit in dictis bonis per Francesiam donatis: quia illa nõ sunt acquisita aut lucrata per ipsos Petrum ⁊ Joãnem, sed per ipsum Petrum duntaxat, ⁊ ex contractu per eum gesto cum dicta quõdam eius matre.

¶ Argumentum.

¶ Quanuis ad onera quedam ciuitatis clerici teneantur: nõ tamen ad illa per laicos possunt vrgeri. V.F.

1 ☞ Vintenum an sit munus reale an personale.
2 Munus mere reale quid dicatur.
3 Vintenum quo casu dicatur collecta.
4 Expensa fabrice alicuius ecclesie ad quos spectet.
5 Prescriptio vel consuetudo non potest contra expensas fabrice ecclesie procedere.
6 Campane quare in concitatione tempestatis pulsentur.
7 Clerici clericaliter viuentes an possint cogi ad prestationẽ vinteni impositi pro refectione campanarum.
8 Clerici an teneantur contribuere pro reparatione fontium.
9 Ecclesiastici an teneantur ad expensas pro pontium et itinerum reparatione impositas.
10 Ecclesiastici an teneantur ad custodias portarum, aut excubias metu armigerorum faciendas.
11 Clerici an teneantur ad pesti remedium exhibendum.

¶ De episco. ⁊ cleri. Consil. liij.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte vniuersitatis vasionẽ. ciuitatis, seu nobilium ⁊ venerabilium virorum dominorum syndicorum eiusdem, eliciuntur multa dubia. Ad que respõ
1 deo breuiter ⁊ succincte prout infra. † Et primo ad primum quod cum vintenum, de quo ibi, censeatur esse quedam collecta, que imponitur personis subiectis, ⁊ pro rebus, illud videtur posse imponi ciuibus seu incolis vasionensibus: non solum quoad bona que inibi seu territorio illius habent ⁊ possident: sed etiaz quoad bona que habent ⁊ possident extra territoriũ illius: nisi pro illis in illo territorio grauarentur alio onere, per id quod sentit glos. fin. a contrario sensu, ⁊ qd ibi Bar. in. l. vnica. C. de mulie. ⁊ in quo lo. ⁊ idẽ voluit ibi Jo. de pla. col. iij. ver. si autẽ ibi, alias sic: ⁊ idez voluit in. l. indictiones, col. j. ver. sed nonne Bononie collectabit ⁊c. C. de anno. ⁊ tribu. lib. x. ⁊ Bar. in quodã suo consi. exordiente, Ciuitati camerini ⁊c. ⁊ idez sentit Jo. And. in. c. j. in nouel. ⁊ post eum Semi. ⁊ Philip. de Fran. de immu. eccle. in. vj. Cũ enim collecta hmõi imponatur persone pro rebus: ⁊ vnius persone vnicũ sit patrimoniũ. l. iurisperitos. §. cuz oriundus. ff. de excusa. tuto. persona tanq̃ quid dignius rẽ ad se trahit, ar. l. ij. C. ne fideiusso. vel manda. do. den. l. cum in diuersis. ff. de religio. ⁊ sumpti. fu. l. precipimus. §. penul. de appella. c. qd in dubijs. ff. de cõsecra. eccl. vel alta. ⁊. l. magis puto. §. aliud. ff. de re. eo. qui sub tute. vel cura. secus vero esset si dictum munus seu onus esset mere reale: q̃ tũc deberet solui vbi res site sunt, vt etiam voluit Bartol. ⁊ docto. in d. l. vnica, ⁊ cano. in. c. non minus. de immu. eccle. Jo. An. Semi. ⁊ Philip. de Fran. in. d. c. j. de immuni. eccle. in. vj. Forte vero opponetur, q̃ imo. d. Vintenũ videat̃ esse munus reale: per id quod
2 not. Bar. ⁊ doc. in. d. l. vnica, ⁊ cano. in. d. c. nõ minus. † vbi dicunt munus dici esse mere reale qd imponitur ipsi rei nulla habita cõtemplatione patrimonij: siue expediatur cũ ipsa re: vt verbi gratia: cũ nauis vel currus alicuius mittit̃. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. siue de eo qd ex ipsa re percipit̃: vt est qñ soluit̃ certa pars fructuũ illius rei. l. modios. C. de suscep. ⁊ arca. siue de eo qd percipitur extra rẽ: vt est qñ omne predium soluit omni anno tantũ. l. hactenus, ver. vt puta. ff. de vsufru. ⁊. l. vnica. C. de impo. luc. descri. Cũ igitur dictũ vintenũ fructuũ expediatur de eo qd ex predijs percipit̃, videt̃ dictũ vintenum esse munus reale: ⁊ ꝓpterea debere solui in loco vbi res sunt site: ⁊ non in loco domicilij soluentis. Sed respondeo q̃ istud posset ꝓcedere si istud munus esset ordinariũ, ⁊ a lege vel principe impositum: sed istud est munus extraordinariũ, ⁊ ꝓpter causam accidentẽ impositũ, et ꝑ ciues. Putarẽ tñ in veritate q̃ sanctius ⁊ longe equius esset qd onus imponeretur per solidũ ⁊ librã: ⁊ in quo deberent oĩa bona estimari, q̃ vintenũ: q̃ potest cõtingere q̃ longe pauperior plus soluat, q̃ multum diues. Pone enim me habere decẽ iugera terrarũ: ⁊ preter hec parũ: te autẽ nõ habere in predijs rusticis, sed in vrbanis, ⁊ alijs que nec estimant̃, nec pro eis soluitur aliquid:

quorum

quorū valor in decuplo excedit valorē bonorū meorum: ⁊ paucas habere possessiones rusticas. Soluā enim longe plus in vinteno quā tu: qđ fieri nō debet in collectis. Propter qđ videtur mihi, qđ si fieri posset, esset bonū conuenire cū illis de eo qđ soluere voluerint pro vinteno prediorū extra territoriū existentium: ne aliter de facto vel alias impediant aut turbent impositionem.
3 ¶ †Ad scđm dico ⁊ respondeo ꝙ cū re vera dictū vintenū cēseatur aut censeri debeat collecta: ⁊ sic debeat imponi solis subditis. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. ⁊ hono. expēsa cāpanarū, seu refectionis illarū videtur concernere ecclesiasticos ⁊ parochianos dicte ciuitatis, vtpote per quas ecclesiastici vocāt parochianos ad diuina audiēda, ⁊ ad alia: de quibus in. c. j. ⁊. ij. de offi. custo. ⁊. c. Joannes. de homi. iunct. qđ vtrobiꝗ not. per doc. ⁊ plenius per Guliel. durā. in suo rationali diuinorū officiorū, sub rub. de cāpa. ad que diuina officia vocari non solent parochiani alterius ecclesie. Preterea cū cāpane pertineāt ad ornamēta, aut decorē ecclesie, vel saltē sint pro diuino cultu necessarie, expense campanarū, vel refectionis illarū videtur pertinere, ⁊ pertinere debere, ⁊ debere supportari per illos qui tenētur ad expensam fabrice ecclesie, vel
4 ornamētorū ecclesie. †Ad quos autē pertineat expēsa fabrice ecclesie, aut reparationis illius, ponitur in. c. j. de eccle. edificā. iunctis ibi not. per doc. vbi dici solet primo esse recurrendū ad consuetudinē. Quia si illa trāsferat onus in populū, illa seruāda est, arg. c. ad apostolicā, de simo. vel ad dispositionē, si que sit que specialiter prouideat: ⁊ si nulla supersit cōsuetudo: nec quarta reddituū sufficiat: recurrendū est ad clericos ecclesie. d. c. j. c. de his. de eccle. edifi. Et hoc intelligitur si eis supersint redditus. Si vero nō supersint, cōpellātur vltimo loco parochiani ecclesie. Ex quo enim ibi diuina recipiūt, tenētur ad refectionē ecclesie, argu. c. si episcopus. de offi. ordi. in. vj. nec possent parochiani volēdo euitare onus cedere vsui ecclesie: q̄ hoc nō depēdet a sua facultate. c. onus. de penitē. ⁊ remis. ⁊ qđ not. Panor. in. c. j. de eccle. edificā. Hosti. vero in summa tit. de eccle. edifi. §. j. dicit, ꝙ si fabrica ecclesie portionē suā habeat deputatā, illa debet ab eo reparari q percipit. c. vnio. x. q. iij. ⁊. q. j. c. decernimus. ⁊ si nō sufficiat, tūc rector ⁊ beneficiati s̄m qđ ibi percipiūt cōferre debēt. d. c. j. ⁊. c. de his. et c. si monachus. xvj. q. j. ⁊ deinde subiūgit Hosti. ꝙ in quibusdā regionib⁹, in quibus laici hoc faciūt expēsis suis de cōsuetudine q̄ iuuatur autoritate iuriū per eū inductorū: nam ⁊ ipsorū interest: cū ibi percipiāt sacramēta ecclesiastica, ⁊ missas audiāt: maxime vbi male soluūt decimas, hoc erit obseruādū. c. quecūꝗ. ⁊. c. hec diximus. ⁊. c. filijs. ⁊. c. nepotib⁹. xvj. q. vij. ⁊ qđ talē cōsuetudinē seruare sint cōpellendi, argu. prestat. d. c. apostolicā. ⁊ qđ habetur in aut. de sanctis. epis. §. pro cōsuetudinibus, ⁊ de eccle. titu. §. ad hec sane. col. ix. ⁊. l. ad instructionē. ⁊. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. deinde vō subiungit se putare, ꝙ si talis cōsuetudo nō reperiat: quarta fabrice quondā a sanctis patribus deputata reparatio ni disrupte ecclesie cedat: ꝙ ad hoc tenetur quicūꝗ sit qui eā per-
5 cipiat: nulla obstāte p̄scriptione vel cōsuetudine. †Et huic dicto Hostiē. satis accedit dictū do. Anto. floren. archiepiscopi in. iij. parte sue summe. tit. xij. c. ij. §. iiij. Et hec ad fabricam ecclesie.
¶ Quo vero ad ornamēta, dicit And. Barba. cōsi. xxv. exordiēte, difficile est vt bono peragātur exitu ⁊c. in. iij. pte, qđ q̄ dispo sita pro fabrica ecclesie ⁊ pro ornamētis equiparatur. c. fin. ver. q̄ in ornamētis seu fabrica luminaribus siue alijs ⁊c. illi qui tenent ad fabricā tenētur etiā ad ornamēta. Et pro hoc multa inducit: ⁊ ex cuius dictis apparet, ꝙ ad illum pertinet expensa ornamētorū, ad quē spectat expēsa fabrice: ⁊ intelligit nō de ornamētis superfluis, sed de necessarijs ad cultū diuinū. Et idē videt dicendū de cāpanis seu illarū expēsa. Quia etiā ille requirūtur ad diuinū cultum pro conuocatione populi christiani ad diuina audienda: ⁊ alijs. Et cum nullus dicat, qđ in expensa fabrice ecclesie vel ornamentorū contribuere debeat prorsus extranei, etiā si infra parochiam habeāt ⁊ possideant bona immobilia, etiā nec hoc videtur dicendū de expēsa cāpanarū, aut refectionis illarū. Nec etiam vidimus qđ hactenus alicubi hoc attentatū extiterit: ⁊ ideo nō putarē esse tutū vel bene cōsultū qđ do. Vasionēses hoc attentarēt cōtra inibi possidētes. Fateor tñ ꝙ ꝓpter pulsionē ⁊ sonū campanarū ecclesie Vasionen. non solum ciues ⁊ incole: sed etiam forenses ⁊ extranei inibi habentes ⁊ possidentes predia, presertim rustica: possint reportare vtilitatē ⁊ cōmodum: ex eo q̄, prout dicit Guliel. duran. vbi supra, demones auditis tubis ecclesie militātis, scʒ cāpanis, timēt: sicut tyrānus audiēs in terra sua tubas po-
6 tētis regis sui inimici timet. †Et hinc est s̄m eū, ꝙ ecclesia vidēs concitari tēpestatē cāpanas pulsat, scʒ vt demones tubas eterni regis audiētes territi effugiāt, ⁊ a tēpestatis cōcitatione qescāt, ⁊ vt cāpane pulsatione fideles admoneantur ⁊ prouocentur pro instanti periculo orationi insistere. Et ita videmus vbiꝗ obseruari: ⁊ hec cāpanarū pulsatio sic plerūꝗ prodest non solum ciuibus ⁊ incolis, sed etiā forensibus ⁊ extraneis. Sed nec puto, nec

video ꝙ propter hāc causam forēses ⁊ extranei habētes bona in loco vel territorio ciuitatis vel castri, vbi sunt campane, teneant contribuere in expensa campanarum, vel earum reparationis.
7 ¶ †Uenio ad tertiū: in quo sub paucis verbis queritur de multis. Et primo quidem queritur, an clerici clericaliter viuentes et presbyteri possint cogi ad solutionem vinteni impositi vel imponendi pro dicta expensa facture vel refectionis campanarū. Ad quod respondeo vt iam dixi, quod dicti clerici ⁊ presbyteri tenētur contribuere in expensa huiusmodi eo modo quo dixi eos teneri pro fabrica vel reparatione ecclesie, ⁊ ornamentis: sed nō puto ꝙ ciuitas possit eis indicere vintenum, vel aliā collectam, seu talliā: sed debent cogi ⁊ cōpelli per reuerendū in Christo patrem dominum episcopum vel officialē vasionensem ad cōtribuendū pro rata eos cōcernenti. Et in hoc scilicet ꝙ cōpulsio fiat per iudicem ecclesiasticum, cōueniunt oēs in. c. non minus. de immuni. eccle. ⁊ si fieret cōsiliū vel parlamentū in. d. ciuitate, ad qđ vocarētur non solū laici, sed etiam dicti clerici, ⁊ domini presbyteri: ⁊ in quo tractaretur ⁊ cōmuni cōsensu cōcluderetur ista materia, es-
8 set bonum ⁊ laudabile ad obuiandum contentionibus. ¶ †Quo vero ad id qđ queritur de reparatione fontiū: videtur qđ clerici ⁊ presbyteri teneantur in expensa reparationis contribuere, per id qđ no. Specu. titu. de censi. §. nunc dicendū, ver. itē pone ꝙ vicinia, ⁊ Panor. in. c. non minus. col. x. versi. Item in purgatione putei ⁊c. de immu. eccle. qui loquentes de purgatione putei toti vniuersitati necessarij sentiunt, ꝙ etiam ecclesiastici teneātur cō-
9 tribuere in expensa. ¶ †Quo vero ad expensam que fit pro reparatione itinerū ⁊ pontiū sentit Inno. ꝙ ecclesiastici etiā teneant in ea contribuere. l. ad instructionē. C. de sacrosan. eccle. pro eo q̄ huiusmodi reparatio videtur concernere pietatē: ⁊ ex hoc videt Inno. etiā sensisse, ꝙ ipsi teneātur pro reparatione murorū ciuitatis seu castri. Et idem videtur velle gloss. in. d. c. non minus, in verbo releuandas. Idem etiam voluit ibi Uincen. ⁊ Hosti. ⁊ idē voluit do. Cardi. Floren. quādo fiunt vel cōficiuntur muri ex necessitate: ⁊ pro necessaria custodia: secus vero si hoc fieret ad decorem: ⁊ hoc etiam voluit Jaco. butri. ⁊ sequuntur docto. communiter in. d. l. ad instructionem. ⁊ Joā. de pla. in. l. si diuina domus. col. ij. ver. secūdo fallit in necessaria cōstructione ⁊ refectione pōtium ⁊ murorum ⁊ viarum. C. de exacto. tribu. lib. x. Sed contrarium videtur sensisse gloss. in. §. nouarum. xvj. q. ij. ⁊ glo. in. d. l. ad instructionem. Philip. vero antiquus glo. in. d. c. non minus. dicit quod tales contributiones sine pape licentia fieri non debēt. c. aduersus. de immunita. eccle. Jo. vero And. dicit se nō videre quomodo leges non solum. ff. aut. C. sed etiam authē. possint constringere ecclesias ad talia onera: et remitti ad notata per eū in c. constitutus. de religio. domi. ⁊ sic videtur velle quod. d. l. ad instructionem, ⁊ similes nō procedant in preiudiciū ecclesie. Anto. vero de but. transit similiter, recitādo docto. in. d. l. ad instructionem. Sed Panor. in. d. c. non minus, char. pen. versi. Ego in hac ciuitate Senarum habui hanc questionem ⁊c. ⁊ consil. iij. plenius prosequitur istam materiam: concludens quod ecclesia nō teneatur. Pro quo inducit glo. ⁊ multa alia fundamenta: et presertim d. c. non minus: vbi est sermo de fossatis faciendis que concernūt custodiam ciuitatis ⁊ vtilitatem publicam: ⁊ tamē ibi deciditur ꝙ ab ecclesia nō debet exigi aliqua portio vt debita: quinimo exigi prohibetur sub anathematis districtione: ⁊ hoc nisi episcopus ⁊ clerici tanquam necessitatem vel vtilitatem inspexerint, ⁊ absꝗ vlla districtione vel coactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existiment conferenda. Inducit etiā. c. j. de immu. eccle. in. vj. c. ꝙ. de censi. eo. lib. cle. presenti. eo. tit. et alia que possunt ibi videri: que re vera vidētur multū facere ꝓ hac parte.
10 ¶ †Quo vero ad custodiam portalium propter metum armigerorum: et ad excubias nocturnas faciendum, respōdeo quod prima facie videtur ꝙ clerici ⁊ do. presbyteri ad illas teneantur: per id qđ habetur in. c. peruenit. de immunita. eccle. vbi hoc videtur probari. Sed respōdeo ꝙ illud. c. habet varios intellectus. Quidam enim illud. c. intelligunt in ciuitatibus, que sunt de temporali dominio ecclesie: prout est ciuitas Terracina, cui⁹ episcopo loquitur papa in dicto. c. peruenit. Et si iste intellectus esset ver⁹ dictū. c. peruenit. probaret ꝙ clerici Uasionēses ⁊ alij tenerētur ad custodiam portalium, et excubias ⁊c. Sed multi hunc intellectum reprehendunt: pro eo quia decretales debent esse communes omnibus. c. j. ⁊ fi. de constit. Secundo modo intelligitur ⁊ legitur dictum. c. ꝙ procedat quando infideles impugnant terrā, aut ciuitatem vel castrum. Tunc enim nullus excusatur a custodia: pro quo facit. c. igitur. c. scire. ⁊. c. omni timore. xxiij. q. viij. et qđ not. Inno. in. c. non minus. vbi etiam do. Cardi. Floren. q. v. Et iste intellectus non faceret pro dicta vniuersitate Uasionensi. Alio modo ⁊ tertio, intelligitur generaliter quandocunꝗ terra impugnatur ab hostibus etiam nō infidelibus: quia litera lo-

quitur generaliter: & hoc videtur sentire Inno. in d. c. peruenit. dicens illud quod ibi dicitur habere locum, & esse speciale, vbi est timor communis subitus & improuisus: & iste intellectus placuit do. cardi in d. c. peruenit. Illum etiam ibi sequitur Panor. quãdo scz subest magna necessitas: & est timor cõmunis subitus & improuisus. Alias vero, hoc est, vbi hoc non cõtingeret, sentiunt quod non tenentur. ¶ † Quo vero ad custodiam faciẽdam tempore pestis per eosdẽ clericos & do. presbyteros, prima facie videretur qd ipsi teneantur: pro eo qz pestis videtur esse quedam diuina hostilitas, seu bellum inter Deũ & homines: per id qd no. Bar. in l. naturaliter, col. pen. ver. Idem forte dicendum esset: &c. ff. de vsuca. Jo. de imo. & multi alij in c. cum nõ liceat, de prescrip. Et hinc est quod quemadmodum prescriptio non currit tempore hostilitatis seu guerre, ita nec currit tempore pestis, vt voluit Bar. vbi supra. Bal. etiã & quidam alij in l. fi. C. de testa. voluerunt quod quẽadmodum nõ requiruntur septẽ testes ad validitatem testamẽti facti in bello etiã per non militẽ: sed sufficit minor numerus, ita nec requirũtur septẽ ad validitatẽ testamẽti facti in loco in quo viget pestis, sed sufficit minor numerus. Sed is non obstãtibus puto contrarium esse verius, scz quod ipsi nõ teneantur, & quod argumentum seu argumenta facta de hostilitate hominum non procedant. Multo enim & longe plures requiruntur homines tẽpore guerre, & ad resistendũ inimicis forte in copia inuadentibus ciuitatem seu oppidum: seu & volentibus per vim & violentiam occupare & subigere vel depredari. Et hinc est qd vt superius dixi omnes tenentur tunc defendere vel etiam facere excubias propter timorem communẽ improuisum & subitum: sed hoc non contingit tempore pestis: & in custodia que fit propter illã euitandam: & ad quod pro numero portalium sufficiunt duo custodes. Preterea quod superius dictum est, prescriptionem nõ currere tempore pestis, dicunt aliqui hoc procedere quando est tanta pestis in ciuitate, vel in loco quod propter eam ibi ius nõ redditur. Jo. vero de imo. in d. c. cum non liceat, dici non esse bene iure expressum quod etiam dicto tempore non currat prescriptio: & subdit quod Ant. de bu. ibi dicit quod saltem ista esset iusta causa dandi restitutionem in inte. ar. l. j. in fi. ff. ex qui. cau. maio. Ecce ergo quod non omnino equiparãtur hostilitas & pestis. Addo quod licet Bal. in casu de quo supra, dixerit testamentum factum tempore pestis non egere ad sui validitatem septem testibus: sed sufficere minorem numerum doc. tamen magis communiter tenent contrarium: vt apparet ex his que no. Alex. de imo. & do. Jason in d. l. fi. C. de testa. quod etiam satis sensit Bar. in loco quem allegant. Et sic non puto quod bene & concludenter argui possit de custodia portalium vel excubijs, que fiũt propter hostes ad custodiam que fit propter pestem.

¶ Argumentum

¶ Vxor etiam de pecunia viri rem emens eius dominiũ acquiritur. V. S.

1 ¶ Mulier an possit viuente marito emere & titulo emptionis sibijpsi acquirere.
2 Factum ab vno cohabitantium presumitur iure familiaritatis factum.
3 Remedium c. reintegranda, iij. q. j. non potest malefidei possessori competere.
4 Possessoris conditio debet in pari causa esse potior.
5 Possessio iunior seu posterior presumitur clãdestina: que presumptio tollitur per titulum.

¶ Si quis aleri vel sibi. Consi. liiij.



Adherẽdo opinioni spectabilis viri dñi Bertrandi rostagni iuriũ professoris eximij primo scribentis, dico & respondeo prouidũ virũ Jacobuz de põte noie quo in actis, & ei⁹ conreos fouisse & fouere instã causam & propterea eos fuisse & esse ab impeditis absoluendos. Et quãuis scripta dicti dñi rostagni sufficiant ad ostẽsionẽ bonis iuris dictorũ de ponte correorum: & propterea adiectione nõ indigeat. l. j. §. fi. de do. prele. & c. bene quidẽ dist. xcvj. tamẽ vt in aliquo satisfaciã voto potentis, pauca aliqua addã pro cõfirmatione dicte opi
1 nionis seu sententie. † Et primo quidẽ nõ est dubiũ quin mulier etiam viuente marito possit emere & titulo emptionis sibijpsi acquirere: & nõ solũ ex propria eius pecunia, sed etiã ex pecunia viri qz de hoc sunt tex. per d. dñz primo scribentẽ allegati. Quo fit vt cũ honesta quondã mulier Catharina, vxor cũ viueret Nicolai chassapolhi, emerit pratũ de quo in actis, & deinde possessionem illius apprehẽderit, fuerit eidem Catharine vel dominiũ acquisitum, si erat vẽditoris, aut prescribẽdi conditio: & hoc siue pratũ huiusmodi illico traditum extiterit: siue sciente & patiente vẽditore illud fuerit ingressa. l. traditionibus. & qd ibi scribẽtes. C. de pac. & l. ij. C. de acqui. pos. Et quis d. quondã Nicolaus eius maritus probaretur pratũ illud desalcasse aut defalcari fecisse: & fenũ seu herbam in eo excretam collegisse & leuasse: aut leuari & colligi fecisse: ipse tamẽ presumitur hec omnia fecisse non noie suijpsius de cuius iure seu titulo non apparet: sed nomine d. quondã Catharine eius pro tempore vxoris, de cuius titulo apparet. Et hoc bene probatur per l. qui iure. ff. de acquirẽ. pos. Pro quo bene facit qd voluit do. Bar. Soci. consi. cxxxj. exordiente, in presenti cõsultatione, in prin. vbi voluit quod quãuis vxor viuente viro teneat claues camerarũ et capsarum tam existentium in domo vrbana, quam rustica viri: & cum viro in domo inhabitet: ipsa tamẽ nec domos nec bona mobilia in eis existentia possidere dicitur: sz potius illa detinere: & eis vti iure familiaritatis. d. l. qui iure: cũ dicta bona ad virum pertinerent. Et hoc colligitur ex eo quod plene not. Jaco. de are. Bar. Ange. Joan. de Jmol. Paul. de cast. & doct. in d. l. qui iure, vbi est tex. Et Pe. de bel. perti. in l. & habet. §. hospites. ff. de precario. quem text. etiam allegat Barto. in suo cõsi. exordien. in questione domini colli. & huius dicti ratio est, secundum Oldra. Jacob. de arc. Bar. & alios: quia alias presumeretur delinquere, contra l. merito. ff. pro so. & l. si socius. ff. de fur. Etiam facit qd not. doct. in d. l. qui iure. & in alijs locis per Soci.
2 rela. in d. consi. † vbi voluit qd licet plures sint fratres: vel maritus & vxor: vel mater & filij simul habitantes: & vnus administret & fructus percipiat ex rebus ad alium ex eis pertinentibus, hoc facere presumitur iure familiaritatis: non proprio iure, seu noie suijpsius. Et sic declaratur & limitatur id qd dici solet: scilicet qd si probẽ fructus percepisse, tũc dicor possessionẽ probasse, vt not. doc. in l. titia. ff. de solu. glo. & Bar. in l. penul. ff. de condi. institu. Bald. in l. j. C. de ser. fugi. & Bar. in l. ij. C. de solu. vt hoc dictum procedat, nisi appareat quod iure familiaritatis ille hoc faciebat: vt puta quia ad aliũ res spectabat. Cum igitur in casu de quo queritur appareat dictũ pratũ ad dictã Catharinã spectasse, presumẽdum est quod idẽ quondã Nicolaus eius vir premissa fecerit non nomine suijpsius, sed nomine vxoris: & sic quod non ipse, sed vxor illud possederit. ¶ Preterea omittendo alios articulos, videtur qd non solum non possit honesta mulier Romana, relicta magistri Nicolai chassapolhi, tutrix & tutorio nomine alterius Nicolai, victoriam obtinere super pretẽso spolio, seu violenta eiectione: sed nec super remedio. c. reintegranda. iij. q. j. Et quidem non super spolio, siue pretensa violenta eiectione: quia vt iã plenissime scriptum est, de illa non apparet: non etiam super dicto remedio. d.
3 c. reintegranda: † tum quia d. c. reintegranda, videtur competere quãdo agens dicit eius proprias substantias propter iustas causas perdidisse: que verba non videntur competere malefidei possessori: ergo nec dispositio illius in eo locum habet. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quarta. §. toties. ff. de dam. infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. here. l. ita autẽ. ff. de admi. tu. & c. indemnitatibus. §. penul. de elect. in vj. Pro quo bene facit qd not. Jo. And. in c. j. de homi. in vj. Bald. in l. si quis non dicam rapere, col. iij. versi. & in istis omnibus aduocatus debet esse cautus. C. de episco. & cleri. & in l. hi qui, C. de appella. & Alex. de Jmol. consi. j. col. vij. ver.
4 postremo vidẽdũ est, in iij. vol. † Tum & quia cum in pari causa potior debeat esse cõditio possessoris, vt l. siue autẽ. §. si duobus. ff. de publicia. ergo illi qui olim mala fide possedit non competit predictum remedium: etiam si possessor modernus mala fide possideat. Potius ergo hoc procedit quando bona fide possidet, authen. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Quod etiam voluit Joa. de Jmol. reprobando Anto. de but. in c. sepe. de restit. spolia. Et pro hac parte consuluit Alexand. de Jmol. consilio. xciij. col. vj. in v. volu. vbi expresse voluit dictum remedium non dari ei qui mala fide possedit contra malefidei possessorem: qd etiam voluit Bar. Soci. in repetitione. l. rem que nobis, in ij. q. principali, versicu. quarto dubitatur nunquid cõpetat &c. ff. de acquir. pos. & respondet rationibus ex aduerso inductis: prout ibi potest videri. ¶ Preterea esto citra preiudiciũ veritatis, quod do. Romana actrix, seu dictus Nicolaus eius filius dici posset bona fide possedisse, prout nõ videtur: qz tũ dicti de ponte conrei pratũ predictũ bona fide possederũt, & cũ titulo: & possessio nõ est vitiosa, nec a vitioso possessore seu autore habita, cõtra eos nõ cõpetit predictũ remediũ, per id qd voluit Bar. in d. l. rẽ que nobis, motus per eo qz in pari causa potior est cõditio possessoris. d. l. siue autẽ. §. si duobus. vbi ponitur hec regula. Et hanc partẽ sequũtur Ange. & Jmol. in d. l. rẽ que nobis. Bar. in l. fi. §. sed cũ in scda. C. de fur. Jllã etiã sequũtur alij multi, & qdẽ viri doctissimi relati per Bart. Soci. in d. l. rem que nobis. in iiij. q. principali, colũ. ij. versi. Aliquando

quando τ quinto τ vltimo queritur. Fateor qd Imo. tenuit contrarium in.d.c.sepe, quem ibi sequitur Jo.calde. τ quidam alij in c.cum ad sedem.de resti.spoli. pro qua parte consuluit Alexã.de Imo.consi.cxvij.in.ij.vol. τ in quibusdã alijs suis consilijs. Et
5 huius opinionis fundamentum est: † qr possessio iunior seu posterior presumitur esse clandestina.c.licet causam, de probationibus. Sed huic rationi potest responderi, qd illa in casu nostro nõ obstet: ex quo dicti de ponte τ conrei titulo possident: ratione cuius tollitur presumptio clãdestinitatis.l.clam possidere, in princi.ff.de acquirenda possessione. τ.l.sine autem.§.si duobus.ff.de publicia. Posset autem dicta ratio fortasse procedere si fuisset deductum τ articulatũ (prout non puto) qd ipsi de ponte τ cõrei clã possederint respectu possessiõis predicte Romane, seu Nicolai eius filij: quo casu posset procedere opinio Imol. τ aliorum: alias nõ, per ea que ponit Bar. τ post eum Jo.de Imo. Pau.de cast. τ alij in.l.si de eo.§.fi.ff.de acquirẽ.pos. ¶ Preterea, vt dicit Bar.Soci.in.d.l.rem que nobis, in.iiij.q.prin.col.ij.tenẽtes hãc secundam opi. que fuit Imo. non videntur bene respõdere ad.d.§.si duobus: put ipse plenius prosequitur τ ostẽdit: vt ibi videri potest. Concludo igitur, vt predixi, quod dicti de ponte τ conrei debeant absolui ab impetitis dicte actricis. Et hec sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Si bone testium existimationis mentio fiat, sufficit eos non obiectari: si optime, aliqualis eius probatio videtur exigi. V.F.

1 ¶ Numerus testium supplet defectum qualitatis seu idoneitatis aut fidei.
2 In dubio quilibet presumendus est idoneus testis.
3 Statuto dicente testes debere esse bone opinionis τ fame, presumendum est pro testibus, nisi contrarium probetur.
4 Incendium, fractura, animalium immissio, τ similia potius dicuntur inquietatio, quam spolium.

¶ De testib. Consi.lv.

Visis multiplicibus ac varijs τ inuolutis processibus dudũ ceptis τ pẽdentibus indecisis inter nobilem τ honorabilez virum Aymarum andrardi dominum Barcelone ex vna parte: τ officiarios cõsules τ homines seu habitantes loci Marsane ex alia, dico τ respondeo, sub benigna supportatione huius insignis τ magnifici parlamenti salua visione processuũ hmõi, quos nõ vidi: sz dũtaxat illorũ extractaz factã, vt audio, per egregios viros dominos eiusdẽ nobilis andrardi aduocatos, qd beneficiũ delphinalis statuti: scz si qs per literas, fuit parte ipsius nobilis audrardi legitime imploratum quodq3 super imploratione hmõi fuit opportune τ legitime processum per spectabilẽ virũ dominũ Petrũ laterij iuriũ doctorẽ, τ delphinalẽ consiliariũ: τ qd propterea a reintegratione τ promissione per eundem dominum laterij, τ suo mandato facta fuit male, indebite τ sine grauamine ex aduerso ad hanc insignẽ curiam prouocatum, recursum τ appellatum. Pro cuius dicti pleniore ostensione premitto, quod dictus nobilis andrardi tunc implorans probauit se fuisse a quadraginta annis citra in possessione seu quasi claudendi, seu claudi faciendi, τ clausum in defensum tenendi quoddam tenementum seu eremum, sitũ in territorio marsane, loco dicto en ratenbois, confrontatum a parte orientis cuz limitibus roynaci τ marsane, quadã draya seu violo existente in medio: a vento cum riperia ancelle, a borea cum terris τ eremis cuiusdam vocati Bernison, quas tenent Stephanus τ Joannes borrelli seu eorum heredes, τ ab occidente cum terris dicti Bernison, τ cuiusdam vocati garelli. Et qp his non obstañ. Castellanus τ Simon fucialis, syndici marsane, τ quidam alij, sub colore τ obtentu quarundam pretensarum literarum parte eorum aut aliquorum eorundem a curia montilij ademarij obtentarum, vel alias, accesserunt ad dictũ tenementum, τ clausurã illius fregerunt, τ in parte cremauerunt τ incẽderunt animalia in eo immiserunt. De his enim vt audio deposuerunt.xij.testes, ad que pbanda sufficiebant, iuxta dispositionẽ dicti delphinalis statuti, duo aut tres testes communi estimatione fide digni. Jlla igitur multo fortius probauerunt τ probant.xij.testes: quinimo etiam quinq3 aut sex, si tot extiterunt, etiã si eorũ aliqui viderent min⁹
1 idonei: † qr numerus supplet defectum qualitatis, seu idoneitatis per id qd no. Jacob.butri.in.l.iij.post prin.ff.de testi. τ qd no.gl. in.d.l.§.eiusdẽ, in verbo numerus, vbi dicit glo. quod illud quod deficit in fide testiũ supplet numerus: qd etiam voluit Joã.an.in ti.de noto.crimi.§.fama, in additione exordiẽte, Allegato supra τc. τ Jo.de Jmo.in.l.qui testamento, col.j.ff.de test. τ expresse hoc tenet Nico.de neapo.in.l.excusantur, in prin.in.ij.col.ff.de excu.tu. pro quo allegat glo.in.d.§.eiusdẽ, super verbo numerus, quã dicit nõ esse alibi. Facit gl.in.l.si quis ex argentarijs.§.j. τ qd ibi Bar. τ Alex.de Jmo.ff.de eden. τ do. Jason may.in auth.si vero contigerit, colũ.ij.ver.quinto facit.C.de iudi. Vbi ergo pretendi posset, vt nõ videtur, qd aliqui ex predictis testibus possent dici minus idonei: numerus tamẽ suppleret defectũ. Et ita vbi alias duo non probarent: sufficerent tamẽ tres vel saltẽ quatuor, τ multo fortius plures: Quis de hoc nõ sit hic disputandũ, postq̃ illi nõ
2 reperiuntur obiectati, τ propterea presumuntur fide digni: † qr in dubio quilibet presumitur idoneus, nisi cõtrariũ probetur.l. ab ea parte.ff.de proba. τ.l.cũ pater.§.rogo, cũ suis §.ff.de leg.ij. Nisi forte quis opponat, qd parte dicte nobilis andrardi debuerit articulari τ probari quod illi essent omni estimatione fide digni, per id qd no. Bar. τ post eũ Ang.i.l.j.§.si quis neget.ff.quẽadmo.testa.ape. vbi voluit qd vbi optima opinio testium est causa inductiua plene probationis, que alias plena nõ esset, ibi est articulãdũ τ probanduz de optima opinione. Sed hoc non obstat. Tũ qr licet Bar. τ Ang. hoc senserint: contrariũ tamẽ consuluit Jo.de li. τ idẽ tenuit Fran.de rampo.in authẽ.sed cũ testator.C. ad le.fal. quos refert Joan.de Jmo.in.d.l.j.§.si quis neget, colũ.
3 vij. qui tandẽ concordando dicit forte posse dici † qd si simpliciter statutũ dicat, qd debeãt esse tres testes bone opiniõis τ fame: tũc nisi probetur aliquid in cõtrariũ, presumatur pro eis: τ ideo probẽt. Sed vbi statutũ requirit qd sint optime opinionis, τ sic in superlatiuo, tũc forte procedere posset opinio Ang. Quia licet presumatur quis qd sit bone opiniõis: nõ tamẽ presumitur in superlatiuo qd sit optime. Et idem voluit Bar.Soc.consi.cclxxiiij.exordiente. Jn causa domine Lise Bernardi, col.xij.ver. Postremo dico τc.in.ij.parte. Cũ igitur dictũ statutũ si quis per literas nõ exigat quod illi duo vel tres testes sint optime opinionis: sed qd sint omni estimatione fide digni, non nocet ei qp dixi doctrina quã ponit Ang. post Bar.in.d.l.j.§.si quis neget. Dictus igitur nobilis Audrardi, iuxta exigentiam dicti delphinalis statuti, sufficienter probauit possessionẽ, seu quasi, τ actionẽ per eũ alle-
4 gatas. † Et supposito, citra preiudiciũ veritatis, qd fractura, incendium, τ animalium immissio, de quibus supra, potius deberent dici inquietatio seu turba, quam spoliũ seu eiectio nemini tamen dubium quin beneficium dicti statuti si quis per literas, cõpetat etiam turbato in sua possessione, vt legitur in eodem statuto ad fi. ibi, Que autem τc.

¶ Argumentum.

¶ De prouincia alienari probibita nõnulla castra possunt infeudari, presertiz a summo Põtifice: qui sic Opedam de Comitatu venaysini infeudauit per egregijs Mainerijs. V.F.

1 ¶ Litera seu copia nõ extracta ab originali, seu per quam non apparet per quem, aut cuius autoritate, vel quibus vocatis τc. non probat.
2 Incongruitas in literis inuẽta inducit psumptionẽ falsitatis.
3 Verba dispositiua non possunt ad diuersam causam adaptari.
4 Probatio debet esse certa, non dubia.
5 Concilium etiam legitime congregatum a papa tamen dissolutũ non debet vocari concilium.
6 Concilium non est supra papaz, sed econtra papa super conciliũ etiam generale.
7 Papa in casu heresis definit esse papa: extra quem si canonice sit electus habet supremam in ecclesia dei potestatem.
8 Terrena potestas devians iudicatur a spirituali, spiritualis minor a superiore: suprema vero a solo deo.

¶ De feud. Consi.lvj.

Quoniã ad peritissimũ est mihi sermo, τ cui paucissima sufficiũt, pauca scribam. Dico igitur qd qdã ptẽse litere Basilieñ.cõcilij, parte egregij viri dñi, pcuratoris τ aduocati fiscalis comitatus venaysini pdicte, ad impugnationẽ infeudationis oppidi seu castri de Opeda dudũ legitime facte magnifico viro τ clarissimo iuriũ doctori dño Accursio maynerij, intẽtioni eiusdẽ dñi Aduo-
1 cati nõ seruiũt, nec refragant iuri dicti dñi maynerij. † Tũ qr dicte ptẽse litere nõ sunt, sz nec esse ptẽdũtur ex aduerso litere originales dicti Basilẽ.cõcilij, sz qdã ptẽsa copia: τ qdẽ nõ extracta a dictis ptẽsis originalib⁹ literis. sz a qbusdã ptẽsis registris: q̃ et qualis sit, τ p quẽ scripta, τ cuius autoritate, τ quibus vocatis, τ an sumpta sit ex alijs pretẽsis registris, vel ex qbus nõ apparet: sed nec quomodolibet exprimitur. Quo fit vt notorie non pbet illam pretensam dispositionẽ Basiliẽ.concilij. Pro quo allegas-

se sufficiat. l. procurator, in fi. ⁊ auth. si quis in aliquo, ⁊ qđ ibi scribentes. C. de ede. ⁊ l. sancimus vt. C. de diuersis rescrip. ⁊ l. ij. ⁊ qđ
2 ibi Floria. de sancto Pe. ff. de fi. instru. † Tum ⁊ q: si dicte pretẽse litere esse ꝑtẽderẽtur litere originales Basilieñ. cõcilij, prout non pretẽduntur, esse tñ contra eas maxima presumptio qđ a dicto cõcilio nõ emanauerint, attentis multiplicibus incõgruitatibus, de quibus in eisdẽ. Pro quo allegasse sufficiat id qđ in simili dici solet cõtra ꝑtẽsas literas apostolicas in. c. ad audientiã. el j. de rescrip. Tum ⁊ q: nec hmõi litere producte, nec alique ꝑtẽse originales, si q̃ existant ex quibus iste mediate vel immediate originem sumpserint, non continent aut comprehendunt casum de quo cõtenditur. Solum enim hmõi ꝑtẽse litere videntur dispositiue continere prohibitionẽ alienatiõis ciuitatis auenionẽsis ⁊ comitatus Ven. cui pretense prohibitioni nõ est contrauentũ in infeudatione dicti castri.
3 † Non igitur huic casui adaptant verba dispositiua dicte pretense ꝓhibitionis: ergo nec ipsa prohibitio. l. hoc accusare. §. omnib⁹. ff. de accus. l. iiij. §. toties. ff. de dã. infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. si seruũ quis. §. nõ dixit. ff. de acqui. heredi. l. ita aũt. ff. de admi. tuto. ⁊. c. indẽnitatib⁹. §. penul. de elec. in. vj. cũ infinitis simi. qđ etiã voluit Pau. de ca. consi. iiij. Roma. consi. cccclxij. ⁊ consi. cccclxij. ⁊ tam ipse quã alij in multis alijs locis. Tum ⁊ q: anno cõcessionis dictarũ ꝑtẽsarũ literarũ, si tñ concesse extiterint ⁊ concesse appareant, fuit per recolende memorie dominũ Eugeniũ pa. quartũ. d. cõciliũ ex causis legitimis dissolutũ, ⁊ trãslatũ apud Ferrariã: ⁊ q̃ dissolutio ⁊ translatio facte fuerũt ante cõcessionẽ dictarũ ꝑtẽsarũ: ⁊ ante facte ꝑsumuntur in dubio, ⁊ maxime ꝓpter illa verba: presertim cũ multa contra ipsius ciuitatis statutũ in euersionem ⁊c. in dictis ꝑtensis literis apposita: ⁊ illa: cumq; iã ipsi ciuitati ⁊ ciuibus grauia cõminata sint veluti ex informatione summaria cõperimus.
4 † Et hec sufficiunt quoad hoc vt probatio. quã fecisse pretendit idem dñs aduocatus per dictas pretẽsas literas, seu assertam copiã dictorũ registrorũ, reddatur in certa ⁊ dubia: que propterea nõ ꝓbat. c. in presentia, de ꝓba. ⁊ qđ no. Bar. Alex. de Jmo. ⁊ doc. in. l. inter stipulantẽ. §. si stichũ. ff. de verb. obli. De dicta vero dissolutione Basilieñ. concilij, ⁊ translatione scripserũt multi: ⁊ quidem dominus Anto. Floren. archi. in tertia parte sue summe. c. j. Ubi etiã scribit dissolutionẽ seu mutationẽ ꝯcilij hmõi factã fuisse anno domini. M. cccc. xxxvij. De ea etiam scribit idẽ doctor in tertia parte sui historialis, tit. xxij. §. iiij. Etiã de ea, ⁊ qđ illa legitime facta extiterit, ⁊ ex causis legitimis multo plurima scribit dominus Cathaldus de bocõpag. in quodã suo tractatu per eũ edito: de ⁊ super translatione concilij Basil. ad ciuitatem Ferrarie: vbi videri potest. Etiã de ea scribit aliquid Plati. in suo tracta. de vita pontificũ, in ea parte in qua de vita Eugenij. iiij. col.
5 penulti. † Et qđ dissolutio hmõi ad papam pertineat, ⁊ fieri possit: ita vt postq̃ facta est non amplius vocetur conciliũ, etiã si antea extitisset legitime congregatũ, multa scribit Ant. de Rosel. Are. in trac. suo de potestate pape ⁊ imperatoris, car. mihi. lxiiij. col. iij. ver. nunc hanc vtilissimã questionem attingamus quanto debet durare conciliũ ⁊ quis habet potestatẽ dissoluẽdi: vbi si placet videbitur. Tũ ⁊ q: vbi ꝑdicta omnia cessassent, que nõ cessant erat tamẽ aduertẽdũ, ⁊ quidẽ plurimũ, eidẽ domino aduocato, si eidẽ licuerit ⁊ liceat sic. disputare de potestate summi pontificis: ⁊ ex capite impotentie impugnare infeudationem de qua supra. Et sic voce aperta pretendere recolende memorie sanctissimum do. nostrum Alex. papam. vj. nõ potuisse infeudare dictũ castrũ
6 qđ est periculosum. l. ij. C. de crimi. sacrile. † Et eo maxime q: non videtur qđ conciliũ Basilieñ. potuerit legem pape imponere, vt pote supra ipsum existens: quod tamẽ ⁊ maxime quoad huiusmodi prohibitionem non erat supra eum: sed regulariter ecõtra papa supra conciliũ: prout in diebus illis plenissime scripserũt multi solennes ⁊ illustres doctores: ⁊ signãter Petrus de mõte episcopus Brixieñ. in tractatu seu libello de potestate pape ⁊ cõcilij dominus Anto. Floren. archiepiscopus, vir doctissim⁹ in sacra pagina in iure canonico, q de hoc ponit in secũda parte sue summe, ti. iij. c. xi. §. x. Cataldus in dicto suo tracta. De hac etiam potestate plenissime scripsit dominus Anto. de Rosel. in. d. suo tracta. char. xvj. col. iij. ver. nũc vtilẽ questionẽ attingo que sentẽtia potius attẽdẽda sit: an pape solius: an toti⁹ cõcilij: ⁊ multis. col. imo. char. seq. de hac materia plenissime scripsit do. prepo. di. xv. §. j. vbi premittit quinq; magna subtilia ⁊ exquisita fundamẽta ꝓ potestate pape: scilicet qđ papa sit supra conciliũ generale, nõ ecõtra. Et deinde char. vj. col. ij. ver. ex premissis quinq; magistralibus fundamẽtis, ⁊ multis col. seq. ponit triginta ⁊ duo argumenta ꝓ hac parte: q̃ poterũt ibi videri: subiũgẽs i calce argumẽtorũ hmõi doc. q hãc partẽ tenuerũt. Deinde vo char. vij. col. iiij. ver. restat vt argumẽta ꝯria re soluam⁹, ⁊. xj. char. ⁊ seq. cõnumerat ⁊ inducit. xliij. argumẽta pro parte cõcilij: qbus ⁊ singulariter singulis respõdit idẽ doctor. Multa de potestate domini pape scribit And. Barba. in. j. consil. fol. 4. ver. ⁊ licet ista, ⁊ seq. char. ⁊ col. vsq; ad finem in prima parte. Et vt refert do. Prepo. vbi supra, char. vj. col. iiij. dominus Martinus papa declarauit vna cũ pa
7 tribus concilij Cõstan. pro articulo fidei habẽdum, † quod papa canonice electus habeat supremã vtilitatẽ in ecclesia dei. Ex qua determinatione elicit, ꝺm do. Preposi. q̃ papa extra casum heresis, in quo desinit esse papa, nullius alterius potestati: q̃ solius dei iudicio subiacet: alias nõ esset suprema potestas ecclesie in eo: sed in alio: cuius iudicio subijceretur. c. inferiore. di. xxj. qđ etiã voluit Bonifacius. viij. in extrauaganti. Unam sanctã: vbi
8 dicit. † Si deuiat terrena potestas, iudicat a spirituali: si deuiat spiritualis, iudicat minor a superiore: si vero suprema, a solo deo ⁊ non ab homine põt iudicari. Et concludendo dicit clare apparere, q̃ papa est supra conciliũ. Et quãuis in cõcilio Cõstan. declaratũ extiterit, q̃ synodus in spiritussancto legitime cõgregata generale cõcilium faciẽs, ⁊ ecclesiam militantẽ representãs, potestatẽ habet a Christo immediate: cui quilibet cuiuscũq; status, cõditiõis, vel dignitatis, etiã si papalis existat, obedire tenetur in hisque pertinent ad fidẽ, ⁊ extirpationẽ schismatis, ⁊ generalẽ reformationẽ ecclesie dei in capite ⁊ in mẽbris: huiusmodi tñ declaratio, nec casus, in quibus declaratur q̃ quilibet ⁊c. teneatur obedire generali synodo seu cõcilio, concernunt casum de quo queritur, ⁊ hoc certũ. Et ideo declaratio huiusmodi locũ non habet in hoc casu. d. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. cum alijs superius allegatis. Ex quibus omnibus infertur, vt predixi dictas pretensas literas eidẽ domino Accursio non obstitisse, nec obstare, quo minus valeret ⁊ valeat infeudatio superius mentionata.

¶ Argumentum.

¶ Pro restituendo legato ad tempus facto tenetur legatarius cauere: pro simpliciter vero facto non tenetur. A. F.

1 ¶ Legatum factum, nulla de tempore vel loco mentione facta potest vbicunq; locorum exigi.
2 Alimẽta, seu victus ⁊ vestitus alicui relicte legata qualiter sint assignanda.
3 Pater presumitur magis consulere filijs ⁊ descendentibus, quã vxori vel alijs.
4 Jn legatis non est a verborum significatione recedendum: si de contraria voluntate non appareat.
5 Usufructus bonorum hereditariorum alicui relictus quantum ⁊ ad quantam administrationem veniat extendendus, ⁊ nu. 6.
7 Usufructus bonorum hereditariorum an comprehendat vestes ⁊ iocalia non expressa.

¶ De lega. Consi. lvij.



Ex themate mihi trãsmisse consultationis parte nobilis iuuẽcule Methbeline ysmarde, filie quondam naturalis ⁊ legitime, ac vniuersalis heredis nobilis Bartholomei ysmardi quondã ciuis Arelateñ. eliciũtur multa quesita: quibus respon-
1 deo breuiter ⁊ succincte prout infra. † Et primo ad primũ quod cũ in legato facto Martino Andree de alimẽtis nõ fuerit facta mẽtio, q̃ illa eidẽ ꝑstari deberent in domo illa, peti possunt extra domũ, ar. ei⁹ q̃ hr̃ in. l. libertis. §. luci⁹, scđm lecturã. Dy. Jaco. de are. sequacium, ⁊ Bar. vbi etiam hoc expresse no. Bar. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. quo vero ad cautionẽ de qua ibi: dico ⁊ respondeo: qđ idem Martinus nõ tenetur ad aliquam cautionem: pro eo quia illa verba tantum quantum ipse Martinus Andree viuet in humanis, si bene inspiciantur, non referuntur ad omnia legata precedentia, ⁊ sibi facta, sed solum ad legatum victus, vestitus. ⁊ calciamentorum quod maxime apparet propter illa verba, secundũ facultatẽ eorundem bonorum. Et sic legatũ florenorum quatuor equarũ, ⁊ vinee, de qua ibi, nõ est relictum dicto Martino q̃diu viuet tantum: sed simpliciter ⁊ sic nõ tenetur legatum rerum huiusmodi post mortem suiipsius restituere heredi testatoris: sed potest de illis disponere in vita ⁊ in morte: ⁊ sic nõ tenetur ad cau
2 tionẽ. ¶ † Ad secũdũ dico ⁊ respõdeo qđ licet prima facie videat quod nobilis Perreta ysmarde, relicta dicti quondam nobilis Ysmardi testatoris, non possit petere nisi alimenta, seu victum ⁊ vestitum, cum preeminentia, quam in domo eiusdem quondã nobilis Ysmardi habuit tempore eius vite: per id quod no. gl. ⁊ doc. in auth. hoc locum. C. si secũdo nupse. mulier. Dy. Bar. ⁊ alij in. l. titia cum testamento. §. fin. ff. de lega. ij. puto tamen contrarium esse

esse verius:pro eo qꝛ idem testatoꝛ non reliquit dictam eius reli-
ctam dominā ⁊ vsufructuariam:⁊ sic non sumus in terminis in
quibus loquitur gl.in.d.l.auth.hoc locum.Sed nec etiaꝫ eam re
liquit vsufructuariam omnium bonoꝛum suoꝛum.Quo casu etiā
procedit qđ predixi,scꝫ qđ relicta habere non debeat nisi victū et
vestitū:quādo scꝫ liberi tetastoris fuerunt heredes instituti: sed
reliquit idē testatoꝛ vsumfructū dimidie partis dictoꝛū eius bo
noꝛum:⁊ voluit qđ.d.relicta contribueret ꝑ dimidia parte in pre
statione alimentoꝛū per dictū testatoꝛem dicto Martino ⁊ nobili
Jaqueto ysmardi suo consobꝛino relictoꝛū. Et ita non sumus in
terminis in quibus doct.dicere solēt,qđ testatoꝛ censeat̄ reliquis
se solū victū ⁊ vestitū ⁊ ꝑeminētiā in domo. Interpꝛetatio em̄ ver
boꝛū testatoꝛis,de qua loquunt̄ doc.in dictis locis,sumitur secun
dū Frā.de Are.consi.xl.exoꝛdiente,presupponitur in facto ⁊c.ex
ratione q̄ hr̄ in auth.de triē.⁊ semis.§.ꝓhibemus,in prin.vcꝫ qđ
si pater videretur voluisse relinquere vxoꝛem dominā ⁊ vsufru-
ctuariā,fuisset quātū erat in eo crudelis ⁊ impijssimus in filios,
3 quos,fame quodāmodo necari curasset.† Unde qꝛ quilibet pre-
sumitur magis velle consulere filijs ⁊ descēdētibus,quā vxoꝛi vl̄
alijs.l.generaliter.§.cū autē.C.de instit.⁊ substi.⁊.l.cū aliter.C.de
fideic.ideo ⁊c.Sed hec rō cessat in casu nostro:ꝑ eo qꝛ vt dixi idē
testatoꝛ solū reliqt vsumfructū dimidie partis.Et qꝛ etiā voluit
qđ dicta relicta contribuere pro dimidia parte in pꝛestatione ali
mētoꝛū relictoꝛum dictis Martino ⁊ Jaqueto:qđ verisimiliter
4 nō fecisset si eidē relicte reliquisset solū victum ⁊ vestitū. ¶ †Ad
tertiū dico ⁊ respōdeo,qđ dicta relicta debet habere vsumfructū
medietatis omniū bonoꝛū hereditarioꝛū:qꝛ ita sonāt verba lega
ti vsufructus,a quoꝛū significatiōe qm̄ clara sunt nō est receden-
dū:postq̄ de cōtraria voluntate nō apparet.l.ille aut ille.§.cum
in verbis,⁊.l.nō aliter.ff.de leg.iij.Qui em̄ totū vel omne dicit ni
hil incōꝓhēsum relinqt.c.solite,de maio.⁊ obe.c.si romanoꝛū.xix.
dis.⁊.l.Julianus.ff.de leg.iij.⁊.l.vsufru.ad fi.ff.ad le.fal.vbi dicit̄
qđ nulla res est q̄ nō cōtineat̄ in vsufructu bonoꝛū.Et loqt̄ur.d.
l.in vsufructu bonoꝛū indiffinite relicto:foꝛtius ergo quando re-
lictus est vsufructus omniū bonoꝛū,vel medietatis omniū bono
rū:⁊ sic vniuersaliter,vt in casu.Et voluit gl.in.d.l.vsufructu le-
gato,qđ cōpꝛehēdant̄ etiā res in qbus nō cadit ꝓpꝛius vsufruct⁹
ꝑut sunt res q̄ vsu cōsumuntur,vel etiā diminuūtur,veluti gra-
nū:vinū:oleū:sal:fructus:vestimēta:pecunia:⁊ alia de quibus in
titu.de vsufructu earū rerū que vsu cōsu.Pro quo dicto facit.l.
quoties.§.fi.ff.de vsufruc.⁊.l.cogi.in prin.ff.ad trebel.Et quem-
admodū hec ꝓcedūt alias quādo legatus est vsufructus omniū
bonoꝛū,vt sic cēseatur relictus in omnibus:ita ⁊ in casu dꝫ cēseri
relictus in medietate omniū ꝑdictoꝛū,ar.l.q̄ de tota.ff.de rei ven
di.⁊.l.qui scit.ff.de vsur.Debet igit̄ ista relicta habere vsumfru-
ctū in medietate animaliū rossatinoꝛū inibi mētionatoꝛū,etiaꝫ si
illa vendant̄:qꝛ venditio nō dꝫ fieri in pꝛeiudiciū huius seruitu-
5 tis,que debetur a re persone.¶ †Ad quartū dico ⁊ respōdeo, qđ
bona hereditaria debent esse pꝛo dimidia eoꝛū parte sub guber-
nio ⁊ regimine dicte relicte:⁊ qđ illa poterit facere cultiuari , vel
etiā locare aut arrēdare alijs si velit:ita qđ pꝛo illa parte nō de-
bebit se intromittere dicta heres.Pꝛo quo dicto facit.l.ij.ff.de
vsufru.⁊.l.si quis domū.§.j.ff.locati.Et ne heres predicta,vel do
mina eius tutrix,⁊ ipsa relicta veniant ad dissensiones,erit bonū
qđ cōueniāt de illis bonis que dicta relicta tenebat ꝑ vsufructu
dicte sue dimidie partis.¶ Ad quintū dico ⁊ respōdeo,vt iā su-
peri⁹ dixi,qđ sibi expediri debebit dimidia pars pecunie,de qua
ibi:q̄ tn̄ post finitū vsumfructū restituere debebit,vt infra dicet̄.
6 ¶ †Ad sextū dico ⁊ respōdeo,qđ ipsa relicta debet habere vsum
fructū etiā dimidie partis vtensiliū domus:vt superius dixi. Il
la tamen bona ⁊ alia debēt per eā inuētarizari,seu describi:vt vo
luit Benedic.de benedic.consi.ix.in.j.quesito,⁊ Alex.de Jmo.cō
silio.lvj.exoꝛdiēte,habita super narratis in themate oppoꝛtuna
consideratione.col.ij.vel.iij.ver.posito ergo qđ legatū vsusfruct⁹
⁊c.in.iij.vol.Et videntur isti doc.sentire,qđ istud inuentariū seu
descriptio non fiet per se,seu seoꝛsum ⁊ ad partē:sed fiet in instru
mento cautionis seu satisdationis,q̄ pꝛestare debet dicta relicta
de vtendo fruendo arbitrio boni viri quoad res que vsu nō cōsu
mutur:⁊ de eis restituendis finito vsufructu.Quo vero ad alias
que vsu consumuntur,ille debent estimari:⁊ deinde pꝛestari cau-
tio seu fideiussio de restituēda estimatione:vt dicit Alex.de imo.
in.d.consi.lvj.Non enim apparet qđ dicta relicta fuerit releuata
ab onere dande idonee cautionis,seu satisdationis a quo etiā re-
leuari nō potuit.l.j.⁊ q̄ ibi omnes scribētes.C.de vsufruc.qđ etiā
voluit Benedic.de bene.⁊ Alex.de imo.in.d.consi.vbi multa scri
7 bunt ⁊ maxime Alex.¶ †Ad septimū dico ⁊ respōdeo,qđ qꝛ non
reperitur nec apparet,qđ dictus quōdā nobilis Bartholomeus
testatoꝛ donauerit vel reliquerit dicte nobili perrete eius relicte
vestes ⁊ iocalia in dicto quesito mētionatas,ille spectant ⁊ perti-
nent dicto eius heredi quo ad pꝛopꝛietatem ⁊ causalem vsumfru
ctū medietatis:qꝛ vestes ⁊ iocalia huiusmodi nō cēsent̄ fuisse do-
nate dicte perrete,sed potius cōmodate ⁊ cōcesse per maritu ꝫ vt
oꝛnatioꝛ ⁊ magis compta incederet:⁊ hoc nisi quoad vestes ⁊ io-
calia:vtpote zonas quotidianas,⁊ necessarias:illas enim donas-
se censetur:sed nō vestes nuptiales,vel festiuas:nec zonas ⁊ ioca
lia pꝛetiosa,ꝑut magis cōmuniter ⁊ secundū opinionē verioꝛem
no.Bar.Bal.Ang.Alex.de Jmo.⁊ doc.in.l.penul.§.seruis.ff.so
lu.matr.Bar.in.l.si vt certo.§.interdū.ff.cōmoda.Quo vero ad
vsumfructū foꝛmalē,dico q̄ dicta relicta dꝫ illū habere in dimi-
dia parte dictoꝛum bonoꝛum.Que omnia dixerim sub coꝛrectio
ne cuiuslibet ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Quannis impune binubium a pꝛioꝛe viro eius relicte concedi
possit,⁊ ratio administrationis remitti:ipsa tamen anteq̄ renu-
bat ⁊ pupillo tutoꝛem suffectum petere,⁊ rationem reddere,⁊ re-
liqua pꝛestare tenetur.U.F.

1 ☞ Testatoꝛ certa bona vxoꝛi relinquens an possit remittere pe
nas quas nubendo post annum aliqualiter posset incurrere.
2 Legatum per vxoꝛem eius viro relictum an si superstitibus libe-
ris communibus vir ducat vxoꝛem,amittatur.
3 Testatoꝛ descedēs superstitibus liberis potest licentiare vxoreꝫ
de nubendo post annum luctus,⁊ eam a penis legalibus alias in-
currendis releuare.
4 Tutoꝛis officio congruit vt actus sui rationem cōficiat,⁊ factaꝫ
exhibeat in restituenda tutela.
5 Mulier conuolans ad secunda vota existentibus liberis com-
munibus petere debet in locum suum pꝛouideri de tutoꝛe ⁊ nu.7.
6 Relicta a confectione inuentarij per testatoꝛē releuata an etiam
a redditione rationis seu computoꝛum ⁊ administratoꝛum per
eandem censeatur releuata.
7 Mulier relicta si ad secunda vota voluerit conuolare , existente
filio cōmuni,que debebit obseruare quo minus incurrat magnas
penas.
8 Mater ad secunda vota conuolās non potest vlterius esse tutrix
qꝛ efficitur.suspecta.
9 Mater secundo nubens an ⁊ quo casu pꝛiuetur successiōe filij ab
humanis sine liberis decedentis.
10 Tutoꝛis factum an ⁊ quo casu possit pupillo pꝛeiudicare.

¶ De secun.nupt. Consi.lviij.

Non est dubiū quin ho-
1 noꝛabilis † quondam vir Jacob⁹ geuenesij,ciuis
tricastrinus,in testamento per eum condito : ⁊ in
quo certa eius bona legauit ⁊ reliquit nobili Ga-
bꝛiele eius tunc vxoꝛi,eidem remittere potuerit
penam seu penas,quas alias erat incursura si nuberet post annū
luctus viuente filio communi:⁊ que pene ponuntur in.l.femine,⁊
l.generaliter,⁊.l.hac edictali,⁊ in multis alijs.C.de secū.nup. Et
qđ penas hmōi remittere potuerit voluit Bal.in.l.filium quem
col.ij.ver.item ex eo qđ litera dicit vbi etiam Pau.de cast.⁊ do.
Jas.may.col.vij.C.fa.ercis.⁊ Bal.in.l.j.col.ij.ver.sed pone pꝛioꝛ
maritus.C.de secun.nup.Roma.singu.suo.cc.xxxix.exoꝛdiente,
tu scis qđ si mulier nubat secundo viro ⁊c.⁊ Bald.consi.ccxlix.in
fin.in.j.parte,Nicol.de vbal.in suo tractatu de succes.in.ij. parte
pꝛincipali.⁊ do.pꝛepositus in.c.fi.col.penul.de secun.nupt. Pꝛo
quo dicto solet allegari auth.de secun.nup.§.disponat,col.iiij.fa
cit.c.vltima voluntas.xiij.q.ij. ¶ Sed in hoc remanet difficul-
tas,an idē quōdā Jacobus videatur penas ꝑdictas eidem nobi
li Gabꝛiele remisisse pꝛopter verba posita in ipso testamento , et
circa finem legatoꝛum ipsi Gabꝛiele relictoꝛū:que sunt foꝛmali-
ter sequentia,ita qđ de hmōi bonis ⁊ hereditate superius per eū-
dem testatoꝛem eidem nobili Gabꝛiele consoꝛti sue legatis post
ipsius testatoꝛis decessum possit ⁊ valeat ipsa nobilis Gabꝛiela
quādocūq̄ voluerit per se vel per alium eius nomine appꝛehēde
re possessionē realē actualeꝫ ⁊ coꝛpoꝛalē autoꝛitate sua pꝛopꝛia,⁊
eisdē bonis sibi legatis vti frui ⁊ gaudere pacifice ⁊ quiete ⁊ sine
aliqua contradictione,⁊ de eisdem disponere tanq̄ de re sua pꝛo-
pꝛia iusto ⁊ legitimo titulo sibi peruenta ⁊ acquisita in vita ⁊ moꝛ
te eiusdem.Ad quod respondeo quod nisi essent alia, non puta-
rem qđ per verba hmōi censeretur idē testatoꝛ remisisse penas ꝑ
dictas.Pꝛo quo allego Oldra.qui hoc voluit consi.xxxiij.exoꝛ-
diente,Quidā habuit vxoꝛem ex qua duos habuit filios ⁊c. ver.
2 †Ad secūdū vero membrū in quo fit mentio de legato ⁊c.Ubi lo-
quēs de legato per vxoꝛē relicto eius viro ad suā oīmodam vo-
luntatem,qui postea duxi vxoꝛē superstitibus liberis cōmunib⁹,

dixit τ respondit ipsum virum per transitū ad secūdas nup. perdidisse legatū huiõi. d. auth. de nup. §. si vero expectet. Ecce ergo qđ secundum mentem Oldra. nihil pfuit viro qđ legatū sibi relictū extiterit ad suā omnimodā volūtatē. Et idem videtur voluisse Fulg. cōsi. lxiij. ex ordiēte, Blasius quōdā Jo. petri suū vltimū cōdidit testamētū, col. iij. ver. ad id qđ sequenti loco proponit. τc. p quo allegāt qđ illa ptēsa licētia tacite inerat eo qz qlibet est moderator τ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahē. emp. τ vendit. l. polla. C. de his qui. vt indig. c. de his ad fi. de sepulturis, facit. l. nemo exterus. C. de iude. τ l. non vsqz adeo. ff. si quis a paren. fuerit manumis. Ergo expressa cōcessio facultatis seu licētie huiõi nihil operata est. l. iij. ff. de lega. j. Veruz qz in alio pcedēte testamento per eundē quōdā Jacobū testatorem condito: τ in quo eadē bona legauerat τ reliquerat dicte nobili Gabriele, idē testator voluit τ expresse ordinauit, qđ ipsa Gabriela de bonis, rebus, τ iuribus sibi relictis τ legatis posset in vita τ in morte ad sui omnimodā volūtatē disponere: etiā cōuolando ad secunda vota, quādocūqz sibi placeret, attenta eius iuuentute, releuando ipsam a termino iuris, existimo qđ cum de mutatione huiõi volūtatis nō appareat: nec ipsa presumatur. c. maio-
3 res, de baptismo, cum suis simi. † ipsa tanquam licentiata ex voluntate testatoris possit sine metu dictarum penarū nubere post annum luctus: qz vt dixi hanc licētiā potuit dare dictus testator τ nō solū expresse vt predixi, sed etiam tacite: vt colligitur ex verbis Bal. in. d. l. j. col. ij. ver. sed pone, τ Jas. in. d. l. filiū que. col. vij. non aūt fortasse sine metu penarū huiõi nubere potuisset infra annum luctus, per id qđ voluit Romanus cōsilio. ccxix. do. prepositus in. d. c. fi. col. pe. vel fin. de secun. nup. τ do. Jas. in. d. l. filiū quē col. vij. C. fami. ercis. Consulo tamē quod dicta nobilis Gabriela matrimoniū contrahat cū licētia tutorū, τ cū volūtate τ consensu cognatorū dicti quondam Geuenesij, si aliqui existant τ hoc fieri possit. Et per hec patet nō oportere respōdere ad secūdū q̄situm.

¶ Ad tertiū dico τ respōdeo qđ, vt alias dixi, priusqz dicta nobilis Gabriela contrahere debeat matrimonium, ipsa debet accedere ad iudicez: τ facere put alias dixi τ facta prouisione de tutore, debebit illi τ alijs reddere cōputū, τ soluere reliqua si q̄ fuerint priusqz cōtrahat matrimoniū. Non autē puto qđ simpliciter standū sit iuramēto ipsius nobilis Gabriele de exactis τ expositis per eā: qz supposito qđ ipsa fuerit releuata a confectione inuentarij: nō tamen propterea videtur fuisse releuata a confectio-
4 ne libri rationū, ad quē tenebatur: qz † tutoris officio cōgruit vt actus sui rationē cōficiat, τ factā exhibeat in restituenda tutela. Et qđ teneretur voluit Fulgo. consi. xxv. qui etiā videtur ibi sensisse, qđ confectio librorum rationum non possit per testatorez remitti: super quo tamē non insisto. Expediet igitur recurrere ad probos, τ in talibus expertos, τ amicos: qui vel sciant τ cognoscant bona: vel illa videant τ palpent, τ deinde taxēt fructus qui verisimiliter excreuerunt annis singulis, τ expensas factas.

5 ¶ † Ad quartum dico τ respondeo quod melius est qđ illi antiq tutores remaneant in tutela, τ qđ dicta nobilis Gabriela petat in locū suū surrogari, τ puideri de tutore de illo cui nubere intēdit: quē puto esse verū honestū τ legalē: τ in quo fortasse consentient cognati dicti communis filij tā ex parte eiusdē nobilis Gabriele, quā patris. Et si ita fiat, nullū dubiū quin possit iste futurus vitricus alias idoneus dari in tutorem: per id qđ no. Bal. in auth. iisdē penis, ver. sed pone qđ ista mater. C. de secun. nup. Et Sali. in auth. sacramentū. col. ij. ver. quero an contractis spōsalibus. C. quādo mu. tute. offi. fun. potest. Non tamen videtur quod dictus filius debeat postea ali vel nutriri penes dictā matrez vel vitricum propter suspectionē. l. j. C. vbi pupil. educ. ¶ Ad quintū dico τ respondeo qđ postqz dictus filius adhuc est vt audio in infantili etate constitutus, vel illi proximus melius est qđ nō fiat promissio de qua ibi: τ qz etiā non propterea alimentaretur penes eosdē nobilem Gabrielam τ eius futurum matrimonium ppter suspicionem. Quod etiam vidi obseruari in delphinatu: vbi post matrimoniū cōtractū inter matrez τ vitricū, τ promissionez factam qđ filius vitrici ex alia vxore duceret in vxorem filiā matris ex alio viro, non potuit obtineri cū effectu quod filia nutriretur penes vitricum τ matrem. ¶ Quia post dubia precedentia fuerunt mihi portata noua dubia, τ quesita: in quibus inter cetera petitur, vt alias per me scripta pro τ nomine dicte nobilis Gabriele repetam, τ reducam in hanc schedulā, annuens huic petitioni, faciā breuiter, τ respōdebo ad quesitum seu dubiū: in quo que-
6 ritur, † an ex quo dicta nobilis Gabriela fuit per dictū quōdā Jacobū releuata a confectione inuentarij, censeatur ppterea fuisse etiam releuata a redditione computorū administratorūz per eādem Gabrielā. Dico qđ nō. Quinimo plus dico qđ si ipsa fuisset releuata a redditione rationis τ computatorum: ipsa nihilominus teneretur reddere rationē de sua administratione, τ soluere reliqua quāuis tunc non esset ab ea exigenda scrupulosa, seu stricta, aut, rigorosa ratio: nec esset eo casu in redditione rationis et computi fienda inquisitio culpe leuis, vel leuissime, seu negligentie. l. si seruus vetitus, τ qđ ibi doc. ff. de leg. j. τ qđ no. Ang. Are. in. §. actionū, in materia tutele, ver. xxv. quero, insti. de actio. sup quo non insisto: qz certum est qđ ipsa tenetur ad redditionem rationis. Et consulo qđ priusquā ipsa cōuolet ad secunda vota, vel secundū matrimoniū contrahat, ipsa accedat ad presentiam domini iudicis: τ corā eo exponat se esse tutricē testamentariā Bernardi geuenesij filij sui τ dicti quondam Jacobi geuenesij testatoris: τ tutelam ipsius vna cum talibus contutoribus suscepisse, τ illum administrasse: qđqz consilio parentum, affinium, τ amicorum suorū intendit autore domino conuolare ad secunda vota, τ contrahere matrimoniū cum tali: τ qđ ob hanc causam deponit tutelam eiusdē filij: τ qđ ipsa supplicet dicto domino iudici τ eum
7 requirat quatenus de alio tutore loco suijpsius puideat. † Quia quanuis sint remāsuri dicti alij tutores: ipsa nihilominus debet petere prouideri de tutore loco sui, iuxta ea que habentur in. l. si quis sub conditione. ff. de testa. tute. iuncta. l. omnem. C. ad tertu. τ auth. de nup. §. sinautem tutelam gerat, colla. iiij. Et consulo qđ ipsa nominet in tutorem aliquem bonum viruz sufficientē τ idoneum ad gubernium tutele huiusmodi, τ petat de illo prouideri τ si sibi visum fuerit ipsa poterit nominare in tutorem futurum eius sponsum, si tamē sit prout existimo sufficiēs τ idoneus ad regimen τ guberniū bonorum. Et vt dixi erit bonuz qđ ipsa aliquē nominet τ petat de illo prouideri. Quia quāuis iudex non teneatur precise sequi eius voluntatem: ipse tamen se debebit informare super sufficientia τ idoneitate illius quem nominabit. Et si reppererit eum sufficientem τ idoneū, poterit de eo prouideri. Pro quo allegasse sufficiat id qđ no. Sali. in auth. sacramentū. col. fin. ver. quero mater vult transire τc. τ ibi etiam alij. C. quādo mu. tu. offi. fungi po. τ Bar. in. d. l. si quis sub condi. ver. quero dixi quādo mater vadit ad iudicem vt contrahat matrimonium, faciat conuocari omnes tutores, τ offerat se esse paratam reddere rationem, τ illam eis reddat, vel alijs deputandis per iudicem: τ ratione reddita τ conclusa satisfaciat de reliquis, si que sint: sic qđ ipsa omnino liberetur. Alias vero se ipsa contraheret matrimoniuz his prius non obseruatis τ impletis, ipsa incurreret graues penas: de quibus in. d. auth. iisdem penis, ver. Item τ ea que suscepta tutela, iuncta. l. j. C. de secū. nūp. Et inter ceteras penas perderet successionem dicti sui filij, si ipse in pupillari etate ab humanis decederet. d. auth. de nuptijs. §. sinautem tutelam. Ad illud vero de quo vlterius queritur in predicto dubio: an videlicet sufficiat restituere bona de quibus inibi duobus contutoribus suis inibi mentionatis medio iuramento, respondeo prout dixi qđ ratio est reddenda dictis duobus contutoribus, τ illi de quo iudex prouidebit, vel auditoribus per iudicem deputandis. In hac autē ratione erunt describenda omnia bona mobilia τ immobilia, τ iura dicto filio per patrem relicta, τ alia si que forte fuerunt post ea acquisita, vel ad eum peruenerint. Debebit etiam ratio reddi de pretijs τ fructibus, predictorū bonorū per eam receptis. Etiā scribentur expense per eam facte: τ onera supportata tam pro refectione bonorum, cultura prediorum alimentorū filij, τ pro alijs prout in veritate fecerit. Et etiam de legatis, expensis, funeris τ de alijs per eam solutis, si que sint soluta. Et cum non fecerit librum de recepta, vtpote de pretijs τ reuenutis, seu fructibꝰ τ redditibus bonorū, poterit fieri vt superius dixi. Nec puto esse credendum assertioni etiam iurate dicte nobilis Gabriele: τ idem dico de expēsis τ solutionibus debitorum per eam factis: sed oportebit qđ ipsa faciat fidem vel per instrumēta vel per testes: quod maxime procedit pro eo quia non fecit librum rationis, quem facere debuit, τ in eo scribere recepta data, per id quod habetur in l. j. §. de officio. ff. de tut. τ ratio. distra. τ quod no. Ang. are. in. d. §. rationum, in materia tutele, ver. decimo tertio. Vbi etiam dicit quod licet tutor faciat librum de datis τ receptis: tamen non creditur libro ad vtilitatem tutorum nisi in paruis quantitatibus non autem in magnis quod etiam voluit Cy. Bal. τ Sali. in. l. id quod pauperibus. C. de episc. τ cle. τ Bar. in. d. §. de officio: ad qđ facit lex. fi. §. in computatione, τ quod ibi no. doc. C. de iu. delibe.

8 ¶ † Ad illud quod vlterius queritur, an vez celebrato matrimonio per eandem nobilem Gabrielam dictus do. iudex volentibus τ requirentibus predictis duobus antiquis contutoribus, qui sunt alterius monarchie, poterit de nouo tutelaz huiusmodi eidem Gabriele conferre respondeo qđ non: pro eo quia propter cōuolationē ad secūda vota efficietur suspecta: ita vt tutrix vlterius esse nō possit: presertim viuēte secūdo viro: quinimo nec post mortem illius vt multi voluerunt, etiam eo casu quo impubes non haberet alium tutorem vt colligitur ex his que scribit Sal. in. d. authē. sacramentum, versi. quero etiam ab extra. De arren. vero de quo in dicto quesito dico, quod nouus tutor τ alij poterunt communi consensu arrendare bona pretio iusto τ rationabili.

bili. Et si dicta nobilis Gabriela illa recipere voluerit in arrendamentum pretio iusto et rationabili, puto quod illa potuerunt sibi arrendare: et laudarem quod illa arrendarentur ad incantum publicum, et plus ceteris partibus offerenti, vt tollatur omnis mala suspitio. Quo vero ad personam dicti Bertrandi dico vt iam dixi quod ipse Bertrandus non est apud eam nutriendus vel alendus.

9 ¶ † Ad aliud de quo queritur an per premissa poterit in futurum preiudicari eidem nobili Gabriele in materia successionis dicti Bertrandi filii, si forte contingeret eum ab humanis ante eam sine liberis decedere. Respondeo quod si ipsa nobilis Gabriela conuolaret ad secunda vota non obseruatis illis tribus, de quibus superius dixi, scilicet prius quam prouideri petierit et prouideri obtinuerit de tutore rationem reddiderit et soluerit reliqua si que sint: et postea contingeret ipsum Bertrandum ab humanis decederet in pupillari etate, hoc est ante decimumquartum annum sue etatis, ipsa perderet successionem eiusdem Bertrandi. d. auth. de nup. §. sin autem tutelam. Sed si dicta tria adimpleat prius quam contrahat matrimonium non incurret dictam penam ex dicto capite. Sed remanet difficultas an illam penam incurreret propter conuolationem ad secunda vota. Ad quam respondeo quod si nulli supersint alii liberi communes, hoc est procreati ex ipsa nobili Gabriela, et dicto quondam Jacobo testatore ipsa non incurret priuationem dicte successiones sed poterit eidem suo filio succedere: siue moriatur in pupillari etate, siue alias quandocunque dummodo tamen moriatur ab intestato, et sine liberis. Ita quod eidem nobili Gabriele quoad hanc successionem nullum impedimentum prestabit conuolatio ad secunda vota. d. l. femine. in fi. C. de secun. nup. et quod no. Bar. et Bal. in aut. ex testamento. C. de secun. nup. Ange. in auth. de non elige. secun. nub. colla. j. Bar. consi. liij. exordiente, Angelus macie habebat vnum filium col. fi. Pet. de anch. consi. cclxxix. et Matthe. de mat. in suo tract. de successione ab intestato, in secunda parte principali. §. Item omnia predicta procedunt quando parens ille, et in. §. Item dubitari potest si omnes filii etc. quamuis quedam glossa censeri contrarium in authen. sed si quis. C. de secun. nup. quam reprehendit Bar. et doct. in. d. auth. ex testamento. Et succedit pleno iure predicta Gabriela si casus predictus contingeret non solum in bonis que ex paterna successione ad dictum Bertrandum peruenerunt sed etiam in omnibus aliis. Si vero superesset aliquis filius vel filia communis: hoc est procreatus vel procreata ex ipsa nobili Gabriela et dicto quondam Jacobo, tunc certum esset quod nisi pene superius mentionate censerentur eidem Gabriele remisse: ipsa quoad bona paterna non succederet nisi in vsufructu dimidie partis eorundem. Quo vero ab bona aliunde acquisita per dictum Bartholomeum, vel ad eum peruenta, ipsa pleno iure succederet pro dimidia parte. d. authen. ex testamento. et in corpore vnde sumitur: facit authen. defuncto. C. ad tertul. Sed vt superius dixi ipsa censetur fuisse releuata a dictis penis: attentis vt nouissime percepi duobus testamentis precedentibus nouissimum testamentum supra mentionatum: in quibus et eorum quolibet voluit idem Jacobus vt superius dixi eandem nobilem Gabrielam posse vti et gaudere bonis sibi legatis: et de illis disponere etiam conuolando quandocunque ad secundas nuptias: et hoc attenta eius iuuentute. Que verba sunt multum attendenda: vt non dicamus animam dicti quondam Jacobi debere contristari si conuolet ad secundum matrimonium, nec per hunc conuolatum eidem Jacobo iniuriam inferri. Pro quo dicto ponuntur bona verba per Ange. consi. cccxlviij. exordiente, doctor insignis ex vico Florentino.

10 ¶ † Preterea, vt superius dixi, consulo quod et cognati et tutores. d. Bertrandi consentiant huic secundo matrimonio: quod facere possunt et debent: maxime attenta iuuentute huius nobilis Gabriele: et cui fortasse est onerosum continere: et possunt esse multe et iuste cause propter quas necessitatur ipsa nobilis Gabriela conuolare ad secunda vota. Et ad defensionem eiusdem nobilis Gabriele multum faciet consensus dictorum tutorum, per id quod habetur in. l. qui rome. §. coheredes, et quod ibi Alex. de Imo. col. v. vel circa, ver. Item nota quod factum tutoris bene potest preiudicare pupillo et impedire penam committi. ff. de verb. obl. Ad quod bene facit. l. si ex stipulatu, eo. tit. et quod no. Bart. in. l. cum filius. §. in hac, ver. quero quid si pupillus. ff. eo. titu. Ad quod facit, quia videmus quod in multis casibus facilius permittitur quod ius acquirendum non queratur, quam quod ius quesitum alicui auferatur. Sicut dicitur quod prelatus preiudicat ecclesie in querendis non in quesitis, secundum Inno. in. c. fraternitatis, de dona. glo. in. §. si. xvi. q. vi. de quo per omnes in. c. verum, de condi. appo. et Panor. in. c. cum contingit, per primum, de senten. excom. cum concor. Pro quo dicto est vulgatum consilium Friderici decimum, quod incipit, Casus talis est. Et idem voluit do. Feli. in. c. que in ecclesiarum. col. xix. ver. et ista consideratio, de constitutionibus. Videntur et alia posse induci pro defensione predictorum: sed quia predicta sufficiunt, non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Non minus fidem facit instrumentum notarii manu subscriptum, et per alium scriptum, quam si idem ipse manu propria scripsisset et subscripsisset. A. F.

1 ¶ † Protocolum an per se fidem faciat: et quando instrumentum dicatur vitiosum.
2 Notarius an possit matricem scripturam alteri committere scribendam.
3 Notarii subscriptio includere dicitur et complecti effectum premissorum.
4 Jure prouidente quod tabellio manu sua scribat instrumentum de quo instrumento sit intelligendum.
5 Subscriptus alicui instrumento perinde habetur ac si omnia precedentia scripsisset.

¶ De fi. instru. Consi. lix.



Multa et quidem alias notanda † scribunt nobiles et spectabiles viri domini aduocati nobilis Ludouici de perutiis, ad impugnationem instrumenti venditionis dudum facte per nobilem et generosum quondam virum Michaelem de valpergia nobili quondam viro Balthasari spiefami cum inhumanis ageret burgensi Auenionensi: et quidem non pro eo quod in instrumento huiusmodi non sint ea omnia que vel de iure vel de generali consuetudine requiruntur ad perfectionem et complementum cuiuslibet publici et solennis instrumenti: sed solum ex eo quod pretendunt quoddam pretensum protocolum in prefatione suarum allegationum commemoratum fuisse et esse defectuosum: et alias tale taliter confectum, quod ex eo non potuerit sumi, extrahi, vel exemplari predictum instrumentum. Sed si non desipio potest vnico verbo impugnationibus huiusmodi responderi, et dici quod dicti domini scribentes presupponunt vnum quod non probant, scilicet quod dictum instrumentum sumptum et exemplatum extiterit ex illa pretensa scriptura quam iam commemoraui: et quod illa fuerit matrix et originalis scriptura eiusdem instrumenti: cuius contrarium alias dixi, et nunc dico. s. quod non illa, sed nota dicte venditionis extense posita, et ad longum et cum debitis et opportunis iuris solenitatibus descripta in libro expensarum honorabilis quondam viri magistri bonifacii de blangeriis: et que fuit manu eiusdem subscripta etc. contra quod nihil videtur posse opponi. Et quidem non quod in ea deficiant substantialia vel requisita ad protocolum. Et quidem non quod debuerit scribi abbreuiate, et cum appositione dictionum etc. quia hoc dicere est friuolum. Potest enim ab initio contractus ex integro scribi, et in actis redigi, et de contractu huiusmodi fieri plena scriptura: quod sepissime fieri videmus: et precipue in magnis negotiis. Hoc etiam palam affirmat Panor. in. c. cum. P. tabellio. col. ij. ver. vlterius querit an protocolum etc. de fi. instru. in illa questione qua querit an protocolum faciat per se fidem: et distinguens soluit quod aut actus gestus est per extensum descriptus in protocolo, et habet omnes solenitates publici instrumenti: et tunc procedat opinio dicentium quod protocolum per se probat: aut est abbreuiate scriptum, et tunc procedat opinio quod per se non probet. Non etiam obstat quod non fuerit per dictum quondam de blangeriis subsignatum: quoniam huic obiectioni fuit alias sufficienter responsum: quod propterea cum peritissimis loquar non repeto. Etiam nec obstat id de quo alter ex dictis do. aduocati opposuit scilicet quod dicta nota extensa non fuerit scripta propria manu eiusdem de blangeriis: quod tamen vt pretenditur fieri debuisset ad hoc vt nota huiusmodi pro matrice scriptura valere posset:

2 † quia non potest notarius hanc matricem scripturam alteri committere scribendam: sed ipse in propria debet eam scribere: vt si de ea postea dubitaretur, posset ad literarum comparationem deueniri per id quod no. Bal. in. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. Quoniam respondeo quod nec istud obstat: pro eo quia vt predixi dicta nota reperitur fuisse subscripta manu propria eiusdem de blangeriis. Ex cuius subscriptione principaliter est sumenda fides scripture: quod patet per id quod habetur in auth. de tabel. §. nos autem, colla. iiij.

3 † Et hec notarii subscriptio videtur includere et complecti effectum omnium premissorum ad que habet relationem. Quia talis est natura termini referentis. l. si ita scripsero. ff. de cond. et demo. l. asse. ff. de here. insti. et. l. ait pretor. §. si iudex. ff. de re iudic. per quae iura hoc consuluit Pet. de anch. consi. ccxliij. exordiente, Prius de verbis probationis quam de efficacia supradicte renuntiationis est inquirendum. Et idem voluit Pau. de ca. consi. cccxx. col. penul. ver. nono dubitatur etc. ad finem ibi, Sed potest dici. Pro quo allegat. l. emptor. §. lucius, et quod ibi Bar. ff. de pac. qui alias addendo per me scriptis fuit opportune allegatus. Et hec duo consi. allegauit, quamuis sub aliis quotis, et sic corrupte, Alex. de Imo. nec illa impugnauit

gnavit in addi. ad Bal. C. de fi. instru. supe: rub. post mediũ, ver. sʒ hic dubitatur nũquid de tabellio rogatus ꝛc. super verbo per
4 aliud. Et dicit Pet. de ancha. in d. consi. ver. † Item aduertẽdũ qd̃ iura puidẽtia vt tabellio manu sua scribat ꝛc. loquunẽ de instrumẽto siue documento, nõ autẽ de protocolo siue de imbreuiatura: q2 ista p se nõ faceret fidẽ: sed bene instrumentũ qd̃ ex protocolo sumitur, vt no. Jo. and. in addi. Spe. tit. de instru. edi. §. dicẽdũ restat, in prin. Dicit insup idẽ doctor, qd̃ dicta iura nõ loquũtur de scriptura, sed de presentia tabellionis: qd̃ scilicet debeat p se negotio interesse, ꝛ non alteri mandare rogationẽ quã postea scribat. Hoc enim prohibet dictũ auth. de tabellio. §. nos autẽ, cũ seqẽtibus, vt ibi no. In casu vero nostro dictus quondam magister de blangerijs interfuit vẽditioni, ꝛ dicte note seu protocolo se propria manu subscripsit: ꝛ se rogatũ de precedentibus profitek. Preterea videmus qd̃ ꝛ in Auenione, ꝛ in delphinatu, ꝛ in alijs prouincijs notarij non semper per se, ꝛ sua ppria manu, sed etiã p suos substitutos, ꝛ seruitores scribãt protocola ꝛ originales seu matrices notas. Intersunt enim testamẽtis, cõtractibus, ꝛ alijs hmõi, ꝛ audita ꝛ intellecta voluntate testatoris aut cõtrahẽtiũ dictãt substituto: ille vero scribit: ꝛ facta scriptura solẽt recitari ꝛ publicari testamẽta ꝛ cõtractus: nõ per eũ qui scripsit, sed per notarium dictantem: ꝛ qui postea se subscribit nec alicubi vidi opponi, ꝙ ex ista scriptura sumi non possit pu-
5 blicũ instrumẽtũ: † q2 postq̃ est subscript⁹, videk esse perinde ac si omnia pcedẽtia scripsisset: q2 subscribẽs vr̃ virtualiter scribere omnia precedentia quorũ habuit notitiã: vt alias scripsi: ꝛ p quo videri poterit id qd̃ no. Ang. Joã. de Jmo. Fran. de Are. ꝛ Alex. de Jmo. in. l. si ita stipulatus sit. §. chrisogonus. ff. de verb. oblig. Multas remissiones ponũt moderni, que videri possunt in. l. emptor. §. lucius. ff. de edendo, ꝛ do. Jason may. in auth. si qs i aliquo, col. ij. C. de edẽ. Et hoc fundamẽto etiã vtunk doc. in articu. de quo infra aliquid dicã. Et quãuis dominus Jas. in. d. authẽ. si quis in aliquo, col. ij. ꝛ in allegata. l. emptor. §. lucius. ff. de pactis, videatur in aliquo limitasse cõmunẽ sententiã, ꝛ voluisse ꝙ subscribens nõ vere, sed fictione iuris videatur omnia precedentia scripsisse: ꝛ qd̃ propterea in eo nõ habeat locũ statutũ loquẽs de scribente: communis tamen opinio videtur esse in contrariũ: cui videtur poti⁹ inherẽdũ, per id qd̃ habetur in. l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questoris. c. nouimus, ꝛ qd̃ ibi Anto. de but. de verbo. significa. ꝛ. c. de inducijs. iij. q. iij. ꝛ quod no. Hostien. Jo. an. ꝛ alij cõmuniter in. c. j. de consti. vbi do. Feli. col. penul. ponit multas remissiões. Preterea ista limitatio do. Jas. etiã si vera esset, nõ refragaretur vel officeret ei qd̃ prediɣi: q2 videtur sufficere ꝙ vel vere vel fictione iuris subscribens censeatur scripsisse omnia precedentia, vt videm⁹ quotidie obseruari in publicis instrumẽtis, quorũ degrossatio seu scriptura quotidie cõmittitur p notarios rogatos: ita qd̃ ipsi rogati nõ manibus suis, sed manibus surrogatorum vel ad hoc deputatorum scribunt ꝛ degrossant instrumenta, que postea subscribũtur p rogatos: ꝛ hec fieri possunt: ꝛ illis adhibetur fides: non obstante ꝙ illa scripta non extiterint proprijs manibus ꝛ aliorum rogatorum. Pro quibus videri possunt scripta per doct. magis communiter in. l. quedam. §. nihil. ff. de eden. per Barto. in. l. diuus §. item senatus. ff. ad le. cor. de falsis per canonistas. in. c. cum. p. tabellio, vbi videri poterit do. cardi. flo. de fi. instru. ꝛ in. c. fi. §. fi. de offi. dele. ga, ꝛ Panor. in. c. inter dilectos, in. iij. oppo. ꝛ qd̃ ibi habek in addi. ad eũ, que incipit, An quis possit scribere instrumentum per alium ꝛc. de fi. instru. Et in hoc articulo vtũtur docto. eo. fundamento de quo supra: scilicet quod eo ipso quod notarius idemq̃ rogatus se subscribit scripture suo mandato per alium scripte videtur omnia precedentia scripsisse. Et quia hoc videmus ꝛ in degrossatione instrumentorum ꝛ in scriptura protocolorum seu primarum schedarũ obseruari: non puto oppositionem de qua supra, ꝛ factam per. d. do. Rostagnum procedere ar. eius qd̃ habetur in. c. cum dilectus, de fi. instru. ꝛ quod in casu longe difficiliore no. spec. tit. de instru. edi. §. instrumentum, fol. 4. vel circa, versicul. sed quid videmus, ad fi. ibi in his autẽ multum operatur cuiusq̃ loci consuetudo. Ex quibus omnibus dico, sicut alias dixi, ꝙ instrumento de quo supra fuit ꝛ est plena fides adhibenda: non obstan. ex aduerso allegatis: que re vera nõ obstant: ꝛ hoc sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Que bonis paternis contemplatione fratrum renuntiauit, premorientibus fratribus non prohibetur patri ab intestato succedere. A. F.

1 ¶ Quittantia de bonis paternis ꝛ maternis an impediat successionem abintestato.

2 Pactum iuratum de non succedendo patri, quando pater ipse habet filios masculos ꝛ filia est que renuntiat, debet intelligi limitatum, donec superuiuent filij masculi.

¶ De condic. ob cau. Consi. lx.



Quoniã vt in facto sup-
1 ponitur, † nobilis ꝛ generosus quondam vir Ludouicus de mosterijs dominus ventaoni: ꝛ domina Joanna berengarie eius vxor vita functi sunt ꝛ ab humanis intestati decesserunt, superstitib⁹ ꝛ sibi superuiuentibus nobilibus ꝛ generosis Alesia vxore nobilis ꝛ potentis viri Jacobi raymundi domini montisrotundi: et Magdalena vxore nobilis Gulielmi de monteorcerio, condomini eiusdem loci, eorum filiabus naturalibus ꝛ legitimis, dico ꝛ respondeo quod dicte nobiles Alesia ꝛ magdalena prefatis eorum parentibus abintestato vita functis equaliter successerint quelibet pro semisse, seu media parte, auth. de here. abintest. §. j. col. ix. ꝛ transsumptiue in authen. in successione. C. de suis ꝛ legi. libe. ꝛ insti. de here. que abintest. defe. circa principium. Nec dicte nobili Alesie obstat quedam pretensa quittantia per eam facta de bonis paternis ꝛ maternis: ꝛ hoc d̃ anno domini. M. cccc. xc. ꝛ die. xj. mensis februarij. Quia respondeo qd̃ cũ quittantia huiusmodi facta extiterit in vita nobilis ꝛ generosi iuuenis Francisci de moserijs, dictorum nobiliũ Ludouici ꝛ Joanne filij naturalis ꝛ legitimi, ꝛ fratris prefatarum nobilium Alesie ꝛ Magdalene, ipsa Alesia presumitur ꝛ censetur fecisse quittantiã huiusmodi contemplatione ꝛ fauore dicti Francisci. Quo fit vt cũ postea idẽ Franciscus permissione diuina ab humanis decesserit, superstitibus eius parentibus, ac ipsis nobilibus Alesia et Magdalena, non debuerit quittantia huiusmodi eidem Alesie nocere ꝛ refragari, Argu. eius qd̃ habetur in. l. iubemus. C. ad velle. ꝛ. l. qd̃ seruius. ff. de condic. ob cau. qd̃ etiã voluit Bal. in. l. pactũ. in. iiij. q. C. de colla. ꝛ idem voluit Pau. de cast. in. d. l. pactum, col. j. ver. Itẽ queritur quid si tempore renuntiationis ꝛc. Sali. in. l. pactum qd̃ dotali. C. de pac. Gemi. in. c. quãuis, prope fi. eo. tit. in. vj. ꝛ Jo. de Jmo. in. l. qui superstit. ff. de acqui. hered. Fran. de Are. in. l. fi. col. v. ver. quarto pactum hoc iuratũ de nõ succedendo ꝛc. C. de pac. vbi dicit, ꝛ ita etiam sentiunt alij in suis
2 locis, † quod pactum iuratum de non succedendo patri, quando pater ipsa habet filios masculos, ꝛ filia est que renuntiat, debet intelligi regulatum ꝛ limitatuʒ donec superuiuent filij masculi. Nam si contingat eos mori sine filijs, hoc pactum nõ preiudicat filie femine, vt secundum eum consuluit Jo. calde. Quia renuntiatio facta per filiam patri habenti filios masculos intelligitur facta contemplatione masculorum, ꝛ operatur rebus sic stantibus: id est viuentibus filijs masculis, vt dicit Ang. in. l. quoties. ff. de here. insti. per tex. notabilẽ in. l. Paulo calimacho. ff. de leg. iij. ꝛ idẽ etiam voluit Alex. de Jmo. consi. xxix. exordiente, Preclare ꝛc. in. iij. volu. Et quia ista est communis ꝛ vera opinio nõ est ab ea in iudicando vel consulendo recedendũ. l. j. ibi crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nouimus ꝛ quod ibi Anto. de but. de verb. sig. ꝛ. c. de inducijs. iij. q. iij. ꝛ qd̃ no. Hosti. Jo. an. in nouel. ꝛ alij in. c. j. de constitu. vbi col. penul. do. Feli. ponit multas remissiones. Que dixerim sub correctione ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Suorum appellatione nonnunq̃ ꝛ remotioris gradus descẽdentes comprehenduntur. A. F.

1 ¶ Substitutio facta de aliquo expirare dicitur morte illius, quo ad illum tantum, non quo ad suos.
2 Suorum appellatione in substitutionibus qui intelligantur.

¶ De verbo. signifi. Consi. lxi.



Voluissem pro pleniore declaratione videre testamentum dudum factũ per honorabilem quondam virum Gulielmum alphanti spectatorem seu aromatarium loci de insula in quo inter cetera legasse ꝛ iure institutionis reliquisse dicitur alayete eius filie naturali ꝛ legitime certam pecuniariam quantitatem ꝛ suos heredes vniuersales instituisse ꝛ nominasse Bernardum ꝛ Petrum alphanti eius filios naturales ꝛ legitimos. Et primo eis ab humanis in pupillari etate vel alias qñcunq̃ decedenti si sine liberis legitimis decederet

ret substituit superstitem. ita qd ipsi superstiti remanerent integraliter omnia bona sua. Et si oes in pupillari etate, vel alias sine heredibus &c. decederent, substituit eisdem in omnibus bonis
1 suis honestam mulierem margaretam eius uxorem, suos. † Uerum supposito pro vero casu, qui mihi traditus est, & quod dicti Petrus Bernardus, & alayeta fuerint filii pfate Margarete: aut saltem dicta alayeta, dico & respondeo quod quia dictus Petrus alphantis vita functus est & ab humanis nouissime, & post mortem dictorum Bernardi, Margarete & Alayete sine liberis decessit: superstitibus duobus nepotibus seu nepte & nepote ex dicta Alayeta, scilicet honesta muliere catharina chaberte, & gabriele barberii, substitutio compendiosa superius mentionata sibi locum vendicauit in personam predictorum nepotum. Quia quamuis substitutio facta de dicta Margareta expirauerit quo ad eam: pro eo quia ipsa vita functa est & ab humanis decessit pendente conditione vniuersalis fideicomissi. l. j. §. si autem sub conditione, & qd ibi Bal. C. de cadu. tollen. & quod not. gl. & doct. in. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. & Oldra. consi. cxxxi. exordiente. Quidam habens tres filias &c. non tamen expirauit quo ad suos qui vel eque principaliter, vel saltem ex casu, quo tempore eueniētis conditionis dicta Margareta nō supereisset. vel superuiuēs repudiaret, censebantur inuitati, iuxta ea que scribunt docto. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. & Oldra. in. d. consil.
2 cxxxi. † Dicti igitur Gabriel & Catharina cēsentur inuitati per illud verbum, & suos: siue illud referatur ad ipsum Gulielmum testatorem, siue ad prefatā Margaretam: qr fuerunt eorum nepotes ex filia: & ita sine dubio veniunt appellatione suorum, qui non ita stricte accipiuntur pro illis scilicet qui sunt in potestate l. gallus. §. nunc de lege velleia, & l. in suis. ff. de lib. & posth. sed longe largius, scilicet de venientibus ab intestato. Quia testatores plerunqz de tam subtili interpretatione iuris non cogitant. l. non aliter. ff. de leg. iij. qd etiam voluit Pau. de cast. consi. cccliij. exordiente, Uisis omnibus pūctis &c. col. ij. ver. ātem dicit aliqs.

¶ Argumentum.

¶ Nō eo ipso qr fratres aut affines simul habitāt & viuunt societatem coire censentur: sed in bonorum diuisiōe inter eos postea fienda quod plus, vel minus industrie, vel sumptus altrinsecus impensum est, vtrinqz mutuo venit pensandum. T. F.

1 ¶ Societas duobus modis coiri & contrahi seu fieri potest.
2 Duo fratres vel plures: vel etiam patruus & nepos post mortē patris aut fratris retinētes hereditatem in communi & pro indiuiso, an censeantur societatem contraxisse.
3 Morte alterius ex sociis finitur omnium societas, nisi socii conuenissent quod etiam moriente vno ex eis maneat societas inter superstites.
4 Societas non pōt cum impubere cōtrahi, aut minore. xiiij. an. Contractus vltro citroqz obligatorius.
5 Empta nomine plurium dicūtur nomine sociali empta: nomine autem proprio empta non possunt censeri communia.
6 Societas qualiter tacite contrahi dicatur. Cohabitatio, lucrorum in vnum collatio, & illius qd alter lucratur inuicem non reddita ratio, causat presumptionem societatis contracte.
7 Contractus societatis requirit partis vtriusqz consensum.
8 Communis vsus viuendi, temporis diuturnitas, & coniunctio sanguinis causant societatis presumptionem.
9 Societas omnium bonorum non potest tacite contrahi, sed per conuentionem.
10 Actus sociales an & quo pacto societatem inducant.
11 Consumptione facta in communi vsu viuendi de fructibus perceptis de bonis acquisitis, an censeatur proprietas bonorum huiusmodi cōmunicata, vel societas in ea contracta.
12 Opera prestita inter fratres negotiantes presumuntur gratuita, & fraterna amicitia impensa.
13 Societas est contractus consensu perficiendus.
14 Fructus ex cultura duorum percepti veniunt in capita, non in stirpes diuidendi.

¶ Pro socio. Consi. lxij.



Uamuis societas duobus modis † coiri seu contrahi & fieri possit: vno
1 scilicet modo expresse, seu per conuentionem & pactū. l. societatem coire. ff. pro so. vt fieri solet cum verbis interueniente stipulatione vel pacto socii ineunt seu faciunt societatem, vt dicit glo. in. d. l. & est bonus text. in. l. vt sic pro socio actio. l. nam cum tractatu habito, & l. duo societatem. ff. pro soc. alia vero modo tacite scz exercendo actus sociales. vt not. per Iaco. de are. Oldra. & Richar. malum. eius discipulos, & Bar. in. l. titium & meuium. §. altero. ff. de admini. tuto. per Bar. in. l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuqz priuat. per Cyn. Bald. & alios scribentes in l. si patruus. com. vtri. iudi.
2 Alb. & do. Jason. in. l. j. C. qui testa. face. pos. † illud tñ certum est & apud omnes communiter expeditum, quod duo fratres vel plures: vel etiam patruus & nepos non eo ipso quod post mortē patris aut fratris, & patrui vel aui retinent paternam aut alterius hereditatem in communi: vel illam tenent & possident pro indiuiso, censendi sunt societatem adinuicem cōtraxisse, aut contrahere. l. cum duobus. §. si fratres, alias est. l. papinianus. ff. p soc. & l. ex parte. §. si filius. ff. fam. er. quod etiā satis aperte colligitur ex his que no. Bar. & doc. in. d. l. si patruus. Bar. & doct. in allegata. l. cum duobus. §. si fratres. Pet. de vbal. in suo trac. de societa. in. iij. parte, col. vi. ver. Primo casu quādo neuter. Jo. pe. ferra. in sua practica, ti. for. libel. quan. agi. pro heredi. vel re singul. diui. in gloss. super verbo, communiter & pro indiuiso, colum. vij. versi. Insuper queritur pone quod mortuo patre isti fratres &c. Esto igitur quod post mortem prouidi quondam viri Gulielmi Amayoni loci castri fortis probi viri Michael Joannetus, Ludouicus & Joānes, eius quondam filii & vniuersales heredes, paternam hereditatem & bona dicti eorum quondam patris retinuerint & possiderint pro indiuiso spatio quatuor annorum quibus post mortem eiusdem quondam Gulielmi vixisse dicitur dictus Michael, alter ex eius filiis & heredibus: non tamen ex hoc solo dixi posset qd societas inter dictos filios & heredes contracta extiterit. Et vbi dici aut pretēdi fortasse potuisset qd illa fuerat inter eos cōtracta vel expresse vel tacite illa tamē fuisset finita morte dicti Michaelis. l. verum. §. fin. l. actione. §. morte. ff. pro soci. & §. soluitur, cum multis simi. insti. eo. titu. per que iura pro
3 batur † quod morte alterius ex sociis finitur societas: & non solum quoad eum vel eos qui supersunt & defunctum cuius heres non succedit in societate. l. furti. §. penul. ff. de his qui notan. infa. & l. nemo potest, cum suis simi. ff. pro soc. sed etiam quoad eos qui supersunt. d. §. soluitur. versi. sed & si consensu plurium. & hoc nisi socii ipsi conuenissent quod etiā moriente vno ex eis maneat societas inter superstites. d. ver. & scribi, nisi in coeunda. Per mortem igitur dicti quondam Michaelis societas, si que antea inter eum & fratres expresse vel tacite contracta extitisset, fuisset finita. d. l. furti. §. pe. & l. nemo pōt, superius allegata. Ex quibus infertur quod si Bertrandus Amayoni, filius dicti quondam Michaelis, pretendat ex capite pretense societatis se habere ptē in bonis per dictos Ludouicum & Joannem eius patruos post mortem dicti Michaelis eius quōdam patris acquisitis, oportet qd ipse probet societatē cōtractā extitisse expsse vel tacite inter eum & dictos Ludouicum & Joannem eius patruos: qd vt mihi dicitur facere non poterit: & quidem non de conuentionali societate: quia, vt dicti patrui fixe affirmant, illa nunqz fuit inter eos contracta. Non etiam de societate que alias vt predixi cōtrahi potest per actus sociales: quia, vt isti patrui dicunt & in casu mihi exhibito supponitur, dictus quondam Gulielmus eorum pater tempore vite & mortis pauca possidebat: & ex quorum fructibus & pretia seu reuenuta commode nutriri non poterant dicti Joannetus, Ludouicus, Joannes, Bertrādus, & sorores, post mortem dictorum quondā Gulielmi & Michaelis patris &
4 filii. † Insuper & quia tempore mortis eiusdem michaelis idem Bertrandus eius filius erat impubes, & in infantili etate constitutus, nondum excedens annum cum dimidio: & sic cum eo, vel eo tēpore, vel postea, saltē qdiu fuit minor quatuordecim annis, contrahi nō potuit societas: quia cōtractus societatis est vtrinqz obligatorius. l. societates contrahuntur. §. fina. ff. pro soc. Sed pupillus sine tutoris autoritate contractū obligatorium facere non potest. l. obligari. ff. de auto. tuto. & l. iij. C. de auto. pstan. & hoc quo ad contractum societatis probatur in. l. vt in cōductionibus. ff. pro so. Et qd hoc procedat non solum in societate expssa, seu expresse contracta: sed etiam in tacita, scz qd illa nō possit intelligi esse contracta cum impubere, seu pupillo, firmat Bar. in. d. l. titium & meuium. §. altero. ff. de admi. tuto. & in allegata. l. si patruus, vbi etiam Bal. C. com. vtri. iudi. & Ang. cōsi. lix. exordiente, de pluribus fratribus sociis omnium bonorū, & Bald. in l. cum oportet, in prin. C. de bo. que li. vbi dicit quod si vnus ex pluribus fratribus est pupillus, non presumitur inter eos contractam esse societatem, ex quo vnus est pupillus, qui negotiari non poterat: & hoc dicit esse verum etiā si de pupilli vtilitate tractetur, quod videtur fortius. d. l. obligari, secūdo respōso: nisi pater huiusmodi pupilli mandasset communi nomine exerceri, & negotiari. Et quamuis sciam qr ista cōclusio restringitur & limitatur vt non procedat in certis casibus: vt colligitur ex his que no. bal. in. d. l. si patruus. col. penul. & quos eleganter colligit do. Jason

q2 in illo supponitur patrem mandasse communi nomine exerceri. Nō etiā primus, q2 in illo supponitur qđ pupillus haberet tutorem, ꝛ qđ illi fuerint per fratres aut patruos lucra communicata: ꝛ viceuersa per tutorē ipsis fratribus vel patruis. Sz vt audio dictus Ludouicus ꝛ Joannes dicto Bertrando eorū nepoti nihil communicauerunt tutori: ꝛ tutorio nomine do. Bertrādi: nec viceuersa, idem tutor ipsis Ludouico ꝛ Joanni. Non etiam vltimus: in quo dicitur qđ licet pupillus non possit expresse vel tacite societatem cum fratribus contrahere: tamen si aliquid secum communicatum sit, vel cōmuni nomine factum, poterit pupillus quādo pupillarem etatē excesserit illud ratum habere, si fuerit be

5 ne gestū. † Quoniā respōdeo qđ in casu de quo queritur nihil supponitur gestū nomine dicti Bertrādi quo ad pdia ꝛ animalia per eosdē Ludouicū ꝛ Joannē acquisita seu empta: sed fuerunt hec acquisita ꝛ empta nominibus eorūdē Ludouici ꝛ Joannis duntaxat. Nec etiam fuerunt eidem Bertrando cōmunicata lucra facta per eosdē Ludouicū ꝛ Joannē, exceptis fructibus perceptis in predijs per ipsos acquisitis, quos dicunt saltē pro maiore eorū parte fuisse consumptos in conuictu: ꝛ sic tam per eos, quā dictū Bertrandum ꝛ familiā. Et quāuis quoad dictos fructus videatur fortasse fuisse contracta societas conuictus, quoad hoc vt non possint pro aliqua eorū parte per eosdē Ludouicum ꝛ Joānē repeti a prefato Bertrādo: per id qđ no. Bal. vbi etiā Alex. de imo. do. Jason may. ꝛ moder. in. l. fi. C. de colla. dicta tamē predia ꝛ alia proprijs eorum nominibus eorūdem Ludouici ꝛ Joānis acquisita non censentur fuisse aut esse cōmunicata eidē Bertrando vt etiam no. Bal. ꝛ sequuntur doc. in. d. l. fi. ꝛ Sali. in. d. l. si patruus. col. fi. ver. item id qđ dicit Bar. ibi, Ego aūt vel pdicta non intelligo vel irrationabilia mihi videntur, Alex. de imo. consil. xxiiij. exordiēte, Uisis dubijs probabiliter electis, ad fi. in. j. vol. ꝛ consi. xlviij. exordiente, diligenter perspectis his que in themate ꝛc. col. fi. in. ij. vol. ꝛ dominus Jason in. d. l. j. col. iij. vel circa, ver. Secundus casus ꝛc. ibi confirmo per illud qđ no. Salic. Esto igitur qđ dicti Ludouicus ꝛ Joannes in communi vsu ꝛ conuictu posuerint ꝛ expēderint vel in solidum vel pro parte fructus bonorum per eos proprijs nominibus acquisitorum, non propterea cēsentur dicto Bertrando communicasse proprietatem predictorū bonorum: qđ procedit non solū si dicti fructus fuerint cōmunicati tpe pupillaris etatis eiusdē Bertrādi: sz etiā si postea, ꝛ postq̄ factus est maior. Et ita etiam loquuntur docto. Non igitur videtur qđ propter cōicationē dictorū fructuū factā in cōi vsu seu cōmuni cōuictu possit idem Bertrandus pretendere se habere par

6 tem in predictis bonis. ¶ † Preterea ad hoc vt tacite contrahatur societas inter aliquos opus est quod hincinde interueniant actus sociales: ꝛ per quos illi mutuo ꝛ vicissim sibi communicent ꝛ conferant lucra sua. Hoc enim voluit Jaco. de Are. in postil. q̄ vt refert Bar. posuit in. d. l. titiū ꝛ meuiū. §. altero, ꝛ que postea fuit extensa per Ric. malum. ꝛ Old. in qua dicunt qđ insimul habitatio: lucrorū in vnū collatio: ꝛ eius qđ alter superlucratur inuicē non reddita ratio facit presumi societatē esse contractā. Et hoc presupponunt omnes scribētes in. d. l. si patruus, in. l. cū duobus. §. cum erant. ff. p so. in. l. j. qui testa. fa. pos. Bar. ꝛ alij. d. l. titiū ꝛ meuiū. §. altero, ꝛ in consi. infinitis, quatenus loquuntur de societate tacite contracta. Et tamē ex narratis in casu mihi exhibito nō colligitur dictū Bertrandū aliquatenus lucra cōmunicasse prefatis eius patruis: imo nec aliqua lucra fecisse. Et ita nō videtur subesse aliqua causa, propter quā psumi debeat societatē fuisse cōtractā inter dictū Bertrandū ꝛ prefatos eius patruos, etiā si idē Bertrandus se exercuisset circa culturam vel laboragium bonorum paternorū seu auitinorū, que inter eū ꝛ patruos erant indiuisa: ad qđ bene facit qđ voluit Jo. de Ana. cōsi. lxv. exordiēte, Uiso pūcto in quo pmittit ꝛc. vbi dicit qđ habitare simul ꝛ paternā hereditatē simul p indiuiso tenere nō sufficit ad faciēdā societatē, nisi lucra ponant in cōi. Et dicit qđ hoc voluit originaliter Jaco. de are. in notula aliqualiter extēsa p Old. ꝛ Ric. facit ēt qđ voluit Pe. de vbal. in trac. societatis, in. iij. parte. col. ix. versi. mihi autē videtur cōsiderādū ꝛc. ꝛ pleni⁹ eadē. col. ver. Sz si vnus separatiz lucra ponebat alter vero cōmunicabat vbi aperte dicit, qđ etiam si vnus ex fratribus insimul habitantibus alteri conferat aut cōmunicet eius lucra, ꝛ alius frater ponat ad partē ꝛ separatim lucra que facit, non intelligitur inter eos contracta socie-

7 tas: † q2 ad hoc vt cōtrahatur societas oportet cōsensum vtriusq̄ partis interuenire. d. l. vt sit pro socio actio. ff. pro so. Sed hoc casu nedum nō interuenit consensus vtriusq̄ partis: quinimo magis apparet dissensus, illius vez qui separatim ponebat lucra. l. itaq̄. ff. pro so. Cū igitur, vt sepe dictū est, idē Bertrandus nulla lucra eisdē patruis suis cōmunicauerit, non pōt dici qđ inter euz ꝛ patruos fuerit contracta societas. Et si quispiā dicat q̄ imo cēseatur societas fuisse inter eos contracta, per id quod post Oldr. refert ꝛ sequitur Bal. in. d. l. j. ver. extra querit hic. Oldr. ꝛc. ꝛ do. Jason may. col. iiij. vel circa, ver. limita secūdo. C. qui test. fa. pos.

8 quatenus volunt † qđ ex temporis diuturnitate, ꝛ cōmuni vsu viuendi: concurrente coniunctione sanguinis, censeatur contracta societas. l. procula. ff. de probatio. iuncta. l. si seruus communis. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. ꝛ his que traduntur in. l. que dotis. ff. solu. matri. dico ꝛ respondeo qđ hoc non obstat: etiam si pro veritate supponamus qđ post mortem dictorum quondam Gulielmi ꝛ Michaelis fuerunt diu ꝛ longo tempore possessa per dictos Bertrandū nepotē ꝛ patruos bona eiusdē quondā Gulielmi: q2 Oldra. quē refert Bal. in loco superius allegato non simpliciter dicit q̄ ex his tribus, scilicet tēporis diuturnitate, cōmuni vsu viuendi, ꝛ coniunctione sanguinis presumatur societas fuisse contracta: sed addebat de cōmunicatione lucrorū hincinde facta. Et ita refert eum dixisse Albe. in. d. l. j. C. qui testa. fa. pos. Dicit eniz qđ Oldr. ibi colligit, qđ licet fratres in cōmuni retineant hereditatē paternam: non propter hoc videntur omnium bonorū adeo socij, vt quicquid querūt teneantur inuicem communicare: iuribus per eū allegatis. Et deinde subiungit hec verba, nisi forte simul ad vnum panē ꝛ vinum biberent, ꝛ omnia lucra in cōmunem bursam ponerent: q2 tunc ex talibus actibus viderentur societatem lucrorum contraxisse. Sed in casu nostro hoc non fuit factuz. Dictus enim Bertrandus nihil cōmunicauit prefatis eius patruis: ꝛ ipsi patrui bona predicta non communi eorū ꝛ dicti Bertrandi nomine: sed duntaxat suo proprio nomine acquisierunt. Et ita non obstat dicta oppositio. Et per hoc respondetur non solum dicte oppositioni: sed etiam dictis Bal. ꝛ aliorum in. d. l. si patruus, Ange. Pe. de anc. Roma. Pau. de cast. Alexā. de Jmol. ꝛ aliorū plurīū in diuersis eorum cōsilijs: quatenus loquuntur de societate vel speciali vel omnium bonorum tacite contracta: quia isti omnes loquūtur in casibus diuersis a casu de quo querit. Et pro his que predixi optime faciunt scripta Roma. consi. iij.

9 ¶ † Preterea vbi pretendi posset, prout modo videtur, qđ societas cōtracta extitisset inter dictos patruos ꝛ nepotē: illud tamē certum esset qđ illa dici non posset societas omniū bonorū: ꝛ hoc vel pro eo quia illa non tacite, sed solū per conuentionē contrahi potest, vt voluit Bar. in. l. titium ꝛ meuiū. §. altero, ꝛ in alijs locis ꝛ sequuntur Pau. de cast. consi. clxxxv. exordiēte, Ex die quo iste Michael. col. ij. Panor. consi. lxvi. qđ incipit, attingam breuissime ꝛc. Et Alex. de Jmo. consi. lxxvij. exordiente, discussis his de quibus in themate ꝛc. in. ij. volu. Uel pro eo q2 prefati patrui ex vna parte ꝛ nepos ex alia non supponuntur omnia ꝛ quecunq̄ lu

10 cra vndecunq̄ prouenientia sibi inuicem cōmmunicasse: † qđ tū requiritur ad hoc vt per actus sociales censeatur fuisse cōtracta societas omniū bonorum. Hoc eniz voluit Bal. in. d. l. si patruus. col. fi. quē ibi ꝛ alibi cōmemorant ꝛ sequuntur doctores eius sequaces: ꝛ q nituntur impugnare dictū Bar. in loco superius allegato Et ita dici nō pōt qđ societas oīm bonorū inter eos contracta extiterit. Ergo nec etiā pōt pretēdi qđ bona pdicta. ꝛ per dictos patruos proprio noīe empta sint cōmunia inter eos ꝛ nepotem, vel ipsi nepoti communicanda. Fateor autem qđ vbi illa fuissent empta ex pecunia cōmuni, deberet eidē Bertrando satisfieri de parte eum contingente: sed istud non est verum: nec etiam esse presumitur, causis plenius allegatis per egregium virum dominum Franciscum dalmacij iurium professorem eximium, ꝛ per ea que

11 plenissime ponit Ro. consi. iij. superius allegato. ¶ † Et si forte opponatur ex aduerso contra id qđ superius dixi, quod per consumptionē factam in cōmuni vsu viuendi de fructibus perceptis de bonis acquisitis non censeatur proprietas bonorum huiusmodi communicata vel societas in ea contracta, de quo no. Bal. Ange. ꝛ Jo. de pla. in. l. rura. C. de omni agro deser. lib. xj. vbi dicunt illam. l. esse notandam contra fratres qui fecerunt se duntaxat in emptionum instrumentis describi aut nominari: ꝛ postea reperiūtur predia empta descripta cōmuni nomine fratrū: ꝛ sic cōmuniter solute collecte: nam p hoc acqritur oībus dominium. Pro quo solet allegari. l. censualis. C. de dona. ꝛ. l. solennibus. C. de rei vendi. Respondeo quod istud nō obstat: q2 in casu in quo loquitur Bal. ꝛ alij interuenerat descriptio facta in catastro pro nomine cōmuni emptoris ꝛ fratrū ꝛ deinde etiam fuerant communi nomine emptoris ꝛ fratrū de cōi solute pecunie: hic aūt hoc est in casu de quo querit neutrū horū interuenit, sed duntaxat fuerunt fruct⁹ bonorū hmōi, vel in solidū vel in parte in cōmuni cōuictu cōsumpti. Nō igitur possunt dicta Bal. ꝛ aliorū huic casui adaptari, vtpote diuerso. l. inter stipulantē. §. sacrā. ver. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. ꝛ vulgata. l. papinianus. ff. de mino. ¶ Ceterum q2 non solum dictus Ludouicus se exercuit circa culturam bonorum paternorū: sed etiam duo eius filij qui dicunt portasse magnā partem ponderis ꝛ estus: quesitū est an in diuisione bonorū paternorū, ꝛ lucrorū, seu fructuū ex eis pceptorū debeat, ipse Ludouicus in diuisione de eisdem fienda maiorem partem habere in fructibus ꝛ lucris hmōi quā prefatus Bertrandus seu etiam

etiam Joannetus, qui nullos dicuntur habere liberos: et qui vt etiam dicitur parũ laborarunt. Et primo quidẽ videtur qđ nõ,
12 per id qđ not. Bal. in c. j. circa mediũ. de beneficio fratris: †vbi videtur cõcludere qđ opera prestita inter fratres negotiantes presumitur gratuita, et fraterna amicitia impensa. l. ex duob⁹. in prin. ff. de neg. gest. Sed hoc nõ obstante existimo contrariũ esse verũ in hoc casu: qꝛ quãuis dictũ Bald. pcedere possit in fratribus, aut fratribus et nepote socijs omniũ bonorũ: pro eo qꝛ tunc nõ curatur an vnus plus lucretur quã alius: vel plus expendat quã alius: qꝛ omnia sunt semper cõia: et in diuisione omnia equaliter procedũt, pro quo sufficiat remisisse ad id quod no. Bal. in addi. ad Bar. in tract. de duob. fra. ad fi. per. l. si socius pro filia. in prin. iuncta gl. ff. pro soc. Bal. in d. l. patruus. C. com. vtr. iud. Pet. de anch. cons. cclxxxix. exordiente. Materia de qua querit nõ est noua, et Roma. cons. cxxij. exordiẽte, In proposito themate etc. in vltimo quesito, et do. Jas. may. in auth. qđ locũ. versi. maius dubiũ. C. de colla. et in d. l. fi. C. eo. ti. secus tamen est qñ illi nõ sunt socij omniũ bonorũ, vt in casu, prout apparet ex predictis quoad dictos patruos et nepotẽ. Et idẽ dico de ipsis Ludouico,
13 Joanne, et Joãneto: †qꝛ cum societas sit contractus qui cõsensu perficitur. l. societatẽ coire. ff. pro soc. et l. consensu. in princi. ff. de actio. et obl. tunc consensũ habuisse nõ presumitur dictus Joãnetus, qui vt dicitur sensu caret. l. queritur. §. qui impleto. ff. loca. Non fuerũt ergo prefati tres fratres et nepos socij omniũ bonorum. Et supposito, citra preiudiciũ veritatis, qđ ipsi censeri possent contraxisse societatem specialẽ quoad bona paterna, seu fructus et lucra ex his perceptos, tunc haberetur ratio et cõsideratio eius qđ dicitur, dictum Ludouicum et duos eius filios se exercuisse et laborasse in predijs cõmunibus: vt sic idem Ludouicus pater et eius filij, qui plus laborarũt, plus habeãt de fructibus et lucris. Et hoc est qđ voluit Ang. in d. l. ex duobus. vbi dicit qđ si sint duo fratres in vna familia habitantes, et vnus eorũ habeat plures filios qui multum operantur et ponunt in domo: alius vero nullos habeat: debeat haberi ratio seu consideratio operarum dictorũ filiorũ: et quod ante partem debent solui iste opere. per. l. si is. §. si quas. ff. de dona. inter virum et vxorem. Ad quod facit qđ voluit Bar. in d. tract. de duob. fratri. vbi querit.
14 †Pone quod erant duo fratres rustici, qui habebant terras ad laborandum, et vnus illorũ habebat duos filios laborãtes: alius vero nullos: decidit Bart. quod fructus ex cultura percepti debent tempore diuisionis diuidi in capita, non in stirpes: et sic ille qui habebat duos filios habebit tres partes, et alius vnam. Nec debet nocere quod illi duo filij essent in patris potestate: qꝛ per hoc non debent filij fraudari fructibus laborum suorum. l. cum oportet. in prin. C. de bo. que lib. Ad hoc etiam facit qđ no. Bar. in d. trac. de duo. fra. vbi refert se dixisse in. l. si societatem mecũ. ff. pro so. quod si sint duo fratres rustici, et vnus habet filios qui quotidie laborant in agro quem communiter colunt, et alter nõ habeat filios, quod ille qui habet filios, qꝛ plus de opera ponit, debet etiam in diuisione plus percipere de lucro: et illud plus intelligitur arbitrio boni viri iuxta verisimilem operarum qualitatem. Uerum est tamen quod in casu nostro debet etiã attendi, quod predia paterna et auitina erãt communia: et sic quoad partem fructuum, que debet predijs attribui, debet fieri equalis diuisio. Sed quoad eã que attribuitur personis debet fieri vt predixi, prout hec videri possunt per. d. Jas. qui bene loquitur in. d. l. fi. C. de colla. Puto autem quod isto casu etiam deberet haberi respectus ad familiã eiusdem Ludouici, que fuit maior et amplior: et sic fecisse maiorem expẽsam presumitur: nisi forte omnes laborassent, pro quo remisisse sufficiat ad ea que scribit do. Jas. may. in d. l. fi. vers. iuxta ista etc. qui loquitur in duob⁹ fratribus nobilibus, quorũ vnus habebat magnam familiam, scilicet vxorem, filios, nutrices, et similes personas: et gerebat totam curam rei domestice et familiaris: alius vero frater, qui non habebat vxorem nec filios: nullã curam habebat de rebus familiaribus. Et dicit ibi Pau. de ca. quod minor natu a maiore fratre illam impensam vxoris, filiorum, et familie petere non poterat. Ubi etiam refert se ita alias dixisse, et fuisse approbatum per bonos et probos viros do. vero Jas. vbi supra refert Bal. in. l. si paterno. ad fi. C. de neg. gest. qui determinat quod si ex talibus filijs percipiebat in domo aliqua opera, pater nihil tenetur soluere: alias sic: puta si filij erant parui. Et illam decisionem Bald. sequitur Ang. aret. in. §. actionum. in materia actionis neg. gest. insti. de actio. Pau. vero de cast. etiam illam questionem mouet in. d. l. si paterno. et ibi concludit in effectu prout in. d. l. fi. C. de colla. Sed Pau. de cast. non videtur loqui in casu de quo queritur, quando scilicet pater solũ petebat et erat habiturus partem suam in lucris et fructibus: nos vero loquimur in casu in quo petit etiã ab eis rationem de et pro operis prestitis per dictos eius filios: et sic in casu in quo magis onerarentur dicti Joannetus et Bertrandus si non haberetur respectus ad predictas expensas: que tamen omnia sunt remittenda bonis viris et eorum arbitrio. Et ita mihi videtur etc.

¶Argumentum.

¶Filie que sub conditione fuit a patre instituta, et postea etiam cum iuramento eius bonis renuntiauit, nec conditio, nec renuntiatio noceat quoad eius legitimam. U. F.

1 ¶Filius vel filia in patris potestate existens non potest heres per eum institui sub conditione casuali aut mixta.
2 Neptis aut filia potest ab auo materno, vel matris, aut linee materne testamento heres institui: et earum preteritio habetur pro exheredatione.
3 Testamentum in quo filia heres instituitur sub cõditione, si nupta fuerit, an sit validum.
4 Error notarij non debet nocere parti: nec actum vitiare.
5 Testatore dicente se velle filias suas contentas esse de donatis vel relictis, an ex hoc impediri possint a petitione supplementi legitime.
6 Quittantia de bonis paternis vel maternis per filiam facta an illam excludat a petitione legitime.
7 In contractu deficiente ratione consensus tantum importat iuramentum, quantum simplex contractus.
Juramentum nõ auget obligationem, sed ei infra suos limites manenti addit vinculum religionis.
8 Quittantia et renuntiatio generalis facte sine iuramento an videantur extendende ad legitimam, seu supplementum illius.
9 Juramenti vis et extensio qualiter consideretur.

¶De suis et legi. lib. Consi. lxiij.


Ex themate mihi tradite consultationis parte nobilis et egregie mulieris do. Francesie surraque, vxoris et persone coniuncte nobilis et egregij viri do. Nicolai cornuti iurium professoris, et suarum sororũ, eliciuntur multa dubia, et quidem non contẽnenda: et maxime primum. Quibus respõdeo breuiter et succincte quatenus res patitur prout infra: et primo ad primũ in quo queritur, an testamentum nobilis quõdam viri Berengarij surraqui, dictarũ videlicet Francesie et sororum quõdam patris, ideo fuerit et sit nullum: qꝛ quadringẽti floreni, quos idem testator reliquit nobili ferrerie eius filie, non fuerunt sibi pure relicti: sed sub cõditione, scꝫ casu quo maritaret, et pro sua dote. Quo fit vt quamuis illi relicti extitissent eidẽ ferrerie iure institutionis, non vi-
1 deatur testamentũ valuisse: pro eo †qꝛ filius vel filia in patris potestate existẽs non potest per eum heres institui sub conditione casuali aut mixta. l. suus quoqꝫ. in princ. ff. de here. insti. et l. si pater. cum suis si. C. de instit. et substi. Et quamuis contra hoc, et pro defensione testamenti videretur esse bonus casus. in. l. si quis heredem. ver. vel ita filiam suam instituerit heredẽ si nupta fuerit. C. de insti. et substi. tamen illa lex non obstat, fm doc. et quidẽ non fm opin. Cyn. qui illam legem intellexit in filia emancipata: que quemadmodum et filius emancipatus potest ex quacunqꝫ conditione etiã casuali vel mixta heres institui, quamuis non exheredetur in defectum cõditionis. vt not. Bar. et doct. cõiter in. d. l. si pater. Non etiam obstat illa. l. fm Fulgo. et Pau. de cast. qui supponunt qđ filia ibi fuerit sub conditione predicta heres instituta: et in defectũ conditionis hmõi exheredata. Non etiam fm. d.
2 Jasonem, qui illi. l. multipliciter respondet. †Primo quidẽ qđ illa. l. non loquitur in testamento patris: sed intelligitur in testamento aui materni, vel matris, aut linee materne: qꝛ tales persone possunt instituere neptem aut filiam sub quacunqꝫ cõditione casuali vel mixta: cũ earũ preteritio habeatur pro exheredatione. l. j. ij. et iij. C. de instit. et substi. Secundo vero respondet qđ illa. l. si quis heredem, ponit duos casus: vt ibi per eum. Quarto vero et plenius respondet, quod quãdo filius in potestate est institutus sub conditione casuali vel mixta, et non est in defectum conditionis exheredatus, testamentum est nullum. d. l. si pater. Et hoc est verum nisi filius sic institutus agnouerit iudiciũ patris, et illã conditionem mixtam impleuerit: qꝛ tunc valet testamentum etiam de iure ciuili, ex quo est approbatum per filium mediante implemento conditionis, vt etiam sentit glo. fi. in. d. l. si pater: qđ forte non procederet in casu, si verũ esset quod testamentum fuisset nullum: qꝛ cum per hoc fuisset aperta via etiam sororibus, aut earum alteri, non videtur potuisse in preiudiciũ illarum approbare testamentum. l. si post mortem. §. fi. C. de bo. poss. contra tab. et qđ per illum tex. no. doc. in. l. filio preterito. ff.

de iniusto rup. ⁊ irri. testa. Videtur igitur qd dictum testamen-
tum fuerit nullū: pro eo qꝛ dicta ferreria videtur fuisse preterita
eo casu quo nō nuberet: in quem propterea debebat exheredari
3 ad validitatem predicti testamēti. †Et quāuis Paul. de cast. in
d. l. si pater, senserit qd testamentū, in quo filia heres instituitur
sub conditione si nupta fuerit, sit validū etiā si non exheredetur
in defectum cōditionis, per. d. l. si quis heredem, dicens qd hoc
est speciale in. d. cōditione si nupserit: qꝛ sub illa potest heres in-
stitui etiam si nō exheredetur in defectū illius, pro eo qꝛ illa con
ditio est filie fauorabilis, ⁊ nō continet grauamē: Alex. tamen de
imo. bene respōdet dicto Pau. ⁊ illud impugnat. Stat igitur in
hoc difficultas istius primi quesiti, an. d. l. si pater. ⁊ similes sint
hodie correcte. per. l. quoniā in prioribꝰ. C. de inoffi. testa. in qua
probatur qd si filius heres instituatur sub cōditione: hmōi con-
ditio reijcitur, ⁊ habet perinde ac si apposita non extitisset vsqꝫ
ad legitimā, quā habere debet filius vel filia integrā, ⁊ sine quo-
cunqꝫ onere etiā conditionis mixte aut casualis. d. l. quoniam in
prioribus, l. omnimodo. ⁊ l. quē nuper. C. de inoff. test. super qua
difficultate sunt opiniones. Quidā enim voluerunt quod licet
olim testamentū patris vitiaretur, pro eo qꝛ filius in ipsius po-
testate existēs fuerat institutus sub cōditione casuali vel mixta,
⁊ nō fuerat exheredatus in defectū conditionis hmōi. d. l. si pa-
ter tamen hodie cōditio casualis vel mixta, apposita in institu-
tione filij testamentū patris nō vitiat: quinimo reijcitur quoad
legitimam filij. d. l. quoniam in prioribus. ⁊ consequenter hodie
valet tale testamentuz: ⁊ sic hodie correcta est. d. l. si pater, ⁊ simi-
les. Et hoc voluit gl. in. d. l. si pater. vbi dicit Bar. qd hoc aper-
tius voluit gl. in. d. l. suus quoqꝫ. Et quāuis do. Jas. may. in. d. l.
si pater. senserit qd ille gl. hoc non voluerint: tamen certū est qd
omnes antiqui doct. vsqꝫ ad Bar. tenuerunt, quod adhuc hodie
tale testamentū sit nullum: ⁊ sic qd. d. l. si pater. ⁊ similes sint cor-
recte: ⁊ istam opinionē vltra antiquos doct. ⁊ Cy. in. d. l. si pater.
tenuerunt multi, quos plene refert do. Jas. may. in. d. l. si pater.
ver. in vltima parte gl. vbi potest videri. Aliam vero opinionē,
quod testamentū non sit nullum, sed valeat: ⁊ qd conditio casua-
lis ⁊ mixta reijciatur vsqꝫ ad legitimā, tenuit Bar. quam etiam
multi fuerunt secuti, vt refert do. Jas. in. d. l. si pater. versi. con-
trariam opinionē qd imo iste leges sint hodie correcte: vt etiam
ibi potest videri: ⁊ quam opinionem scribit do. Jas. ⁊ pro ea alle
gatur optimus text. per quē videtur inconuincibiliter probari
hec opinio, in. l. scimus. §. cum antē. C. de inoff. testa. ⁊ quāuis te-
nentes opinionē contrariam conati extiterint illi. §. respōdere,
⁊ quidem varie ⁊ multipliciter: illorum tamen responsiones im-
pugnātur: ita vt videatur hec secūda opinio esse de iure verior.
Propter quod existimo testamentum dicti quondam nobilis
Berengarij non posse ex hoc efficaciter impugnari, quod in eo
fuerint dicte nobili Ferrerie relicti quadringenti floreni sub cō
ditione si matrimonium contraheret: quāuis in defectum cōdi-
tionis hmōi exheredata non extiterit. Etiam existimo qd dictū
testamentū dici nō possit fuisse vel esse nullū, pro eo qꝛ dicti Flo-
reni quadringenti nō iure institutionis, sed iure substitutionis
4 relicti extiterunt. †Tum qꝛ talis error notarij, si error est, non
debet nocere parti, per id qd no. Bal. in. l. si cum ante. C. de don.
ante nup. vbi dicit se cōsuluisse, qd si grossus notarius dixerit in
instrumento testamenti, quod testator reliquit filie decem libras
titulo restitutionis, cum dicere deberet titulo institutionis, non
propterea vitiatur testamentum: sed debent talia verba sane in-
telligi, etiā illa impropriando. Ad quod facit id quod no. in. l. id
quod pauperibus. C. de episc. ⁊ cle. vbi dicit qd si notarius in in-
strumento testamenti alicuius scripserit, quod. d. testator cōsti-
tuit sempronium dilapidatorem bonorum suoruz, cum scribere
debuisset executorem, nō propterea vitiatur cōstitutio executo-
ris. Etiam facit qd no. Bal. in. l. imperator. ff. de sta. homi. quod
si notarius grossus recipiens testamentū alicuius scribat, quod
ille reliquit filie centum libras pro sua falcidia, cuz deberet scri-
bere, pro sua falcidia, hoc non nocet. Eodem modo dicit Bald.
qd si notarius scribat, quod mulier renuntiauit beneficio vale-
riani, cū deberet dicere beneficio velleiani: ista grossicies nota-
rij nō nocet, nec vitiat actum. Istud etiam voluit do. Jas. in. l. si
tibi pecuniā. ff. si cert. pet. Tum enim non nocet qꝛ verbo substi-
tutionis venit etiam institutio, per id qd not. Flor. in. l. si pater.
ff. de vulg. ⁊ pup. quod si pater dicit in suo testamento substituo
filios meos, valet testamētum: qꝛ videtur eos instituere. Ad qd
facit. d. l. si cum. l. proculus. ff. de vsufruct. ⁊ l. pater seuerinam. §.
conditionum verba. ff. de condi. ⁊ demō. Et per hec patet respō-
5 sio ad primum ⁊ secundū quesita. ¶ †Ad tertium dico ⁊ respon
deo, quod licet dictus quondam nobilis Berengarius voluerit
dictas eius filias esse contentas de ⁊ pro eisdem donatis vel re-
lictis: non propterea impediūtur, nec impediri debent quo mi-
nus petāt supplementū legitime. l. omnimodo. l. que nuper. ⁊. d.
l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. qꝛ onus talis clausule
debet de legitima ipso iure reijci: qd etiā voluit Bal. Sal. Pau.
de cast. ⁊ do. Jas. may. in. l. si qñ. §. ⁊ generaliter. C. de inoffi. testa.
Bal. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. omnimodo. in prin. Bal. in. l. hac edi-
ctali. in vers. quam obseruationē ⁊c. C. de secun. nup. Ang. in. l. iu-
bemus. C. ad treb. Jo. de imo. in. l. quod de bonis. §. cū fideicom-
missum. ff. ad. l. falc. Alex. de imo. consi. lix. exordiēte, Super pri
mo dubio ⁊c. in. j. vol. ⁊ in alijs locis per do. Jas. alle. in loco pre-
dicto, Benedic. capra, cons. vj. in. j. ⁊. ij. quesito. Phil. de cor. cōsi.
cxlviij. in prin. in. iiij. volu. ⁊ Franc. de are. consi. xix. Et qꝛ dicto
nobili quondam Berengario surraqui superfuerunt quatuor li
beri primi gradus: horum omniū legitima fuit ⁊ est triens, seu
tertia pars bonorum eiusdem Berengarij: eorum scilicet que su
perfuerunt aut supersunt deducto ere alieno ⁊ funeris impēsa.
auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ transsumptiue. in auth. no-
uissima. C. de inoff. test. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff.
eo. tit. Si igitur supponatur qd bona eiusdem quondā Beren-
garij valuerint tēpore eius mortis, deducto ere alieno ⁊ funeris
impensa, decē ⁊ octo mil. Floreñ. legitima dictorū liberorū ascē-
deret ad valorem sex mille flore. Et legitima cuiuslibet ad valo-
rem mille ⁊ quingentorū floren. Et sic si aliud non obstaret, pos-
set quelibet ex dictis filiabus petere pro supplemento legitime
6 mille ⁊ centum flore. ¶ †Ad quartū dico ⁊ respondeo qꝫ cum in
quittantia de qua ibi nulla mētio facta extiterit de legitima di-
cte. d. Francesie, ipsa nō videtur fuisse ab illius petitione exclu-
sa. l. si quando. §. ⁊ generaliter. ⁊ qd ibi doctor. communiter. C. de
inoff. testa. ⁊ qd per. d. §. no. Gul. de cu. Albe. Bal. ⁊ Ang. in. l. de
his. ff. de trāsac. Et quāuis videretur posse dici ex aduerso, qd
imo. eadem do. Francesia fuerit exclusa a petitione supplemēti
predicte legitime: pro eo qꝛ in dicta quittantia interuenit iura-
mentuz, quod videtur habere vim expressi: vt voluit Bal. in. l. j.
vers. secundo queritur ⁊c. C. cōmo. pro quo allegat. l. cum pater.
§. filius matrē. ff. de lega. ij. ⁊ hoc in terminis voluit Roma. in. l.
ij. §. si quis ita. ff. de verb. obl. ⁊ Geor. nea. in repet. c. quāuis pa-
ctum. in. v. limitatione. vers. aduerte tamen. de pac. in. vj. tamen
contrariū videtur verius, scilicet quod renuntiatio ⁊ quittātia
facta per dictam do. Francesiā non extendatur ad legitimā, seu
supplementū illius: pro eo qꝛ, vt dicit Franc. de aret. in. d. l. j. §. si
quis ita. multū refert vtrum renūtiatio generalis sit inualida,
non qꝛ deficiat consensus, sed qꝛ est indiscreta, iuxta no. in simili
in. l. aquiliana. ff. de transac. an vero dicamus quod renuntiatio
generalis alias valida non videatur intellexisse de hoc iure. Nā
primo casu valet renuntiatio propter reuerentiam sacramenti:
sicut valet obligatio quādo quis iurat in genere ⁊ in confuso qd
ipse obseruabit omnes contractus per se faciēdos, iuxta ea que
no. Bal. ⁊ Bar. in auth. sacramenta pub. C. si aduer. ven. Sed in
secundo casu, quando scz in verbis generalibus renuntians nō
videtur comprehendisse ius quod nunc petit, sicut in filio vel fi-
lia qui petit legitimam: hec renuntiatio non habet locum in isto
iure ex defectu cōsensus: ⁊ tunc succedit regula quā ponit Bar.
in. l. si quis pro eo. versus si. ff. de fideiuss. que probatur in. l. si. C.
7 de non nu. pecu. ⁊ in. l. si. ff. qui satisd. cog. †quod quando cōtra-
ctus deficit ratione consensus tātum importat iuramentū quā-
tum cōtractus simplex, ⁊ non vltra. Et idem voluit And. barb.
consi. lv. exordiente, Preclare scribitur. xvj. ver. preterea facit
quod voluit Ang. ⁊c. Facit ad premissa qꝛ iuramentū nō auget
obligationē: sed ei infra suos limites manenti addit vinculū re-
ligionis. ar. l. titiꝰ. in si. ff. ad treb. ⁊ qd ponit Old. cōsi. cccxxviij.
exordiente, Cum mulier donatrix ⁊c. cuius dictum cōmemorat
8 Bal. in. d. l. si. circa prin. C. de non nu. pecu. †quēadmoduz quit-
tantia ⁊ renuntiatio generalis facte sine iuramento non viden-
tur extendende ad legitimam seu supplementū illius. d. l. si quā-
do. §. ⁊ generaliter, ita nec videntur quittantia ⁊ renūtiatio hu-
iusmodi si iurate extiterint debere extendi ad legitimam, seu il-
lius supplementū. Et hanc partem videtur etiam sequi do. Jas.
may. in. l. sed ⁊ si quis. §. quesitū. ff. si quis cant. ad quē locū remi-
sit in. d. l. si quando. §. ⁊ generaliter. versi. limita predicta ⁊c. ⁊ in
l. j. ff. si quis in ius voc. non ie. ⁊ respōdet do. Jas. in. d. §. quesitū.
ad dictum Bal. in. d. l. j. versi. secundo queritur. C. commo. supe-
rius alleg. ⁊ ad. d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Cui
etiam respondet And. barb. in. d. consi. lv. quorum tamen respō-
siones breuitatis causa non refero. Istam partē etiam sequitur
9 Franc. de cur. cons. lxxv. †vbi deducit multa in quibus iuramē-
tum non habet vim expressi: ⁊ quod iuramentum soluz trahitur
ad id in quo consentitur, ⁊ non vltra: quodqꝫ iuramentum non
trahitur nisi ad eos casus ad quos traheretur renuntiatio non
iurata, per id quod not. Cy. ⁊ Sali. limitantes. d. §. filius matrē.
in. d. l. j. C. commo. vbi etiam Alex. in addit. ad Bal. ⁊ idē Bart.
Bal. ⁊ Ang. in. d. l. sed ⁊ si quis. §. quesituz. ff. si quis cant. ¶ Ad
vltimum, in quo petitur declarari modus agendi in omni casu,
dico

dico τ respondeo quod nobiles Clandeta τ ferreria possunt agere condictione ex lege omnimodo.C.de inoff.testa.τ in vim condictionis huiusmodi petere supplemētum. Quo vero ad dictā do.Franceschiam,quāuis fortasse ipsa etiam possit recta via agere,τ petere predictum supplementum quasi non censeatur illud remisisse,per ea que predixi: forte tñ erit cautius quod ipsa petat secū dispensari de iuramento,τ se habilitari ad detegendum enormē imo enormissimam lesionem:vt sic post obtētam habilitationē possit securius agere,τ petere predictū supplementum.

¶Argumentum.

¶Parochus presbyter prescriptione consequi potest, ne quis alius quam ipse prouidere possit de pane benedicendo. V. F.

1 ¶Parochiani tenentur ex precepto domini ad primitias parochiano presbytero soluendas.

2 Primitie sunt de iure canonico debite, τ an sint taxate, τ in quanto.

¶De episc.τ cler. Consi.lxiiij.



Illud est indubitatuz,

1 †qd parochiani non solū tenētur dare τ soluere decimas eorū priori,rectori,seu curato,aut parochiano presbytero,per iura vulgaria: sʒ etiā tenentur ad primitiā,que est prima fructuū obuentio,siue pars dño offerenda. Illa enim debetur ex precepto dñi:vt habetur Exod.xxij.vbi dicitur.Decimas τ primitias nō tardabis offerre:τ in eodē etiā dicitur.Primitias frugū terre tue deferas in domuʒ dñi dei tui.Et rursus per Ezechiā. Querant pecunias, τ initiū decimarū vestrarū in omnibus sanctificationibus vestris.Alias autoritates ponit Hosti.titu.de deci.§.vtrū prescribi possit.sub.§.vij.versi.magistri vero canonū τc.

2 †Preterea debentur primitie de iure canonico.c.reuertimini.xvij.q.j.τ.q.vij.c.decimas.τ.c.preter hec.dist.xxxij.Et est danda vt dixi primitia hmōi sacerdoti parochiali.c.doctos.c.moramine.xvj.q.j.qd etiā voluit Hosti.in summa.titu.de deci.§.vtrū prescribi.sub.§.decimoseptimo.vbi etiā inquirit an huiuscemodi primitia sit de iure taxata,τ quanta sit:super quo nō insisto,qꝛ nec oportet. Sed solū dico ꝙ illa debetur de iure diuino τ canonico. ¶Preterea etiā dico ꝙ nō videtur esse dubiū quin ecclesia parochialis dicti loci sancti Martini de gordono,seu domini priores qui fuerūt pro tempore propterea potuerint prescribere hoc ius:vt scilicet ipse prior solus venderet panē benedicēdum in dicta ecclia,vel de eo prouideret. ar. eius quod habeť in c.significante.τ quod ibi scribētes. de appel. τ siue dicamus hoc esse preter ius, vel contra ius:potuit tamē consuetudo induci:τ quidē de iure ciuili spatio.x.anno. de iure vero canonico spatio x.annorū,si est preter ius:si vero sit cōtra ius spatio.xl.annorū: pro quibus omnib⁹ remisisse sufficiat ad id qd not.Pañ.in.c.fi.versi.quantū vero tēpus requiratur ad consuetudinē inducendam.de consuet.Istis presuppositis dico τ respondeo ꝙ,si verū est ꝙ.d.venerabilis vir do.Ludouicus modernus prior dicti prioratus sancti Martini de gordono,τ sui predecessores fuerunt in pacifica τ quieta possessione recipiendi anno quolibet a singulis parochianis caput domus facientibus id de quo in casu,τ pro his de quibus etiā ibi:τ ita cōsueuerint dicti parochiani dare τ soluere per tempus in eodē casu mentionatū, existimo qd hec consuetudo vtpote rationabilis sit per ipsos parochianos obseruāda:τ quod ad illius obseruationem officio iudicis, hoc est reuerendissimi do.episcopi diecesani,cogi possint,per id quod habetur in.c.ad apostolicam.τ quod ibi Host.Jo.and.do.Card.floren.Ant.de but.τ Panor.de simonia.Hosti.do.cardi.floren.Ant.de butr.τ.Panor.in ca.abolende.de sepul. τ Hosti.in summa.tit.de simonia.§.qualiter.versi.vel melius aut clerici exigunt a laicis τc.Et ita adhereo opin.egregij viri do.Joā.de turre iuriū licentiati primo scribentis: qui mihi videť scripsisse veritatem.Sunt etiam qui dicunt in.d.c.ad apostolicam,ꝙ non solum offic.iudicis: sed etiam per denūtiationem euangelicam possunt cogi dicti parochiani ad obseruantiam predicte cōsuetudinis:τ quidem Hosti.in.d.ca.ad apostolicam.Super quo vtpote non necessario me vlterius non extendo.

¶Argumentum.

¶Reuocato in codicillis predij legato sic facto,vt certa pecunia redimi posset,nec predium,nec pecunia debentur. V. F.

1 ¶Vltima decedentium voluntas seruanda est, vsqꝫ ad vltimum vite exitum ambulatoria.

2 Instrumento sufficienti testium numero τ alijs de iure requisitis fulto semper est fides adhibenda.

3 Ad validitatem publici instrumenti an requiratur ipsum legi coram testibus in eo descriptis.

4 Dispositio codicillaris an requirat scripturam.

5 Lex si is qui,τ lex ex ea scriptura.ff.de test.qualiter intelligant.

6 Legatum potest sola voluntate reuocari.

¶De codicil. Consi.lxv.



Ertū est quod vltima

1 volūtas † seruāda est.auth.de nup.§.disponat, colla.iiij.τ.l.j.C.de sacros.eccle. quodqꝫ defuncti voluntas est ambulatoria vsqꝫ ad vltimum vite exitum.l.si mihi τ tibi.§.in legatis.ff.de lega.j.τ l.iij.ff.de adi.leg. Quo fit vt quāuis nobilis τ honorabilis quōdam vir Antonius de salutijs in suo vltimo testamēto pro fundatione τ dotatione vni⁹ capellanie legauerit τ reliquerit quādam sibi debitā per vniuersitatem loci murmurionis annuam τ perpetuam pensionē quatuor somatarū annone,τ quoddam suū pratum situm in territorio malaucene loco dicto ad lausam,suis confrōtationibus confrontatū, cum facultate pratum hmōi re-

2 dimēdi pretio quinquaginta flo.†potuerit nihilominus idē testator huiuscemodi legatū seu legata reuocare: qd τ fecit in codicillis per eum paulopost testm̄ predictuʒ confectis τ ordinatis: τ de quibus apparet per publicū instrumentum receptū per honorabilem virū magistrum Mattheū gandiberti notariuʒ publicum loci predicti malaucene, sufficienti testiū numero τ alijs de iure requisitis fultū τ roboratum:cui propterea in dubio,seu alio non apparente est fides adhibenda.l.cum precibus.τ qd ibi glo.C.de proba.c.ad audientiā.de prescr.c.illud.de presumpt.c. dudum.de conuer.coniug.τ.c.cum Joannes heremita.cuʒ suis si.de fide instr.Forte vero opponetur qd imo non probet instrumentum predicti codicilli:qꝛ vt pretenditur illud non fuit reci-

3 tatū seu lectum coram testibus in eo descriptis.†Sed istud non obstat:quoniā respondeo,qd ad validitatem publici instrumēti non requiritur,qd contractus vel dispositio de qua in eo recitetur per notariuʒ corā istis testibus:sed sufficit qd dispositiones ipse fiant,aut contrahentes contrahant sub presentia τ audientia testium:τ qd disponens ipse vel contrahentes rogent notarium de conficiendo instrumentū,τ aliquando testes, vtpote in testamentis,per id quod no.Bar.in.l.sciendum.vers.sed quid si dixit rogatus scripsi.ff.de verb.obl.τ ꝙ not.Panor.in.c.j.vers. vndecimo requiritur τc.de fi.instru.vbi tamen hoc dictum intelligit τ restringit, vt non procedat in contractibus qui fiunt in scriptis,id est in illis in quibus scriptura est de substantia ex cōtrahentiū cōuentione:quo casu loquitur.l.contractus.C.de fide instru.allegata per Joan.and.in addi.Spec.tit.de instr.edi.§. ostenso.vers.illud quoqꝫ.Cum igitur codicillaris dispositio, de qua in dicto instrumento,facta extiterit sub presentia sex testiū ac notarij rogatorum τ audientiuʒ dispositionem huiusmodi,τ signanter reuocationem predicti legati, non videtur esse dubiū quin dictū instrumentū probet huiuscemodi codicillarē dispo-

4 sitionē. †Preterea de illa deposuerunt notarius τ sex testes solenniter τ prout oportuit examinati: quos nō est dubiū potuisse τ posse probare dispositionem codicillarē:qꝛ illa pro sui essentia seu etiam substantia non requirit scripturā.l.si.§.si.cum suis si.C.de codicil.Non etiā requirit quod testes sint rogati.d.§.si.qui tamen in casu de quo queritur,vt ipsi deponunt,rogati fuerūt. Dicta igitur oppositio nō obstat. Et si quispiam fortasse dicat, quod supposito qd instrumentuʒ predictū, vel etiam testes prementionati probarent dictam codicillarē dispositionē,τ signanter reuocationem legati dicte annue τ perpetue pensionis quatuor somatarū annone,τ prati,seu quinquaginta florenoruʒ:huiuscemodi tamen dispositio non videretur nocere capellanie superius mentionate,vel dominis capellanis loci predicti malaucene,nec suffragari nobili Joāni de podio dicti actoris vniuersali heredi: τ hoc pro eo qꝛ dicta codicillaris dispositio videtur fuisse τ esse imperfecta ratione omisse recitationis seu publicationis:τ sic non valuisse,per id quod habetur in.l.si is qui.l.ex ea scriptura.in prin.ff.de testa.l.fideicōmissa.§.quoties.τ quod ibi doct.ff.de leg.iij.τ qd voluit Jo.and.in addi.Spec.tit.de instr.edi.§.compendiose.in addit.exordiente,si primum testamentuʒ testator incidit. versi. quidam solenniter testatus τc.τ ante eum Oldr.consi.cxix.exordiēte,Titius condidit testamentū in scriptis in quo quedā legata τc.Quoniā respondeo qd hec non ob-

5 stant.†Et primo quidē non.d.l.si is qui:qꝛ illa loquitur in dispositione imperfecta rōne volūtatis. Instituerat enim τ nominauerat testator primos heredes,τ priusquā secūdos, quos nomi-

nare & instituere seu substituere volebat, nominaret obmutuit: & sic non potuit perficere voluntatem. Non etiam obst. l. ex ea scriptura. in princi. & l. fideicommissa. §. quoties. superius allegata: quia ille leges loquuntur in eo qui dictauit vel scribi fecit eius testamentariā dispositionē in testium absentia, intendens postea illā facere recitari corā testibus: & sic loquūtur non in eo qui est testatus, vel qui disposuit, sꝫ in eo q̄ se preparauit ad testandū. Et in isto casu etiā loquūtur Jo. and. & Old. in locis superius allegatis: nos autem loquimur nō in casu in quo dictus quondā nobilis Antonius testator se preparauerat ad codicillandū, & codicillando reuocandū dictum legatū: sed in quo adhibitis, rogatis, & presentibus sex testibus & vltra, & publico notario cassauit & reuocauit dictū legatum: & in quo habuit hmōi dispositionē codicillarē pro cōpleta, que propterea nō potest dici imperfecta rōne volūtatis: sed nec etiā rōne omisse recitationis seu publicationis corā testibus fiēde, postquā apparet dictā reuocationē palā factā extitisse, & audientibus predictis testibus ad hoc vocatis, rogatis, & adhibitis, quāuis hoc nō esset necessariū: cum etiā fortuiti testes sufficiāt in codicillis. Non igitur obstāt superius in contrariū allegata: qꝛ in illis vt iā dixi volēs disponere non fuerat testatus, nec actū habebat pro cōpleto, sed
6 se potius parauerat ad testandū. † Addo predictis qd̄ vbi non essemus in casu, in quo dictus testator non cōdidisset codicillū, sed se potius parasset ad illū faciendū, & ad reuocandū dictū legatum, hoc forte suffecisset ad effectualē reuocationē dicti legati: qꝛ per hoc apparuisset & appareret de volūtate eiusdem testatoris, & ad multa sufficeret. l. in testamento. ff. de fideic. libe. & l. fi. ff. de re. co. & que volūtas sufficit ad reuocationē legati. l. si quis ita. §. non solū antē legata. ff. de adi. lega. & l. si iure. ff. de leg. iij. & hinc etiā habetur qd̄ propter graues inimicitias superueniētes post legatum vel fideicōmissum cēsetur testator legatū aut fideicommissum reuocasse. d. §. non soluz. & qd̄ ibi glo. & doct. & q̄ not. do. Jas. may. in. l. hereditas. C. de his qui. vt indig. ¶ Ad id vero de quo fortasse opponeꝛ ex aduerso, sꝫ q̄ dictus testator nō reuocauerit legatū factuz capellanie, sꝫ capellanis, respōdeo qd̄ istud nō obstat. Quoniā licet idē testator dictas annuā & perpetuam pensionē & pratū seu quinquaginta florenos legauerit & reliquerit pro fundatione seu dotatione dicte capellanie: nō tamē voluit & ordinauit qd̄ illi deseruiretur per vnū presbyterum in rectorē illius deputandū, sꝫ per presbyteros dicti loci malaucene: & qd̄ singulis septimanis, diebus scꝫ lune & iouis, dicerentur due misse per ordinē, quemadmodum dicitur & celebratur missa aurore fundata in ecclesia malaucene: & ita videbatur quodammodo legasse sacerdotib⁹: & q̄ nō mirū si dicit se reuocare legatū factū sacerdotib⁹ seu capellanis dicti loci malaucene. Fuit enim facile in hoc errare. Sed cū manifeste appareat de reuocatione dicti legati, & nō cōstet qd̄ alteri reliquerit satis apparet qd̄ nec capellanis nec presbyteris voluerit prestari legatū dicte annue pēsionis quatuor somatarū. Et idem etiā dicitur quoad reuocationē legati quinquaginta flor. impositorū super dicto prato, sꝫ qd̄ ipse aliquantulū errauerit, & huic errori causam prebuit, qꝛ licet in testamēto legauerit pratū: tamen voluit illud posse redimi soluēdo quinquaginta floreñ. & qd̄ donec illos soluisset perciperētur per legatarios fructus illorū. Cogitans igitur dictus testator qd̄ illis mediātib⁹ poterat pratū redimi: reuocauit legatum factū de dictis quinquaginta florenis, & hoc videtur sufficere. Preterea dictus nobilis de podio, vbi facta non extitisset predicta reuocatio, nō poterat precise cogi ad prestandū dictuz pratū, cū illud posset redimere mediātibus quinquaginta flore. Cum igitur facultas hmōi nō fuerit sibi ablata per codicillum: insuper & cum legatum quinquaginta flore. fuerit reuocatū, non videtur ipse posse cogi ad precisam prestationē dicti prati. ar. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. & l. qd̄ fauore. C. de legi. non etiam ad prestationem dictorum quinquaginta floreñ. surrogatorum in locum prati: qꝛ legatum de illis factum fuit reuocatum: & qd̄ vt predixi reuocari potuit: qꝛ vltima voluntas est ambulatoria vsq; ad vltimum vite exitum. Que dixerim &c.

¶ Argumentum.

¶ Pactum iuramento vallatum de re aliqua non prescribēda valet, & prescriptionem impedit. V. F.

1 ¶ Vsucapio & prescriptionis cursus pōt per pactū impediri.
2 Vsucapio & prescriptio propter bonum publicuz principaliter introducta dicitur. & nu. 8.
3 Prescriptio. xxx. an. que currit odio negligentis: nō fauore prescribentis: an per pactum impediatur.
4 Pactum de nunquam prescribendo, aut de certo tempore non prescribendo, an sit validum.
5 Renūtians prescriptioni cū iuramento nō potest illā incohare.
6 Appellatione heredis in quacunq; dispositione veniūt omnes heredes, etiam heredes heredis.
7 Heres tenetur ad exonerationem anime defuncti.
9 Pactum de non prescribendo factum cum venditore an possit emptori prodesse.
10 Mala fides autoris an & quibus casibus noceat successori singulari.

¶ De pact. Consi. lxvi.



Visa copia instrumenti cōpositiōis dudū, sꝫ anno incarnatiōis dñice millesimo. cccxx. & die. xiiij. mēsis augusti, celebrate & inite per & inter nobilem & potentē quondā virū Raymūdū de anduzia dūm Baronie floriaci ex vna pte & venerabile capitulū ecclesie mimatensis ex alia, vna cū casu mihi exhibito, & dubio ex casu hmōi elicito: in quo effectualiter queriꝛ, an dictus quōdā nobilis Raymundus & sui successores in dicta Baronia prescribere potuerint cōtra dictū capitulū mimatense, & contra formā pacti & conuentionis de qbus in dicta cōpositione. Pre-
1 mitto qd̄ sup hoc sunt opiniones. † Quidā enī voluerunt qd̄ per pactū cōtrahētiū possit renūtiari vsucapioni & prescriptioni: & hec fuit opinio Dy. in. l. nemo potest. ff. de leg. j. cū quo trāseunt ibi Bal. & Jo. de imo. Bal. i. l. j. ff. de sen. que pro eo qd̄ interest: & idem post Rofre. voluit Jo. an. in addi. Specu. tit. de prescrip. in rub. ver. Rofre. sua. q. ix. tractat an &c. illam etiā sequitur Jo. de imo. in. c. cū nō liceat ver. nūquid aūt ex pacto possit impediri &c. & alij in alijs locis. Bar. vero in. d. l. nemo, tenuit cōtrariū: sꝫ qd̄ per pactum & in vim pacti non possit impediri cursus p-
2 scriptionis: & monetur pro eo: qꝛ vsucapio & prescriptio est introducta ppter bonum publicū principaliter. l. j. in fi. ff. de vsucap. ergo per pactū remitti nō pōt. l. ius publicū. ff. de pac. Idē vero Bart. aliter loquiꝛ in. d. l. j. ff. de vsuca. Ibi enī dicit q̄ vsucapio & pscriptio. x. aut. xx. an. pacto tolliꝛ, non directo, & sic in vim pacti: sed qꝛ inducit malā fidē, & sic facit cessare ea q̄ sunt de substā-
3 tia pscriptionis: & hoc dicit tenere Dy. in. d. l. nemo: † sꝫ pscriptio xxx. an. q̄ currit odio negligētis, nō fauore pscribētis. l. j. in fi. C. de edic. diui adria. tol. & qd̄ no. Dy. in. c. possessor malefidei, de regu. iu. in. vj. non tolliꝛ pacto, nec illi pōt per pactū renuntiari. l. tamen si, & qd̄ ibi gl. ff. ad macedo. Facit qd̄ no. gl. in. l. properandum. §. sed & si quidem. C. de iudicijs: & hanc distinctionem Bar. sequitur Ang. in. d. l. nemo, vbi etiā respōdet ad. d. l. j. ff. de vsucapio. que est fundamentum Bar. in. d. l. nemo. Bal. autez in. l. ij. C.
4 de edi. ac. tenuit † qd̄ si fiat pactum qd̄ nunquam prescribatur illud nō valet: sed si fiat qd̄ non pscribaꝛ nisi per cētū an. tūc hū valet pactum: qui tamen pro hac sua distinctione nihil allegat: sed putat Alexand. de imo. in. d. l. nemo, ver. & inducitur iste tex. ad questionem &c. qd̄ Bal. allegare voluerit no. per. gl. in aut. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & facit. l. in hoc. §. si conuenerit. ff. cōi diui. Sed Ang. in aut. vt de cetero, coll. a. v. tenuit, q̄ si fiat pactū qd̄ nūq̄ prescribaꝛ, qd̄ illud nō valeat, sꝫ qd̄ nō prescribaꝛ nisi spacio. xl. an. bene valet, secundū eū per illū tex. §. fi. iuncta gl.
5 pe. Patet igitur qd̄ super hoc varij varia scripserunt. ¶ † Secundo premitto qd̄, qꝛ dictus nobilis raymūdus dictam compositionem fecit cum dicto capitulo, & renuntiauit prescriptiōi &c. & cū iuramento, ipse nō potuit pscribere, seu etiā prescriptionem inchoare: cōtra cōuenta, per id qd̄ habetur in. c. fi. & qd̄ ibi doct. magis cōiter, de prescrip. & d. c. possessor, & qd̄ no. Roma. Joā. de imo. & Moder. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. Et idem videtur de herede suo, sꝫ quod nec ille pscribere potuerit, nec ex persona sui ipsius inchoare prescriptionē, vtpote cui obstabat & obstetit mala fides dicti nobilis raymundi transigentis, per id qd̄ contra Dy. in. d. c. possessor. voluerunt Ant. de bu. & Panor. in. d. c. fi. de prescript. Panor. in. c. nihil. eo. tit. & idem voluerunt multi doctores, quos commemorat do. Fel. in. c. si diligenti. ver. contra opinionem famosam Dy. de prescrip. Et quanuis etiā aliqui fuerint qui tenuerint opinionē contrariā, scilicet qd̄ imo saltē de canonica equitate possit heres inchoare prescriptionē ex persona sui ipsius: quos idem do. Fel. commemorat: ipse tamē subiungit, quod pauci sunt qui recedant a prima opinione, quia illa est communior. & ideo seruanda in consulendo & iudicādo. l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. & c. nouim⁹. & quod ibi Ant. de but. de verb. sign. & q̄ not. Hosti. & Jo. and. in nouella. & alij communiter. in. c. j. de consti. quanuis Ang. in. l. si ego. §. partus. ff. de publicia. videatur sequi opinionem Dyn. ipse tamen dicit quod illa canonica equitas per Dyn. allegata procedat in terris ecclesie, nō in terris imperij: & sic nec alterius principis. Et idem voluit Franc. de aret. in. l. pōponius. §. cum quis

quis.ff.de acquir.poss. Et sic etiã supposito qd dictum pactum non valuerit: nec dictus quondã nobilis Raymundus, nec eius heres potuerunt prescribere: et videtur hoc intelligendũ non so
6 lum de primo et immediato herede, sed etiã de alijs. Nam †regulariter in quacunq dispositione appellatione heredis veniũt omnes heredes: et sic venit heres heredis. l.heredis appellatio.et l.sciendũ.ff.de verb.obl.et l.fi.cum suis si.C.de here.instit.et facit
7 pro hoc dicto: †qr ratio qua monetur doct. ad dicendũ, quod heres male fidei nõ prescribit, insurgit ex hoc qr heres tenet exonerare animã defuncti.c.fi.de sepul.que ratio videtur habere locum non solũ in primo herede, sed etiã in alijs: ergo etc.l.illud.cũ suis si.ff.ad.l.aquil. sed premissa videntur intelligenda quando dictus quondã nobilis Raymundus contrauenisset dicte cõpositioni: et sic fuisset in mala fide in non obseruando a se conuẽta et cũ iuramento promissa: tunc enim quemadmodũ nec ipse poterat pscribere, aut prescriptionẽ incohoare: ita nec eius heres, seu heredes qui tenebantur eius animã exonerare. Sed vbi supponeretur eundẽ Raymundũ compositionẽ obseruasse: sed postea aliquẽ ex eius successoribus dicte cõpositionis nesciuz seu ignarum cõtrauenisse: et post eũ alios, hic non esset tractandũ de exoneratione sue anime, que ex hoc nõ videt onerata. Sed superest questio, an saltẽ isti debuerint impediri quo minus prescriberẽt in vim pacti superius mentionati: et hoc est querere, an dictũ pactum valuerit. Ad quod respondeo qd Bart. vt iam dixi, sensit qd non: et idẽ senserũt Bal. et Ang. in locis superius allega. quatenus volunt qd pactũ factuz qd nunquã prescribatur, prout in casu, nõ valet: et in hoc sequũtur opinionẽ Bar. Sed idẽ Bal. in d.l.nemo. dicit qd doct. simpliciter adherent opin. Dy. vt pactũ per qd renũtiatur prescriptioni nõ excuset exceptionẽ prescriptionis ipso iure: sed ope replicationis.ar.d.l.nemo.cuz gl.sua. et ita sentit Bal. in effectu quod pactuz valeat: qd etiã ibi voluit Jo.de imo.vers.extra, gl.adde dictis Bar. et idem voluit Anto. de but.in.c.cum non liceat.versi.nunquid autem ex pacto possit impediri.de prescrip. et est de mente Roma.in.d.l.j.versi. Item nec ʒm membrũ etc.ff.de vsuca.quorũ motiua non refero, cũ possint ibi videri. Et quamuis Alex.de imo.in.d.l.nemo.post relatas opiniones multorũ scribentium dixerit qd opinio Bart. in d.l.nemo. et sequacium videtur sustentabilis per suas rationes:
8 †ipse tamen putat qd, cũ prescriptio fuerit principaliter introducta fauore priuatorũ, et secũdario fauore reipublice: vt etiam dixit et voluit Ang. et Joan.de imo.in.d.l.nemo. et Ant.de but.in allegato.c.cũ non liceat, saltem cum iuramento possit renũtiari prescriptioni, per.c.cum contingat.cum simi.de iureiur. et similiter cum iuri introducto in odium alterius possit cũ iuramento renuntiari.c.significante.de pign. et declarat Bar.in.l.si quis pro eo.in.iij. et.iiij.membro principali.ff.de fideiussorib. Et dicit Alex.de imo.vbi supra, hoc dictũ suum esse ponderandũ, qr non reperit ab alio dictuz. Et hãc limitationem cõmemorat et sequitur do. Fel.extra.de prescr.in rub.versi.fallit quarto vbi renuntiatur prescriptioni cum iuramento. Cum igitur compositio de qua supra, ac pactuz et alia de quibus in ea iurata extiterint: existimo sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis quod dicta renuntiatio valuerit: et quod nec dictus do. Raymũdus nec heredes sui potuerint cum effectu prescribere. Si tamen Baronia predicta, vel iura dicti quondam nobilis Raymundi et suorum heredum postea ad eos peruenerint non titulo vniuersali, sed particulari, vtpote venditionis, vel alio, illi fortasse potuissent pacto nõ obstante prescribere, vt voluit Bart.in.d.l.nemo. vers. et ideo si res transiret in alium etc. Et quamuis Joan.and.in addi.Spec.tit.de prescrip.super rub.vers. Rofre.sua questione noua: ibi, idem si non agatur contra paciscentem sed contra habentem causam ab illo, videatur aliter sentire post Rofre.in.d.
9 l.ix.q.pro eo. †qr pactum factum cum venditore nocet emptori.l. venditor.ff.cõ.predio.et.l.emptori.ff.de euic.tamẽ Fran.de are. in.d.l.nemo.bene defendit dictum Bart. dicens quod iura allegata loquuntur in iure reali, quod cõcomitatur rem: sed pactuz de quo supra obligat personã: vt etiam dicit Jo.and. et ideo non transit contra singularẽ successorem.l.fi.§.titius.ff.de contrah.
10 emptio. et.l.j.§.si heres.ff.ad trebel. †Preterea regulariter mala fides autoris non nocet successori singulari, nisi in casibus notatis.in auth.male fidei.C.de prescrip.lon.temp. et in.l.põponius. §.j.ff.de acquir.poss. et concludit idem doctor quod in casibus in quibus mala fides autoris noceret successori procederet dictum Joan And. et Rofre. in alijs vero procederet dictum Bartoli. Que omnia dixerim etc.

¶ Argumentum.

¶ Cum per mortem finita sit societas, si inter heredes mortui et eius socios ea reuiuiscat, non trahit ad se hereditatem, legata, vel donationes. V. F.

1 ☞ In societate omnium bonorum omnes res, que coeuntium sunt, continuo communicantur.
2 Morte alterius ex socijs an finiatur societas etiam ceterorum.
3 Societas an et qualiter tacite inducatur.

¶ Pro socio. Consi.lxvij.



Clarissime iurium doctor, ac domine et amice honorãdissime, post debitas commendationes, Vidi tria instrumenta parte, pvidi viri Hugueti magnani, alias chaberti, et honeste mulieris Catharine ei9 vxoris prolatorem presentiũ mihi exhibita. Unum scʒ matrimonij dudum contracti per et inter ipsos Huguetum et Catharinã: aliud facte communionis seu contracte societatis de omnibus bonis mobilibus et immobilibus et alijs per et inter Henricũ gotailhe dicte Catharine fratrẽ et Gulielmetã coniuges ex vna parte, et dictos Huguetũ et Catharinã ex alia: et aliud testamẽti pvidi quondã viri Joannis gotailhe dictorum Henrici et Catharine quondã patris, vna cũ articulis exordientibus, Ut vobis egregio etc. parte dictorũ Hugueti et Catharine productis, in causa quã dicti Huguetus et Catharina mouerũt et prosequuntur cõtra heredes dicti Henrici. Quibus prout se temporis opportu
1 nitas obtulit ponderatis et attentis †respondeo, non esse dubiũ quin inter dictos hincinde cõiuges principaliter nominatos in instrumento dicte societatis fuerit contracta societas omniũ bonorũ, attentis et ponderatis verbis de quibus in instrumento hmõi: et q̃ opportune adaptãtur societati omniũ seu vniuersorũ bonorũ.l.ea vero.§.cũ specialiter.l.cũ duob9.§.idẽ papinianus si inter fratres.et.§.sociũ vniuersa.et.l.societatẽ vniuersorũ.ff.pro so.vbi sunt boni tex. Propter qd etiã existimo nõ esse dubitãdũ quin in dicta cõione seu societate venisset et venire debuissent hereditas et bona dicti quondã Joannis gotailhe, si hic Joannes ab humanis decessisset superstitibus dictis quatuor socijs: hoc est Henrico, Gulielmeta, Hugueto, et Catharina.d.l.societatẽ: vbi de hoc est bonus text. Sed qr vt cõcipere potui nõ plane ex dictis articulis, sed ex casu descripto in schedula exordiẽte, Dudum Hẽricus gotailhe et prefata Gulielmeta vita functa est et ab humanis decessit superstite dicto Joãne eius socero, de cui9 bonis agit, dicta societas morte eiusdẽ Gulielmete finita est.l. verũ.§.fi.l.actione.§.morte.ff.pro so.et.§.soluitur.cuz multis si.
2 insti.eo.tit. Per que iura probatur qd morte alterius ex socijs finitur societas non solũ quoad eum vel eos, qui supersunt, et defunctum, cuius heres nõ succedit in societate.l.furti.§.pen.ff.de his qui no.infa.et.l.nemo põt.cũ suis si.ff.pro soc.sed etiã quoad eos qui supersunt.d.§.soluitur.vers.sed et si consensu plurium: et hoc nisi socij ipsi cõuenerint qd etiã moriente vno ex eis maneat societas inter superstites.d.versic.sed et si: ibi, nisi in coeunda etc. Cum igitur per mortẽ dicte Gulielmete esset finita predicta societas tẽpore mortis Joãnis, non videtur qd hereditas et bona Joannis, que per mortẽ illius peruenerũt ad dictũ Henricum, veniant in societate: nisi societas fuisset per nouũ cõsensum contracta inter superstites: et q̃ esset societas omniũ seu vniuersorũ bonorũ, prout erat prima. Hoc eñ fieri potuit expresse: sed tunc
3 esset forma vidẽda. †Potuit etiam tacite per actus sociales ad eam contrahendã aptos, ʒm Bal. et sequaces in.l.si patruus.C. com.vtri.iudi.quãuis Bar. cõtrariũ senserit in.l.titiũ et meuiũ. §.altero.ff.de adm.tut. Essent igitur isti actus contẽplandi et videndi: et deinde considerandũ, an ex his cẽseri possit qd societas omnium bonorũ fuerit inter eos cõtracta: qr in alia societate nõ veniret hereditas, prout nec legata aut donationes. Et supposito qd ex actib9 socialibus hinc inde gestis posset elici societas vniuersorũ seu omniũ bonorũ post mortẽ dicte Gulielmete contracta: esset aduertendũ ad conclusionẽ dictorum articulorũ, qr pnto qd in illis peti debuerit aduersariũ condẽnari ad cõmunicandũ bona et iura etc. et hoc ꝓ eo facit qr licet in societate omniũ bonorũ transeat in sociũ sine alia traditione dominiũ et possessio rerũ antea quesitarũ pro quota etc.l.j.§.in societate.ff.pro soc. qd etiã voluit Bart.in.l.j.ff.pro dona. et in.l. et idem.ff.de condi.fur. hoc tamen non procedit in bonis postea acquisitis: quia illa non sunt cõmunia nisi secuta traditione.l.si quis societatem. et quod ibi glo.ff.pro soc. et idem not.glo. et plenius Bald.in.d.l.j.§.in societate. Cum igitur hereditates, de quibus in articulis, delate extiterint et acquisite post contractam societatem superius mẽtionatam, non fuerunt illa bona facta cõmunia inter paciscẽtes et socios nisi demum facta traditione: que si facta non est, debuit et debet agi actione pro socio contra socios seu sociorũ heredes vt illa communicent: vt deinde agi possit ad eorum diuisionem: vt sic parentes singula singulariter possideant pro diuiso quo-

tas suas. Que ideo per has literas missiuas scribere volui, vt sic cogitet vestra dominatio quid agendum sit. Non alia preterquam vt bene valeatis. Ex carpeñ. die. xx. mensis Maij.

¶ Argumentum.

¶ Pro legato pio prestando extra iudicium interpellatus, si se pro eo in ius vocari expectauerit, in duplū condēnabitur. A. F.

1 ☞ Restitutio fideicommissi non potest autoritate senatuscōsulti trebelliani fieri ante euentum conditionis.
2 Legatum fratribus minoribus factuz an possit iudicialiter ab eisdem exigi.
3 Licita non semper sunt expedientia.

¶ De sacrosan. eccl. Consi. lxviij.



1 prorsus nullū testamentū condidisset. † Ad qd respondeo breuiter ⁊ succincte. salua pleniore deliberatione, ⁊ librorū reuolutione, quos nunc mecū non habeo, qd dictū testamentū valuit: ⁊ qd illud non possit seu valeat ex capite pretense preteritionis dici nullū: tum q vt predixi post particularē institutionē factam de nobili Magdalena dictus nobilis testator legauit, dedit, donauit, ⁊ dari voluit de alijs bonis suis cuicūq̃ alteri de genere suo ⁊ parētela iure institutionis quinq̃ solidos, quā clausulā censetur ⁊ censeri debet idē testator apposuisse maxime propter dictā do. Annā eius filiā naturalē ⁊ legitimā: ⁊ que propterea de genere suo existebat: in eo maxime q ibi dicit, ⁊ iure portionis hereditarie qd in ⁊ super eisdē bonis petere posset: qd nulli vltra ⁊ pter pfatos nobiles Joachinū, Joannē, Annā ⁊ Magdalenā magis cōpetere videbat, seu etiā cōpetere sperabat. Et sic nihil prohibet quin idē quondā nobilis Pauletus censeat per illam generalē institutionē instituisse etiā dictā do. Annam in dictis quinq̃ solidis; ⁊ hoc presertim fauore testamēti, cui fauendū est ne subuertat. l. oīmodo, cū suis simi. C. de inoffic. testa. Tum ⁊ q vt ponit ⁊ colligit ex his que ponunt in casu, ipsa do. Anna fuit compendiose substituta dictis nobilibus Joachino ⁊ Joanni. Quo fit vt nō censeatur preterita sed instituta vsq̃ ad bonorū subsidium, seu legitimam: pro eo quia vsq̃ ad dictum subsidium cēseatur grauamen seu conditio reiecta: ⁊ ita videtur dicta dña anna in legitima pure instituta, per id qd habetur in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. ⁊ quod voluit gloss. ⁊ Bart. ⁊ post eos eleganter ponit Alex. de imo. in. l. si pater, col. xij. in. fi. versi. in ea. ad fi. glo. relata. C. de insti. ⁊ substi. sub condi. fac. ⁊ do. Jas. col. xiij. in vlti. parte glo. Et si pretendatur qd glo. Barto. ⁊ alij predicti loquantur in filio sub conditione casuali aut mixta instituto, ⁊ sic in inuitato per verbum directum: non autem in substituto: ⁊ quod propterea hec non faciant ad factum: respondeo quod idem est in filio sub conditione casuali seu mixta compendiose substituto: quia pro defensione seu validitate testamenti talis conditio seu grauamen reijcitur, ⁊ censetur filius pure institutus vsque ad legitimam. d. l. quoniam in prioribus. iuncto eo quod habetur. in. l. scimus. §. cum autem. C. de inofficio. testamē. quem ita pro ampliatione dicte. l. quoniam in priorib⁹, not. ⁊ signāt Fulgo. ⁊ Pau. de cast. ⁊ idē voluit Alex de imo. in. l. si pater, colū. penul. ver. in gl. in verbo substituit. ff. de vul. ⁊ pupil. ⁊ do. Jas. may. i. d. l. qm in priorib⁹, v̄ si. Secūdo amplia ⁊ extēde ⁊c. Et nimirū: q vt no. gl. ⁊ post eā Alex. de imo. in. d. l. si pater.
2 † verbū substituo, trahitur ad institutionē etiā inter filios: quos certum est habere debere titulo institutiōis, qd sm Jo. de imol. de facili alibi non reperit, p hoc facit qd no. Alex. de imo. in. l. si pater filiū. ff. de vul. ⁊ pup. vbi si fili⁹ vocet p tacitā vulgarē, adueniente casu substitutionis, habetur pro instituto: ⁊ pro predictis etiam bene facit id qd alias consuluit Alexand. de imol. in ardua causa: filius enim legitimatus fuerat substitutus compēdiose quibusdā agnatis: ⁊ dicebat, testamētū nō valere, cum iure institutionis deberet habere, authenti. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoq̃. cap. coll. viij. ⁊ dicit Alex. de imo. se cōsuluisse cō-
3 trariū p glo. d. l. si pr impuberes, ⁊. d. l. si pr filiū, † attento qd sub cōpēdiosa substitutione cōprehēdit vulgaris, que dr cōditionalis inst. d. l. in rōne. §. qd vulgo. ff. ad. l. fal. ⁊. l. cohaeredi. §. coheres. ff. de vul. ⁊ pup. cōditio aūt reijcit, sm cōem opi. l. qm in priorib⁹. Sic igit nō fuit dicta. d. Anna pterita: sz cēset instituta vsq̃ ad debitū bonorū subsidiū. Propter qd non faciunt pro ea, nec ō dictos heredes. l. inter ⁊c. ff. de libe. ⁊ posth. ⁊. d. aut. vt cum de app. cog. §. aliud quoq̃ capi. nec alia multa, de quib⁹ per doc. in aut. nouissima. C. de inoff. testa. in. c. raynuti⁹, de testa. ⁊ per Philip. de fran. in. c. si pater, eo. titu. in. vi. ⁊ in aut. ex causa. C. de libe. pre
4 te. vel exhere. quatenus volunt † qd pro validitate paterni testamēti opus est q pater aliquid relinquat filio iure institutionis: alioquin illud esset nullum. Preterea dict⁹ nobilis testator vo-
5 luit dictū testm̄ valere iure testamēti, vel iure codicillorū: † quo sit vt supposito, citra preiudicium veritatis, qd illud non valuisset aut valeret iure testamenti: quod tamen vt predixi etiam eo iure valuit ⁊ valet, illud saltem valeret iure codicillorū: ⁊ ita censeri deberet ipsa do Anna rogata seu grauata de restituendo portionem hereditariam ab intestato sibi delatam predictis heredibus institutis, per ea que plene scribūt doc. in. d. aut. ex causa, ⁊ Jo. de imol. in. l. filio preterito. ff. de iniust. rupt. ⁊ irri. testa.

⁊ alij multi in multis alijs locis: quos p nūc referre nō possum propter causam superius mentionatam: ⁊ quia etiam non expedit. Fateor autē qd de hoc vniuersali fideicommisso posset dicta do. Anna detrahere vnam quartam, non duas: pro eo quia grauamen non fuit conditionale, vel in diem: sed purum, per id qd not. glo. ⁊ post eam Bart. Ang. ⁊ alij in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. Bar. Bal. Philip. de cor. ⁊ alij communiter in. l. quanquam. C. ad le. fal. quamuis secus sit quando fideicommissum est conditionale: quia tunc detrahit duas quartas: vt no. glo. ⁊ doc. in. §. meminisse. Bal. in. l. filium quem. C. fami. erciscū. ⁊ Panor. in. c. raynuti⁹, de testa. ⁊ alij in alijs locis: ⁊ isto casu si do. Anna eligeret legitimā, ipsa teneret i illā imputare dotē p ipsa ɔstitutā. l. qm nouella. C. de inoff. test. Quo vero ad testm̄ nobilis Jo. ⁊ honeste quōdā mulieris dñe Pierre de plana, dictorū dñe Anne, ac nobiliū Joachini, ⁊ Magdalene quōdā matris, certum est qd illud valuerit ⁊ valuit: ⁊ qd in vim illius hereditas eiusdē quōdā dñe Pierre fuit delata predictis
6 nobilibus Joachino, ⁊ Joanni. † Fateor tamē q nisi illi sexcenti floreni, qui eidem do. Anne relicti extiterūt iure institutionis sufficerent ad legitimam, ipsa potest agere ad supplementum. d. l. omnimodo ⁊ cum eidem domi. Pierre superfuerint quatuor liberi primi gradus, legitima cuiuslibet est vna vncia, seu pars duodecima bonorum, eorum scilicet que superfuerant deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, aut. de triē. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transsumptiue in. d. authen. nouissima, iuncta. d. l. papinianus. §. quarta autem. Que omnia dixerim, vt predixi, salua pleniore visione librorum. ⁊ sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Argumentum.

¶ Dum quid minus legitima filijs a patre relictū est in testamēto, dum tamen iure institutionis relinquatur testamentum valet: sed agi potest ad legitime supplementum. V. F.

1 ☞ Testamentum, in quo pater non relinquit filio plenam ⁊ integram sibi debitam legitimam, an possit ex capite nullitatis infringi, aut alias impugnari.
2 Filio debetur legitima ⁊ fructus legitime.
3 Es alienum ⁊ funeris impensa sunt ante solutionem legitime detrahenda.

¶ De testa. Consilium. cxlvij.


Probus quondam vir Franciscus de combis, pater naturalis ⁊ legitimus Joannis de Combis, dudum anno scilicet incarnatiōis dominice. M. cccc. ⁊ de mēse Octobris fecit ⁊ condidit eius vltimū ⁊ nūcupatiuū testamentū: in quo inter cetera Joanni eius filio naturali ⁊ legitimo ⁊ Jānete, vltra cuius dotē, ⁊ eorū cuilibet legauit ⁊ iure institutionis reliquit quinq̃ florenos: quos ⁊ eorū quēlibet voluit pro illis esse contētos, ita qd nihil aliud petere possent in eius bonis. Alium vero eius filium heredem vniuersalem instituit.
1 ¶ † Quesitū est an pro eo q idem quondā Franciscus nō reliqt dicto Joāni eius filio plenā ⁊ integrā portionē sibi debitā in bonis suis possit predictū eius testamentū ex capite nullitatis vel alias impugnari vel infringi. Ad qd rñdeo breuiter ⁊ succincte q nō q id qd minus legitima eidē Joāni reliquit dictus Franciscus pater suppletur sibi per legem, ita q non obstante prohibitione quā fecit pater de non plus petendo ⁊c. poterit ipse Joānes filius petere dictos quinq̃ florenos ⁊ id qd sibi deest pro cōplemento legitime. l. omnimodo, ⁊ qd ibi doc. ⁊ in. l. qm in prioribus. C. de inoffi. testa. ⁊ aut. vt cū de appel. cog. §. aliud quoq̃ ca. ver. ceterū. colla. viij. poterit etiā petere fruct⁹ pdicte legitime,
2 quos heres pcepit: † q filio debet legitima ⁊ fruct⁹ legitime, aut. nouissima, ⁊ qd ibi scribentes. C. de inoffic. testa. et qd not. glos. et doc. in. l. fideicommissariam. in princ. ff. ad trebel. ⁊ Bal. in. l. non est ambiguum. C. fami. ercis. Quo vero ad id qd queritur, an idē Joannes teneatur ⁊ debeat soluere sextam partē debitorum dicti quondam Francisci, ⁊ quid de expensis funeralibus, ⁊ alijs
3 oneribus, dico ⁊ respondeo † qd ante solutionē legitime deducutur seu detrahuntur es alienum ⁊ funeris impensa: et de residuo soluitur legitima Verbi gratia: si res ⁊ iura dicti quondā Francisci ascendebāt ad valorem mille florenorū, ⁊ taz debita q funeris impēsa ascenderint ad centū, debēt detrahi seu deduci ista cētuz de mille: ⁊ sic legitima nō soluetur habito respectu ad mille, sed habito respectu ad noningenta, seu nouē centum que remanent. l.

rent.l.papinianus.§.quarta autē.ff.de inoffi.testa.& si queratur quanta fuerit quarta seu legitima huius Joannis,dico qd cū dicto Francisco superfuerint tres liberi, scilicet pfati Joannes & Sanreta,& nepos seu felesenus heres vniuersalis institutus,legitima hui⁹ Joānis fuit tertia pars triētis,hoc est nona pars bonorū dicti quondā Frācisci, eorū scilicet que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impensa,aut. de trien.& semis.§.j.colla.iij.& d.aut.nouissima,iuncta.d.l.papinian⁹.§.quarta autem. Et sic si res & iura valebant mille,& debita & funeris impēsa ascēdant ad centum,ipse Joannes non posset petere nisi centum:in quibus includuntur quinq; floreni relicti. Illud autem est certū qd ipse conueniri non potest pro debitis dicti quondaz eius patris:quia in eum nō transeunt iura passiua,cum sit heres cū beneficio inuentarij,iuxta ea que no.Bar.in.l.ex facto,la grāde.ff.de here.instit.& Philip.de Franc.in.c.si pater,de testa.in.vj. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

¶ Argumentum.

¶ Donatio,que sub conditione in arbitrium tertij matrimonium cōferente facta est valet:nec donataria,eademq; nuptura tali conditione alligatur.A.S.

1 ☞ Donatio an possit fieri sub cōditione resolutoria,ita quod illa conditione eueniente censeatur donatio nulla,aut resoluta.

2 Permissum & licituz est vnicuiq; adijcere in arbitrio seu moderatione aut dispositione, quam de re sua facit,conditionem aut legem quam illi vult imponere.

3 Ille cui ius acquiritur ex contractu,debet acceptare contractuz cum omnibus clausulis in eo positis.

4 Mulier,cui aliquid legatum est sub cōditione si nupserit arbitrio alicuius,an si nubat sine illius arbitrio, poterit nihilominus petere legatum.

5 Argumentum de vltima voluntate ad contractum est bonum, vbi fuerit vtrobique eadem ratio.

¶ De conditio.inser. Consilium.cxlviij.



Ex themate mihi transmisse consultationis oriuntur & elici possunt multa dubia,etiam non formata in themate:sed omissis illis solum insistam super illis de quibus queritur. Et pro clariore & faciliore responsione facieda ad primum quesitum voluissem informari & intelligere,an nobilis & generosa mulier Margareta de Bordis, donataria in dicto themate mentionata,habuerit ante matrimonium per eam contractum cum nobili quondam viro Ludouico de Villa noua,plenam notitiam de donatione eidez Margarete facta,& plenius mētionata in dicto themate:insuper & de reseruationib⁹,pactis,cōditionibus in ea appositis:an vero de donatione & alijs pdictis notitiā nō habuerit. Quia si de illis notitiā non habuisset,videref qd eidē succurri deberet,etiā si valuisset,reseruatio seu pactū resolutoriū dicte donationis,appositū in euentū in quem ipsa nobilis Margareta matrimoniū iberet nō habito cōsensu do. Donatricis & aliorū mētionatorū tam in dicto themate q̄ in copia instrumēti dicte donationis:& hoc ex dispositione illius clausule generalis,si qua iusta causa mihi videbit:que posita est in.l.j.ff.q.ex caus.ma.Supposito qd dicta nobilis Margareta de pdicta donatiōe & alijs pdictis ante dictū matrimoniū notitiā habuerit,

1 manet difficultas de qua qrit:† p cui⁹ solutione pmitto q dicta donatio fuit pura,nō cōditionalis:Quis ex mēte dicte do.donatricis esset sub cōditione resoluēda,si vez pfata Margareta nuberet sine cōsensu &c.Non igif queritur de viribus dicte donationis,an vez illa valuerit necne:& que valuisse videf,pro eo quia quilibet est sue rei moderator & arbiter.l.in re mādata.C.mandati.l.oudū.C.de cōtrahen.emp.l.polla.C.de his qui.vt indig.&c.c.de his,ad fi.de sepul.facit.l.nemo,ad fin.C.de ind.& est adeo regulariter quilibet moderator & arbiter rei sue vt etiam possit ea abuti.l.sed & si lege.§.consuluit,cum suis simi.ff.de peti. here.sed hic queritur de viribus resolutionis dicte donationis:an videlicet illa fuerit resoluta.vel resolui debeat & cassari:pro eo qz dicta nobilis Margareta nupsit non vocatis sed spretis & contēptis multis,imo fere oībus,qui vocari debuerūt,& quorū cōsensus erat necessarius ex volūtate & dispositione prefate donatricis:qz dispositio cōditionalis per euentū cōditionis sumit effectū.l.cedere diem.ff.de ver.sig.l.qui pecuniā.ff.si cer.peta.&.l.qui heredi.§.si.cū suis simi.ff.de cōdi.& demō.cū ergo conditio sub qua fienda erat resolutio dicte donationis euenerit.illa videtur resoluta & cassata,vel saltē dz cassari & resolui. Nisi forte quis dicat qd prefata dn̄a donatrix non potuerit adijcere dictā cōditio

2 nē resolutoriā. Sed istud nō videf obstare:pro eo † qz quemadmodū cuilibet regulariter cōcessum est vt sit moderator & arbiter rei sue,ita vt etiā possit abuti ea:ita etiā videf cuilibet regulariter esse pmissum adijcere in arbitrio seu moderatione aut dispositione,quā de re sua facit,conditionē aut legē quam illi vult imponere.l.in traditionibus.ff.de pact.facit qz regulariter censent oia permissa,nisi probent prohibita. Nec videret eidē Margarete suffragari si forte p ea diceref,qd ipsa nō fuerit presens, nec cōsenserit reseruationi,seu instrō pdicto. Qm̄ videf posse respōderi,qd cū ipsa nobilis Margareta innitaf donationi facte & stipulate seu acceptate per notariū pro & noie eiusdē Margarete tūc absentis.ipsa nō potuit donationē hmōi approbare reiecta reseruatione seu pacto predicto,per regulā quā ex tex. colligit Bal.in.l.3 iuris regulas.§.si filius.ff.de pac.vbi dicit Bal.

3 † qd ille cui acquirif ius ex 3ctu dz acceptare cōtractū cū oibus clausulis in eo positis :p quo facit.l.caius.ff.de manumis.& tex. in ratione sui in.l.ij.ff.de reb.eo.& qd not. Bald.in.c.nihil,de ele. & Pa.de monte sanc.chan.in suo trac.de empt.& vendi.in.vij.q. prin.in prin.loquēs de minore emente prediū cū pacto de retrouēdēdo. Sic igif videtur qd dicta Margareta nō potuerit aut possit cōtrauenire dicte reseruationi seu capiti,qz scilicet eidem nō cōsenserit,cū tūc esset absens. Sed pro eadē Margareta,& cōtra nobilē & generosam mulierē Catharinā de bordis ei⁹ sororē multū facere videf.l.cū tale.§.si arbitratu,als est.§.rescriptū est.ff.de cdi.& dem.vbi dicit tex.si arbitratu titij seia nupserit,heres me⁹ illi fundū dato. vino et titio fine arbitrio, titij eā nubētē legatū accipere rn̄dēdū est,eāq; legis sentētiam videri:ne qd cīno

4 impedimētū nuptijs inferaf:p quē tex.aperte pbaf † qd licet aliquid relictū extiterit mulieri,pone virgini,sub cōditione si arbitrio alicui⁹,pone titij,nuberet:ipsa tn̄ poterit petere legatū,etiā si nubat fine arbitrio titij:p eo qz pdicta cōditio reijcif,tanq̄ inductiua viduitatis,aut matrimonij impeditiua:facit ad predicta.l.turpia.§.si titie.ff.de lega.i.vbi dicit text.si titie legatū relictū est si arbitratu Seij nupsisset,& vino testatore Seius decessisset,& ea nupsisset,legatū ei deberi:& hui⁹ dicti ratio est scdm glo. ibi qz etiā si esset suspēsa p eo qz viueret Seius,p nihilo foret.d.l.cū tale.§.si arbitratu,& idē pbaf in.l.fille sne,in princ.ff.de cdi.& demō. Quēadmodū igif dicta iura pcedūt in dispositione cōditionali,ita etiā videf pcedere i dispositiōe resolutoria pure dispositionis:p eo quia vtrobiq; est eadē ratio,scz ne impediaf matrimonij libertas:qd fieri nō dz.l.si diuortio.ff.de ver.ob.& c.c.gēma,de spōsa. Et quāuis iura superius allegata loquanf in legato,& sic in vltima volūtate:idē tn̄ videf esse in donatione, vel also cōtractu:& † qz de vltima volūtate ad cōtractū,& ecōtra,est bona argumētatio qn̄ vtrobiq; est eadē ratio.l.seruū filij.§.cū qui.ff.de leg.j.l.qui chirographū.ff.de leg.iij.&.l.i iure ciuili.ff.de regu.iur.qd etiā voluit Bal.& post eū Ang.in.l.pactū inter heredem.ff.de pact.& hoc operaf rōnis idētitas.l.illud.ff.ad le.aqui.&.l.j.§.q interdi.tuz.ff.de fonte. Preterea vbi in vltima volūtate,cui lex magis fauet,ad cōseruationē illius aliqd phibef:multo fortius censef illud phibituz inter viuos.l.nemo pōt.ff.de leg.j.&.l.obligationū.§.placet.ff.de act.& obli.hoc cm̄ casu pōt,fm Ange.in.d.l.pactū inter hredē,argui de vltima volūtate ad 3ctū negatiue,quasi de maiore ad minus:nā si de quo magis videf inesse,& nō inest:ergo nec de quo minus. Cū igif in iurib⁹ superius inductis probef q cōditio,si arbitratu titij nupserit mulier,apposita in prima voluntate debeat de eo,qd sub cōditione hmōi mulieri relinquif tolli & reijci:& sic qd sub illa conditione saltem efficaci non possit mulieri relinqui: ergo nec donari:qz multo plus vel saltē nō minus fauef vltimis volūtatibus,q̄ contractibus.

¶ Argumentum.

¶ Per patrem filijs in testamento adiecta conditio hec,si sine legitimis liberis decesserint, tanto hercle melius filio psbytero accommodatur,cum liberos habere legitimos non possit.A.S.

1 ☞ Substitutio iniūcta ei,qui iure liberos habere non poterat tempore testamēti:vt quia presbyter,an dicatur fideicommissaria,vel vulgaris,& an sit valida.

2 Liberi ex & de corporibus presbyterorum,vel aliorum in sacris ordinibus existentium,& ex muliere non vxorata procreati dicūtur adulterini.

Testator non debet inuitare heredem ad delinquendum.

3 Legitimatus an excludat substitutum,& an succedat contra mētem testatoris:

Legitimatus post testamentum dicitur post testamentū natus.

4 Substitutiones vulgares adita hereditate expirant.

5 Res subiacentes restitutioni fideicommissi possunt per filium

grauatum alienari, quatenus ascendunt ad legitime & trebelliani-
nice quantitatem.

6 Per fideicōmissuz non succedit grauato, sed testatori grauanti.

7 Bona per filium & ipsius nomine empta & acquisita an & quo ca-
su veniant in fratres diuidenda.

8 Exequie quorum expensis veniant soluende.

¶ De insti. & substi. Consi. cxlix.



Multa sunt de quib' q̄ritur parte honorabilis viri Bernardi Richardi loci Valriaci. Ad que respōdeo prout infra:

1 † premittēs primo p faciliore rñsione fienda ad primū questitū, q̄ hic videt̄ primo posse dubitari an substitutio de qua in themate mihi exhibite cōsultationis, & quā in suo vltimo & nūcupatiuo testamēto fecisse legitur honorabilis quondā vir Antonius Richardi, extēdi debeat etiā ad venerabilē virū do. Petrū Richardi dicti Antonij quondaz filiū naturalē & legitimū: ita vez q̄d idē Anto. cēseat̄ etiā reciproce seu breuiloque substituisse ipsi do. Petro fratres coheredes superuiuētes, aut illos q ex eis superessent. Et videt̄ q̄ non; p eo q̄ substitutio hmōi facta est sub cōditione, si alter heredū institutorū per eundē Antoniū testatorem quādocūq̄ decederet sine liberis seu hr̄de vel heredib' ex suo p̄prio corpore & de legitimo matrimonio pcreato seu procreatis aut procreādis: que non videtur posse adaptari ad dictū do. Petrū, ex eo q̄ liberos legitimos ex suo corpore habere nō poterat nec pōt, cū t̄pe testamenti iam esset & sic p̄sbyter, per id q̄d not. Bar. in. l. heredib'. §. titius, ff. ad treb. Jo. de imo. & Alex. de imo. in. l. si posthumos, in prin. ff. de libe. & posthu. & alij in alijs locis. Preterea vt nō videat̄ huiusmodi substitutio debere extēdi etiā ad dictū do. Petrū. facit q̄ al's sequeret̄ q̄ dictus testator inuitasset eundē do. Petrū ad peccandū & fornicandū: vt dicit Bart. in. d. l. heredib'. §. titius, & alij in. d. l. si quis posthumos: & ideo tale fideicommissum respectū p̄sone eiusdē do. Petri videret̄ nullū. Sed his nō obstā. existimo 3ria sñia3 eē de iure veriorē: possent em̄ p̄dicta p̄cedere si in substitutiōe hmōi dictū esset, si sine liberis vel sine herede vel heredibus ex suo p̄prio corpore procreato aut procreatis &c. & non essent apposita illa verba, & de legitimo matrimonio, vel aliquod simile; q̄ sic fortasse potuisset vel dici vel pretēdi eundē do. Petrū fuisse inuitatū ad fornicādū & liberos adulterinos procreā-

2 dū ad exclusionē vniuersalis fideicōmissarij & substitutorū: † q̄ liberi ex corporib' presbyterorū vel aliorū in sacris ordinib' existentiū & ex muliere nō vxore procreati sunt adulterini: vt no. gl. & post eā Panor. in. c. p venerabilē, super verbo adulterinis, qui fil. sint legi. sed in casu nr̄o facta est substitutio sub conditione, si sine liberis seu herede vel heredib' ex suis p̄prijs corporib' & de legitimo matrimonio &c. & ita nō obstat, p eo q̄ & fornicando vel al's coeundo liberos vel heredē seu heredes, q̄d idē est. l. ex facto. §. si qs autē. ff. ad treb. ex suo corpore & de legitimo matrimonio procreare nō poterat, nec tales qui etiā postea legitimati substitutos excluderēt, prout p3 per id q̄d in simili voluit Jo. calde. in cōsi. suis, sub titulo qui fi. sint leg. consi. j. Bal. in. l. lucius, la. ij. ff. de here. insti. Bal. in. l. si ita qs. §. is cuius, & ibi aliqd per Jo. de imol. & Pau. de ca. ff. de leg. ij. Pau. in. d. l. si qs posthumos, in prin. ff. de libe. & posthu. Sali. in. l. generaliter. §. cū antez. C. de insti. & substi. sub condi. fac. Jo. de imo. in. l. ex facto, in princ. ff. de vul. & pup. & in. d. l. ex facto. §. si qs rogatus, ad fi. Pe. de anc. cōsilio, cccclxxviij. exordiente, circa primū questitū &c. & Pau. de ca. in. l. cū acutissimi. C. de fideicō. q̄d maxime pcessisset & procederet in casu de quo queritur, in quo dictū non est, si sine liberis seu herede vel heredibus naturalib' & legitimis: quo casu forte procedere posset opinio 3ria, quā tenuerūt multi relati p Alex. de imol. in. d. l. gñaliter. §. cū autē, ver. cōtrariū t3 Jac. de are. s3 dictū est si sine liberis herede vel heredibus ex suo corpore de legitimo

3 matrimonio &c. quo casu oēs tenuerūt † q̄d illegitime nat' postea legitimatus nō excludit substitutū: q̄ talis legitimat': vtpote illegitime seu extra legitimū matrimoniū natus, nō cōprehenditur in substitutione. Nō igit̄ pōt dici q̄d ad exclusionez vniuersalis fideicōmissarij & substitutoꝝ idē do. Petr' cēseret̄ inuitat' ad fornicādū, vel al's coeūdū p liberorū procreatione: q̄ fornicādo vel al's coeūdo hoc assequi nō poterat, prout nec pōt, nisi hoc fieret ex dispēsatione pōtificis. Et nō video quō dici possit q̄ an tedicta substitutio eidē do. Petro adaptari non possit: quia imo optime adaptatur, vt pote illi qui necessario decedit sine liberis herede seu heredibus ex suo p̄prio corpore & de legitimo matrimonio procreatis: nisi ex matrimonio ante sacroꝝ ordinū susceptionē p̄creati extitissent. Preterea vr̄ q̄ etiā si apposita nō extitissent illa vb̄a, & de legitimo matrimonio, vel similia: adhuc videri poterat substitutionē p̄dictā debere extēdi etiā ad dictū do. Petrū: p eo q̄ sic reijceret̄ illa cōditio, si sine liberis &c. & remaneret substitutio facta eidē do. Petro post eius mortē nec eo casu liberi adulterini, si qui per eundē do. Petrū procreati extitissent. repellerēt substitutos, secundum Pau. de ca. qui ita sentit in. d. §. titius; & dicit Panormita. in. c. in presentia, columna quarta, de probationibus, quod talis conditio, vtpote turpis, habet̄ pro non adiecta, supposito quod dicta substitutio extēdat̄ etiam ad dictū do. Petrū, nō obstātibus in aduersuz allegatis:

4 ad q̄ p p̄dicta patet rñsio. † Premitto vlterius, et scdo, q̄ cū substitutio de qua supra fuerit reciproca admixta cōpēdiose, illa cōprehēdit nō solū vulgares q̄ p immixtionē paterne hr̄ditatis expirarunt. l. post aditam. C. de impu. & alijs substi. sed etiam fideicōmissarias, p id q̄d not. Bar. in. l. titius, colū. fin. vel circa, ff. de vulga. & pupill. & Alexan. de imol. in. l. ij. C. de impub. & al. substi. vbi plene. Quo fit vt si contingat eundē do. Petrū ab humanis decedere supstitib' substitutis, aut aliquo ex eisdem substitutio hmōi fit locū habitura in p̄sonis supstitū. Verū q̄ dictū vniuersale fideicōmissum nō fuit purū, s3 cōditionale, poterit ex persona ipsius dñi Petri detrahi due q̄rte, sc3 legitima & trebellianica, iuxta theoricā quā ponit gl. Barto. & doc. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. gl. Bar. & doct. in. l. q̄q̄. C. ad le. fal. Bal. in. l. filiū quē. C. fami. ercis. & hoc est hodie sine dubio. Et cū dicto quondā Antonio testatori supfuerint prefati do. Petrus, Joānes, & Claudius filij, & q̄dā nepotes ex Frācisco filio predefuncto: horū oīm legitima fuit triens bonorū dicti quondā Antonij, eorū sc3 q̄ supfuerūt deducto ere alieno & funeris impensa. aut. de triē. & semis. §. j. coll. iij. & transumptiue in aut. nouissima. C. de inof. test. & sic legitima cuiuslibet ex p̄dictis do. Pet. Joan. & Claudij fuit quarta pars triētis, hoc est vna vncia: & legitima nepotū ex Francisco filio p̄defuncto est alia vncia: q̄ oēs habent̄ p vno, vtpote succedētes in stirpē, nō in capita. p id q̄d no. Sali. in. d. aut. nouissima. q. vj. & postea do. Jas. col. antepen. ver. vltra Bar. queritur &c. ibi si autē isti nepotes venirēt cuz alio, & Pau. de ca. cōsi. ccclxvij. in p̄n. ista ergo vncia, poterit detrahi ex persona dicti do. Petri de illa hereditaria portiōe, in qua fuit institut'. & sic de trib' vncijs sibi relictis: deinde p trebellianica detrahetur quarta pars residui: & sic dimidia vncia: iuxta theoricā quaz ponit gl. in. c. raynald', sup vbo l3 ipsas, de testa. Jo. de imo. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vul. & pup. & Bal. i. l. si viro. §. qd ergo. ff. de test. mili. & ita ex p̄sona eiusdē. d. Petri potuit detrahi dimidia pars illarū triū vnciarū p dictū quōdā Ant. in dicto suo testamēto relictarū, vsq̄ ad quā videt̄ ipse do. Pet. potuisset alienare de bonis dicti quondā Anto. testatoris, eū bona alienata imputent̄ in illā, hoc est in dictas duas quartas. l. marcellus. §. res q̄, & q̄d ibi Bar. Alex. de imol. & doc. ff. ad trebel. & Alexan. de imo. cōsi. iij. in. iij. vo. q̄d ēt vr̄ fuisse de mēte Bal. cōsi. lxxxvi. exordiēte, Pet. Nicolutij, col. j. in. j. p̄te. † Et quidē q̄ fili' de restituē-

5 do grauat' possit alienare de bonis p̄ris defuncti vsq̄ ad legitimā, seu quartam iure nature debitam quodq̄ alienatio vsq̄ ad quartā hmōi facta retractari nō valeat, voluit Cy. in aut. res q̄, in fi. vbi ēt Albe. C. cōmu. de lega. Bal. in. l. ij. C. ad le. fal. & consi. xxxix. exordiēte, p̄uctus q̄nis, in. ij. p̄te, & in multis alijs cōsilijs, Old. cōsi. cvij. exordiēte ius municipale, ver. ad tertiā questionē, & v. seq. Et q̄ etiā hoc p̄cedat quo ad trebellianicā videt̄ voluisse Alex. de imo. in. d. consil. Barto. in. l. in quartam. ff. ad le. fal. & Pau. de ca. in. d. l. filiū quē, col. iij. C. fami. ercis. & Panor. in. d. c. raynaldus, col. an̄pe. Et p hec p3 rñsio ad dictū primū questituz sc3 q̄ nō obstāte dicta substitutione dict' do. Pet. potuit dicto Bernardo eius nepoti donare dimidiā partē bonorū sue hereditarie portionis: hoc est eoꝝ q̄ ad eū ex bonis p̄rnis puenerant, siue essent bona immobilia siue mobilia: vtpote domus, vtensilia, pecunie, vel alia: alia vero medietas debebit in vim predicte substitutionis peruenire ad substitutos, si qui superuixerint tē-

6 pore mortis eiusdem do. Petri. ¶ † Ad scd3 dico & rñdeo q̄ bona p dictū do. Pe. acq̄sita, & q̄ ad eundem puenerūt aliūde q̄ ex p̄rna successione, non veniūt nec cōprehēdunt̄ sub dicta substitutione: q̄ per fideicōmissum non succedit grauato, s3 testatori grauanti. d. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vul. & pu. & sic potuit & pōt idez Pet. de illis p nutu & volūtate disponere: q̄ glibet est moderator & arbiter rei sue. l. in re mādata. C. manda. & l. ōndū, cum suis simi. C. de 3ben. emp. facit. l. nō vsq̄ adeo. in fi. ff. si a parē. fue. qs manumis. l. nemo exterus. C. de iude. & c. de his, ad finē. de sepul.

7 ¶ † Ad tertiū dico & rñdeo q̄ cū bona, de quib' ibi, supponant̄ fuisse acq̄sita & empta p dictuz Joannē Richardi suo ipsi' p̄prio noīe, in his petere partē nō p̄nt fratres eiusdē Joā. et si illa empta extitissent &c. pecunijs dicti do. Pet. l. si patruus, & q̄d ibi scribētes: C. cō. vtri. iudi. & q̄d not. Bar. in. l. titiū & meuiū. §. altero. ff. de admi. tu. Verū si ille pecunie puenissent ad ipsuz. d. Petro. ex pecunijs dicti quondaz Anto. & q̄ ille fuissent hereditarie. vel ex

ex bonis hereditarijs,nõ dico ex fructib9 p ipsuz do.Pet.perceptis:tũc dicerẽ ꝙ dicti fratres possent petere illã portionẽ de huiusmodi pecunijs,quã petere potuerũt de alijs bonis hereditarijs ad dictũ do.Pe.peruẽtis ex dicta pr̃na successiõe.Sed si ille pecunie fuerint p dictũ do.Pe.aliũde acqsite quam ex pr̃na successione,τ doceri posset quod de istis pecunijs essent empta,tunc si vel in totum vel in parte essent heredes vniuersales dicti do. Pet.possent petere vel in totũ vel iuxta quotam hereditariam.

8 ¶ †Ad quartũ dico τ rñdeo,ꝙ rõnabilius est ꝙ exequie soluãtur τ fiãt sumptu donatarij,qui certat de lucro:q̃ de illa portione,que debet dictis substitutis restitui:τ si habet bona aliunde acquisita,poterunt fieri de illis.¶ Ad quintum dico τ rñdeo,ꝙ cũ dict9 Joã.alter ex heredib9 ab humanis decesserit superstite ipso do.Pe.τ sic pendẽte cõditione vniuersalis fideicõmissi,dictũ fideicõmissuz expirauit,τ factũ est caducum:ita vt nec in illo partẽ habere possit,nec ad dictũ Bernardũ eius filiũ,vel alios liberos transmittere potuerit.l.vnica.C.si autẽ sub cõditione,τ qd ibi Bal.C.de cadu.tol.τ qd no.glo.τ doc.in.l.vnica.C.de his qui ante aper.tabu.τ sic idem Bernardus donatarius nihil habebit in viz dicti fideicommissi in parte subiacente restitutioni. ¶ Ad sextũ τ vltimũ dico τ rñdeo,ꝙ si permutatio,de qua ibi, esset facta ante donationẽ dicte dimidie partis:tũc putarẽ ꝙ illa remaneret firma,saltẽ quaten9 domus pmutata nõ excederet valorẽ pdicta quartaz,p ea q̃ superius dixi:sz si facta extiterit post dictã donationẽ,tũc dicerẽ ꝙ illa reuocabit:p id qd habet in.l.si.§.si autem sub cõditione.C.com.de leg.Que dixerim τc.

¶ Argumentum.

¶ Ex pronuntiatis coniecturata mente,τ ex personarum ad quas referuntur qualitate verba sumunt interpretationẽ.U.F.

1 ¶ Legatis omnibus bonis mobilibus τ vtensilibus tempore mortis testatoris in ei9 domo reptis,an cẽseant τ vestes legate.
2 Vestes τ indumenta quecunqꝫ veniunt appellatione mobilium.
Exceptio firmat regulam in rebus τ casibus non exceptis.
3 Bona per filium familias vndecunqꝫ quesita,non tamen de paterna pecunia,an dicantur patri quesita quoad dominium aut vsumfructum,τ an in successione bonorum paternorum veniant inter fratres diuidenda.
4 Dictio alius,significat similitudinẽ posita cõparatiue,nõ ɔrie.
5 Exceptio non facit quod regula aut generalis dispositio comprehendat illa que alias nõ comprehẽdisset nõ facta exceptione.

¶ De verbo.signi. Consilium.cl.



Idi memorialia mihi dimissa parte nobilis τ honorabilis viri Dñici cambij:in quibus parte eius petũtur declarari certa capitula nobilis quõdã viri Luce Cãbij, Ad que rñdeo,put infra:τ primo rñdeo ad pri
1 mũ,τ dico ꝙ in eo ꝙ dict9 quõdã nobilis Lucas in articulo seu capitulo,in quo prelegauit eidẽ nobili Dominico oia vniuersa τ singula bona mobilia τ domus vtensilia τ ordia τ supellectilia que tempore eius decessus essent τ esse cõtingeret in domo inibi mẽtionata,cẽsent fuisse legata etiã indumẽta si vestes prefati te-
2 statoris cuiuscũqꝫ pãni aut alterius materie existerẽt:pro eo†qr nõ est dubiũ quin illa oia veniãt appellatione mobiliũ.Cũ ergo idẽ testator legauerit oia vniuersa τ singula bona mobilia,censendus est legasse ẽt indumẽta τ vestes τc.q̃ essent vel reperirent in dicta domo:qm eñ omne dicit τc.l.iulianus,ff.de leg.iij.c.si romanorũ.xix.dist.τ.c.solite,de ma.τ obe.τ p hoc ẽt facit exceptio quã idẽ nobilis Lucas fecit in dicto articulo de pecuniarũ auri τ argẽti summis,de cyathis,seu vasis τ alijs iocalib9 auri τ argẽti,τ alijs in dicto articulo lati9 mẽtionatis τ exceptis:p eo qr exceptio firmat regulã i reb9 τ casib9 nõ exceptis,doc.j.l.j.ff.de reg.
3 iu. ¶ †Ad scd'm dico τ rñdeo esse aduertẽdũ ad legatuz lucri inibi mẽtionati:nõ eñ idẽ quondã nobilis Lucas testator legauit eidẽ nobili Dñico omne lucrũ simplr fiẽdũ ex bonis proprijs sui ipsi9 Dñici,τ alijs cõib9 iter eũdẽ τ fratres:sz lucrũ p eũdẽ Dñicũ ei9 filiũ factũ añ testm̃ dicti nobilis Luce,τ ex tũc in antea fiẽdũ tãs viuẽte ipso nobili Luca q̃ ẽt post ei9 obitũ,vsque ad tps in testamẽto hmõi designatũ fiẽde scz diuisionis,si eã fieri cõtingeret inter liberos τ heredes vniuersales eiusdez nobilis Luce, tam ad cãm τ ptextu certe summe pecuniarũ p eundẽ testatorem dicto nobili Ludouico eius filio tradite,de qua cõstare asseruit idẽ testator in libro suo signato per literã.L.q̃ etiã ad cãm τ pretextu oim τ quarũcũqꝫ cõmissionũ siue onerũ eidem Dñico per quasuis psonas donatarũ τ cõcessarum,vnde τ ex quib9 idẽ dñicus reportaret aliquod pmiũ seu lucrũ.in quo p eũdẽ Dñicũ sic faciẽdo noluit idẽ Lucas ꝙ coheredes ipsi9 dñici aliqd haberẽt aut hr̃e possent.Erit igit liber pdict9 videdus:τ videbit quãta pecunie q̃titas donata extiterit,τ qñ:τ etiã cõsiderabunt cõmissiones τ onera eidẽ nobili Dñico data:τ q̃ dabunt:τ ex his iũcta diligẽtia τ industria dicti nobilis Dñici assumi poterit cõiectura,an verisilr idẽ nobilis Dñic9 potuerit a tpe date pecunie facere lucra,ex quib9 cõparata seu empta reperiũtur bona p eũ antea acqsita:τ nõ tenebit nec cõpellet ad alr demonstrãdũ vñ τ ex quib9 pdia hmõi emerit aut cõparauit,τ presertim vbi idẽ nobilis dñicus debitã rationẽ reddet de administratione bonorũ cõmuniũ:p qb9 succincte allegasse sufficiat no.p gl.τ doc.in.l.cũ opz,circa pri.C.de bo.q̃ libe. ¶ Ad tertiũ dico τ rñdeo qd dict9 quõdã nobilis Lucas testator fuisse clare locut9.pmo eñ voluit qd liberi τ hr̃des masculi vna cũ dña Maria eorũ matre simul τ in dicta domo cõiter inhabitarẽt,τ fraternaliter viuerent:τ qd nutrirentur de expensis victualibus,scilicet de his que sunt necessaria ad bibẽdũ τ comedẽdũ:voluit etiã ꝙ si contingeret aliquẽ ex dictis suis filijs i futurũ egrotare:ille sic egrotãs iuuari dẽat sumptib9 τ expẽsis sue hereditatis.Quo vero ad indumẽta,vestimenta,calciamenta,τ alias expensas extraordinarias,voluit τ ordinauit ꝙ ille per dictos liberos quomodolibet fiende,exceptis dictis expensis victus τ infirmitatis,describantur,τ de eisdem ratio teneatur:τ ꝙ ille deducantur super portione siue parte sic exponentis.Et sic non est dubium quin,quoad indumenta,vestimenta,calciamenta,τ alias expensas extraordinarias,teneantur singuli soluere prout expenderint:ita ꝙ vnus non debebit contribuere in expensa alterius. Sed remanet dubitatio τ difficultas,quid de indumentis,vestimentis,calciamẽtis,τ alijs expẽsis ordinarijs:vt verbis grã.Aliqui ex predictis liberis sunt maiores,alij minores,alij vero minimi:quenit maiorib9 ordinarie ꝙ ipsi ponãt plus de panno in veste,vel in caligis:τ ꝙ vtant pannis pretiosioribus,q̃ alij,τ presertim impuberes aut paruuli.Nunquid igitur iste expense debebunt solui singulariter per singulos prout eas facient,vel de cõmuni? Ad quod respondeo ꝙ licet prima facie dictus quondam nobilis Lucas videatur solum esse locutus de indumentis,vestimentis,τ calciamentis extraordinarijs,propter illam dictionẽ alijs,que est dictio implicatiua similium,vt not.Bald.in.l.iij.C.de ser.fugi.τ in.l.si.C.de
4 his qui a non do.manu.†vbi dicit ꝙ dictio alius,significat similitudinem:pro eo quia ponitur comparatiue,non contrarie:τ sic nihil videatur statuisse de ordinarijs expensis indumentorum, vestimentorum τ calciamentorum:tamen secus τ contrarium videtur fuisse de mente τ voluntate eiusdem:pro eo qr voluit,iussit τ ordinauit ac expresse mandauit dictus nobilis Lucas,ꝙ expẽse per dictos liberos quomodolibet fiende,exceptis expensis victus τ infirmitatis,describerẽtur,τ ꝙ de eisdem ratio teneretur: insuper τ qd dicte expense deducerentur super portione seu parte τc.nisi enim in dicta regula includerentur etiam expense ordinarie,non fuisset necessarium excipere seu exceptionez aut reseruationem facere de expensis victus τ infirmitatis,que possunt esse ordinarie. Unde cum ille fuerint passim τ indistincte excepte τ reseruate,palam videtur quod ipse testator dictam eius regulam intellexerit etiam quoad indumenta,vestimenta,τ calciamenta ordinaria:alias inepta esset exceptio,vt pote sup regula non comprehensa:quemadmodum esset ineptum dicere,omnis homo currit excepto porco:quia sub illa propositione affirmatiua omnis homo currit,non comprehendebatur porcus;τ ita
5 opus non erat a regula excipere porcum.†Et si dicatur quod licet exceptio declaret τ confirmet regulam in nõ exceptis,illa tamen non facit quod regula τ generalis dispositio comprehẽdat illa que alias non comprehendisset non facta exceptione.l.generali.§.vxori.τ quod ibi Barto.ff.de vsufruc.lega.l.lucius.§.pluribus.ff.ad trebellia.τ quod notat Barto.in.l.j.in fine.ff.de regu.iur.videtur posse responderi,quod vba regule affirmatiue, de qua supra,scilicet quod dicti liberi τ heredes masculi tenerentur quilibet supportare de sua portione expensam indumentorũ, vestimentorum,τ calciamentorum,erant satis apta ad comprehendendum non solum indumenta,τ vestimenta,τ calciamenta extraordinaria:sed etiam ordinaria.Preterea pro eo quod predixi facit:quia dictus quondam nobilis Lucas testator erat prudens τ discretus:τ qui prudenter τ clare prouidit quoad expensas victus:illas scilicet que fierent in bibendo aut comedendo. Prouidit etiam de expensis que fierent ad causam infirmitatis alterius ex liberis masculis.Et si non censeretur prouidisse quoad expensam non solum indumentorum,vestimentorum,τ calciamentorum extraordinariorum;sed etiam ordinariorum,videretur dispositio sua minus perfecta quoad expẽsam ordinariorũ: quod non est verisimile.Si enim sensisset quod expensa indumentorum:vestimentorum,τ calciamentorum ordinariorum fieret de

communibus bonis, erat sibi facile hoc exprimere cum expensis
victus consistentibus in comedendo ⁊ bibendo.

¶ Argumentum.

¶ Qui confitetur se verberium mādasse, ex quo postea mors se-
quuta est, si se confessum id esse ꝓbauerit vel metu equulei vel hor
ridi carceris intrusione, confessionem reuocare potest. V. F.

1 ☞ Inquisitio aut processus contra aliquem de homicidio, vel
mandato, presupponit cognitionem ⁊ scientiam homicidij.
2 Procurator in delictis transgrediendo mandatum obligat do
minum, si ad talē trāsgressionem potest mandatum adaptari.
3 Confessio meticulosa non debet nocere: est enim reuocabilis.

¶ De confessis. Consi. clj.



EGregie vir et dñe, et fra-
ter charissime. Vidi inquisitionalē processum ceptum
⁊ pendentē indecisum per ⁊ inter dñm procuratorem
fiscalem curie castri de Aluerneo ex vna parte, ⁊ prouidum virū
Gulielmum Hicheron inquisitum ex alia Puto ꝙ ad repulsio-
nem dicti procuratoris possit opportune opponi, ꝙ non consti-
terit ꝙ ille Bernardus de Peasco pedemontanus fuerit inter
emptus vel occisus: ⁊ ꝙ propterea non fuerit vel sit idem Hiche
roni molestandus tanquam vel pretensus homicida vel māda-
1 tor. † Quia antequā fiat inquisitio aut processus contra aliquem
de homicidio vel mandato, debet cōstare hominem esse interem
ptum vel occisum. l. j. §. item illud sciendum, ⁊ qđ ibi Bart. ff. ad
senat. sylla. l. inde nerati⁹. §. fi. ⁊ l. seq. ff. ad leg. aq. Si aūt de hoc
alibi apparuerit, ⁊ hoc doceri possit in hoc processu: tunc dico ꝙ
lʒ titul⁹ inqsitionalis de iure nō ꝓcederet: ꝓ eo q̄ in eo nō fuerāt
positi ann⁹ ⁊ mēsis, vt fieri debuerat: ⁊ istud nō hʒ dubiū: tñ quia
predict⁹ Hicheroni legit̄ fecisse duas cōfessiones, res nō trāsit si
ne periculo. Fateor em̄ qđ si aliter nō appeat eūdē Gulielmū oc-
cidisse illū Bernardū, debebit idē Gulielm⁹ ab intitulatis absol
ui: sʒ remanēt due cōfessiōes. Pria sʒ quā fecisse legit̄ in pria ei⁹
repetitiōe: in qua dicit se dixisse Petro ⁊ Joāni ei⁹ filijs loquēs
de dicto Bernardo, Si vous le trouues bate le bien mais q̄ ne
le tues hoc est, Si eū inueneritis bñ vberate dūmō nō occidatis.
Si em̄ ꝓbet̄ quod isti filij eūdē Bernardū postea occiderint, erit
maximum periculum ne idem Gulielmus teneatur de homici-
dio; per id ꝙ notat Hosti. in. c. petrus, super vbo nihilominus,
versi. qđ ergo si qs p̄cipiat aliquē theutonice vberari lʒ expsse p
hibeat ne interficiat̄ ⁊c. de homi. ⁊ Jmmo. ⁊ Jo. an. in nouell. in. c.
ad aud: ētiā, eo. tit. Bal. in. l. cū mandati ver. itē in delictis ⁊c. C.
2 māda. vbi voluit † ꝙ procurator in delictis trāsgrediēdo māda
tū obligat dominū, si ad talē digressionē pōt mādatū adaptari.
Et ponit exemplū in domino, q mādauit ꝓcuratori vt vulnera
ret ⁊ non occideret, ⁊ ꝓcurator credēs vulnerare intulit vulnus
mortale: ⁊ dicit Bal. ꝙ talis dominus tenetur de homicidio: q̄
cogitare debuit illud posse euenire: ⁊ idē voluit Alex. de imo. in.
l. si quis mihi bona, §. sed qđ si mādauit, col. iiij. ver. ⁊ ad limita-
tionē quā ponit ⁊c. ⁊ ꝓ hoc hodie est bon⁹ tex. in. c. fi. đ homi. i. vj.
Et facit ad p̄missa id ꝙ no. Bar. Alex. de imo. ⁊ doc. in. l. si qs mi
hi bona. §. sʒ qđ si mādauit. ff. de acq. hẽ. Ant. de bu. ⁊ Pañ. in. c.
literis, de excessu pla. q loquentes de casu q contigit Florentie di
cunt, ꝙ cū famul⁹ cuiusdā militis fuisset verberat⁹, dixit ei dñs
ei⁹, nūꝙ reuertaris ad domū meā si nō sensero aliqđ de isto nego
tio: quo audito famulus iuit, ⁊ occidit innocētē: q̄rebat̄ an domi-
nus teneretur de homicidio. Bar. in. d. §. sʒ qđ si mādauit respō
dit ꝙ sic: quē ibi sequunt̄ Ange. Joā. de imo, ⁊ Pau. de cast. ⁊ idē
voluīt Ant. de bu. ⁊ Panor. in. d. c. ex literis. Et idē seqt̄ Alex.
de imo. i. d. §. sʒ qđ si mādauit: nisi ex qualitate offense aliqđ per-
pēdi posset: q̄ tūc secus esset, s̄m Rapha. ⁊ Roma. quos ipse ibi
seqt̄: ⁊ ponūt exemplū, si famulus fuisset ꝑcussus alapa, ⁊ dñs sibi
dixit nō redeas ad domū ⁊c. ⁊ famul⁹ iuit, ⁊ cū gladio illū interfe
cit: tūc em̄ s̄m eos nō teneret̄ dñs qui vr̄ mādasse fieri vindictā si
milē iniurie, vt notat̄ in simili in. l. j. C. vñ vi, ⁊ in. l. iij. §. cū igit̄. ff.
de vi ⁊ vi ar. l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad le. aq. Sʒ limitatio
Rapha. ⁊ seq. nō multū releuat dictū Gulielmū: ꝓ eo q̄ illa su-
bornatio nur⁹ huius Gulielmi, ⁊ p̄tēsū adulteriū cū illa perpe
tratū p illum Bernardū: ⁊ abductio de ea facta a sinu mariti hu
jus Gulielmi filij, ⁊ bonorū subtractio, seu furtū, nō fuerūt modi
ce iniurie seu offense: sed vere graues, ⁊ signāter adulteriū, ⁊ ab-
ductio: que vt puto nō min⁹ afflixerunt patrē, q̄ filiū. l. isti qdē.
ff. qđ met. cau. Et sic si verū est, ꝓut cōfessus est. qđ ipse dixerit di
ctis ei⁹ filijs ꝙ illū Bernardū verberarēt, nō est verisimile ꝙ ip
se voluerit eū leuiter vberari: q̄ offense erāt magne ꝙ etiā ipse
asseruit in sua confessiōe, vbi dixit se dixisse. Bate le bien: hoc est,
acriter illū cedite. Preterea nō reperio ꝙ ista cōfessio fuerit cuʒ
effectu reuocata: oporteret em̄ docere de errore. Fecit autē alias
ꝯfessiōes, in qb⁹ vr̄ magis perseuerasse: qđ scʒ si dictū Bernardū
inuenirent secum Michaelam ducētem, quod illam ei auferrēt,
ac vestes, ⁊ alias res, quas domo asportauerant: ⁊ ꝙ illum ver-
berarēt ita ⁊ taliter quil ne luy souuenist si non de mourir: hoc
est, vt nō recordaret̄ nisi mortis. Sʒ puto qđ iste cōfessiones eidē
Gulielmo nō noceāt: nisi appareat qđ t̄pe homicidij dict⁹ Ber-
nard⁹ secū duceret illā Michaelaʒ nurū, ⁊ bona furtiue subtra-
cta portarent: quia sic nō obseruassent fines mādati, q diligēter
erāt in hoc obseruādi, postꝙ hoc facere fuit in eorū p̄tāte. Debe-
bāt em̄ aduertere qđ p̄r dixerat ꝙ si inuenirēt illū ducētē Mi-
chaelā cū bonis ⁊c. illā Michaelā ⁊ bona auferrēt, ⁊ vberarēt ⁊c.
Erat enim illud mādatū lōge ciuilius, vl̄ lōge min⁹ inciuile, vbi
agebat̄ de recuperatiōe nur⁹ adultere existentis in manib⁹ adul
teri. ⁊ de recuperatione bonorū, ꝙ precipere aut mandare ꝙ illū
Bernardū etiā solū repertū verberarent. Fines igit̄ mandati q
seruari potuerunt erant seruandi: quod si factum nō est, non pu
tarem. hunc Gulielmum teneri: per id quod not. Bald. multum
bene ad propositum in. l. nō ideo min⁹, columna finali. C. de accu
sa. vbi volunt quod si mando tibi quod tu aliquem percutias ex
tra plateam, ⁊ tu percutis in platea, ego non teneor. l. diligenter.
ff. mādati. Sola igit̄ prima cōfessio videtur periculosa, si doceat̄
dictum Bernardū fuisse occisuʒ, ⁊ signanter per dictos Joannē
⁊ Petrum: ⁊ hoc nisi cōfessio p̄dicta reuocetur, vel al's impugne
tur Propter qđ quia non reperio ꝙ incarceratione factā de ip-
2 so Gulielmo precesserint aliqua indicia, † consulerē ꝙ attendat̄
an fuerit positus in carcere duro, puta in Crotono forte aqueo
vel putrido, vl̄ si ibi male nutriebatur, vl̄ si fuerit cōminatus de
tortura, vel si tortura fuerit sibi exhibita vel ostensa: q̄ istis casi-
bus ⁊ eorum quolibet ⁊ in ciuilibus videret̄ ꝯfessio fuisse meticu
losa: ⁊ propterea ex capite met⁹ reuocanda: ⁊ sic nō noceret predi
cta cōfessio: maxime cū in ea non perseuerauerit: per id quod no.
Bar. in. l. j. §. diuus seuerus. ff. de questio. ⁊ qđ habetur in clemē. j.
post prin. de her. iunctis his q̄ no. Ange. ⁊ post eū doc. Moder.
in. l. q in aliena. §. celsus. ff. de acqui. heredi. ⁊ quod eleganter po-
suit Pet. de anc. consi. xxiij. exordiente, Visa inquisitione. Et si
habita informatiōe a dicto Gulielmo posset deprehendi alterū
predictorum, cōsulo ꝙ de hoc fiant articuli, ⁊ qđ dicta cōfessio re
uocet̄, Cōsulo etiam ꝙ fiāt articuli de negligentia officiariorū,
de qua loquātur reuelātes: ⁊ qđ sup articulo exordiēte: ⁊ Prob⁹
Gulielmus ⁊c. producantur testes, ⁊ fiant ꝓbationes possibiles:
quia illorū ꝓbatio potest multū prodesse: vt colligi potest ex his
que no. Joā. fa. in. §. ius aūt gentiū, col. ij. vel circa. versi. Sed qđ
dices ⁊c. ⁊ Pau. de cast. consi. cxcij. exordiēte, Jn causa ⁊c. Elegi
autem potius vobis scribere mētē meaʒ per modū epistole, q̄ p
modū schedule: q̄ nō expedit qđ ista scripta exhibeant̄ alijs: sed
sufficit quod dominatio vestra videat ⁊ prouideat huic probo:
quem spero autore domino factis probationibus, que fieri pote
runt posse defendi: ⁊ si non in toto, saltem in multo: quod etiam
ex eo fieri posse spero, quia forte non est probatum nec probabi-
tur quod illi filij occiderint illum Bernardum: de quibus om-
nibus alias plenius scribam, si post premissa portetur mihi pro
cessus. Non alia preterq̄ vt bene valeatis, ⁊ si quid possim man-
detis. Ex Carpeñ. die quarta mensis Januarij.

¶ Argumentum.

¶ Si is, cui monasterium fuerat substitutum, aliam religionē
bonorum capacem ingressus sit, legitimam transfert in religio-
nē quā ingressus est: non trebellianicā: q̄ illā nō detrahit. V. F.

1 ☞ Fratres minores sunt omnino incapaces successionū: quia
mors ciuilis est eiusdem effectus cuius est naturalis: ⁊ pro illa iu
dicandum est prout de naturali.
2 Fratres predicatores non sunt ex regula incapaces successionū
aut bonorum etiam immobiliuʒ: sed ex eorum constitutionibus
a papa approbatis dicuntur mendicantes: ⁊ sic incapaces.
3 Generalis consuetudo, ⁊ priuilegium apostolicum annullāt con
stitutiones particulares.
4 Constitutio quelibet de sui natura est retractabilis ⁊ mutabilis
secundum temporis ⁊ conditionum mutationem: quibus con-
firmari dicitur.
Regula monachorum aut religiosorum facile non mutatur.
5 Fratres predicatores habent priuilegium succedendi in tempo
ralibus bonis.
6 Cōuentus seu monasteriū alicui⁹ ordinis religionuʒ an possit
dici heres illius qui illā intrauit: ita ꝙ habeatur pro illi⁹ filio.

⁊ non

⁊ non dicatur sine liberis decedere.
7 Quarta trebellianica non detrahitur de fideicommisso vniuer-
sali ad pias causas, secundum communem opinionem.
8 Priuatus heres institutus non potest detrahere falcidiã de le-
gatis pio loco relictis: pius autem locus potest illam detrahere
de alteri loco pio relictis.
9 Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio qñ
hincinde adest pietas.
10 Ecclesia, vel alia pia causa heres instituta non potest falcidiam
vel quartam trebellianicam detrahere de legatis vel vniuersali
fideicommisso eisdem relictis.
11 Dictio omnis, non semper significat totalitatem.
12 Trebellianica, seu illius detractio, an ⁊ quo casu prohiberi pos-
sit etiam liberis primi gradus.

De sacrosanc.eccle. Consilium.clij.



Punctus questiõis su-
per quo consiliũ petitur, talis est. Dudũ anno scꝫ
dñi.M.cccclxviij.⁊ de mẽse Junij, honorabilis
quondã vir magister Andreas gauoti notarius
condidit eius vltimũ ⁊ nuncupatiuũ testamentũ
in quo inter cetera heredes vniuersales sibi instituit et nomina-
uit Honoratũ ⁊ Petrũ gauoti eius filios naturales ⁊ legitimos
⁊ effectualiter primo decedenti sine herede vel heredibus legiti-
mis ex suo corpore ꝓcreatis substituit superstitẽ: ⁊ casu quo cõtin
geret ambos eius filios mori sine heredib⁹, voluit ꝙ bona deue-
nirent ad Antonetã gauote eius filiã naturalẽ ⁊ legitimã: ⁊ si cõ-
tingeret oẽs ipsos tres filios masculos ⁊ filiã mori sine heredib⁹
voluit tũc substituẽdo ⁊ ordinauit, ꝙ omnia bona sua essent ⁊ de-
uenirent ad venerabile monasteriũ Mõtisriui; dicte vero An-
tonete legauit ⁊ reliquit florenos ducẽtos: ⁊ deinde permanẽs in
volũtate huiusmodi vita functus est ⁊ ab humanis decessit. Quo
mortuo ⁊ vita functo prefati Honoratus ⁊ Petr⁹ se immiscue-
runt paterne hereditati; ⁊ pro dicti eorũ quondã patris vniuer-
respectiua seruare tenebatur.l.cũ proponas.in.ij.C.de pac.Pa
ctũ enim videtur appositũ pro eo qui illud seruat,non pro eo qui
contrauenit pacto.d.l.cum proponas:cõcordat.l.quero.§.inter
locatorẽ.ff.loca.& qđ not.glo.in.l.qui fidẽ.ff.de trãsac.in.l.ij.C.de
iure emphy.&.l.cũ pater.§.libertis.ff.de lega.ij.Et est huic simile
quod dicit Inno.& post eum Io.And.in.c.mandatum,de rescri.
& And.Barba.consi.xiiij.col.iiij.in secunda parte,q̃ nunquã vi-
3 detur pro eo scriptum,qui facit contra rescriptum.¶ † Utrum
autẽ propter non obseruantiã pactorũ predictorũ:hoc est pro eo
q̃ prefatus Tornatoris non fecit dicta mutua:& q̃ etiã nõ soluit
vel nõ satisfecit dicto Philippo de Sarachijs,seu sumptu & ex-
pensa Sarachiorũ primi anni teneatur idẽ Tornatoris ad aliqđ
interesse,dico & respondeo q̃ sic.Et primo quidem propter non
facta dicta mutua:q̃ q̃uis mutuũ sit ab initio voluntatis,quẽ-
admodũ sũt vt plurimũ alij cõtractus:tñ ex postfacto efficitur
necessitatis.l.sicut.C.de actio.& obliga.& procedit hoc non solum
in contractibus vltro citroq̃ obligatorijs:sed etiam in gratui-
tis,& factis solum gratia alterius partis:vt verbi gratia in com
4 modato.† Commodare enim ab initio est officij hominis:hoc est
pietatis,nõ necessitatis:sed ex postfacto est necessitatis.ita vt re
uocari non possit per cõmodantem ante vsum finitũ:quę probã-
tur in.l.in commodato.§.sicut autẽ volũtatis & officij:& quod ibi
Bar.Alberi.Sali.& alij.ff.cõmo.etiã donare ab initio est volũta
tis:sed post factã donationẽ est necessitatis:ita vt facta donatio
inter viuos regulariter reuocari non possit.l.finali.C.de reuocã.
dona.&.§.alie,instit.de dona.& potest donator cogi ad dandum et
tradendũ rem donatã:& hoc non habet dubiũ.Potest etiã effica
citer quis se obligare ad donandũ:ita vt possit non solũ qui do-
nauit cogi expedire & tradere rem donatã:sed etiam qui donare
promisit per pactũ opportune vestitũ potest cõpelli vt donet:per
id quod notat Io.fab.in dicto.§.alie.Ioan.de Imol.in.l.edib⁹.
ff.de dona.& Sali.in.l.secunda.C.de condi.ob cau.Quinimo vo-
luit Barto.in.l.iurisgentium,in princi.ff.de pactis,& in.l.finali.
ff.de condic.ob cau.& Angel.in.l.si quis argentuz.§.finali,in sua
summa,quod etiam ex nudo pacto de donando oritur hodie cõ-
5 dictio ex lege,dicta.l.si quis argẽtum.† Quemadmodũ igitur in
predictis,et alijs huiuscemodi contractibus,quę sunt ab initio
merę voluntatis ex postfacto efficiuntur necessitatis:ita & in mu
tuo:insuper & in cõuentione de mutuando.Dictus igitur Tor-
natoris,qui & mutuare dictas vigintiquinq̃ somatas annone,et
quinq̃ somatas cinate in dicto arrendamento,& eas non repete-
re ante finem predictorũ sex annorũ conuenit,promisit,& iurauit:
insuper & qui etiã conuenit & iurauit eidẽ Philippo annis singu
lis pro messibus colligendis mutuare viginti quinq̃ floreno.te-
nebatur hec cum effectu adimplere.Audio enim q̃ dictus Phi
lippus esset alienigena,& pauper,nihil in partibus illis habens:
& qui sub fiducia huiuscemodi mutuorũ,& solutionis expensarũ
Sarachiorũ primi anni processit ad receptionẽ huiuscemodi ar
rendamenti,in quo se obligauit & submisit grandi pensioni et ne-
cessitati conducendi multos homines pro cultura,laboragio,et
seminatione,& oneri faciendi multas expensas etiã pro seminum
recollectione:qđ non fecisset,tanquã se cernens omnino ad talia
impotentẽ,nisi in mutuis & alijs predictis sperasset.Cõgruit er
go rationi quod si propter defectũ dictorũ mutuorũ idem Phi-
lippus passus extiterit interesse,quod vt dicit glo.& docto.com-
muniter in.l.j.C.de senten.que pro eo quod interest,consistit in
damno emergente & lucro cessante,idem Tornatoris de huiusce
modi interesse satisfaciat:quia cum in arbitrio cuiuscũq̃ sit hoc
facere quod instituit:oportet eũ vel minime ad hoc prosilire,vel
cũ ad hoc venire properauerit non quibusdam excogitatis acti-
bus suũ propositũ defraudare,dicta.l.si quis argentũ,& in dicta
l.in cõmodato.§.sicut:vbi dicitur q̃ adiuuari nos nõ decipi be-
neficio oportet.Et idẽ etiã puto de expẽsa dictorũ Sarachiorũ:
quia si propter omissionẽ solutionis illius fuerit idem Sardini
interesse passus vel in damno emergente vel in lucro cessante,te-
netur idẽ Tornatoris de illo satisfacere.Et videtur quod nõ so-
lum teneatur satisfacere de interesse,quod propter causas predi
ctas sustinuit & passus est idẽ Sardini primo anno arrẽdamẽti:
sed etiã de eo qđ passus est & sustinuit alijs annis:& signanter re-
spectu quatuordecim somatarum cinate,quas mutuare dz dicto
Sardini:& que ante finem arrendamenti repeti non poterãt:qđ
tamẽ interesse probari debebit per ipsum Sardini:per id quod
habetur in.d.l.j.& quod ibi glo.& doc.ff.de senten.que pro eo quod
interest.Postq̃ enim dicta annone & cinate seu auene quãtitas
nõ poterat durantibus sex annis repeti:sed debebat apud dictũ
Sardini remanere,nõ videtur subesse ratio,propter quã nõ de-
beatur interesse pro secũdo,tertio & alijs sequentibus annis,quẽ
admodũ & pro primo.Quod autez pro primo debeatur interesse
ex eo apparet:q̃ dictus Sardini defectu dictarũ quatuordecim
somatarũ annone,& quinq̃ somatarũ cinate,lõge min⁹ semina-
uit:& cõsequẽter multominus messuit:q̃ vt dicit apostolus,Qui
parce seminat parce & metet.Et sic passus est idẽ Sardini et pas
surus est interesse,qđ consistit in lucro cessante:& hoc tã in primo
anno,q̃ in alijs:hui⁹ autẽ lucri ratio debet haberi:& quidẽ regu-
lariter ẽm glo.penul.in.d.l.j.C.de senten.que pro eo qđ interest:
vbi etiã hoc voluit Pet.rela.ibi per Cy.col.x.ver.tertia est diui
sio:vbi voluit hanc regulam fallere qñ lucrũ esset cũ iactura alte
rius.l.si is cui.§.vltimo.ff.de fur.& vbi lucrũ esset fortuitũ.l.si ste
rilis.§.cũ per venditorẽ.ff.de act.emp.q̃ non omnis potẽtia de-
ducitur in actũ:nec probat hoc esse qđ ab hoc contingit abesse.l.
neq̃ natales.cũ suis simi.C.de proba.voluit ergo Pe.& post euz
Cy.q̃ ratio lucri habeatur indistincte:sed ratio damni non ha-
betur indistincte:imo cũ distinctione:scilicet q̃ aut agitur q̃ fa-
ctum est quod fieri non debuit,& tunc venit omne damnum,aut
agitur q̃ nõ est factũ qđ fieri debuit:& tũc nõ venit dãnum extrin
secũ.d.l.si sterilis.§.cũ per venditorẽ:qđ etiã voluit glo.& docto-
6 res magis cõiter in.d.l.j.C.de senten.que pro eo qđ interest.† Et
si queratur cur tã varie,& opponatur q̃ imo potius deberet indi
stincte haberi ratio dãni,q̃ lucri:q̃ nõ est par eadẽq̃ ratio amit-
tere debita,& lucra non capere.l.fina.C.de codicil.Respondetur
q̃ hoc ideo est,q̃ in lucro iniquo nõ factũ debitoris,vt in casu no
stro nõ in factũ dicti Tornatoris ordinabaẽ ad perditionẽ lucri
dicti Sardini.Et ideo cũ eius culpa ad hoc esset ordinata,debet
indistincte puniri in interesse lucri cessantis.Sed in dãno nõ sic
est:q̃ nõ factũ nõ ordinatur ad hoc qđ fortuite accidit.Et q̃uis
Cy.post premissa in aliquo discesserit ab opi.Pe.eius tñ dictuz
nõ facit ꝯ dictũ Sardini:sed pro eo,quatenus scz voluit qđ vbi
petiẽ interesse,& cõtractus est bone fidei,tũc habẽda est rõ lucri
intrinseci:& hoc vsq̃ ad duplũ.d.§.cũ aũt per vẽditorẽ,&.d.l.j.C.
7 de sentẽ.que pro eo qđ interest.† Nisi forte quis opponat,q̃ istő
nõ est interesse intrinsecũ:sed est extrinsecũ:cuius nõ videtur in
casu habẽda ratio.Sed respõdeo q̃ imo videtur esse interesse in
trinsecũ:q̃ doctores diffinire cõsueuerunt esse illud qđ cõcomit-
tatur rẽ quocũq̃ vadat.Certũ est enim q̃ cuicũq̃ prefatus Tor
natoris arrẽdasset dicta eius bona,& promisisset pro terrarũ se-
minatione mutuare quantitatẽ annone & cinate superius mẽtio-
natã:qđ facere cessasset,ipse recipiens passus fuisset interesse in
lucro cessante.Debet igitur huius lucri haberi ratio:quod dicit
Bar.in.d.l.j.col.ix.ver.venio ad vltimã partẽ:ibi,aut nõ partici
patur cũ alterius iniuria,habere locũ nõ solũ in iudicio bone fi
dei:sed etiã in iudicio stricti iuris:pro quo allegat.l.venditor.ff.
de eui.l.si quis vxori.§.pen.ff.de fur.l.inde neratius.§.j.ff.ad le-
gẽ aquil.&.l.pe.de his qui.vt indig.& idẽ voluit ibi Sali.col.xiiij.
ver.transeo ad ver.& hoc nõ solũ &c.ibi aut queritur de lucro sine
alterius iniuria &c.Preterea vbi vel dici posset,vel dici nõ debe
ret hoc interesse lucri cessantis nõ esse interesse intrinsecũ,vel cir
ca rẽ:nihilominus tñ videretur q̃ illius deberet haberi rõ.arg.
eius qđ dicit Bar.in.d.l.j.col.ix.versi.venio ad vltimã partẽ &c.
ibi quoddã est lucrũ qđ nõ sequitur rẽ per quecunq̃ &c.sequiẽ ibi
Sali.char.vlti.col.j.ver.trãseo ad ver.&c.ibi aut tale lucrũ ratio
8 nõ comitatur:& vbi dicit Bar.& post eũ Sali.quoddã esse lucrũ q̃
nõ sequiẽ rẽ penes quẽcunq̃ vadat,vt est lucrũ qđ percipitur ex
mercãtia,vel ex alterius hmõi industria:& in hoc dicũt Barto.&
Sali.esse aduertendũ:q̃ quoddã est lucrũ in quo natura rei pl⁹
operaẽ,q̃ hominis industria:vt in lucro qđ percipiẽ ex fundo,si
colaẽ:& hui⁹ lucri habeẽ ratio.l.si fundũ.§.fi.ff.loca.&.l.si in lege.
§.si colonus.s.eo.tit.quoddã est lucrũ in quo plus operaẽ homi-
nis industria,q̃ natura:& tũc ille qui petit hoc lucrũ est persona
que nõ consueuit mercari:& tũc nõ habeẽ ratio illius lucri,vt.d.l.
si sterilis.§.cũ per venditorẽ.ff.de act.emp.aut est persona que cõ
sueuit mercari:& tũc habeẽ ratio lucri,illius scz q̃ fuisset perso-
na hmõi factura:& quantũ lucrũ fuisset factura cõsideraẽ per re-
spectũ ad id qđ ex alia sua pecunia in suis mercãtijs fuit lucrata
l.iij.§.fi.& qđ ibi glo.ff.de eo qđ cer.lo.Et si nõ desipio existimo q̃
primũ membrũ huiuscemodi distinctionis possit adaptari casui
nostro:& dici q̃ in lucro de quo loquimur plus operatur natura
rei q̃ hominis industria:& q̃ ppterea debeat ratio illius haberi.
Ad premissa etiã puto facere qđ voluit Ia.de belloui.in.d.l.j.C.
de sentẽ.que pro eo qđ interest:cuius opi.refert Albe.col.vj.ver.
dñs autẽ Iac.&c.vbi dicit eundẽ distinxisse q̃ aut in cõtrahendo
obligationẽ habeẽ respectus ad lucrũ futurũ:& hoc cõstat vel q̃
creditor hoc expressit in cõtrahẽdo,vel propter locũ appositum
solutioni,vel ppter officiũ gestoris,vel alio modo,aut nõ habeẽ
respectus ad lucrũ futurũ:& prosequendo primũ casum dicit,qđ
semper venit interesse ex lucro:& sic põt intelligi.d.l.iij.§.fi.ff.de
eo qđ cer.loc.&.l.quicquid.C.arbi.tut.refert etiã idẽ Albe.quod

Iac.de belloni.pixerit ꝙ vbi petitur lucrū ab aliquo ex eo q̄ obligatus est ex cōtractu,⁊ propter morā,solū venit lucrū extra rē, quod actor potuit facere negotiando.l.fina.ff.de peri.⁊ cōmo.rei ven.⁊ dicta.l.si sterilis.§.cū per venditorē.Potest igitur dictus Sardini etiam secundum Iaco.butri.petere interesse dicti lucri cessantis.Et premissa,que scilicet dixi de interesse lucri cessantis secundum Bart.Sali.⁊ Iaco.but.etiam sunt de mente Bartho. Soci.cōsi.clvi.exordiēte,Pro fundamento decisionis presentis consultationis,in.ij.parte.Et ita mihi videt̄ sub correctione ⁊c.

¶Argumentum.

¶Alimenta sine expressione temporis legata singulis mēsibus debentur:vestes autem non,nisi cum legatarius indiget.

1 ☞Legatum alimentorum relictum a quibusdam heredibus nominatim debetur a substitutis ⁊ coniunctis.
2 Uxor vsufructuaria ⁊ domina relicta,filijs vniuersalibus heredibus institutis,non dicitur habere nisi alimenta ⁊ supereminētiam in domo.
3 Alimenta simpliciter et ad tempus incertum relicta qualiter et quando sint distribuenda.
4 Uestes an contineantur appellatione victus ⁊ alimentorum.

¶De lega. Consi.clix.



Uiso publico instrumēto matrimonij per verba de futuro dudum anno scilicet domini.M.cccc.xcv.⁊ de mense Augusti, contracti per ⁊ inter probum virū Raymundū Dauid ex vna parte ⁊ honestam mulierē Simonam Laurentie ex alia,vna cum cōsultationis themate mihi exhibito parte honeste mulieris Antonete Dauidis filie quondā naturalis ⁊ legitime predicti Raymundi ⁊ ipsius vniuersalis he
1 redis.†Dico ⁊ respondeo ꝙ prima facie videtur dicendū eandē Antonetā teneri ⁊ debere prestare ⁊ soluere prefate Simone victū ⁊ alimenta necessaria,etiā si nolit stare aut residentiā facere in domo dicti quondā Raymundi,vel dicte Antonete eius heredis:sed velit morari extra domū huiusmodi.l.cum hi.§.in causa, ibi,si alibi domiciliū heres alibi alimentarius.ff.de transactio.et l.libertis.§.fi.ff.de alimē.⁊ ciba.lega.vbi etiam post Iaco.de are. ⁊ Dyn.hoc tenuit Bar.⁊ idem voluit Specu.titu.qui fil.sint legi.⁊ idem etiam voluit Barto.in.l.diuortio,in princi.vbi etiam alij.ff.soluto matrimonio.Multas remissiones ponit dn̄s Ias. may.in.d.§.in causa.ver.v.not.ex eisdem verbis.Quod plane cōfiterer,nisi esset aliud qd̄ obstaret.Uidetur enim huic sententie et dicto obstare tenor conuentionis ⁊ pacti,de quo in dicto instrumento:vbi dicitur ꝙ in euentū conditionis de qua ibi dicta Simona haberet ⁊ habere deberet victum ⁊ alimenta necessaria in ⁊ super bonis dicti Raymundi:⁊ sic videtur ꝙ propter illud verbū in bonis,idem Raymūdus voluerit eandē Simonā manere in bonis suis,⁊ in illis recipere victum ⁊ alimenta necessaria:al's autem videbatur sufficere solū dicere,ꝙ dicta Simona haberet victum ⁊ alimenta super bonis.Et sic verbum in bonis,esset superfluū,⁊ nihil operaretur:qd̄ non est dicendum,postquam operari potest.l.hac lege.ff.de cōtrahen.emp.l.si stipulatus,in prin. ff.de vsur.⁊ qd̄ no.Bal.C.de contrahen.emp.super rub.q.ix.Roma.consi.lxxxiij.in fi.⁊ Alex.de Imo.cōsi.cxvij.exordiēte,Uisis supra narratis ⁊c.col.penul.Preterea cum cōuentū extiterit de ⁊ inter eosdem Raymundum ⁊ Simonam,ꝙ in euentū dicte cōditionis,scilicet si idem Raymundus premoreretur,esset et esse deberet dicta Simona vsufructuaria,rectrix et administratrix omnium,vniuersorum ⁊ singulorum bonorū eiusdem Raymūdi non videtur ipsa Simona posse petere victū ⁊ alimēta,nisi ipsa administret ⁊ regat bona predicta:hoc enim positum est in cōuētione,⁊ huius contemplatione fuerunt sibi promissa alimenta et victus.Debet ergo regere ⁊ administrare,si hoc velit consequi; quia pactum videtur appositum pro eo qui illud seruat.l.cū proponas.⁊ qd̄ ibi doc.C.de pactis,⁊.l.quero.§.inter locatorē.ff.loca.⁊ qd̄ no.glo.in.l.qui fidē.ff.de transa.in.l.ij.C.de iure emphy.⁊ ⁊ in.l.cum pater.§.libertis.ff.de legatis.ij.Et huic dicto est simile id qd̄ dicit Inn.vbi etiā Io.And.in nouella,in.c.mandatum, de rescri.ꝙ nunꝙ videtur pro eo scriptū qui facit contra rescriptū.Ubi vero dicta Simona fuerit cōtenta regere ⁊ administrare bona predicta,putarem ꝙ dicta Antoneta non se posset liberare a prestatione victus ⁊ alimentorum,relinquendo eidem Simone vsumfructū predictorum bonorum:pro eo quia eidem Simone dari ⁊ prestari voluit dictus Raymundus victum ⁊ ali
2 menta necessaria ⁊ cōdecentia.Pro quo etiam facit:⁊q̄ si testator relinquat vxorē dn̄am ⁊ vsufructuariā:quo casu filijs heredibus institutis,nō debet habere vxor nisi alimēta ⁊ preeminentiā in domo,per id quod no.gl.⁊ doc.in auth.hoc locum.C.si secūdo nup.mulier.Bar.⁊ doct.in.l.titia cum testamento.§.fi.ff.de lega. ij.⁊ doc.in multis alijs locis tam scribendo quam cōsulēdo,si tamen isto casu filij vel liberi heredes instituti vellent se liberare a prestatione alimentorū,dicendo matri quod acciperet vsumfructum,⁊ quod vt tanꝙ vsufructuaria vteretur ⁊ frueretur bonis testatoris,hoc facere non possent inuita ⁊ contradicente matre: per id qd̄ voluit Sali.in.d.auth.hoc locū,⁊ Pau.de monte pi.in d.l.titia cū testamento.§.fi.char.vj.col.i.versic.tertio limita.Illud autē est indubitatum ꝙ etiam vbi essemus in casu,in quo dicta Antoneta teneretur ⁊ deberet soluere ⁊ p̄stare victū ⁊ alimēta dicte Simone:etiam si nec in dicta domo resideret,nec bona predicta administraret aut regeret,ipsa tamē Antoneta non teneretur victū ⁊ alimenta huiusmodi portare,aut portari facere dicte Simone extra domiciliū sui ipsius Antonete,sed solū teneretur illa sibi soluere in domo:⁊ ipsa Simona illa postea sumptu sui ipsius deferre quo vellet:per id quod no.gl.⁊ doc.in.l.qd̄ legatur.ff.de iudicijs.quamuis Ange.in.d.l.cum hi.§.in causa videatur voluisse,quod quando pro alimentis est tale,quid,in quo non fieret expensa in mittēdo:tūc heres teneretur mittere ad domū alimentarij.exēplū ponit in pecunia,sed vbi venit prestandū tale quid,propter quod succedit impēsa vecture,seu portus, vel vectigalium:⁊ tunc tenetur alimentarius mittere ad domum heredis ad accipiendū.Sed hoc dictum Ang.in primo membro huiusmodi distinctionis non obstat predicte Antonete,tum q̄ vt iam dixi,aliter loquit̄ gl.⁊ doc.in.d.l.qd̄ legitur,quorū dicto videtur magis inherendum:per id quod scribūt doc.in.c.j.de cōstit.⁊ in.l.fi.C.de pe.iudi.qui ma.indi.Tum ⁊ quia hic videntur prestanda alimenta de fructibus:⁊ sic de blado,vino,⁊ alijs fructibus,si sufficiāt ad victū ⁊ alimēta.l.imperator,⁊ quod ibi Iaco.de are.Bart.⁊ docto.ff.ad Trebellianum.de quo Angel.are. in suo trac.de testa.char.xxx.col.ij.ver.Item reliquit.T.mulieri concubine sue alimenta in domo ⁊c.⁊ alij doc.in diuersis locis.
3 †Sed hic posset queri,quomodo debeant victus ⁊ alimēnta hm̄oi prestari,an scilicet de die in diē vel de mēse in mēsem,aut de anno in annū.Dico qd̄ cum promissa aut data nō fuerint alimēta annua,menstrua,aut diurna,sed simpliciter,⁊ ad tēpus incertum q̄diu scilicet dicta Simona viueret in humanis vidualem statum nomine dicti Raymundi tenēdo alimenta ⁊ victus hm̄oi debentur de mense in mensem,videlicet in principio cuiuslibet mensis.l.pecunie.ff.de alimen.⁊ ciba.lega.Et hoc ibi volūt Iaco. de are.⁊ Rayne.per tex.in.l.fi.ff.de libe.agno.vbi etiā idē voluit Iaco.de are.Rayne.de quo per doc.in.l.si quis ad declinandā.C. de epis.⁊ cle.⁊ per Bartho.soci.consi.x.exordiēte,Assumo ergo primā questionē.versi:circa quintā questionē,⁊ consi.xj.exordiēte,Circa presentem consultationē ⁊c.versi.circa tertiā questionē ⁊c.ibi,⁊ hoc procedit in prima parte.Et hec vera sunt quoad victum ⁊ alimenta.†Quo vero ad vestes,que etiā comprehenduntur appellatione victus ⁊ alimentorum.l.verbo victus.⁊.l.sequē. ff.de ver.signi.⁊.l.vltima.⁊.l.antepenul.ff.de alimen.⁊ ciba.lega. ⁊ quod no.gl.in.c.episcopus.x.q.ij.Dico ꝙ illa non deberent solui aut tradi dicte Simone de die in diē aut de mense in mensem, aut de anno in annū,sed quando egeret:vt voluit gl.in.l.firmio. §.pater.ff.de alimē.⁊ ciba.lega.⁊ Bart.in.d.l.fin.ff.de libe.agnos. Bartho.soci.in dicto consi.x.col.quarta:⁊ ver.superius allegato ad quod facit.l.nec semel.ff.quan.di.le.ce.

¶Argumentum

¶Quod princeps secularis priuilegiū ecclesie concessit hoc ipse reuocare nō potest,nec de illo secularis iudex cognoscere.U.F.

1 ☞Priuilegium non subdito concessum dicitur irreuocabile. Priuilegium dicitur multis respectibus irreuocabile.
2 Uerba narratiua seu enūtiatiua fidē faciunt inter cōtrahentes.
3 Ecclesia dicitur ab omnibus muneribus,exactionibus,datijs,⁊ gabellis laicorum exempta.
4 Collecta an ⁊ quo casu possit imponi forensibus ⁊ clericis.
5 Clerici ad cōtributionem vel aliam collectam astricti an possint per secularem iudicem cogi.
6 Cōstitutiones disponentes ꝙ clerici non iudicentur a laicis,nō dicuntur nisi iuris diuini declarationes.

¶De sacrosan.eccle. Consi.clx.



Ponitur in facto quod dudum,anno scilicet incarnatiōis dominice millesimo quingentesimo octauo die tertia mensis Nouembris recolende memorie illustris dominus Ildefonsus, Comes ⁊ Marchio prouincie,donauit ⁊

uauit et laudauit ⁊ concessit bone memorie domino. B. Foroiuliensi episcopo. et episcopis eiusdem ecclesie pro tempore succedentibus per se ⁊ successores sui ipsius dñi comitis et marchionis: quatenus eidem dño episcopo ⁊ successoribus, ⁊ eiusdē ecclesie dominis canonicis, nomine tamen ecclesie, sine sua licētia, ⁊ eo irrequisito, vel alijs pro eo liceret acquirere, recipere ⁊ habere in toto comitatu prouincie, quicquid iure emptionis, permutationis, vel donationis inter viuos, vel in vltima volūtate, in castris villis, ⁊ possessionibus, ⁊ in omnibus obuētionibus, prouētibus, vel redditibus, aut pignoribus eis in posterū esset venditum vel donatum, relictū, pignoratū, vel permutatū, seu quocunqȝ modo translatum. Et hanc donationē fecit deo ⁊ sancte Marie Foroiulij principaliter pro anima sua ⁊ parentū suorū: ⁊ in recompensationē ⁊ emendationē multorum, que cōtra ecclesiam Foroiulij ⁊ eius mēbra multoties minus bene fecerat. Et hec cōcessio fuit post mortē eiusdē dñi Ildefonsi per aliquot dños comites, puincie eius successores confirmata. Post dictā vero donationē, ⁊ tā ante dictas confirmationes, quā etiam post, reuerendi patres et viri egregij dominus Prepositus, canonici, ⁊ capitulū acquisiuerunt tam in ciuitate Foroiuliensi, quam eius territorio, certa predia vrbana ⁊ rustica: aliqua vt puto titulo emptionis, alia titulo donationis aut legati, seu alterius vltime volūtatis: aliqua vero iure prelationis, aut remissionis, seu depauperationis, aut cōmissi: quorū quedā scilicet ante retentionē, depauperationem, aut cōmissum huiusmodi tenebantur ⁊ possidebantur per eorum emphyteutas seu feudatarios de ⁊ sub dominio directo ⁊ maiore segnoria dictorum domini Prepositi, canonicorū, ⁊ capituli, seu predicte ecclesie Foroiuliensis. Est verum ꝙ licet prefati dominus Prepositus, canonici ⁊ capitulū fuerint ab euo: ⁊ alias a tēpore, de cuius initio aut cōtrario huiusmodi memoria nō existit ⁊ citra, ⁊ hodie sint in possessione predicte licentie, seu facultatis, ⁊ alias priuilegij eisdē cōcessorū: ipsiqȝ in vel pro donis seu subsidijs vel tallijs aut collectis, quas pro tēpore receperunt domini comites prouincie a subditis seu incolis ⁊ habitatoribus predicti comitatus, nihil vnquā soluerint, nec pro dictis bonis in eis cōtribuerint: nihilominus vniuersitas predicte ciuitatis, seu domini syndici, ⁊ alij reipublice eiusdē ciuitatis ꝑtēsi administratores eosdem dominum Prepositum, canonicos, ⁊ capitulum a certis annis citra super solutione seu contributione facienda in subsidijs regijs, seu tallijs ⁊ collectis, ⁊ in alijs oneribus pro dictis bonis, molestarunt ⁊ molestant coram dominis magistratibus ⁊ iudicibus secularibus: per quos pretendunt eos posse ⁊ debere cogi ad dictam contributionem faciendam.

¶ Quesitum est de sequentibus.

¶ Primo an dictum priuilegium potuerit aut possit reuocari.
¶ Secundo an dicti dominus Prepositus, canonici, ⁊ capitulū teneātur ad dictam contributionē. ¶ Tertio an vbi occurreret casus, in quo tenerentur contribuere, possent ipsi cogi ⁊ compelli hoc facere per iudicem aut potestatē secularem. ¶ Ad primum dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ꝙ licet priuilegium principis possit regulariter reuocari. c. veniens. de prescriptionibus, ⁊ in. c. j. cum ibi nota. per glos. ⁊ docto. de rescriptis: tamen hoc fallit in priuilegio concesso a principe non subdito: per id quod notat Inno. in. c. nouit. super verbo theodosius, de iudicijs, vbi dicit Innocen. ꝙ priuilegium de quo ibi fuit ecclesie concessum: vnde hoc adhuc hodie durat: per quod dictum sentiunt ⁊ dicunt do
1 ctores Inno. sensisse, ⁊ quod priuilegium concessum non subdito est irreuocabile. Pro quo dicto allegat Hostiē. in dicto. c. nouit. super verbo vt illud. l. perfecta. C. de dona. que sub mo. c. non est. ad finem. xxij. questione secunda, ⁊ quod ipse notat in summa, titul. de immuni. eccle. inquantum ⁊ ad quos, sub. §. sed nec illa, versicu. nec credendum est: ibi, nec etiam forte, ⁊c. Pro hoc facit regula qȝ semel, ⁊ regula decet, de regulis iur. in. vj. ⁊ qȝ not. Ioā. And. in addi. Spe. tit. de cēsi. §. nūc dicendū, ⁊ qȝ etiā not. Ioā. And. in addi. Spe. ti. de instru. edit. §. nūc vero aliqua, char. vlt. in fin. addi. exordientis, Hic omnino vide. Et dictum Innoc. de quo supra, communiter sequuntur doctores in dicto. c. nouit. et in diuersis alijs locis. Cum igitur priuilegiū, de quo supra, fuerit factum non subdito, palam infertur ꝙ illud videtur fuisse et esse irreuocabile. Preterea, vt apparet ex tenore dicte donationis ⁊ concessionis, illa fuit facta ex causa recōpensationis ⁊ emēdationis multorum, que contra dictam Foroiuliensem ecclesiam ⁊ eius membra se multoties minus bene fecisse dicebat dictus dominus comes. Fuit igitur et est predicta donatio irreuocabilis. l. si pater. §. finali. ⁊ quod ibi gloss. ff. de dona. ⁊ quod notat Bald. in. l. si cum mihi. ff. de dolo malo. Et si qui sunt qui dicant hoc dictum limitari ⁊ restringi, vt non procedat in donatione remuneratoria facta per principē, si donatarius postea cōmittat ingratitudinē, vt videtur limitasse Alex. de Imol. consil. cxxviij. exordiente, Nec arguendo sumus ⁊c. colum. viij. vel circa, vers. Reliquum est vt ad allegata ⁊c. in secundo volu. isti loquūtur in priuilegio concesso subditis: cuiusmodi nō est priuilegiū de quo supra. Preterea illi loquuntur de reuocatione, que fit propter ingratitudinem: que in casu nostro nō occurrit, nec deo propitio occurret. Nō igitur potuit ꝑdicta licentia seu facultas reuocari. Huic autem secunde rationi non obstaret si forte opponeretur, ꝙ non apparuerit vel appareat de illis malefactis, in quorum recompensationem seu emendam dictus domi. Comes dicebat se dona
2 re. †Quoniam respondeo quod ibi satis constat: pro eo qȝ verba narratiua seu enuntiatiua fidē faciunt inter contrahentes. l. optimā. C. de cōtrahen. ⁊ cōmit. stipu. ⁊ quod not. Bar. in. l. si forte. ff. de castren. pecu. quod signanter procedit qñ verba huiuscemodi emanāt super eo, super quo partes libere poterant sibi renuntiare. ⁊ sibi preiudicare: vt etiam voluit Bart. in. d. l. si forte. ⁊ tam ipse ꝙ alij in alijs locis: huiusmodi aūt erat dictus domin⁹ Ildefonsus Comes ⁊ donator: cuius magnificētia ⁊ liberalitas cum princeps existeret, freno nō subiacebat. l. donationes quas. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. sancimus. §. exceptis. C. de donat. l. filiusfamilias. ff. eo. titul. ⁊. l. si longius. circa fi. ff. de iudicijs, ⁊ qȝ habetur in. l. hac saluberrima: ibi, cum per absurdum perqȝ temerarium sit hāc nostram liberalitatē pietatis quemquā astuta interpretatione nō ad augmentum anteriorum priuilegiorū sed diminutionem conuertere. C. de agen. in re. lib. xij. Et licet. l. donationes. ⁊. l. hac saluberrima, preallegate videantur loqui in imperatore: idē tamē videtur esse de alijs principibus, ⁊ populis non recognoscentibus superiorē: per id quod notat Bart. in. l. j. §. de qua re. ff. de postu. in. l. iij. in prin. ff. de mino. in. l. infantē. ff. de publi. iudi. ⁊ in. l. relegati. ff. de pen. Io. And. in. c. super quibusdā. §. preterea. de verborum significa. Bald. in. l. exemplo. C. de proba. ⁊ in auth. hoc amplius, colum. ij. vel. iij. ver. an filij regis. C. de fideicom. et Paul. de castro, consilio. cccxvij. exordiente, Super primo dubio ⁊c. qui ⁊ alij in diuersis locis volunt, ꝙ quicquid potest imperator in imperio, possunt ⁊ alij principes non recogno-
3 scentes superiorem in suis terris. ¶ †Ad secundū quesitū dico ⁊ respondeo ꝙ regulariter ecclesia est exempta ab omnibus muneribus ⁊ exactionibus, datijs, ⁊ gabellis laicorum. l. placet. C. de sacrosanc. eccle. l. ij. l. de his, ⁊ in auth. item nulla communitas. C. de episcop. ⁊ cleri. c. non minus. ⁊ quod ibi per omnes scribentes, de immunita. eccle. c. j. ⁊ quod ibi docto. ⁊. c. clericis. eodem titulo in. vj. Et quamuis hec regula fallat in tributis mere realibus et ordinarijs debitis ex predijs transeuntibus ad ecclesiam. l. si diuina domus. C. de exacto. tribu. lib. x. c. si tributum. xj. questio. iij. ⁊ in quibusdam alijs casibus, quos refert Ioan. de plat. in dicta l. si diuina domus: inter illos tamen nō ponitur casus de quo queritur. Propter quod non videtur ꝙ dictus dominus Prepositus, canonici, ⁊ capitulum, seu ecclesia, possint cogi ad contribuē-
4 dum in predictis oneribus. †Preterea licet tallia seu collecta, de cuius contributione agitur, sit munus patrimoniale, seu reale: indicitur tamen personis pro rebus: ⁊ hinc est quod nō potest regulariter imponi forensibus predia habentibus in territorio collectā indicentis. l. rescripto. §. si. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ docto. ff. de mune. ⁊ hono. ⁊ quod not. Bart. ⁊ docto. in. l. vnica. C. de mulie. et in quo loco. lib. x. Ioā. de pla. C. de anno. ⁊ tribu. in rub. ⁊ in. l. indictiones, ⁊ canoni. in. d. c. non minus, de immu. eccle. Et quemadmodum imponi non possunt forensibus: ita nec per seculares potestates ecclesijs, vel personis ecclesiasticis. d. l. placet. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ vulgata. l. de his, ⁊ auth. item nulla communitas. C. de episco. ⁊ cleri. Et procedit hoc, etiam si pro bonis huiusmodi soluerentur collecte per eos, a quibus ecclesie bona hmōi acquisiuerunt. d. c. j. de immu. eccle. vbi est bonus tex. ⁊ idē voluit Spec. titu. de cleri. coniug. §. j. ver. ad huius articuli, Et quamuis quidam senserint, ꝙ istud dictum limitetur vt non procedat, quādo bona huiusmodi fuerant priusꝙ ad ecclesiam peruenirent astricta ad collectas pro solido ⁊ libra. Spec. tamen in dicto versi. ad huius autē articuli ⁊c. dicit ꝙ cum descriptio seu estimatio, que fit pro solido vel libra, non fit perpetua ⁊ certa, quinimo mutetur ⁊ varietur pro varietate imminentiū negotiorū: nō videtur huiusmodi onus durare, postꝙ res seu bona peruenerūt ad personam priuilegiatam: sed si bona huiusmodi deberēt certū ⁊ perpetuum censum vel tributū, illud cū ipsis bonis trāsiret ⁊ solui deberet, etiā per ecclesiam, vel personā priuilegiatā. Et hanc distinctionē sequitur ibi Io. And. allegās pro primo mēbro eiusdē id qȝ habetur in. c. nouerint. x. questio. j. ⁊ in. c. vnico, cum suis concordantijs, de iure pa. in. vj. Pro quo etiā facit. l. j. C. de imponē. lucra. describ. arguēdo a cōtrario sensu, lib. x. ⁊. l. Paulus respōdit alias incipit, per procuratorem. ff. de acqui. here. Istud dictū per Spec. in primo mēbro etiā sequitur Archi. Io. And. Pe. de Ancha. Domi. ⁊ Philip. de fran. in. d. c. j. de immu. eccle. et idem etiā voluit Bar. in suo cōsilio, qȝ incipit, Pūctus questionis talis est ⁊c. Idē etiam voluit Bal. in. d. l. placet. Io. de ligna. Pet.

de Ancha. Anto. de but. & Jo. de Jmo. in c. si. de vita & hone. cle. & idē fuit de mente Floria. si bene attendatur ad tertiū membrū sue distinc. qd appellauit onus mixtū, cuiusmodi est collecta seu tallia, que imponitur per solidū & librā. Dicit enim in hoc membro, q̄ p̄ collectis preteritis impositis ipsis bonis antequā possessiones deuenirent ad clericū, si ille solute nō erant, tenebit clericus, quasi possessio fuerit pro illis obligata: sed non pro aliis, q̄ imponunt postq̄ deuenerūt ad eū: q: ille imponuntur persone p̄ rebus: ideo cū persona nō sit subiecta, nō poterit ipsi clerico imponi: pro quo allegat. d. l. rescripto, §. fi. & de materia huius tertij mēbri hic loquitur. Hoc etiā voluit Bar. consilio. clxxv. exordiēte, Si aliqua possessio estimata & allibrata &c. & fuit de mente Ange. consilio. xxiiij. exordiente, An ecclesie teneantur ad collectas: quāuis cōtrariū sensisse videatur consilio. cccxxvij. exordiēte, Inter ordinamenta super prestantijs edita &c. sed nō est cōtrariū qd ibi dicit Ange. q: loquitur in collecta imposita & indicta priusq̄ res perueniret ad ecclesiā, vel pium locum, & pro collecta obligata: & solū restabat fienda declaratio seu distributio collecte: quod nō est in casu. Adijcio q̄ in casu de quo loquitur Ange. aliter loquitur Jo. de Jmo. & forte melius in d. c. fi. colum. penulti. versi. sed aduerte &c. licet posset dici q̄ Angel. loquitur in collecta iam indicta, & pro qua bona erant obligata. Sed Jo. de Jmol. loquitur eo casu quo bona fuissent duntaxat obligata pro collecta: non autem quando collecta fuisset iam indicta. Preterea si dicta bona aliqñ fuerint cōcessa per ecclesiā vel personas ecclesiasticas in feudum fortasse, vel in emphyteusim seu ad nouū accapitū, et illa postea redierint ad ecclesiam, aut personas ecclesiasticas ratione dominij directi qd apud eas remanserat: vt q: sc3 vel fuerāt per feudatarios seu emphyteutas derelicta, aut depauperata, vel p̄pter cēsum non solutū, aut alias ceciderunt in cōmissum, vel fuerunt iure prelationis retenta: & sic dominiū vtile consolidatū est cū directo: nō videtur q̄ nūc p̄ istis bonis possit ecclesia vel persone ecclesiastice collectari, nec ad soluendū pro illis collectas vel talliam cogi: etiā si pro illis talliam vel collectā soluerint & soluere consueuerint laici quandiu fuerūt pro illis feudatarij aut emphyteute: q: si bona ipsa reuersa extitissent ad pristinā libertatē seu immunitatē. Res enim de facili reuertitur ad suā naturā. c. ab exordio. distin. xxxv. l. si vnus. §. q̄ si non, versi. qd & in specie dotis. ff. de pact. l. attilicinus. ff. de ser. rusti. predio. Et vt refert & sequitur Jaco. rebuf. in l. domū. C. de predi. & alijs rebus nauicu. libro. xi. hoc tenuit Berenga. de secu. legū doctor eximius, qui loquens de milite exēpto a solutione collectarū seu talliarum, & ad quē redierat mansus propter canonē non solutū per pagesium, & pro quo idē pagesius solitus fuerat soluere talliā dicit q̄ miles non tenetur soluere talliā, per iura predicta. Pro quo etiā inducit q̄ res debeat conditionari s̄m cōditionem persone. d. l. j. C. de impo. lucra. describ. Allegat preterea pro hoc. l. licitatio. §. mercatores. & §. fiscus. ff. de publica. & qd habetur in auth. de eccle. tit. §. ad hec. Insuper etiā pro hac parte facit, q: si propter cōditionē persone pagesij ad quē deuenerat, fuerat mansus factus contribuibilis in tallijs vel collectis: p̄ id qd post li. uber. de bo. not. Jo. And. in addi. Spec. §. nunc dicendū, ver. item pone quedam vicinia, in addi. exordiēte, per hanc legem, colum. ij. versi. tractauit Huber. de bo. duas questiones &c. rationabile est q̄ cū mansus ad militem deuenerit, sequi debeat eius conditionē, argumē. l. j. ff. quod quisq; iur. & pro hoc facit in speciali. d. c. j. de iure patron. vj. Et si hoc procedat in milite alias exēpto ab huiusmodi cōtributione, multomagis, vel saltē non minus procedere d3 in ecclesia, & personis ecclesiasticis, si ad eas huiusmodi bona iure prelationis, vel alias vt supra redierint: quod etiā audio alias fuisse declaratum in remissione focorū: vt apparet per registra posita in archiuis publicis camere cōputorum. Nō nego tamē quin possent occurrere multi casus, in quibus pro publica & communi vtilitate cōcernente tam ecclesias & personas ecclesiasticas, quā seculares, deberēt ecclesie cōtribuere in collectis p̄ bonis ad eas p̄uenētis: vt colligitur ex his que not. Panor. post alios in d. c. nō minus, & Jo. de pla. in d. l. si diuina domus. C. de anno. & trib. lib. x. Pe. de Ancha. consi. xcv. exordiēte, Sup dicto dubio multa p̄nt iura vulgaria allegari. Et Signo. de homod. cōs. lxxij. exordiēte, In questionibus vertentibus inter &c. in l. nullus. la. ij. C. de cur. pub. lib. xi. & Old. cōsil. xcviij. exordiēte, Factū tale est: quedā vniuersitas &c. ver. & idem videtur de secunda dicendum. Sed non reperio q̄ aliquis ex casibus huiusmodi fuerit opportune parte dicte vniuersitatis allegatus. Preterea vbi talis casus allegaref, & verus esset. non videref posse fieri impositio & taxatio talis collecte per seculare potestatē, cui nō subijciuntur: qd etiā voluit Bar. in dicto cōsilio. clxxv. & fuit de mente eius in d. l. rescripto. §. fi. & Jo. de Jmol. in d. c. fi. col. penul. de vita & honest. cle. & colligif in multis locis ex his que not. Panor. in d. c. nō mi

5 nus. ¶ Ad tertiū dico & respōdeo quod vbi essemus in casu, in quo dicti dñs Prepositꝰ, & canonici, & capitulū viderētur teneri & posse compelli ad cōtribuendū in subsidijs, tallijs, aut collectis premētionatis, illa cōpulsio nō videref posse fieri per potestatem secularē: cū clerici sint exempti ab eius iurisdictiōe, & nō solū de iure canonico, de quo sunt iura vulgatissima, & quidē plurima: s3 & de iure ciuili aut. statuimus. C. de epi. & cle. sed etiā de iure diuino, vt scribit Joan. papa, in c. si imperator, distin. xcvi. ibi enim dicif qd Deus voluit ad sacerdotes pertinere que de ecclesia disponēda sunt, nō ad seculi potestates, & qd imperator volēs iudicare de clericis vēdicat alienū: & sequitur ibi, q̄ a pontificibus et sacerdotibꝰ oēs deꝰ Christiane religionis clericos & sacerdotes voluit ordinari & discuti. Ex quo infert ibi gl. qd anteq̄ emana

6 rēt alique cōstōnes, clerici nō erāt de iurisdictiōe seculari: & et qd cōstōnes disponētes qd clerici nō iudicēt nisi ab epis nō sunt, nisi iuris diuini declaratio: que glo. est notabilis & singularis. Et hoc etiā tenet Inno. Hosti. & oēs in c. si quis. de maio. & obe. vbi do. Feli. ponit multas remissiōes, que videri possunt. Et signāter videri poterit Oldr. consi. lxxxiij. Alber. in d. aut. statuimus, dñs Prepositꝰ in d. c. si imperator, & do. Card. flo. in repe. c. perpēdimus, ver. & primo scias nomē priuilegij clericalis. etiā poterit videri id qd voluerūt do. de Rot. deci. dcccxl. in aut. que hodie sub titulo de cōsuetudine est decima, & incipit, Utrū valeat cōsuetudo, Anglicana q̄ rex possit cognoscere &c. Possent & alia multa allegari ad ostēdēdū, q̄ nō potuerint aut possint dicti dñs Prepositus canonici, & capl̄m cōueniri corā p̄tate seculari: sed q: premissa sufficiunt & q: videtur plusq̄ notorium ab illis supersedeo.

¶ Argumentum.

¶ Qui pauper est, & diuitē ducit vxorē sine cōsensu eius patris, dotē quidem cōsequitur, sed nō tantā quantā diues esset habiturus: de qua reddenda vel fideiussores cū dare oportet: vel apud quempiam mercatorem illam deponere sub honesto lucro. U. F.

1 ¶ Pater an teneatur aut possit cogi dotare filiam maritatā.
2 Filia sine consensu & voluntate patris nubens an possit dote priuari.
3 Filia virū indignū in maritum eligens an possit agere pro dote.
4 Dotis constitutio multa presupponit: & nu. 7. & per totum.
5 Mos & consuetudo regionis in qualibet dispositione venit attendenda.
6 Familiarū dignitas & honestas dicitur per diuitias conseruari.
8 Dos dicitur loco legitime succedere.
9 Filia qua de causa possit dote priuari.
10 Statutū filiofamilias penam imponens matrimonium sine patris consensu contrahenti dicitur inualidum.

¶ De nupt. Consi. clxj.

Supposito citra preiudiciū veritatis q̄ per dationē annuli, quē noīe matrimonij dedisse pretēditur Bonifacius Perusij honeste iuuencule Alienos labiane etatis decem octo annoꝝ vel circa, filie naturali & legitime nobilis & honorabilis viri Petri Labiani ciuis Aueniensis. & p̄ receptionem annuli huiusmodi etiam nomine matrimonij factā per dictam Alienos, vel per epistolam per dictam alienos suborнatam ad dictum Bonifaciū missam fuerit matrimoniū per verba de presenti inter eos contractum, & sine p̄missione alicuius dotis. Quesitum est de sequentibus. ¶ Et primo an dictus nobilis Petrus pater teneatur & debeat aut cogi possit dotare dictam eius filiam que sine voluntate aut consensu illius pretenditur cū dicto Bonifacio matrimonium contraxisse. ¶ Secundo, si visū fuerit quod idem nobilis Petrus cogi possit ad dotandum dictam eius filiam, quesitum est quanta debeat esse dos ipsius & que debeant considerari in dote estimanda aut relaxāda. ¶ Tertio an propter offensam quā eidem nobili Petro fecisse dicitur prefata Alienos in sic contrahendo matrimoniū possit eadem Alienos exheredari, vel saltem in hoc puniri, vt in posterum nihil petere possit vltra & preter dotem pro ea constituendam, etiam si illa nō ascenderet ad legitimā. ¶ Ad que per ordinem respōdeo prout infra: & primo quoad primū dico, qd Bar. in l. obligamur §. lege, post Guli. de cu. ff. de act. & obli. dicit q̄ postq̄ filia est maritata pater non cogitur eam dotare cuius dicti illam causam assignat: q: ratio quare pater tenetur dotare filiam est vt scilicet possit eam maritare: sed postq̄ maritata est, cessat ratio: ergo &c. l. qd dictū cū vulg. ff. de pac. & pro hoc videtur secundū cū esse casus in auth. de nup. §. si quis eam, colla. iiij. probat etiam hoc per simile nā alimenta petuntur officio iudicis, qñ ille qui ea petit non habet vnde se alat: alias secus. l. si quis a liberis, per totā. ff. de libe.

agno.

agnos.ergo a simili filia iā nupta,postꝙ cessat ratio,nō habet of
ficiū iudicis,ꝙ contra patrē implorare possit vt eā dotet,⁊ loqui
tur Bar.in.d.§.lege,eo casu quo filia nulla dotē promisisset:vt in
casu de quo queritur:⁊ hanc opinionē sequitur Panor.in.c.acce
dēs.col.ij.ver.⁊ in fi.glos.⁊c.ibi tamē ego semper sum solitus,de
procu.illā etiā sequitur Panor.in.c.j.vers.sed vltra alios quero
⁊c.de adulte.⁊ in.c.j.de desponsa.impu.si bene attēdantur verba
eius in fi.⁊ hec opi.etiā fuit de mente Matthe.de mat.in suis sin
gularibus,singulari scilicet.cviij.exordiēte,nota ꝙ si pater ma-
ritauit filiā:fuit etiam de mente Pau.de cast.consilio.cxxxj.exor
diente,licet ista domina Lisa viuente patre ⁊c.quāuis tamē non
multū firmet.Istā etiā opinionē videtur amplecti do.Preposi-
tus in.d.c.j.col.j.de despon.impu.quāuis scripta sua videantur
ibi incorrecta.Dicta opinio etiā fuit de mēte Pau.de cast.in au
thē.sed si post.C.de inoffi.testa.quando scilicet filia se maritasset
ante annum vicesimumquintum:⁊ sic eo tempore quo pater non-
dum poterat dici morosus:⁊ idē voluit Salic.in.l.qui liberos.ff.
2 de ritu nupt.†Sed cōtraria opi.videtur,ꝙ imo pater teneatur
dotare filiam etiā si sine voluntate vel consensu eius nupserit sal-
tē non indigno,videtur esse cōmunior:⁊ hec fuit opi.gl.in.c.hoc
sanctum.xxxij.q.secunda:q2 mulier potest contrahere matrimo-
niū de iure canonico sine consensu patris.c.sufficiat.xxvi.q.j.vbi
etiā gl.hoc tangit:sed pater tenetur dotare filiā.d.l.qui liberos,
⁊.l.fi.C.de dot.promis.⁊ hanc opinionē etiam tenet gl.in.c.de ra-
ptoribus.xxxvj.questione prima:additur tn̄ vnum verbū,videli
cet si puella sibi elegerit sponsum suo generi vel moribus dignū,
⁊ idem voluerunt Anto.de but.Jo.de Jmol.in.d.c.accedens,de
pcura.⁊ ꝙ pater teneatur dotare filiam,etiā si nupserit sine eius
voluntate,tenuit Jo.de Jmol.in.l.j.col.v.ver.in eadem gloss.ibi
qui liberos.ff.solu.matri.Jo.de ana.in.d.c.j.de adul.Bal.nouel.
in suo tra.iu.do.parte.vj.char.xiiij.ver.sed quid si filia nubit in-
uito vel ignorante patre ⁊c.⁊ expressius char.xv.col.j.ver.si vero
nulla facta fuit promissio ⁊c.Ang.are.in.§.fuerat,paulopost me
dium,versi.quero an ipsa mulier ⁊c.vbi etiā do.Jas.may.charta
vj.col.ij.versi.nunquid autem ipsa mulier.⁊c.instit.de actio.do.
Jas.in.l.ij.§.qđ si in patris,col.xiij.versic.adde fortius ꝙ si filia
que contragit matrimoniū ⁊c.ff.soluto matrimonio:pro qua opi
nione facit id qđ no.gl.in.d.l.obligamur.§.lege.ff.de actio.⁊ obli
gatio.Bar.⁊ docto.in.l.nupta.ff.solut.matrimo.⁊ in.l.mulier.§.
cum proponeretur.ff.ad trebel.quatenus voluit ꝙ filia,quanuis
nupta sit,possit a patre petere ꝙ eam dotet:licet glo.⁊ docto.pre
fati nō loquant̄ eo casu quo filia nupsit sine patris volūtate ⁊ cō
sensu:sed tamē hoc eorū dictū facit pro dicta opinione:q2 p illud
sentiūt gl.Bar.⁊ doc.ꝙ ratio Bart.de qua in.d.l.obligamur.§.
lege.nō est sufficiens,nec cōcludit:⁊ p hac opiniōe solet allegari
d.l.liberos.ff.de ritu nup.per quam pater astringitur ad duo:vi
delicet ad maritandum,⁊ ad dotandū.Quanuis igitur primum
sit impletum,vt q2 filiam maritauit,vel ipsa maritauit seipsam:
nihilominus tamen cogitur implere secundum,argumen.l.si he
redi plures.ff.de condi.instit.Jtem quia non videtur cessare ra-
tio in filia iam nupta,pro eo quia dos est necessaria ad sustinen-
da onera matrimonij.l.in assiduis.§.exceptis.C.qui potiores in
pigno.habeantur:quod etiam voluit Barto.in dicta.l.nupta.et
Sali.in.l.j.§.j.C.de rei vxo.actio.interest etiam mulieris nupte
habere dotem.vt sic melius tractetur a viro,argumen.eorū que
habentur in authen.de nupt.§.si quis autem,alias est ver.sub.§.
sic itaq3.colla.iiij.⁊ quia vt predixi hec est opin.cōmunis,eo scili-
cet casu quo filia non nupsit indigno viro,sed digno,non esset tu
tum ab ea discedere in iudicādo vel consulendo.l.j.ver.crebrior
apud vete.opi.ff.de offic.questo.c.nouimus,⁊ quod ibi Anto.de
but.de verborū significa.⁊ quod scribunt Hostiē.Joan.Andr.et
omnes communiter in.c.j.de constit.⁊ doct.in.d.l.fi.C.de pen.iu-
di.qui male iudica.Sed an teneatur pater dotare filiam eo casu,
quo sine voluntate vel consensu ipsius virū suo generi vel mori-
bus indignum duxit,respondeo ⁊ dico ꝙ etiā super hoc sunt opi
niones:quidā enim dicunt ꝙ pater eo casu cogi nō debeat:⁊ hec
videtur fuisse opi.glo.in.d.c.de raptoribus.xxxvj.questione pri-
ma,quam post Jo.de fan.ibi sequitur Archi.pro qua facit tex.in
l.non tātum.§.si emancipatus.ff.de bono.possessio.contra tabul.
facit etiam quod not.Bald.in.l.nulla.C.de iure dot.vbi dubitat
vtrum mulier minor.xxv.an.possit in dotē dare omnia bona sua:
⁊ dicit ꝙ sic si maritus dignus sit tanta dote:hanc opinionē etiā
sequitur Jo.And.⁊ Anto.de but.in.d.c.accedens.de procurato
bus.Panor.in.c.cum causa,de raptori.Bald.in.l.si pater.C.de
sponsa.⁊ istud etiam fuit de mente Bald.in.d.l.j.col.iiij.ff.soluto
matrimo.vbi dicit filiam posse petere ꝙ pater eam dotet,nisi in-
digne nubendo patrem offenderit:idē etiam fuit de mēte Bald.
in.l.si pater.ver.sed pone ⁊c.C.de sponsa.⁊ in.l.filium.C.de nupt.
in quibus locis dicit quod propter hanc causam possit pater ex-
heredare filiam:ergo ⁊ dotē denegare:quia ex eisdem causis pos-

sunt alimēta denegari,ex quibus potest quis exheredari,vt no.
gloss.in.d.l.si quis a liberis.§.si quis ex his.ff.de libe.agno.⁊ hec
extenduntur ad materiā prestationis dotis,vt voluit Bald.in
aut.res que.C.commu.dele.si ergo secundū Bal.vt predixi,pos-
sit filia per patrē exheredari pro eo q2 sine consensu patris virū
indignū sibi elegit:ergo propter hanc causam pōt etiā pater sibi
dotem denegare:qđ etiā voluit Alex.de Jmo.cōsi.xcvj.exordiē-
te,principalis dubitatio col.vj.vel circa,ver.non obstat secundū
eum ⁊c.in.j.vol.⁊ do.Jas.may.in.d.§.qđ si in patris,col.vj.versi.
adde fortius:⁊ hec opinio videtur esse cōmunis,cui propterea vi
detur inherēdū.d.l.j.ver.crebrior apud veteres opi.Sed Jo.de
Jmol.in.d.c.accedēs,de procu.dicit ꝙ illud qđ dicitur de mari-
rito indigno est dubiū:q2 cum ista causa nō numeretur inter qua
tuordecim causas exheredationis,de quibus in aut.vt cū de ap.
cog.§.causas,colla.viij.⁊ per glo.in.c.quintauallis.de iureiurā.
3 videtur†ꝙ licet filia virū indignū elegerit debeat tn̄ dotari:licet
dici possit ꝙ pater teneatur tūc ad minorem dotē,ꝙ̄ si dignū ele-
gisset:cū dos sit constituenda s̄m qualitatem vel dignitatē filie,
cuius conditio si indigno nupserit fuit denigrata:⁊ ideo non de-
bet habere tantā dotem:pro quo allegat.d.l.non tantū.§.si emā-
cipatus.⁊ hanc opi.sequitur Alex.de Jmol.in.d.l.j.col.xiij.ff.so
luto matrimo.⁊ hec opinio non est sine fundamento.Sed nō pu-
to multū insistendum:q2 nō dicitur ꝙ dictus Bonifacius sit vir
indignus generi predicte Alienos,vel moribus:ꝙ̄uis dicat̄ esse
paup:⁊ sic quo ad diuitias ⁊ bona esse lōge inferior.Sed fortasse
istud non attenderetur quoad denegandā constitutionē dotis:
ꝙ̄uis secus quoad quantitatem dotis,vt patet ex predictis in re
4 spondendo ad secundum quesitum.¶†Ad secundū quesitū di-
co ⁊ respondeo ꝙ supposito,vt predixi,ꝙ non obstāte dicta offen
sa dictus nobilis Petrus dotare teneatur dictā Alienos eius
filiā,multa sunt consideranda pro moderatiōe seu taxatione do-
tis:⁊ quidem considerari debet dignitas natalium mariti ⁊ mu-
lieris.l.quero.l.cū post mortem.§.gener.in fi.§.nuptijs.ff.de iu-
re dot.l.si filie pater.ff.de lega.iij.authē.de resti.⁊ ea que parit.§.
quāobrem:ibi,honeste ⁊ s̄m personarum qualitatē merita excipe
re,colla.iiij.⁊ transumptiue in auth.res que.ibi pro modo hone-
stati personarū cōgruo.C.com.de legat.⁊ qđ habet̄ in.l.si furiosi,
circa fin.de nup.⁊.l.si curatores.C.de admini.tut.⁊ qđ not.glo.in
c.j.de adul.debēt etiā considerari facultates mulieris nubentis,
⁊ dotē constituentis,aut patris,vbi pater dotem constituit.d.l.si
pater puelle,⁊.l.quero.Jnsuper etiā debent cōsiderari numerus
liberorū dotem cōstituentis.d.l.si pater.⁊ etiam consuetudo pa-
trie attendi debet.d.c.j.ibi,iuxta modis ꝙ̄ virgines accipere cō-
5 sueuerunt.†Est enim mos seu cōsuetudo regionis attendēda,ar
gu.l.qđ si nolit.§.qui assidua.ff.de edil.edict.l.si prius.ff.de aqua
plu.arc.⁊.l.cū de lanionis.§.asinā,in fi.ff.de fun.instruc.Dictus
igitur Bonifacius,si dotē pro dicta Alienos,vel ipsa p se cōsti-
tui postulet,⁊ illa post offensā de qua supra cōstitui debeat:debet
aduertere ad predicta:⁊ non solū considerare matrimoniū seu fa
cultatē dicti nobilis Petri:sed etiā alia vt predixi:⁊ inter illa di
gnitatē suijpsius Bonifacij:qui ⁊ si alias vir honest⁹ existat:est
tn̄ pauper:qui propterea nō meretur tantā dotē,quantā merere
6 tur si esset diues ⁊ equalis vel similis huic nobili Petro:†per di
uitias enim familiarū cōseruatur dignitas ⁊ honestas,que absq3
diuitijs non seruatur.l.j.§.sed si seruus.ff.de ven.inspi.l.sup sta-
tu.C.de questio.aut.de testi.§.sancimus.colla.vij.l.iij.in princi.
ff.de testi.l.j.ff.de custo.reo.aut.de defen.ciui.circa prin.colla.iij.
⁊ alijs plenius not.per Jo.And.in addi.Spec.tit.de successi.ab
intest.in rub.col.ij.ver.est sciendū ꝙ Jac.de are.⁊c.⁊ Bal.cōsilio
lxvij.exordiente,Martinus Joannis de Florentia ⁊c.colū.iij.
versi.secundo ratione cuiusdā publice vtilitatis:⁊ inseritur hoc
consiliū sub dicta quota inter cōsi.Ange.Et ad hmōi facultates
⁊ diuitias solent vtiq3 ⁊ domini Auinionenses ⁊ alij aduertere:⁊
longe facilius solent vbiq3 dotes pingues constitui diuitibus,ꝙ̄
pauperibus.Jnterest enim parentū ⁊ mulierū ⁊ omniū cognato
rum habere generos,viros,seu maritos ⁊ affines diuites:et non
solū propter alia multa:sed ⁊ propter prolē,que honestior reputa
bitur:⁊ ppter onera matrimonij,que leuius ⁊ honestius suppor-
tantur:⁊ propter dotem,de cuius perditione nō esset talis met⁹,
si idem Bonifacius diues esset.Et in hoc stat magnum pericu-
lum,si videlicet illa perderetur.Et propter hec ⁊ alia multa pu-
to ꝙ ꝙ̄uis,vt iam dixi,dictus Bonifacius sit vir honestus:ipse
3 re dubium, ego vlterius nō insisto. † Sed forte opponetur qd supposito qd dicte donatiōes fuerint ambe donationes inter viuos: ⁊ propterea irreuocabiles, ille nō videntur valuisse, nec valuerūt pro eo q2 sunt facte de omnibus bonis presentibus ⁊ futuris: ⁊ sic per eas auferebatur eidē do. Artande libera testādi facultas: ꝙ est cōtra bonos mores: p id qd no. Bar. in d. l. fi. C. de pac. Bart. ⁊ multi in d. l. stipulatio hoc modo concepta: q̄uis ⁊ Ang. ⁊ multi alij senserint contrarium. Sed hoc non obstat: quia vt apparet ex tenore instrumenti dicte donationis, dicta domina Artanda retinuit sibi vsumfructū. Poterit igitur de fructibus per eā percipiendis disponere ⁊ testari: q2 illi nō veniūt in donatione futurorū, vt voluit Alex. de Jmo. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. xij. Pro cuius dicto facit id quod ibi no. Bar. dū dicit qd si vendo tibi omnia bona mea presentia ⁊ futura, valet vēditio q2 potero testari de pretio: pro eo q2 illud nō debetur emptori. l. dāni. §. cū parietē. ff. de dam. infec. ⁊ dicit Alex. qd in hoc scribendo ⁊ consulendo diceret cōtra Pau. de ca. qui visus est sentire cōtrariū consi. xcix. exordiēte, Notādū ⁊c. Et hanc opinionē Alex.
4 de Jmo. sequitur do. Jas. in d. l. stipulatio, col. viij. ¶ † Preterea dicta do. Artanda non legitur donasse nisi bona mobilia ⁊ immobilia: quorum appellatione non veniunt iura ⁊ actiones, seu nomina: sed faciunt tertium genus. l. quaz tuberonis. ff. de pecul. ⁊ qd no. glo. ⁊ doct. in l. mouentium. ff. de verbo. signi. cano. in c. nulli, de reb. eccle. nō alie. ⁊ Alex. de Jmo. consi. xlv. in j. vol. de q̄bus propterea poterit ipsa Artanda disponere ⁊ testari.

¶ Argumentum.

¶ Jn integrum non restituitur minor. xxv. annis, qui iuramentum detulit, ⁊ iurata ipsemet cum duplici iuramento soluere promisit. V. F.

1 ¶ Minor. xxv. an. an cum autoritate curatoris possit iuramētum deferre, ita vt ad illud teneatur.
2 Modica lesio an sit sufficiens ad contraueniendum actui iurato.
3 Juramentum per minorem prestitum representat illum maiorē. xxv. an.
4 Debitor iurans potest petere absolutionem a suo iuramēto, vbi illud vertitur in peccatum creditoris.

5 Minor .xxv. an. iurans, et volens iuramento suo contrauenire, allegans se lesum, debet probare lesionem.
6 Minor contrahens venit super facto, super quo contrahit, certiorandus: non autem de beneficio restitutionis in integrum sibi competenti si immodice ledatur.

¶ De integr. resti. Consi. clxix.


Visis duobus publicis instrumentis, parte nobilium et honorabilium virorum Rodulphi et Jacobi Berardi mihi exhibitis, vna cum consultationis themate, seu casu, et dubijs ex themate huiusmodi elicitis et ex quib⁹ colligitur nobilem et generosum iuuenem Sebastianum de rana, maiorem sexdecim annis, minorem vero .xxv. eisdē nobilibus Rodulpho et Jacobo iuramentum iudicialiter detulisse cum sui curatoris autoritate et consensu, de et super petitione parte eorundem nobilium Berardorum sibi facta: et ipsos nobiles de Berardis sub presentia domini iudicis, et eorūdem Sebastiani et curatoris, iurasse sibi deberi florenos mille et sexcentos: quos deinde idem Sebastianus confessus fuit se eisdem de berardis debere ex causis etc. et quos eisdē terminis, de quibus in altero ex dictis instrumentis, soluere conuenit et promisit cum duplici iuramento, renuntiando beneficio minoris etatis et restitutionis in integrum: et nihilominus apparet ex altero ex instrumentis huiusmodi nobilem et egregium virum dominum Antonium arnaudi Barsilone iudicem eundem Sebastianum ad dandum et soluendum summam de qua supra di
1 ctis nobilibus de Berardis condemnasse. † Dico et respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis, quod dictus Sebastianus tenetur ad solutionem summe huiusmodi: et quod multa sunt que ei refragantur, si hoc facere contradicat vel recuset. Et primo quidem delatio iuramēti, quod proculdubio deferre potuit: et presertim vel saltem cum autoritate sibi decreti curatoris. l. nam et postea. §. si minor, et quod ibi doc. ff. de iureiurā. Et idem esset si ipse Sebastianus curatorem non habuisset: et nihilominus prefatus de Berardis detulisset iuramentum. Pro quo allegasse sufficiat id qd scribunt doc. et maxime do. Jas. may. post alios in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. pupillus. ff. eod. tit. et adeo tenuisset et valeret delatio iuramenti, quod idem Sebastianus non posset contrauenire, et consequenter nec resistere quominus soluere deberet et solueret summam de qua dicti de Berardis iurauerint: nisi probatis quatuor de quibus per do. Jas. in. d. l. nam et postea. §. si minor. col. j. quorum vnum est quod fuerit lesus. d. §. si minor. l. minoribus, la. ij. et. l. fi. C. de in integ. resti. mino. nec sufficeret docere de qualicūqȝ lesione: sed opus esset docere de
2 immodica seu graui lesione: † qr pro modica seu leui non datur restitutio. l. scio. ff. de in integ. resti. Est et aliud inter dicta quatuor requisita, quod minor doceat et probet se fuisse lesum dolo aduersarij, aut sui ipsius minoris facilitate. l. verum. §. sciendum, cum §. seq. ff. de mino. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, quod minor enormiter vel non in modico lesus regulariter restitui debeat in integrum aduersus iuramentum per eum delatum d. l. nam et postea. §. si minor: hoc tamen non prodesset eidem nobili Sebastiano, nisi probaret duo supra mentionata. ¶ Preterea et vbi illa probaret, illorum probatio in nullo sibi suffragaretur: pro eo qr non solum fuit per eum delatum iuramentum, sed etiā vt predixi, confessus est, et recognouit idem nobilis Sebastianus se eisdē de Berardis teneri, et debere summā de qua supra ex causis in altero ex dictis instrumentis latius mentionatis: et illā eis soluere promisit cum duplici iuramento: per quod sibi abdicauit beneficium restitutionis in integrum, etiam si enormiter (vt tamen non creditur) lesus extitisset. l. ij. ad fi. C. si minor se maio. dixe. et auth. sacramenta puberum, et quod ibi doc. communiter. C. si aduer. vendi. et quod not. glo. in. l. iij. ad fi. ff. de iureiur. et huius di
3 cti ratio est: † qr iuramentum per minorem prestituȝ representat eum maiorem. xxv. annis: vt scribit glo. et doct. in. l. ij. C. de rescin. vendi. glo. et doc. in. c. j. de emptio. et vendi. et multi in. d. auth. sacramenta puberum, et do. Jas. in. d. §. si maior. col. j. Et non solum nō debet idem nobilis Sebastian⁹, etiam si probaretur enormiter lesus in integrum restitui quinimo nec debet sibi concedi absolutio a dicto iuramento per iudicem ecclesiasticum: pro eo quia text. in d. auth. sacramenta puberum, in prin. dicit quod iuramentum tale debet inuiolabiliter obseruari: ergo non debet concedi absolutio a iuramento, seu habilitatio: quia alias predicta auth. sacramenta puberum, esset imposita verbis, et non rebus: contra id qd habetur in. l. ij. ad fin. C. com. de lega. et. c. commissa, de elec. in. vj. Et istam conclusionem firmauit Archi. Joā. And. Jo. de Jmo. Hemi. et Philip. de Franc. in. c. quamuis pactum, per illum text. in verbo omnino, de pac. in. vj. Panor. in. c. cum contingat, de iureiuran. vbi etiam Jo. de Jmo. in. iij. membro principali, et in. c. quintauallis, char. penul. eo. tit. et Pau. de cast. in. d. aut. sacramēta puberum. col. iij. et Joā. de Jmo. in. l. cum vir, col. xv. ff. de vsufruc. Roma. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. here. et cōsi. ccccxxxvij. exordiente, In casu proposito aduertendum censeo etc. colū. vlti. et Alex. de Jmo. consi. ccxxiij. exordiente, Visa facti narratione. col. iij. et. iiij. in. ij. vol. et idem tenuit Panor. consi. lxxij. exordiēte, Quinqȝ dubia etc. col. vlti. in. j. vol. Ange. in. l. si quis pro eo, in prin. ver. Itē adde qr quandoqȝ iuramentum confirmat contractū etc. ff. de fideiusso. Alex. de Jmo. consi. cxxv. exordiente, Visis et consideratis statutis de quibus supra, in. j. vol. vbi relatis cōsilijs et opinione Pet. de Anch. et Ant. de but. et eis impugnatis, quatenus loquuntur de petenda et obtinenda absolutione a iuramēto, cōsuluit contrarium: et respondet eorum motiuis. Idem etiam
4 fuit de mēte Bal. in. l. fi. in fi. ff. qui satisda. cogan. † vbi voluit qd licet quando vertitur peccatum creditoris possit debitor iurans petere absolutionē a iuramento: vt patet in causa vsuraria. c. j. de iureiuran. tamen vbi non vertitur peccatum creditoris, licet iurans enormiter ledatur, non potest peti absolutio. d. c. Quis, de pac. in. vj. et. c. licet mulieres, de iureiur. e. lib. Quod autem nō fuerint aut sint futuri in peccato dicti nobiles Rodulphus et Jacobus, apparet pro eo qr vt audio ipsi reuera pro defensione dicti nobilis Sebastiani, et ad ipsius requisitionē, incurrerunt multa dāna et interesse, etiam ascendentia vltra summam de qua iurarūt et quā postea idem Sebastianus cōfessus fuit se eisdē Rodulpho et Jacobo debere, et cum duplici iuramento soluere promisit. Ex premissis infertur qd supposito, citra preiudiciū veritatis, quod eo ipso dicatur minor probare se fuisse lesum: qd probat se iuramētū detulisse actori, aut pretenso creditori, qui iurauit sibi deberi rem petitam, arg. eius qd not. Fulgo. concordando opi. in. d. l. nam postea. §. si minor, et allegata. l. fi. C. de in integ. resti. mi. quatenus voluit quod eo ipso qd minor. xxv. annis reus in causa probat se fuisse cōdēnatū: et dicit se non appellasse infra decē dies, apparet eū fuisse lesum: qr per sentētiā condēnatoriā est aliquid sibi abfuturū siue auferendum: secus autem si ipse in causa actor extitisset, et reus fuisset ab impetitis absolutus: qr probando sententiā absolutoriā contra se latā: et affirmando se non appellasse, non
5 propterea concludere se esse grauatū. † Cuius tamē contrarium scilicet qd ad probationē lesionis nō sufficiat minori. xxv. an. probare qd iuramētū detulerit eius aduersario, et qd ipse iurauit: sȝ opus est quod ipse probet lesionem. d. l. nam et postea. §. si minor, et alijs iuribus superius allegatis, que iura videntur loqui indistincte volunt Specu. tit. de resti. in inte. §. j. char. vlti. ver. Sed nunquid ecclesia vel minor etc. Cy. in. l. vnica, in fin. C. de confes. et Bal. in. d. l. vnica, col. xv. vel circa, ver. Sed pone minor, et Salic. ibi char. penul. qd si ecclesia vel minor aliquid confiteatur contra se, non potest ex hoc solo obtinere restitutionem in integrum: nisi de lesione probet: qr pōt esse qd confessio est vera. Et Quis sint q cōtra sentiant: hoc tamē nō nocet dictis nobilibus de Berardis pro eo qr vt dixi nō solū in casu presenti fuit delatum iuramētum et deinde prestitū per dictos de Berardis: quinimo etiā post hoc fuit dictus nobilis Sebastianus confessus se debere summā predictā mille et sexcentorū florenorū. Et nō solū hec fecit, sed etiam renuntiando beneficio minoris etatis, et restitutionis in integrū, et hoc cū duplici iuramento, conuenit, promisit et iurauit soluere summā predictā prefatis Berardis terminis superius mētionatis: et sic videtur qd id qd no. Fulgo. et quidem alij in. d. §. si minor et in allegata. l. fi. C. de in inte. resti. non nocet intentioni dictorum de Berardis: qr vt predixi dictus Sebastian⁹ sibi abnegauit beneficium restitutionis in integrū ¶ Forte vero opponetur, qd ad hoc vt minor. xxv. an. excludatur a beneficio restitutionis in integrū, opus sit qȝ ipse fuerit de remedio hmōi certioratus: per id qd cōsulēdo voluit Dy. consi. v. exordiente, Questio talis est quidā nomine Joffredus minor. xxv. an. vbi pro hoc inducit multa fundamenta: et hoc cōsiliū solet cōmemorare Bar. in. d. authen. sacramenta puberum, et in. l. sciendū. ff. de verb. ob. et Cy. qui etiaȝ tenorem illius recitauit in. d. l. ij. C. de rescin. vendi. Sed hoc non
6 obstat † qr esto qd minor certiorari debeat sup facto sup quo Ibit: non tamen est opus qd ipse certioretur de beneficio restitutionis in integrum sibi competenti si immodice vel enormiter ledatur, vt voluit Bart. motus multis rationibus, de quibus per eū et docto. in. d. auth. sacramēta pub. et q̄ solent per multos recitari in. d. c. penul. Et pro hac parte etiam consuluit Bar. prout ipse refert in. d. auth. sacramēta puberum, et in. d. l. ij. Et hec etiā fuit opinio Archi. quam sequuntur ibi Jo. and. Hemi. et moder. in. d. c. quāuis pactum. Et secundum hanc opinionem consuluit Alexand. de Jmo. consi. xxvij. exordiēte, Viso libello. col. iiij. et consi. xlij. exordiente, Super premisso themate. col. ix. vel circa, in. j. volu. vbi etiam dicit quod ista est communis sententia, quam communis stylus approbat. consi. cxxvij. exordiente, Viso processu cause principalis,

cipalis.in.ij.vol.⁊ in.d.consi.cccxxiij.exordiente, Uisa facti narratione.eo.vol.vbi de hoc plenius scribit quam alibi. Istam opinionem etiam fatetur esse communē, seu seruari in practica Jo. de imo.in.d.c.pen.de empt.⁊ vendi. ⁊ in sua solenni repetitione. d.c.cum contingat.in.iij.membro.versic.est tamen verum quod Dy.⁊c.⁊ do.Jas.in.d.auth.sacramenta pube.vers.tertio principaliter limitat Dyn.⁊c. Et qz hec opinio videtur esse cōmunis, ⁊ teste Jo.de imo.seruatur in practica, non videtur esse tutū ab ea recedere in consulendo vel iudicando. Primum probatur in l.j.vers.crebrior apud veteres opinio.ff.de offi.questo.⁊.c.nouimus.⁊ quod ibi Ant.de but.de verb.sign.⁊ q no. Host. Jo.and. ⁊ alij in.c.j.de constit. Secundum vero probatur in.l.minime.ff. de legi.⁊ q no. Panor.in.c.dilectus.de concessio.preben. Quāuis fatear, vt etiam dicunt Jo.de imo.do.Jas.⁊ alij multi, quod opinio Dyn.videtur esse equior. Sed audio quod re vera idem Sebastianus fuerit lesus in predictis: cum re vera expense per dictos nobiles de Berardis pro dicto Sebastiano sustente, ac damna ⁊ interesse per eos sustenta pro defensione ipsius, ⁊ suorū pretensorum iurium, ascendunt ad summam superius mentionatam, ⁊ vltra: ⁊ que omnia fuerunt per eosdem sustēta propter ipsum Sebastianū, ⁊ ipsius defensionem: qui propterea non videtur posse pretendere se fuisse vel esse lesum si super predictis iuramentum detulerit, ⁊ deinde summam predictam fuerit confessus se debere, ⁊ illam soluere iurauerit. Nisi forte vellet pretēdere q ille prestite expense, adhibite defensiones, ⁊ labores sumpti pro eo per dictos de Berardis illicite processerint: ⁊ quod propterea non teneretur idem Sebastianus ad resartionem expensarum, damnorum ⁊ interesse per eosdem de Berardis propterea sustentorum.§.illud quoqz, ⁊ quod ibi glo.insti.de manda. Sed puto quod hoc non obstet, ⁊ quod processus agitatus doceat vt audio de contrario: scilicet quod in illis dederint ipsi de Berardis operam rei licite. Puto igitur quod dictus nobilis Sebastianus possit cogi cum effectu ad solutionem summe predicte.

Argumentum.

Ex testamento, in quo pro testibus interuenerunt tātum parochus ⁊ notarius, nec legata quidem pia debentur, tantū abest vt illud aliqua ex sui parte valeat. U. F.

1 Testamentum an duorum testium presentia, curato scilicet ⁊ notario, validetur.
2 Testamentum tempore pestis quot testes requirat.
3 Testamentum in parte vitiosum aut inualidum an totaliter sit nullum.

De testa. Consi.clxx.



Vidi casum, qui mihi exhibitus est parte proborum virorum Bartholomei ⁊ Petri pasqueti loci Camareti, vna cū dubijs ex dicto casu elicitis. Ad que respō-
1 deo breuiter ⁊ succincte prout sequitur. Et primo ad primum dico quod, cum in testamento, quod fecisse dicitur probus vir Menginus pasqueti eorum quondā frater, non interfuerint nisi duo testes, videlicet curatus ⁊ quidā notarius: illud non valuit quoad heredis institutionem, nec quoad legata prophana, propter defectum sufficientis testium numeri: qz requirebātur septem testes, aut saltem quinqz, vel ad minus duo, ⁊ presbyter parochialis, seu curatus.l.hac consultissima.§.per nuncupationem.C.de testa.⁊.c.cum esses.eo.tit. Et licet Ant.de but.in.d.c.cum esses.senserit quod duo testes sufficiant: communis tamen opinio.est in contrarium, scilicet quod imo non sufficiant, etiam in terra ecclesie: sed opus sit ad minus duobus cum presbytero parochiali, seu curato: vt ibi diffusius prosequitur
2 Panor. Et quanuis Bal.in.l.fi.C.de testa: senserit, quod tempore pestis testamētum valeat, etiam si in eo interfuerint testes septem pauciores: hec tamen opinio Bal. non nocet ei quod dixi. Tum qz Bal.non dicit quod duo sufficiant: sed dicit qd pauciores septem: ⁊ forte sentit quod quinqz sufficerent: qz de quinqz adhibendis in casu suo loquitur.d.l.fin. Sed in casu nostro non interfuerunt nisi duo: ⁊ sic longe pauciores. Tum ⁊ quia contra Bal.est cōmunis opinio: p quo remisisse sufficiat ad ea que scribunt doct.in.d.l.fi.⁊ signanter Alex.de imo.versi. nunc se offert pulchra ⁊ vtilis questio ⁊c. ⁊ sic non potest dictus Petrus pretendere se fuisse vel esse heredem insolidum ⁊ vnicum dicti quōdam Mengini, in vim scilicet dicti pretensi eius testamenti: qz illud nō valuit: ⁊ sic eius hereditas abintestato delata est dictis Batholomeo ⁊ Petro equis portionibus. authē.cessante.C.de
3 legi.hered.⁊ in corpore vnde sumitur. Ad secundum, in quo queritur de legatis pijs per dictū quōdam Menginū pro eius anima relictis, dico ⁊ respondeo, quod quemadmodum nō valet heredis institutio: ita nec videntur valere legata pia: per id qd no. Ant.de but.in.c.quod clericis.de fo.comp. Sal.in aut.cassa.C.de sacros.eccl.⁊ Alex.de imo.cōsi.clxxvij.exordiēte, Uiso themate mihi exhibito ⁊c.in.ij.vol.⁊ consi.ccx.exordiēte, Statutis accurate perceptis ⁊c.⁊ do.Jas.may.in.j.lectu.l.j.versi. econtra autem si in testamento ⁊c.C.de sacrosan.eccle. Que si procedant in legatis in piam causam relictis: multo fortius, vel saltem non minus procedunt in alijs legatis. Ad tertium dico ⁊ respondeo quod nihil comperio vel colligo ex diuisione facta inter dictos Bartholomeum, Petrū, ⁊ Menginū, seu verius ex quittantia mutuo ⁊ vicissim inter eos celebrata: propter quod non debeant bona dicti quondam Mengini inter eosdem Bartholomeum ⁊ Petrum equis portionibus diuidi, vtpote inter eos qui ab intestato eidem Mengino succedunt: ⁊ qui equaliter reperiuntur per probum virum Joannem pasqueti eorū patrem substituti: ⁊ qz non video quod quittantia de qua supra, ⁊ mutuo facta inter ipsos fratres, concernat aut tangat in aliquo fideicommissum vniuersale, seu substitutionem factam per dictum quondam Joannem. Puto igitur quod isti debeant equis portionibus diuidere bona dicti Mengini fratris. Et quāuis quo ad pia legata reperiam scriptum id quod predixi: ego tamē eis ⁊ eorum conscientie consulo, quod ipsi melius faciāt pro anima illius probi ipsorum quondam fratris: quod etiam facerem ego in proprio casu, quicquid cantet rigor iuris. Et ita ⁊c.

Argumentum.

Non adeo preteritus censetur filius substitutus, quanuis institutus non sit: vt testamentum rumpat. U. F.

1 Testamentum, in quo nihil iure institutionis relinquitur: ⁊ in quo qui succedere debent preteriti sunt, dicitur nullum.
2 Lex si pater.C.de instit.⁊ substi.⁊ similes, quibus disponebatur, quod institutio de filio facta sub conditione casuali ⁊ mixta esset nulla, hodie dicuntur correcte.
3 Testamentum, in quo hereditas tantum relinquitur iure fideicommissi, an sit validum: ⁊ an ad illius validitatem requiratur titulus institutionis.
4 Uerbum substituo, an trahatur aut locū habeat inter filios, qui habere debent iure institutionis.

De liber.preter. Consi.clxxi.



Multa sunt, de quibus sibi postulauerunt responderi nobiles ⁊ honorabiles viri Antonius ⁊ Claudius riuerie. Ac prius visis, ⁊ prout oportet (si non desipio) consideratis tenore vltimi ⁊ nūcupatiui testamēti nobilis ⁊ honorabilis quondam viri Jordanoni riuerie, ⁊ iuriū allegationibus per multos iurium professores super validitate seu pretensa inualiditate testamenti huiusmodi factis, ⁊ editis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra: ⁊ hoc salua re-
1 ctiore sententia cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo ad primum, in quo queritur an predictum testamentum cēseri debeat fuisse ⁊ esse nullum, pro eo qz in illo nihil relictum extitit nobilibus Gabrieli ⁊ Francisco riuerie, nepotibus seu felezenis prefati testatoris ex filio predefuncto: nisi quod ipsi repe. riuntur fuisse substituti nobili Girardo riuerie eorum patruo heredi vniuersali instituto sub conditione, si scilicet idē Girardus sine herede vel heredibus masculis ab humanis decederet: videretur dicendum, prout etiam scripserūt domini primo scribentes, quod testamentum huiusmodi fuerit nullū quoad heredis institutionem ratione preteritionis predictorum nepotum: quibus pro validitate eiusdem testamenti tenebatur prefatus Jordanonus aliquid relinquere iure institutionis, auth.vt cum de appel.cog.§.aliud quoqz capitulum: collat.viij.⁊ q not.glo.⁊ omnes scribentes magis communiter.in authē.nouissima.C.de inoff.testa. Jo.de imo.⁊ Alex.de imo.in.l.inter cetera.ff.de lib.⁊ post. Jo.de imo.⁊ cano.in.c.raynutius.de testa.⁊ quod sentiunt doct.in.l.scimus.§.cum autem.C.de inoff.testa.⁊ multi in.l.suus quoqz.in prin.ff.de hered.insti. in quo sentiunt.d.§.cum autem. esse hodie correctum per.d.§.aliud quoqz capitulum.⁊ sic quod hodie quoad validitatem testamēti, seu institutionis in eo facte de alio, non sufficiat relinquere filio hereditatem iure fideicommissi: vt videtur fuisse in casu nostro. Jura enim nouissima, vt


predixi, volunt ⁊ disponunt quod titulo ⁊ iure institutionis re-
linquatur hodie filio legitima, vel pars illius: ⁊ quod testamen-
2 tum in quo hoc non seruatur sit nullum. † Sed contrariā sentē-
tiam existimo esse de iure veriorē, scilicet quod dictum testamē-
tum dici non debeat nullum propter pretensam preteritionem
predictorum nepotum. Pro cuius dicti declaratione premitto,
quod licet olim fuerit magna contentio inter doct. an. l. si pater.
C. de instit. ⁊ substit. ⁊ similes, quibus disponebatur quod insti-
tutio de filio facta sub conditione casuali aut mixta esset nulla,
corrigantur per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test. ⁊ quod
reiecta conditione huiusmodi censeatur filius vsq; ad legitimā
pure institutus: hodie tamen tenent docto. magis communiter.
quod dicte. ll. corrigantur. Et hanc opinionem tenuit Bart. in
d. l. si pater. ⁊ latins. in. d. l. suus quoq;. ⁊ hec ante Bar. fuit opin.
Rich. malū. vt refert Bal. in. d. l. suus quoq;. quam etiam tenet
Sal. in. d. l. quoniam in prioribus. per text. expressum. in. d. l. sci-
mus. §. cum autem. Eandem opinionem tenet Pau. de ca. in. d.
l. si pater. ⁊ in. d. l. suus quoq;. vbi etiā dicit quod totus mundus
obseruat hanc opinionē Bar. ⁊ quod omnes conati sunt respon
dere ad. d. l. scimus. §. cu; autem. sed nullus vnquam bene sciuit
respondere. Illam etiam tenent multi, quos plenius refert do.
Ias. may. in. d. l. si pater. vers. contrariam opinionem quod imo
iste. ll. sint hodie correcte ⁊c. C. de instit. ⁊ substi. Et qꝛ hec opinio
est hodie communis, non esset tutum ab illa recedere in iudicā-
do vel consulendo. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de
offic. questo. c. nouimus. ⁊ quod ibi Ant. de but. de verb. sign. ⁊. c.
de iud. iij. q. iij. ⁊ q̄ no. Host. Io. and. in nouel. Ant. de bu. Pañ.
⁊ moder. in. c. j. de constit. ⁊ docto. in. l. fi. C. de pen. iudi. qui male
iudi. Ex quibus infero quod de hereditate prefati testatoris eis-
dem nobilibus Gabrieli ⁊ Francisco relicta: non quidem pure,
sed sub conditione, si videlicet dictus nobilis Gerardus heres
vniuersalis institutus ab humanis sine herede vel heredib9 ma
sculis decederet, debuerit detrahi huiusmodi conditio vsq; ad
legitimam, que eisdem nepotibus in bonis predicti testatoris
debebatur. d. l. quoniā in priorib9, seu verius allegata. l. scimus.
§. cum autem. Et hanc legitimam non obstante pendentia dicte
conditionis potuerūt dicti nepotes petere statim post mortem
dicti quondā Iordanoni. Non obstat q̄ no. doc. in. d. §. cum aūt.
⁊ in. d. l. suus quoq;. quatenus voluūt quod ille. §. cum autem. ho-
3 die sit correctus. † Quoniam respōdeo, ⁊ fateor quod ille est cor-
rectus, quatenus in eo disponebatur quod ad validitatem testa
menti sufficeret quod filio relinqueretur hereditas iure fideicō
missi: ⁊ sic quod nō erat necessarius titulus institutionis: sed nō
est correctus in eo quod, vt predixi, per illū disponitur quod de
relicto filio sub conditione casuali aut mixta debeat reijci condi
tio vsq; ad legitimam. Et si dicatur quod id, in quo fateor. d. §.
esse correctum. sufficiat ad ostendendum quod dictum testamē-
tum fuerit nullu;, vel quod non sufficeret per viam substitutio-
nis de qua supra relinquere prefatis nepotibus. Dico ⁊ respon-
deo quod istud esset verum, si dicta substitutio fuisset mere obli-
qua, seu fideicommissaria: sed hoc non fuit: sed fuit compendio-
sa facta per verbum commune substituo, que non solum compre
hēdebat fideicommissariam: sed etiam vulgarem substitutionē,
secundum Iac. de are. quem refert ⁊ sequitur Cyn. Ray. ⁊ doct.
communiter. in. l. precibus. C. de impub. ⁊ al. subst. Bar. in. l. cen-
turio. vers. quero vtrum substitutio compendiosa facta per ver-
bum commune ⁊c. vbi etiam omnes alij doct. ff. de vulg. ⁊ pupil.
Bar. in. l. quādiu. la vlt. ff. de acquir. here. ⁊ in suo consi. egordiē-
te, Nardus ⁊c. Io. de imo. in. c. raynutius. in materia cōpēdiose.
vbi etiam alij doct. de testa. Phil. de Franc. in. c. si pater. in ma-
4 teria compendiose, vbi etiam alij. eo. titu. in. vj. † Verbum enim
substituo, trahitur ad institutionem etiam inter filios, quos di-
cimus ⁊ verum est habere debere titulo institutionis. d. auth. vt
cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. Et quod etiam hoc
casu verbu; substituo trahatur ad institutionem, voluit gl. quā
ibi multum commendant Io. de imo. in. l. si pater impuberis. su
per verbo substituit. ff. de vulg. ⁊ pup. dicentes hanc. glo. non de
facili alibi reperiri: ⁊ pro hoc facit quod habetur in. l. si pater fi-
lium. ⁊ quod ibi Alex. de imo. ff. de vulg. ⁊ pup. vbi si filius voce-
tur per tacitam vulgarem, adueniente casu substitutionis, pro
instituto habetur, vt etiam voluit Ioā. de imo. in. l. inter cetera.
ad fi. ff. de lib. ⁊ posth. Et vt refert idem Alex. in. d. l. si pater im-
puberis, ipse alias cōsuluit in ardua questione, seu causa. Filius
enim legitimatus fuerat cōpendiose substitutus quibus agna-
tis, dicebatur testamentum non valere, cum iure institutionis
habere deberet. d. auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq; capi
tulum. ⁊ dicit Alex. cōtrarium consuluisse per glo. supra allega-
tam, ⁊ per. d. l. si pater filium. attento quod sub compendiosa cō-
prehenditur vulgaris substitutio: que dicitur conditionalis in-
stitutio. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad. l. falcid. ⁊. l. coheredi. §.
coheres. ff. de vulg. ⁊ pup. conditio autem reijcitur non solu; in
institutione, seu relicto filio sub cōditione potestatiua: sed etiam
si institutio vel relictū huiusmodi facta aut factum extiterit sub
conditione casuali, seu mixta. d. l. quoniam in prioribus, iuncta
allegata. l. scimus. §. cum autem. C. de inoff. testa. secundum opi-
nionem magis communem, de qua per doct. in dictis iuribus, ⁊
plenius per Bar. ⁊ sequaces in. d. l. suus quoq;. in princ. ff. de he-
red. instit. ⁊ in allegata. l. si pater. C. de instit. ⁊ substit. Dicti igi-
tur Gabriel ⁊ Franciscus censentur fuisse pure instituti vsq; ad
legitimam eis debitam in bonis dicti quōdam nobilis Iorda-
noni eorum aui. Quo fit vt non possit testamentum predictum
pretendi fuisse nullum propter pretensam preteritionem predi-
ctorū nepotū: qui, vt patet ex predictis, preteriti non extiterūt.
Et per hec patet responsio ad primum ⁊ secundum quesita.

¶ Argumentum.

¶ Si pro exemptione decimarum se quidam opponāt monito-
rio generali, quāuis acquiescant reliqui: hi tamen audiēdi sunt
antequam excommunicari possint. V. F.

1 ☞ Vniuersitas ⁊ singuli de vniuersitate sunt diuersa.
2 Excommunicatio est magna pena inter penas ecclesiasticas: ⁊
excommunicationis sententia secum trahit executionem.
3 Iudex debet absq; difficultate reuocare illud quod perperam
fecit: nec in facto proprio requiritur alia cognitio.
4 Excōmunicatio an sine citatione vel monitione partis, vel abso
lutio parte non vocata valeat aut teneat.
Potestas ligandi ⁊ soluendi a pari procedere dicuntur.
5 Absolutio facta a suo iudice, licet sit etiam iniustissima: valet ta
men ⁊ tenet.

¶ De episcopa. audien. Consi. clxxij.


Ro faciliore demōstra
tione boni iuris egregiorum ⁊ nobiliū ac hono-
rabilium viroru; do. Colini chriseleti, Antonij
de sancta maria, Antonij regis, Gulielmi rebo-
li, ⁊ aliorum pluriū loci de Paternis in causa,
quam habent cum venerabili viro domino Antonio Bordencij
pretenso priore ruralis prioratus sancti Bartholomei territo-
rij de paternis, premitto primo ⁊ suppono tenorem cuiusdā pre
tensi generalis monitorij parte dicti Bordencij olim impetrati
a domino tunc pretenso Vicario ⁊ officiali carpeñ. Secūdo etiā
premitto ⁊ suppono quod aduersus huiuscemodi pretēsum mo-
nitorium se opposuerunt pro ⁊ nomine, non quidem particula-
rium loci de paternis: sed vniuersitatis eiusdem loci, ⁊ pro iure
illius: quodq; si appareat ordinationem fuisse per dictū do. Vi-
carium promulgatam, illa fuit lata ⁊ promulgata contra dictos
syndicos, ⁊ nomine ⁊ syndicario noīe, dicte vniuersitatis. Ter-
tio etiam suppono ⁊ premitto quod licet in dicta pretensa ordi-
natione fuerit dictum ⁊ subiunctum, quod dictum assertum ge-
nerale monitorium iterum publicaretur, aut executioni deman
daretur in parochiali ecclesia loci predicti de Paternis: nō fuit
tamen pro tunc in dicta ecclesia publicatum, aut executioni de-
mandatum, obstante appellatione parte dictorum syndicorum,
⁊ nomine sepe dicte vniuersitatis interiecta. Premitto quarto
⁊ suppono quod, si monitorium predictorū, vel aliud fuerit pre-
textu ⁊ ad causam solutionis decimarū ad instantiam dicti pre-
tensi Prioris in dicta parochiali ecclesia publicatum, hoc factū
fuit post latam ordinationem per do. commissarium ⁊ iudicem
cause dicte appellationis: ⁊ post causam dicto. d. vicario carpeñ.
vt pretenditur remissam. Quibus presuppositis dico ⁊ respon-
deo dictas ordinationes non obstetisse, nec obstare prefatis do.
Colino, Antonio de sancta Maria, vel alijs, quo minus potue-
rint ⁊ possint se aduersus dictum monitorium, vtpote inciuile ⁊
minus iuridicum, opponere: qꝛ res inter alios acta alijs nō pre-
iudicat. c. inter dilectos. §. porro. de fi. instru. c. per. de re iud. l. j.
⁊ fere per totum in nigro ⁊ rubro. C. res inter alios acta alijs nō
1 nocet. † Certum est enim quod aliud sit vniuersitas, ⁊ aliud par-
ticulares illius. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. ⁊. l. sed
si hac lege. §. qui manumittitur. cum suis si. ff. de in ius voc. Non
debuerunt igitur dicte pretense ordinationes prefatis particu-
laribus inscijs, ⁊ non vocatis afferre preiudicium. Et ita post
illas ordinationes moniti potuerunt se opponere: ⁊ opponētes
debuerunt audiri; qꝛ supposito citra preiudicium veritatis, q̄d
certum sit decimas prediales deberi: ⁊ propterea possit aliquā-
do per literas monitorias procedi contra illarum debitores; ⁊
ad instan


ad instantiam eorum quibus debentur: non est tamen certum quod decime, quas vendicare contendit dictus do. Bordencij, debeantur sibi, seu dicto eius pretenso priorati sancti Bartholomei: quem certum est non esse ecclesiá parochialem loci de Paternis, aut alterius cuiusuis. Et ita non possunt per eũ decime peti, nisi ratione concessi priuilegij, vel legitime prescriptionis, aut saltem opportune possessionis, seu quasi: de quorum neutro apparuit. Et sic debebant particulares pretendentes decimas olei oliuarum eidem do. Bordencij, aut priori nõ deberi audiri, & prius cognosci de pretẽso iure dicti Prioris, quam debuerint, aut de iure potuerint in non soluẽdo excommunicari. Et sic inaduertenter fuit per dictum do. Vicarium ad taxationem literarum excommunicatoriarum processum, fortasse existimãtem se posse in executionem dictarum ordinationũ procedere ad dictam sentẽtiam: quod etiam asseruit idem. d. vicarius in literis per eum impense absolutionis. Fuerunt igitur dicti do. Felisetí, & alij, propter laxatam contra eos excommunicationem op-
2 pressi & grauati, & quidem plurimum: † q2 excõmunicatio est magna pena inter penas ecclesiasticas. Et ita non est dubium quin ab illa potuerint dicti particulares appellare: q2 licet excommunicationis sententia secum trahat executionẽ: & sic quoad illius impedimentum appellari non possit. c. pastoralis. de appel. appellatio tamen ab ea interiecta defert negotium ad superiorem: vt sic ea mediante possit de negotio cognoscere: & ita non est appellatio inutilis. Dicta tamen appellatio eosdem do. Colinum & alios non impediuit, quominus potuerint a dicto do. Vicario petere dictam excommunicationem, tãquam grauamen eis illatum, reuocari, & se ab illa absolui: & quin idem dominus Vicarius hoc facere potuerit. c. cum cessante. de appel. c. si a iudice. eo tit. in. vi. vel proculdubio petere potuerunt se absolui: ne interim, hoc est pendente appellatione in excommunicatione remanerent. Nec propterea censentur renuntiasse appellationi, cum non fecerint actum illi contrarium. c. qua fronte, secundũ vnum intellectum. de appel. & ꝙ no. Panor. in. c. questione. eo. ti. Quod sine dubio videtur in hoc casu procedere: cum dicti domini Colinetus, & alij, seu egregius vir dominus Gulielmus Raynoardi, eorum procurator, petendo dictam absolutionem protestatus extiterit, quod hoc faceret citra preiudiciũ &c. que protestatio valet & iuuat: per id quod no. Inno. in. d. c. qua fronte. & alleg. c. questioni. de quo aliquid ponit Phil. de Fran. in. d. c. qua fronte. & in cap. solicitudinem. vers. secundo adde. Audio autem quod dictus do. pretensus Prior nunc disputat de predicta absolutione, pretendens quod illa nulla extiterit & existat: pro eo q2 (vt dicit) illa facta est eo non citato. Sed istud nõ procedit: tum q2 cum dictus dominus Vicarius & inaduertenter & de facto processisset ad excommunicationem dictorum particularium, ipse cognita inaduertentia huiusmodi, & inciuilitate dicte excommunicationis, prout eosdẽ particulares etiam dicto do. Priore non vocato absoluere: per id quod not. Bal. in. c. ab
3 excommunicato. de rescr. vbi dicit esse tex. singularem, † quod iudex debet absq3 difficultate reuocare illud quod perperã fecit: nec requiritur alia cognitio in facto proprio: per illum tex. multa facientia ad hoc ponit Bal. & post eum Alex. de imo. & domi. Ias. may. in. l. si pacto quo penam. C. de pact. Preterea vbi essemus in casu, in quo idem do. Bordencij citari debuisset: non tamen propter omissionem huiuscemodi citationis fuisset, aut dici posset fuisse nulla dicta absolutio, facta scilicet per ipsum dominum Vicarium: qui de facto excommunicauerat, vt colligitur ex his que no. Host. Io. and. Ioan. de imo. Panor. & Philip. de
4 Franc. in. d. cap. qua fronte. † Pro quorum dicto allegari solet, quod sicut valet & de iure tenet excommunicatio sine citatione, & admonitione partis. c. sacro. de sent. excommun. & ꝙ not. glo. xi. q. iij. ca. j. & in summa: ita valet absolutio parte non vocata: cum potestas ligandi & soluendi procedant a pari. c. verbum. de penitent. distin. j. & q2 absolutio est actus magis fauorabilis, quam excommunicatio. l. arrianus. ff. de actio. & obligat. & pro illis est bonus tex. in. c. venerabilibus. §. vbi autem. de sent. excommun.
5 in. vi. per quem tex. traditur vna regula generalis, † quod dummodo absolutio fiat a suo iudice, tunc quantũcunq3 iniusta existat valet, & non est nulla. Et ita concludit Philip. de Franc. in dicto. c. qua fronte. vers. secundo queritur, dicẽs quod nullo casu absolutio redditur nulla ex defectu citationis. Quod si processerit regulariter, imo q2 procedit: multo fortius debet procedere in casu nostro: in quo idem pretensus dominus Prior post surreptitie vel obreptitie obtentam excommunicationẽ, de qua supra, dicitur reuocasse omnes eius procuratores, & deinde recessisse: quod profecto fuit inhonestum, & magis in viro ecclesiastico, & in causa ecclesiastica. Sed quicquid sit, dolus suus vel fraus eidem patrocinari nõ debuit. c. sedes apostolica. circa fi. & quod ibi glo. & doct. de rescriptis.

¶ Argumentum.

¶ Qui heredis vel donatarij titulo rẽ possidere existimari potest, potius vt heres que in testamento scripta sunt prestare tenetur, presertim cum huic condendo presens esset, & acquiesceret: quam vt donatarius ea recusare. V. F.

1 ☞ Donatio propter nuptias que sit, & quibus de causis fieri dicatur, & an donatio facta contemplatione matrimonij dicatur propter nuptias facta.
2 Donatio inter patrem & filiũ dicitur inualida, nisi pater ob benemerita donet filio: que benemerita debent bonis donatis commensurari: si excedant bona donata, non dicitur ob benemerita, sed simplex.
3 Donatio inter personas ꝓhibitas facta an iuramẽto firmetur.
4 Ius canonicum generaliter statuit iuramentum esse seruandũ quatuor concurrentibus.
5 Donatio omnium bonorum presentium & futurorum cum reseruatione vsufructus an includat fructus ratiõe vsufructus perceptos.
6 In venditione omnium bonorum presentium & futurorum non venit pretium huius venditionis.
7 Notoria non releuant a proponendo, licet releuẽt a probando.
8 Donatio est contractus: & pactũ, quapropter cõsensum duorũ aut pluriũ exigit, & an donatio sine insinuatione facta sit valida.
Pactum seu pactio est duorum pluriumve in idem placitum.
9 Contractus requirit partium presentiam: & non solum presentiam, sed etiam signa apparentia consensus amborum.
Pactum & pollicitatio differunt.
10 Donationẽ causa mortis nudo pacto pfici qualiter intelligat.
11 Dominium aut possessio an sola & nuda donatione querantur.
12 Possidere an semper dicatur is, cuius nomine possidetur.
13 Possessio regulariter queritur per traditionem, mediante autem traditione queritur dominium.
Ignoranti an queri possit dominium.
14 Dominium rei donate non aufertur donatori ante donatarij acceptationem.
15 Bona absenti & nullatenus acceptanti donata cui esse dicantur, aut cuius dispositioni subiaceant an donatoris an donatarij.
16 Verba testatoris ambigua, que possunt significare rem relictam vel legatam esse testatoris vel heredis, pro qua parte sint interpretanda.
17 Ultime voluntatis natura non se extendit extra bona propria.
18 Usufructus appellatione an veniat dotale dominium rei vsufructuarie.
19 Enumeratio specialis, & generalis expressio an possint aliquo casu equiparari.
20 Presens & tacens an omni casu consentire censentur.

¶ Commu. de success. Consi. clxxiij.



Quia difficultas processus cepti. & aliquandiu võtilati per & inter nobilem & generosum adolescentem. H. actorẽ ex vna parte, ac nobilem & potentem virũ do. Sebastianum guiffredi militem. tutorem & tutorio nomine nobilis Ioannine puelle reum ex alia, surgit ex donatione, quam tempore matrimonij dudum contracti per & inter nobilẽ quondam virum Guionum pinelli, ac nobilem ac generosam mulierem Ioannam guiffrede eidem Guiono filiusfamilias, & cuius dicitur nobilis & generosus quondam vir Carolus pinelli eiusdẽ Guioni pater: & supposito, citra preiudicium veritatis qð illa sufficienter probata extiterit parte dicti rei, quodq3 pater donator sibi retinuerit vsumfructum bonorũ donatorum, et iurauerit de non cõtraueniendo, Quesitum est primo an donatio huiusmodi censeatur fuisse donatio simplex, vel ob causam: & an validitati illius obstiterit patria potestas. Secũdo an huiuscemodi validitati obstiterit defectus insinuationis, quatenus valor bonorum donatorũ excedebat valorem quingentorũ aureorum. Tertio an, supposito quod nihil ex predictis dicte validitati obstiterit, appareat sufficienter probatũ ex actis dicte cause, quod in vim donationis huiusmodi fuerint bona donata dicto nobili Guiono acquisita, & per eũ possessa. Quarto si hoc probatum extiterit, queritur an dictus quõdam nobilis Carolus potuerit, non obstante donatione huiusmodi, dictum Guionum grauare de eidem nobili Hugneto restituendo etiã bona donata, in eum casum, in quem ipse Guionus ab humanis sine liberis masculis decederet: & an inspectis verbis testamẽti eiusdem quondam Caroli, & alijs, hoc fecisse censeatur. ¶ Venio

ad primum, ⁊ dico in primis, quod licet donatio, de qua supra,
pretendatur fuisse donatio propter nuptias: illa tamen nõ pro-
prie fuit donatio propter nuptias, ea scilicet de qua ⁊ cuius na-
tura habetur in. §. est ⁊ aliud, instit. de dona. ⁊ in. l. j. ⁊ per totum
1 titu. C. de dona. ante nupt. cuius dicti illa est ratio: † qꝛ donatio
propter nuptias, de qua in dictis iuribus, solet fieri per virum,
vel ex eius parte sue vxori. l. vltima. §. sancimus. C. de dona. ante
nup. ⁊. c. fi. ⁊ quod ibi glo. de dona. inter vir. ⁊ vxor. ⁊ solet dari in
recompensam dotis, ⁊ pro illius securitate, seu pro quasi pigno-
re. l. si constante. in princ. ⁊ quod ibi doct. maxime Sal. ⁊. d. l. fi. §.
sancimus. ibi, qꝛ quasi antiferna. C. de dona. ante nupt. Et alias
fit ⁊ fieri solet donatio huiusmodi propter multas causas, quas
post abbatem anti. ⁊ Jo. and. colligit Panor. in. d. c. fi. de dona.
inter viruz ⁊ vxo. huiuscemodi vero non fuit donatio de qua est
sermo: quia illa non apparet, nec fuisse facta dicitur dicte nobili
Joanne vxori dicti Guioni pinelli, nec ipsi pinelli, vt deinde bo
na donata donaret dicte vxori: ⁊ ita nihil predictis obstat. l. vt
liberis. C. de collat. sed pretenditur facta extitisse dicto nobili
Guiono. Non igitur potest donatio huiusmodi proprie dici do-
natio propter nuptias: quãuis existimem illam factam extitisse
contemplatione matrimonij superius mẽtionati. Sed non pro-
pterea videretur posse dici donatio ob causam, ⁊ euitare seu ef-
fugere naturam simplicis donationis, per id quod ponit Old.
consil. v. qui loquens in donatione facta ratione matrimonij, ⁊
propter (vt in ea dicebatur) multa grata seruitia donatori per
donatarios impensa: dicit eam nihilominus esse simplicem, non
ob causam: ⁊ quod causa designata per illa verba ratione matri-
monij, videtur in dubio esse impulsiua. l. titio centum. in prin. ff.
de condi. ⁊ demon. l. sed ⁊ si mors. in fi. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo.
l. si muliere. ⁊ quod ibi no. C. de iure do. ⁊ ꝙ not. in. l. ij. in fi. ⁊. l. iij.
C. de donat. Hec verba Oldra. quannis eo tacito commemorat
Alber. C. de dona. super rub. ⁊ Alex. de imo. referens predictuz
2 consilium, consi. xiiij. in. j. vol. † Cum igitur iura simpliciter di-
cant donationem factam inter patrem ⁊ filium non valere. l. ij.
C. de inoff. dona. ⁊. l. donationes. C. de dona. inter virum ⁊ vxorẽ.
preterquam vbi donatio fieret filio propter benemerita. authẽ.
vnde si parens, ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. C. de inoffic. testa. ⁊ ꝙ no.
Bar. in. l. j. §. nec castrense. ff. de collat. bono. ⁊ oportet benemeri-
ta commensurari bonis donatis: alioquin quatenus donatoruz
valor excederet benemerita, censeretur donatio esse simplex, nõ
ob causam, nec de iure valeret: vt scribunt doct. magis commu-
niter. in. l. si donatione. C. de collat. ⁊ in multis alijs locis. Exci-
piuntur etiam a regula predicta certi alij casus, de quibus per
gl. ⁊ doct. in. d. l. ij. C. de inoff. dona. inter quos tamen nõ videtur
connumerari casus noster. ⁊ sic videtur donatio predicta fuisse
nulla, non obstãte iuramento: pro eo qꝛ illa facta fuit inter per-
sonas prohibitas. d. l. ij. cuz suis si. ergo nõ fuit firmata. l. si quis
inquilinos. §. fi. cum si. ff. de leg. j. ⁊ in. l. cuz quis. §. titia. ff. de leg.
iij. qd etiam dicitur voluisse Bal. in quodam suo cons. exordien-
te, An donatio ⁊c. relato per Roma. in repet. rub. ff. de iureiur.
q. iij. ⁊ quod talis donatio non firmetur iuramẽto, etiam voluit
Pau. de ca. cons. cv. exordiẽte, do. Hubertus miles ⁊c. ⁊ Raph.
Fulg. ⁊ Franc. de cap. cons. cxcix. exordiente, Viso suprascripto
instrumẽto donationis: qui mouentur multis rationibus ⁊ mo-
tiuis, que non refero: pro eo qꝛ communiter solet teneri contra-
3 rium, scilicet † ꝙ donatio inter viuos facta per patrem filio in
ipsius potestate existenti firmetur iuramento: hoc enim sensit
Bal. in. d. l. si donatione. ⁊ plenius in. l. fi. C. de vsuc. ⁊ in. l. ij. char.
xiiij. de iureiurando. ⁊ cons. ccclxiij. exordiente, Premittenduz
est ad euidẽtiam quod donatio facta filio ⁊c. in. iij. parte. pro hac
parte scripserunt ⁊ consuluerunt multi, quos plenius refert do.
Jas. may. in. l. frater a fratre. ver. decimo ꝑdicta regula fallit ⁊c.
in lectura. ff. de condict. indebi. qꝛ ista est cõmunis sententia, non
esset tutum ab ea in consulendo discedere: eo maxime qꝛ facta est
contemplatione matrimonij, cui multa debentur: ⁊ qꝛ etiam re-
perio qd insigne parlamentum Delphinale in casu simili alias
ita cõclusit, motum multis fundamentis relatis decisione. cxlv.
exordiente, Fuit etiam alia orta questio ⁊c. Puto igitur ꝙ vali-
ditati dicte donationis non obstiterit patria potestas, siue illa
fuerit donatio ob causam, siue simplex. ¶ Ad secundum dico ⁊
respondeo ꝙ, si nos supponeremus donationem hanc fuisse do-
nationem ob causam, certũ esset qd illius validitati nõ obstitis-
set defectus insinuationis. l. attilius regulus, ⁊ qd ibi doct. ff. de
dona. sed si dicamus eam simplicẽ (super quo tamen nõ videtur
insistendum) esset maior difficultas: sed tamẽ etiam in isto casu
tenent doct. qd non obstante omissione insinuationis valeat do-
natio si fuerit iuramẽto vallata: hoc em̃ voluit Jo. and. in addi.
Spec. tit. de instr. edi. §. porro. in vlt. addi. Jo. de imo. in repeti.
c. cum cõtingat. in. x. membro. vbi etiam plene respondet funda-
mentis tenẽtiuz partem cõtrariam. Pro hac opinione cõsuluit
Fran. de are. cons. ij. cons. xlvij. exordiẽte, Visis ⁊ diligẽter põde
ratis. ⁊ cõs. xlvij. exordiẽte, Et ratio scribẽdi recte in cõsilijs ⁊c.
ver. circa quartũ ⁊ vltimum ⁊c. Hanc opi. etiã secutus est Alex.
de imo. cons. iiij. vers. Nec ad hoc obstat si dicatur ⁊c. cons. lxxxij.
in. ij. vol. ⁊ cons. xx. ⁊ seq. in. iij. vol. ⁊ in. l. nemo potest. ff. de leg. iij.
Et sequendo hanc opi. etiam consuluit Barth. soc. consi. lxxvij.
Ut fas perpetuo ⁊c. in scdo quesito. Et breuiter vt predixi ista
est hodie cõis opinio doctorum tam in scribẽdo quam in consu-
4 lendo: † qꝛ quicquid olim de iure. ffor. vel. C. extiterit. certum est
ꝙ ius canonicũ generaliter statuit iuramẽtum esse seruandum
quatuor copulatiue cõcurrentibus. Primo qd possit seruari si-
ne interitu vel detrimento salutis eterne. d. c. cum cõtingat. ⁊. c.
quãuis pactũ. de pac. in. vj. Secundo qd nõ sit principaliter cõ-
tra publicam vtilitatem, licet secũdario sit cõtra illam. c. si dili-
genti. de fo. compe. ⁊ in. l. j. ff. sol. mat. iuncto. d. c. cum contingat.
Tertio qd non tendat in alterius preiudicium, quam intrãtis.
d. c. quãuis pactum. alias esset vinculum iniquitatis, ⁊ non esset
seruandũ. c. inter cetera. xxij. q. iiij. Quarto qd non sit contra bo
nos mores, reg. Non est obligatorium. de reg. iur. in. vj. Que o-
mnia cõcurrunt in casu, prout posset faciliter ostendi: sed nõ ex-
pedit: prout nec etiam expedit referre opinionẽ cõtrariam, aut
fundamenta illius: qꝛ durum esset contra stimulum calcitrare.
5 † ¶ Dicte etiã validitati nõ obstitit, qd donatio predicta fuerit
facta de omnibus bonis presentibus ⁊ futuris: pro eo qꝛ dictus
nobilis Carolus sibi reseruauit vsumfructuz, ꝙ sufficiebat quo
ad hoc vt nõ posset impugnari tanquam auferẽs liberam testa-
menti factionẽ: per id qd voluit Bar. ⁊ doct. in. l. stipulatio hoc
modo cõcepta, vbi etiam Alex. de imo. ver. quid si in casu predi-
cto. ff. de verb. obl. ⁊ Frãc. de are. cons. liiij. exordiente, In causa
magistri Basij ⁊c. ver. circa sm est breuiter dicẽdum ⁊c. fructus
enim quos ratione vsusfructus reseruati erat idẽ Carolus per-
cepturus post donationẽ non veniebãt in donatione futuroruz,
6 † quemadmodũ nec in venditione omnium bonorum presentiũ
⁊ futurorũ venit pretium hmõi vẽditionis, nec debetur empto-
ri. l. dãni. §. cum parietem. ff. de dam. infec. qd etiam voluit Bar.
in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ⁊ ita poterat de illis testari,
si nõ erant adeo tenues, vt vix ex eis posset idem Carolus se ali
mentare aut nutrire: qd etiã voluit Alex. de imo. in. d. l. stipula-
tio hoc modo ꝯcepta. vbi etiã do. Jas. quãuis Pau. de ca. aliter
cõsuluerit cons. xcix. exordiente, Notandũ ⁊c. Sed primũ dictuz
videtur securius. Preterea hic est aduertendũ ꝙ dictus. d. Se-
bastianus nõ proposuit donationẽ esse factam de omnibus bo-
nis presentibꝰ ⁊ futuris, sed de bonis mobilibus ⁊ immobilibꝰ,
nec aliquid adiecit de futuris, vt videri potest in. v. art. schedu-
le exordiẽtis, Nobilis ⁊ strenuus. d. Sebastianus ⁊c. ⁊ sermones
postea facti in alijs articulis, seu schedulis videtur esse relatiui
ad donationẽ de qua fuit articulatũ in. d. v. art. Etiã in pretensa
Nota dicte donationis non erat sermo nisi de bonis mobilibus ⁊
immobilibꝰ: ⁊ nihil ẽt dicebaẽ de futuris. Quo fit vt quãuis ali-
qui ex testibꝰ in hac causa ꝓductis videãtur plenius deposuisse
⁊ dixisse de donatione omniũ bonorum presentium ⁊ futuroruz,
non sit eis credendũ, quatenus deponũt de futuris: insuper nec
quatenus eorũ depositio se extendere posset ad iura: que faciunt
tertium genus. l. quã tuberonis. ff. de pecu. qꝛ sic deposuerũt vl-
tra ⁊ extra articulata. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ⁊ quod
ibi doct. ff. de iureiurã. ⁊. l. si quis libertatẽ. ff. de petit. here. Pro
quo facit qd not. Spec. titu. de testi. §. j. vers. sed pone. vbi voluit
qd si actor egit ex numeratione, ⁊ probet per testes cõfessionem
mutui, ipse non debet obtinere, sed succumbere: qd dictum ideo
procedere ⁊ verũ esse intelligit Jo. de imo. in. l. si ita stipulatus.
§. grysogonus. vbi etiã Alex. de imo. pro eo qꝛ testes interroga-
ti super numeratione mutui, ⁊ nihil deponẽtes de numeratione
huiusmodi: sed de confessione mutui, deponũt extra articulata.
7 Et sic patet responsio ad sm. ¶ † Venio ad tertiuz dubium, qd
ex eo insurgit: qꝛ licet fortasse pretẽdi possit, qd dictus quõdam
Guionus fuerit presens in dicta donatione, vtpote facta illico,
vel incõtinenti post matrimonium de quo supra: hoc tamen non
fuit ex aduerso in dicto articulo propositum: qd videbatur esse
necessariuz: qꝛ etiã notoria, licet releuent a probando: nõ tamen
a proponendo. vt no. glo. in cle. appellanti. de appell. ⁊ Bar. in. l.
si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult. ¶ Pre-
terea supposito qd idem Guionus presens extiterit: non est ta-
men propositum in. d. v. articulo quod ipse donationẽ huiusmo-
di acceptauerit: nec hoc etiam scribebatur in dicta pretẽsa nota.
Et licet nobilis Georgius saluagini prima facie videatur depo
suisse contrarium, quatenus deposuit quartum ⁊ quintum arti-
culos schedule exordientis, Jam suis ⁊c. esse veros: si tamẽ cau-
sa per eum reddita ⁊ in sua depositione scripta opportune attẽ-
datur, dicta eius depositio nõ se extendit ad pretẽsam accepta-
tionem, de qua in dicto quinto articulo: sed restringitur ad pu-
blicatio

blicationem factam per notarium, de qua aperte deponit. Per
hãc igitur rationem a teste redditam debet restringi, ⁊ intelligi
eius dictum: ⁊ hec summe debet esse in consideratione: per id qd
8 no. Bal. in. l. solam. C. de testi. ¶ † Preterea dictus testis vide-
tur esse vnicus ⁊ singularis, quoad istã pretensam acceptationẽ:
ergo non probat. l. iurisiurandi. cum suis si. C. de testi. Et ita vi-
deretur qd defectu acceptationis nõ valuerit donatio: vel saltẽ
quod nõ fuerit ex tunc dicto Guiono eius quesitũ: qꝛ certum est
quod donatio est cõtractus. l. si donationis. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct.
C. de his que vi metusve cau. ⁊ l. si quis emptionis. in prin. ⁊ qd
ibi glo. C. de prescr. xxx. vel. xl. anno. omnis autem cõtractus est
pactum. l. j. ff. de pac. quod etiam voluit Bart. ⁊ doct. in. l. si quis
maior. C. de transac. vbi volunt qd propter illud verbum pacta,
positum circa principiũ illius. l. habeat locum eadem. l. non solũ
in transactione, sed in omni contractu: pro eo qꝛ verbum pactũ,
est verbum generale comprehẽdens omnem contractũ: donatio
igitur est pactum: ergo exigit consensum duorũ aut plurium: qꝛ
pactum seu pactio est duorũ pluriumve in idem placitum ⁊ con-
sensus. d. l. j. circa prin. ff. de pac. Et hinc dicunt Cyn. Bar. ⁊ alij
in. l. ij. C. de pac. quod in pacto vero ⁊ expresso requiritur cõsen-
sus: ⁊ sic presentia vtriusqꝫ partis aut per se, aut saltẽ per nun-
tium, vel epistolã. d. l. j. ⁊ l. labeo. ff. de pac. ⁊ ꝙ no. glo. ⁊ doct. in. l.
j. C. de pact. Et hinc sensit glo. ⁊ sequuntur docto. in. l. illud. C. de
sacrosan. eccl. qd donatio fieri non possit absenti: sed opus est qd
sit presens, vel per se, vel per alium: quod ideo est qꝛ donatio est
contractus, ⁊ consequenter pactum: ⁊ sic requirit consensuz, hoc
est simultaneum sensum donatoris ⁊ donatarij. Ita enim expo-
nit verbũ consensus, Richar. de sali. ⁊ Bar. eius nepos. in. l. ge-
neraliter. C. de non nume. pecu. Cum igitur ex dicto processu nõ
appareat interuenisse dictam acceptationẽ, ⁊ sic partium predi-
ctarum simultaneum consensum: nõ videtur quod in vim dicte
pretense donationis fuerint eidẽ quondã Guiono acquisita bo-
9 na donata. † Et dato, citra preiudiciũ veritatis, quod in aliqui-
bus casibus videatur quis quoad diuersos effectus consentire
in sui fauorem: quantũ tamen ad deducendum aliquid in pacto,
ita quod sit pactũ, ⁊ non pollicitatio. iuxta. l. pactum. ff. de polli.
hoc non videtur verum quod sola presentia faciat pactum: ⁊ cõ-
trarium videtur probari. in. l. ex pollicitatione. ff. de pollic. vbi
ille qui promisit aliquid apud rem publicã, id est apud officia-
les reipublice, dicitur fecisse non pactum, sed pollicitationem.
Nõ igitur videtur sufficisse presentia dicti nobilis Guioni, quo
ad hoc vt censeretur fuisse pactum initum inter eum ⁊ dictum
quondam Carolum: ergo nec quoad donationẽ inter viuos: qꝛ
si non fiat pactum, ergo nec donatio: per id quod not. glos. in. l. si
causa cognita. C. de transact. ⁊ post eam. Bal. in. l. conuenticulã.
vers. Item est ar. a remotione generis. C. de episc. ⁊ cle. Et quod
sola presentia donatarij non sufficiat voluit Fran. de are. in. l. ij.
ff. de leg. j. Pro quo bene facit quod not. Bald. in. l. senium. vers.
modo formatur talis questio ⁊c. C. qui testa. fac. poss. vbi Bal. lo-
quens de donatione causa mortis, eo scilicet casu quo facta est
per filiumfamilias: ⁊ sic valere nõ potest iure vltime volũtatis:
dicit quod nõ sufficit presentia partis: sed opus est quod saltem
appareant signa consensus: alias non esset cõtractus. Pro quo
allegat not. in. d. l. illud. C. de sacrosan. eccl. ⁊ idem voluit Phil.
de Fran. in rub. de testa. in. vj. char. vij. vel circa. vers. tertio que-
ritur quid si filius fecit testamentum, ⁊ plenius eadẽ char. vers.
secundo remanet dubitatio an sit necesse quod donatarius quã-
do est presens debeat expresse consentire ⁊ acceptare ⁊c. vbi pri-
mo respõdet doctores tenere quod sic: vel quod notarius debeat
stipulari, vel acceptare pro absente: pro quo allegat Bal. in. l. eã
quam. vers. Item nota alium casum pone filiusfamilias ⁊c. C. de
fideicom. ⁊ deinde subiungit quod Bar. in. l. que dotis. vers. que-
ro quid de presente: ibi, in primo casu. ff. sol. mat. tenet quod si il-
le talis sit presens, non sit necesse quod aliter appareat de signis
sui consensus: qꝛ semper videtur consentire. Sed certe ait idem
Philip. cum donatio causa mortis requirat cõsensum vtriusqꝫ
partis, vt in superioribus dixerat, nõ videtur quod debeat pre-
stari: nisi appareat. Pro quo allegat glo. in. d. l. illud. ⁊ ꝙ no. in. l.
consensu. ff. de actio. ⁊ oblig. ⁊ in. l. j. ⁊ l. item qꝛ. ff. de pact. ⁊ quod
voluit Bal. in. d. l. senium. Fateor quod Ang. cons. clxxxv. exor-
diente, Berta habens virũ ⁊c. vers. vnde concludo ex predictis,
circa fi. illius. vers. loquens etiam in donatione causa mortis di-
10 cit, † quod si donatarius fuit presens ⁊ intelligens, presumatur
in dubio fuisse consentiens: pro quo allegat. l. tale pactum. ff. de
pac. ⁊ quod donatio causa mortis hodie perficitur nudo pacto.
vt no. gl. in. l. cum pater. §. menio. ff. de legat. ij. sed quod predixi
videtur esse verius, ⁊ fundari melioribus rationibꝰ. ¶ Posset
etiam dici quod dictum Ang. etiam alia ratione non obstet: pro
eo quia non apparet dictum Guionum audiuisse vel intellexisse
quod pater sibi donauerit: ⁊ potest esse quod recitato matrimo-
nio ilico se conuerterit ad sponsam. ¶ Preterea aduertendum
est quod, vt etiam fuit ex aduerso propositum ⁊ deductũ in. vij.
articulo dicto schedule, Nobilis ⁊ strenuus dominꝰ ⁊c. in dicta
pretensa donatione agebatur etiam de astringẽdo dictũ Guio-
num ad quittandum, cedendum, ⁊ remittendũ dicto nobili Hu-
gueto omnia iura ⁊ actiones, quas habebat in bonis honorabi-
lis quondam viri Emardi pradeli, ⁊ ad ipsa bona reddendum
obligata seu libera sumptibus eiusdẽ Guioni: ⁊ ipsum Hugue-
tum interim secum in domum eiusdem Guioni tenere cum an-
nua prestatione florenorum quinquaginta. ¶ Propter qd non
forte occurrebat dicto Guiono, quod dicta donatio cum predi-
cto onere esset quid cõcupiscibile, aut alias aliquid tale, propter
quod iuxta not. in regula, Is qui tacet. de reg. iur. in. vj. debeat
in dubio censeri idem Guionus acceptasse dictam donationem:
quod etiam voluit Philip. de cor. cons. cxxxix. exordiente, Viso
testamento Pauli ⁊c. vers. Itaqꝫ non resultat ex dictis verbis
mutuus cõsensus. Et quãuis in octauo articulo dicte schedule,
Nobilis ⁊ strenuus dicatur quod dictus nobilis Guionus ces-
sionem ⁊ remissionem iurium predictorum postea fecerit virtu-
te, vel in executionem dicte donationis, ⁊ paterni iussus: hoc ta-
men non fuit ibi probatum: ⁊ si alicubi legatur quod hoc fecerit
idem Guionus, istud fuit factum in executionem testamentarie
voluntatis dicti nobilis Caroli, non donationis: ⁊ hoc clarum
11 est. † Ex quibus infertur ꝙ nec dominium bonorum donatorum
videtur fuisse acquisitum, nec possessio dicto do. Guiono in vim
dicte pretense donationis: ⁊ quidem non dominiũ predictis ra-
tionibus: ⁊ qꝛ etiam licet in aliquibus casibus queratur sine pos-
sessione. l. si. C. de sacrosan. eccl. l. cum heredes. ff. de acquir. poss.
⁊ regulariter in relictis in vltima volũtate: regula tamẽ in alijs
est in contrarium. l. traditionibus. cum suis si. C. de pac. Regule
autem standum est, nisi appareat de exceptione, vel speciali con-
stitutione in contrarium. c. ad decimas. in si. de restit. spol. in. vj.
l. suus quoqꝫ. ver. puto. ff. de here. insti. quod etiam voluit Bal.
in. c. j. de ali. iudi. mutã. cau. fac. ⁊ in. l. si tutor. in si. C. de ser. pign.
da. manumis. Non obstat. l. quisquis. ⁊ l. si quis argentum. §. sed
si quidem. C. de dona. vbi dicitur quod per retentionem vsusfru
ctus queritur dominium. Quoniã respondeo qd illa iura intel-
liguntur, quãdo procedit cõtractus alias aptus seu habilis ad
translationem dominij secuta traditione vera vel ficta: que sci-
licet fit per iuris instrumenta, seu actus ciuiles: vtpote per re-
tentionem vsusfructus, constitutum, aut constitutionem preca-
rij ⁊c. Sed vt predixi non apparet quod in hoc casu precesserit
contractus: ⁊ hoc pro eo qꝛ non apparet de consensu dicti nobi-
lis Guioni. Et supposito quod proxime dictum possit limitari
⁊ restringi, per id quod scribunt doct. in. l. j. §. si vir. ff. de acquir.
poss. hoc tamen non videtur obstare ei quod predixi: qꝛ quẽad-
modum ad validitatem donationis ⁊ aliorum contractuum re-
quiritur consensus, ⁊ sic animus: ita etiam requiritur ad acqui-
sitionem possessionis: per id quod habetur in. l. licet. C. de acqui.
poss. Et hinc oritur illa difficultas, de qua disputant scribentes
in. l. donatarum rerum. C. de acquir. poss. ⁊ l. si quis in emãcipa-
12 tum. C. de dona. ¶ † Hinc etiam scribunt doct. ⁊ signanter Jo.
de imo. in. l. quod meo. in princ. vers. item istud quod hic dicitur
ff. de acquir. poss. quod licet ille dicatur possidere, cuius nomine
quis possidet: hoc tamẽ intelligendum est quando presens erat
iste ⁊ consentiens tempore, quo quis incepit eius nomine possi-
dere: sed si non erat presens ⁊ consentiens, sed nomine absentis
quis se constituit possidere, ille cuius nomine ⁊c. nõ dicitur pos-
sidere priusquam sciuerit ⁊ ratum habuerit. l. cõis seruus. §. j. ff.
de acquir. poss. ⁊ l. si ego. ff. de neg. gest. ⁊ ideo dicit Ant. de but. ⁊
alij in. c. cum venissent. de instit. ⁊ Alex. in. d. l. quod meo. in loco
preallegato. ⁊ cõsi. cx. in. j. vol. qd si interim antequã ratũ habeat
ille, cuius nomine possidetur, expelleretur de possessione ille qui
eius nomine possidet, non competeret remedium recuperande
possessionis illi cuius nomine possidebat, etiam si postea ratifi-
cet. Et ita dicunt doct. tenuisse do. de Rota. decis. cl. exordiente,
Item licet amicus. Et si hoc est in constitutione precarij, aut cõ-
stituto: etiam esse videtur in retentione vsusfructus: qꝛ ideo per
retentionem huiusmodi censetur retinẽs tradere rem cuius re-
tinet vsumfructum, vt not. Sal. in. d. l. quisquis. Quemadmodũ
igitur possessio non queritur illi, cuius nomine quis se posside-
re constituit, priusquã hoc sciat, ⁊ approbet, seu ratificet: ita nec
per retentionem vsusfructus queritur possessio alicui priusquã
sciat ⁊ ratificet ⁊c. Et si non querat possessionem: ergo nec domi-
13 nium: ex eo qꝛ possessio est regulariter causa dominij. † Regula-
riter enim possessio queritur per traditionem, ⁊ mediante tradi
tione dominium. d. l. traditionibus. ⁊ quod ponunt scribentes
in. l. j. C. per quas personas nob. ac. Non nego tamen quin etiam
ignoranti queri possit dominium: qꝛ imo queri potest, ⁊ quidem
ex vltima voluntate, licet reuocabiliter. d. l. cum pater. §. surdo.

ff. de lega. ij. ⁊ etiam ex cōtractu inito scilicet per procuratorem,
seruum, filiumfamilias ⁊c. vt not. doct. in d. l. j. C. per quas per-
sonas. Sed hic nō sumus in aliquo ex casibus de quibus ibi per
doct. ⁊ ita non videtur quod aliquod ius dicto quondam Guio-
no competierit in dictis bonis, in vim scilicet dicte pretense do-
nationis: quam non apparet per eum fuisse ratam habitā: quin-
imo nec factam: quod tamen erat necessarium, per predicta: ⁊
quod eleganter ponit Paulus de castro cons. xj. exordiente, In
casu presenti visis omnibus ⁊c. vbi cōsuluit idē Paulus, quod
si facta est donatio mihi absenti aliquo pro me stipulante vel ac-
ceptante, nullum ius mihi queritur in re donata ante accepta-
tionem. d. l. si ego. cum ibi nota. per glo. ⁊ in cap. si tibi absenti. de
preben. in. vj. ⁊ idem voluit Paulus de castro, consi. ccxviij. vbi
deberet dici. cxcvij. exordiente, Visis his que narrantur ⁊c. ver.
secundo videndum est ⁊c. in nouis. Et ideo dicit Paul. ipse in
dicto consi. xj. quod si ante acceptationem ego repudiem, non di-
cor alienare: q2 nullum ius erat mihi quesitum. Et quia, vt ap-
paret ex predictis, dominium nō fuit dicto nobili Guiono que-
14 situm, illud remansit penes Carolum donatorem: † q2 dominiū
est illius nature, vt si addicetur, non abdicetur: hoc est si mihi
non queratur, tibi alienare volenti non auferatur. l. nec vtilem.
ff. ex quibus cau. maio. quod etiam voluit Bart. in. l. si sponsus.
§. si vxor. ff. de dona. inter vir. ⁊ vx. ⁊ fuit de mente Alex. de imo.
in. l. qui iure. circa fi. ff. de acquir. possen. Pau. de cast. in. d. consi.
ccxviij. ⁊ verius. cxcvij. in secundo quesito. Et ita videtur quod
dicta pretensa donatio eidem nobili Carolo non obstiterit, quo
minus potuerit etiam de bonis donatis disponere ⁊ testari: ⁊ in
illis etiam substituere nobili Guiono heredi instituto dictum
nobilem Huguetum: q2 quilibet est moderator ⁊ arbiter rei sue.
l. in re mandata. C. manda. ⁊. l. dudum. C. de cōtrah. empt. ⁊ quod
habetur in. l. non vsqueadeo. in fi. ff. si quis a parē. fue. manumis.
quod maxime procedit in dispositione testamentaria: cum nihil
sit quod magis hominibus debeatur, quam vt supreme volun-
tatis, post quam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, ⁊ li-
citum quod iterum non redit arbitrium. l. j. C. de sacrosan. eccle.
⁊ auth. de nup. §. disponat testator. colla. iiij. Non enim obstat. l.
sequens questio. ff. de leg. ij. q2 cum bona donata remanserint in
dominio donatoris, ⁊ per eum fuerint possessa post factam dona
tionem, ⁊ possiderentur tempore testamenti ⁊ mortis dicti nobi
lis Caroli, non videntur posse dici fuisse extra causam bonorū
15 dicti Caroli: quod presupponit. d. l. sequens questio. ¶ † Venio
ad quartū: in quo premitto, vt predixi, quod nihil apparet suf
ficienter probatum, ex quo inferatur, quod in vim donationis
premētionate fuerint bona donata acquisita dicto nobili Guio-
no: qui nec donationi fuisse presens, nec illā acceptasse, aut alias
quomodolibet pro donatario se gessisse dicitur. Sed supposito
citra preiudicium veritatis, quod de contrario apparuisset, suc
cederet dictum quesitum: in quo profecto videretur esse maior
difficultas: super qua tamē dico, sub benigna supportatione hu
ius insignis curie, ⁊ correctione cuiuslibet melius sentientis, qđ
non videtur esse dubiū, quin dictus nobilis Carolus potuerit
disponere ⁊ testari, etiam in casu predicto, de bonis donatis de
consensu dicti nobilis Guioni. l. sicut. §. venditionis, vbi est bo-
nus tex. ff. quibus mod. pig. vel hypo. solu. quem ad hoc reputat
Bald. singularem in. c. j. §. preterea. quibus mod. feud. amit. ⁊ in
cap. j. §. donare. quali. olim feu. pote. alie. in vsib. feudo. in. l. ven-
ditioni. C. de vsucap. pro emp. pro quo allegat multas remissio-
nes do. Jas. may. in. l. cum proponas, la. j. C. de pact. in. l. si quan-
do. §. ⁊ generaliter. vers. quarto ⁊ vltimo. C. de inoffi. testa. ⁊ in. l.
cum rem alienam. C. de lega. de quo ponit Barto. in. l. cum quis
decedens. in princ. ff. de leg. iij. ⁊ consi. xxvij. ⁊ Pau. de cast. cons.
ccxl. Circa primum quesitum. Esto igitur quod dictus nobilis
Guionus in bonis donatis, si in vim donationis huiusmodi per
eum acquisita extitissent, non videretur potuisse heres institui,
quanuis dicta bona solum quoad proprietatem eidem Guiono
pertinuissent, patri vero quoad vsumfructum: vt voluit Bal. in
l. scimus. in princ. in. iiij. questio. C. de inoff. testa. per id quod ha
betur in. l. mea res. ff. de condi. ⁊ demonst. ⁊ in. l. proprias. ⁊ quod
ibi glo. ⁊ doct. C. de lega. cum tamen essent alia bona, potuit ipse
Guionus efficaciter heres vniuersalis institui, ⁊ grauari etiam
in proprijs, ⁊ hoc eius consensu, per predicta. Et hoc proculdu-
bio procederet si factum extitisset de expresso cōsensu: quod ideo
dico, quia non videtur prima facie suffecisse quod dictus Guio-
nus fuerit presens in testamento, ⁊ tacuerit. l. Caius. ⁊ quod ibi
not. ff. de pign. actio. ⁊ q̄ not. in. l. fideiussor. §. pater. ff. de mino. ⁊
quod not. Bart. in. l. que dotis. ver. ⁊ istud quod fallit ⁊c. ff. solu.
matri. dum ibi allegat. l. j. §. que onerande. ff. qua. rer. actio non
da. ⁊. l. penultima. ff. de fur. ⁊ quod voluit Alber. in. l. j. circa fi. C.
bon. mater. Hoc etiam videtur voluisse Bal. in. d. c. j. versi. quid
si patior. de probi. feud. alie. per lotha. vbi dicit quod si patior te
de re mea testari, non videor consentire. Pro quo allegat. d. l. si
quando. §. fi. C. de inoffic. testa. ⁊ idem voluit Alex. de imo. consi.
xx. exordiente, Ponderatis his que in themate ⁊c. versic. Pre-
terea sola presentia illius ⁊c. in. iij. vol. Preterea, vt apparet ex
verbis institutionis ⁊ substitutionis factarum per dictum Ca-
rolum, ipse dictum Guionum heredem instituit in bonis suis:
⁊ deinde multis bonis specificatis, vel alias declaratis, substi-
tuit dictum Huguetum: ita quod ex verbis huiusmodi institu-
tionis non videtur plene apparere, quod ipse grauare voluerit
ipsum Huguetū etiam in bonis donatis ⁊ factis proprijs, pro-
ut citra preiudicium veritatis in hoc quarto quesito supponi-
tur. Videtur igitur in dubio eum solum grauasse in suis ipsius
testatoris bonis: non etiam in bonis donatis: per id quod habe-
tur in. l. cum in testamēto. ff. de auro ⁊ argento leg. ⁊ in. l. ex facto.
in princ. ⁊ quod ibi not. Bar. ⁊ moder. ff. ad trebel. in quibus iu-
16 ribus patet, † quod ambigua verba testatoris: que possunt si-
gnificare esse legatam vel relictam rem testatoris vel heredis,
quorum vtrunq; fieri potest. l. vnū ex familia. §. si rem. ff. de leg.
ij. in dubio interpretātur quod testator videatur reliquisse rem
suam, non rem heredis: q2 hoc est conuenientius nature vltime
voluntatis: que inuenta est vt quis disponat de rebus suis. l. j. ⁊
quod ibi not. ff. de testa. Benefacit id quod habetur in. l. in testa-
mento. ⁊. l. quanquam. C. de testa. milit. Videmus etiam alibi qđ
testator legando rem in qua habet ius aliquod sed non plenum
dominium videtur in dubio legare duntaxat ius quod in re ha-
bet: quanuis verba legati adaptantur ad dominium rei. l. vxor
patrui. C. de lega. ⁊. l. si domus. §. fi. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. ff. de
17 leg. j. † Et hoc nō videtur esse alia ratione, nisi q2 natura vltime
voluntatis est, quod testator disponat super rebus proprijs, nō
super alienis. ¶ Sed his non obstantibus videtur contrarium
esse verius, scilicet quod dictus nobilis Carolus disposuerit nō
solum de bonis non donatis, sed etiam donatis, ⁊ quod huic te-
stamentarie dispositioni consenserit dictus nobilis Guionus:
pro cuius dicti faciliore declaratione premitto, quod post dictā
pretensam donationem, ⁊ ea non obstante, dictus nobilis Caro-
lus tenuit ⁊ possedit non solum bona postea acquisita, vel reten-
ta: sed etiam donata, vt ⁊ tanquā bona propria: ⁊ se gerēs ⁊ re-
putans non pro vsufructuario, sed pro domino bonorum huius
modi: ⁊ de illis faciendo ⁊ disponendo vt ⁊ tanquā verus domi-
nus: ⁊ pro tali etiam fuit habitus, tētus, ⁊ reputatus, ⁊ talis no-
minatus ⁊ a suis ⁊ ab alijs, vt plenissime probatum est parte di-
cti Hugueti. Premitto preterea quod in dicto eius testamēto,
⁊ inter legata facta domine eius vxori scribitur, quod pro eius
mansione ipse eidem legauit turrim, existentem super introitū
domus ipsius testatoris, de morestello, a pede vsq; ad summita-
tem. Etiam inter relicta dicto nobili Hugueto dicitur dictum
Carolum ordinasse, quod ipse alimentaretur infra eius domū,
scilicet dicti testatoris. Et in calce eiusdem testamēti scribitur,
Actū morestelli in domo dicti testatoris. Ecce ergo quod licet,
vt existimo, dicta domus sit de bonis donatis, ipse disponit de
ea aut parte illius, ⁊ nō vt de parte rei dicti nobilis Guioni, sed
vt de parte rei sue, propter illum genitiuū testatoris: qui vide-
tur denotare dominium. l. seruū titij. ff. mand. l. si heredi seruus.
ff. de leg. j. l. si communis seruus meuij ⁊ castrensis peculij. ff. de
stipu. seruo. ⁊. l. ij. §. locum. ff. de religio. ⁊ sumpt. fu. Et quemad-
modum idem Carolus disposuit de dicta domo seu parte illius
tanquam de re sua, ⁊ pretendens illam esse suam, vel dominium
illius ad se pertinere: ita cēsendus est disposuisse de alijs bonis
etiam donatis: ⁊ maxime attentis verbis pinguibus ⁊ amplis,
quibus vsus est in. d. institutione. Dicit enim, In ceteris vero
vniuersis ⁊ singulis bonis ⁊ suis ipsius testatoris domibus pra-
tis ⁊c. ⁊ post pauca: ⁊ alijs quibuscunq;. Et sic nulla videtur ex-
clusisse. c. si Romanorum. xix. dist. c. solite. de maio. ⁊ obed. ⁊. l. iu-
lianus. in prin. ff. de lega. iij. ⁊ sic horum appellatione certum est
venire ⁊ comprehendi non solum alia bona, sed ⁊ donata: etiam
si in illis non habuisset dictus Carolus nisi vsumfructū, per id
quod voluit Jo. and. ⁊ post eum Gemin. ⁊ Philip. de Franc. in
18 c. si sententia. §. ceterum. de sent. excom. in. vi. † vbi dicunt quod
si terra alicuius domini, puta titij, supponatur interdicto eccle-
siastico, illi supposita intelligitur etiam terra, in qua titius ipse
habet solum vsumfructum. Pro hoc dicto est bonus text. in. l. j.
in princ. iuncto. §. non solum. ff. de arbo. cæden. secundum Alex.
de imo. in rub. ff. de no. ope. nunt. Non tamen dico ipsum Caro-
lum disposuisse de dictis bonis donatis, tanquā illorum preten-
sum vsufructuarium: sed disposuit de illis tanquam pretendēs
se dominum, ⁊ pro tali se gerens, vt predixi. Et sic non obstat id
quod superius dicebatur, scilicet quod in dubio quis censeatur
testari, vel in testamento disponere solū de eo iure, quod habet,
⁊ de quo cogitat: hic autē se gerebat pro vero domino predicto-
rum bonorum, etiā donatorum. Censetur igitur dictus nobilis

Carolus

Carolus fecisse institutionem de omnibus bonis. Et cum dein-
de substituerit dictum nobilem Huguetum, videtur ipse eundē
substituisse in omnibus predictis: vt sic talia sint subiecta qua-
lia predicata demonstrant, vel permittunt. l. fi. §. cui dulcia. ff. de
vi. tri. ⁊ ole. lega. l. iij. in princ. ff. de fun. instruc. l. si defensor. ff. de
inter. actio. §. preterea. insti. de inuti. stipu. ⁊ qđ not. glo. fi. in cap.
dudum. de deci. ⁊ plenius gloss. in. c. j. §. si vero. super verbo cete-
rorum. de relig. domi. in. vj. Pet. de anch. consi. clxiiij. exordien-
te, Pro clariore decisione dubiorum ⁊c. versic. ex quibus verbis
patet. Et quamuis, supposito quod in principio huius dixi, scili-
cet quod bona donata fuissent in vim donationis acquisita di-
cto Guiono, predicta institutio non videretur valuisse quoad
donata: ex hoc tamen nō infertur quin substitutio valuerit: pro
eo qr in ea (vt sic loquar) alia ratio pactum reformat. Institutio
enim quoad illa ex eo impugnatur: quia illa vlterius fieri non
poterant dicti Guioni. l. iij. §. si ex pluribus. ff. de acquir. possess.
sed hec ratio cessat in substitutione: quia in vim illius potuerūt
bona postea acquiri dicto nobili Hugueto: ⁊ sic vtpote in sepa-
ratis ⁊ dissimilem rationem habentibus non bene infertur. l. in-
ter stipulantem. §. sacram. vers. sed hec dissimilia. ff. de verb. obl.
l. si maritus. la. j. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ vulg. l. papinianus
exuli. ff. de mino. Et per predicta videtur patere respōsio ad ea
que superius opponebātur: scilicet quod dictus testator non vi-
deatur substituisse etiam in rebus donatis: quoniam imo hoc fe-
cisse videtur, attentis verbis omnia comprehendentibus, ⁊ etiā
geminatis: que ponuntur in. d. institutione, ⁊ quorum significa-
tio etiam ampliatur ex geminatione. l. balista. ⁊ quod ibi doct. ff.
ad trebell. ¶ Nec etiam videtur dicto nobili Hugueto obstare
l. sequens questio. ff. de lega. ij. que solet allegari ad probandum,
quod in vniuersali fideicommisso non veniunt nisi ea que ad he-
redem grauatum in vim testamenti peruenerunt, etiam si ad
ipsum peruenissent a testatore. Quoniam respondeo quod ibi
ponit exceptio, nisi scilicet esset nominatim grauatus heres de
illis bonis restituēdis: quod videtur esse factum in casu nostro,
attentis verbis dicte institutionis: ad que tanquā ad predicata
debēt, vt predixi referri subiecta: vt sic perinde sit ac si in substi-
tutione dictum esset quod dictus Carolus substituit in omni-
bus ⁊c. prout in verbis dicte institutionis: quo casu nulla vide-
retur hesitatio, quominus censeretur nominatim substituisse
etiam in donatis, propter generalitatem seu vniuersalitatem ⁊
geminationem verborum: per id quod habetur in. d. l. balista. ⁊
19 quod ibi per doct. ⁊ signanter per Alex. de imo. † vbi ex dicta. l.
colligit paria esse aliqua specialiter enumerari, vel in genere ex-
primi, quando de proprio significato generis illud speciale po-
test includi. Pro quo allegat. l. si chorus. in princ. ff. de lega. iij. l.
si duo. in fi. ff. de admi. tuto. ⁊. l. omnes. C. de prescript. xxx. anno.
quia illud idem, vel tantundem operatur genus quoad genus,
quantum operatur species quoad speciem. d. l. si duo. Et istud
videtur maxime procedere in testamētaria dispositione: in qua
fit non solam plena, prout in contractibus, sed plenior interpre
tatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. l. iij. ff. de vi. tri. ⁊ oleo lega. ⁊
cap. cum dilecti. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. de dona. Propter que vi-
dentur nō obstare quedam, in quibus dici solet, quod vbi requi-
ritur specialis renuntiatio vel expressio, non sufficit generalis
l. sed ⁊ si quis. §. questitum. ff. si quis caut. l. si quando. §. generali-
ter. in glo. super verbo specialiter. C. de inoffic. testa. ⁊ quod not.
Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. obl. ⁊ alij in quibus-
dam locis. Quoniam respondeo quod illa procedunt in conuen
tionibus seu dispositionibus inter viuos. Illud autē quod dixi
procedit in dispositione vltime voluntatis: que accedit legali di
spositioni. auth. de nup. §. disponat testator. collat. iiij. ad quam
habet lex seu statutum longe maiorem conformitatem, quam ad
contractum: vt potest colligi ex his que not. Bar. ⁊ doct. in. l. ci-
uitas. ff. si cert. pet. per quos multas autoritates ⁊ quidem gra-
nium virorū inducit Franc. de cur. consi. xxvij. exordiente, Ma-
gnificus vir do. Huguitio ⁊c. vers. verum istis omnibus nō ob-
stantibus. in princ. Patet igitur ex predictis quod. d. l. sequens
questio, non obstat dicto Hugueto. Et si dicat sibi obstare aliud
scilicet quod nō potuerit dictus nobilis Carolus disponere de
rebus alienis. l. conficiuntur. §. si post factum. versi. ⁊ de alienis,
cum suis simi. ff. de iur. codic. Dico quod imo hoc facere potuit,
⁊ maxime de bonis heredis, qui postea paterne hereditati se im-
miscuit. d. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. Et per hec vi-
detur posse responderi ad. d. l. cum pater. §. fidei tue. ff. de leg. ij.
l. a filia. ⁊. l. lucius. §. maritus. ff. ad trebel. Quia nullibi vidētur
fuisse verba ita lata ⁊ pinguia, prout in casu nostro: si videlicet
predicata ad subiecta referantur. Preterea aduertēdum est qđ
in predictis iuribus est sermo de dote, scilicet quod non veniat
in fideicommisso vniuersali nisi ⁊c. que habet multa specialia, vt
scribunt. doct. in. l. j. ff. sol. mat. ⁊ de quibus Bal. de Barth. in. iij.
suo trac. de iur. do. ¶ Quod autem dictus nobilis Guionus vi-
deatur consensisse testamentarie dispositioni dicti quōdam Ca-
roli colligitur ex multis. Et primo quidem qr ipse presentiali-
ter interfuit: ⁊ sic videtur consensisse, per ea que superius dixi: ⁊
vt voluit do. Jas. in. d. l. si quādo. §. ⁊ generaliter. C. de inoff. test.
vbi reprehendit Bal. in. d. c. j. de probi. feu. alie. per lotha. dicen-
tem, quod si patior te testari de re mea, non videor consentire. ⁊
dicit Bal. male dicere: ⁊ quod in contrarium est tex. in. d. l. sicut.
§. venditionis. qui. mo. pig. vel hypo. sol. quem Bal. ipse reputat
ad hoc singularem. ⁊ in. d. c. j. §. preterea. qui. mod. feu. amit. ⁊ in
aliijs locis per Jas. ibi allega. ¶ Secundo qr testamento recita-
to dictus Guionus ibidem ⁊ incontinenti volēs adimplere vo-
luntatem, de qua in huiusmodi testamento, sciēter ⁊ sponte pro
se ⁊ suis cessit, quittauit ⁊ remisit ⁊c. ¶ Tertio qr post mortem
dicti Caroli idē Guionus se gessit, ⁊ reputauit ⁊ nominauit pro
vniuersali ac insolidum ⁊ vnico herede eiusdē quondam Caro-
li: ⁊ bona que fuerant illius tenuit ⁊ possedit pro herede: ⁊ nihil
tenuisse vel possedisse apparet titulo donationis, aut pro dona-
20 to. † Propter quod non videtur obstare dictū Bal. in. d. c. j. de
probi. feu. alie. per lotha. Alex. de imo. in. d. consi. xx. in. iij. volu.
quatenus volunt, quod presentia mea nō sufficiat quoad hoc vt
tacens consentire videar testamentarie dispositioni per alium
facte de re mea. Quoniam respondeo quod in casu nostro nō so-
lum fuit presentia dicti Guioni: sed etiam quittatio, cessio ⁊ re-
missio facte per eum volentem adimplere voluntatem ⁊c. ⁊ rur-
sus qr se in omnibus gessit pro herede, ⁊ in nullo pro donatario.
Nec opponet aliquis quod iste consensus non potuerit interue-
nire post dictum testamentum. Quoniam respondeo quod imo
interuenire potuit, cum illo opus non esset quoad substantiam
vel solennitatem testamenti: sed pro eo qr videbatur de suo pre-
iudicio agi ratione grauaminis. Pro quo allegasse sufficiat no.
per Bar. Alex. de imo. ⁊ alios in. l. si quis mihi bona. §. iussum.
ff. de acquir. hered. cano. in. c. cum consuetudinis. de consuet. ⁊ in
c. cū nos. de his que fi. a prel. sine consen. cap. Concludēdo igitur
in ista materia videtur, sub benigna supportatione, vt predixi
huius insignis curie, ⁊ correctione cuiuslibet alterius melius sen
tientis, quod nō obstante dicta pretēsa donatione debeat suppli
cata ⁊ petita parte dicti nobilis Hugueti eidem adiudicari.

¶ Argumentum.

¶ Collationes officiorum seu beneficiorum ad proximum ⁊ im-
mediatum superiorem pertinent: id presertim ita disponēte in-
strumento erectionis. V. F.

1 ☞ Verba cuiuslibet instrumenti sunt diligenter ⁊ recte intel-
ligenda, nec ab illorum propria significatione discedendum.
2 Supplicatio vel dispositio preter mandatum, vel contra, vel vl
tra dicitur nulla.
3 Mandati fines non sunt transgrediendi, sed diligenter obser-
uandi.
4 Papa potest mutare vel etiam reuocare dispositiones ⁊ ordina
tiones cuiuslibet prelati spiritualis.
5 Leges transgredi non potest is, cui aliquid sue cōmittitur con
scientie: verbum enim conscientia, importat fidem ⁊ arbitrium
boni viri: non liberam voluntatem.
6 Possessionem alicuius beneficij, vel officij ecclesiastici violen-
ter, vel propria autoritate arripiens ipso iure perdit illius offi-
cij iura: nec illius beneficij priuilegijs gaudere debet, imo venit
puniendus.
7 Excommunicatio tam minor, quam maior reddit hominem in-
capacem quoad beneficia ecclesiastica.
8 Renūtiatio beneficij ecclesiastici an ⁊ quo casu possit dici simo-
niaca.
9 Impetratio beneficij ecclesiastici an ex taciturnitate gratie al-
teri nulliter in hoc facte censeatur surreptitia.

¶ De episcopa. audien. Consi. clxxiiij.


Multa opposuit reuerē
dus quondā pater dominus Antonius Ray-
mundi iurium doctor, per que impugnare ten-
tauit tam collationem factam per bone memo-
rie reuerendum in Christo patrem dominum
Ogerium cum viueret abbatem venerabilis monasterij sancti
Victoris massiliensis diecesis, reuerēdo patri domino Claudio
aussonille, de officio celerarie venerabilis cōuentus collegij nū-
cupati sanctorum Benedicti ⁊ Geruasij ville montispessulani

Magaloñ.diecesis:quam prouisionem apostolicam parte dicti do.de Aussonille a recolende memorie do. Alexandro papa.vj. obtentam. ¶Pro quarum impugnatione inter cetera proposuit ⁊ deduxit,quod presentatio ⁊ nominatio ad dictum officiũ,seu electio,cum per cessuz vel decessuz aut alias vacat,spectat ⁊ pertinet predicto cõuentui,⁊ sola presentati institutio,seu electi cõfirmatio spectat ⁊ pertinet do.Abbati sancti Victoris. Quo fit vt quãuis pretẽdat quod mortuo ⁊ vita functo venerabili ⁊ religioso quõdam viro Tristano de castro paruo,cum viueret officij predicti celerario,non fuerit idem do.Claudius per predictum cõuentum ad dictum officium presentatus vel electus:sed dictus do.Raymundi,non potuerit eidem do. Claudio per dictum do.Abbatem de predicto officio prouideri, nec illud sibi conferri : quodq; prouisio apostolica superius mẽtionata,⁊ per dictum do.Claudium obtenta, vtpote vel obreptitia vel surreptitia,de iure non valuerit:tamen istud non videtur obstare vel refragari intentioni dicti do. Claudij : pro eo qꝛ, vt apparet ex processu parte dicti do.Raymũdi in causa producto,⁊ qui olim factus fuisse pretenditur corã cõmissario apostolico:⁊ signanter ex instrumento erectionis ⁊ creationis quinq; perpetuorum officiariorum inibi latius expressorũ dudum facte per bone memorie do. Petrum de luca,tunc abbatem dicti monasterij sancti Victoris de ⁊ cum consensu ⁊ voluntate concordi omnium ⁊ quorumcunq; religiosorum dicti monasterij , collationes dictorum officiorum,ac eorundem promotiones,institutiones,priuationes,⁊ destitutiones ad ipsuz do. Abbatem,tanquam ad proximum ⁊ immediatum superiorem predicti collegij, solum ⁊ in-
1 solidum pleno iure pertinẽt ⁊ spectant.†Hoc enim clare ⁊ aperte sonant verba predicti instrumenti:a quorum propterea significatione non est recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis.⁊.l. non aliter.ff.de leg.iij.Et cum processus ⁊ instrumentum huiusmodi producti extiterint per dictum do.Raymũdi,hoc cẽsetur extitisse confessus : ⁊ huic processui seu instrumẽto stare tenebatur,per id quod no.glo.in.l.editiones.super verbo die ⁊ consule.vers.quid si sponte.ff.de eden.Inn.in.c.cum venerabilis, super verbo instrumentum.de exceptio.Bar.in.l.post legatum.ff. de his qui.vt indig.Bal.in.c.testiuz.de testi.Multas remissiones ponit do.Fel.in.d.c.cum venerabilis.versi.prima conclusio producens instrumentum ⁊c. ¶Predictis non obstat ordinatio,quam supplendo fecisse pretenditur dictus dominus commissarius : ⁊ per quam ordinasse dicitur, quod adueniente casu vacationis dictorum officiorum,⁊ hoc per cessum vel decessũ, aut alias quouis modo,electio ⁊ presentatio quorũlibet officiariorum spectaret ⁊ pertineret pleno iure ad Priorem claustralem predicti collegij,⁊ eius cõuentum,aut eorum maiorem ⁊ sa-
2 niorem partem. †Confirmatio vero ipsorum officiariorum ad dictum do.Abbatem sancti Victoris. Quoniam respondeo qd huiusmodi pretensa supplicatio seu ordinatio fuit ⁊ est nulla: vtpote facta non solum preter mandatum, seu commissionem datam eidem do.Abbati de cannis : sed etiam contra:⁊ non solum contra mandatum;sed etiam contra dispositionem ⁊ expressam voluntatem dictorum do. Abbatis sancti Victoris , ac Prioris ⁊ Conuentus predicti collegij:⁊ de qua apparet tam per instrumentum erectionis ⁊ creationis predictarum,quam per instrumentum, in quo per partes predictas fuit creatus ⁊ constitutus syndicus seu procurator venerabilis vir dominus Amalricus de veyrerijs,ad supplicandum summo pontifici pro obtinendã confirmatione erectionis ⁊ creationis predictaruz.Statuerant enim dicti dominus Abbas ⁊ Conuentus , seu Abbas ipse,quod de consensu ⁊ concordi voluntate omnium monachorum omnium ⁊ singulorum officiariorum inibi mentionatorum promotiones,collationes,institutiones, ac priuationes, remotiones ⁊ destitutiones ad dictum Abbatem,tanquam ad proximum ⁊ immediatum superiorem predicti collegij, ⁊ successores eiusdem,solum ⁊ insolidum pleno iure pertinerent ⁊ etiam spectarent , ⁊ deinde cum pro obtinenda cõfirmatione creationis ⁊ erectionis predictarũ syndicum crearent,sibi dederunt in mandatis vt pro eis summo pontifici supplicaret,quod dignaretur sua sanctitas pro bono ⁊ felici statu totius dicti collegij,⁊ personarum collegiataruz degentium in eodem,confirmare ⁊ approbare omnes ⁊ singulas ordinationes ⁊ prouisiones in instrumẽto creationis ⁊ erectionis predictarũ latius expressas:⁊ hoc eisdem modo ⁊ forma, quibus in eodem instrumento continetur, absq; mutatione seu additione quacũq;.Dominus autem Nicolaus papa quintus , cui pro obtinenda confirmatione predicta supplicatio oblata est, per suas literas mandauit dicto Abbati de Cannis,quatenus de ⁊ super contentis in instrumento creationis ⁊ erectionis predictarũ, ⁊ eorum circũstantijs vniuersis se diligenter informaret:⁊ si per informationem huiusmodi,ita esse reperisset,creationem,erectionem,ordinationem,⁊ assignationem inibi mentionatas,⁊ omnia in dicto instrumento cõtenta,sicut rite ⁊ prouide facta erant, autoritate apostolica appro-
3 baret ⁊ cõfirmaret.†Quo fit vt certum sit eundem Abbatem de Cannis contrauenisse ⁊ mandato põtificis, ac dispositioni ⁊ cõcordi voluntati dictorum do.Abbatis ⁊ conuentus. Ipse ergo quoad hoc videtur nulliter processisse:qꝛ fines mandati sunt diligenter obseruandi.l.diligenter.in prin.ff.mandati.⁊.c.cum dilecta.de rescrip.Per clausulã vero,suppleasq; omnes defectus si qui forsan interuenerint in eisdem, censeretur fuisse dispensatum quoad defectus,si qui fortasse interuenissent circa solennia iuris:vt voluit Spec.ti.de leg.§.nunc ostẽdendũ.vers.decimooctauo supplet defectũ ⁊c.Arch.⁊ post eum Hemi.⁊.d.Prepo. in capi.cenomanensem.dist.lvj.Hosti.⁊ alij in.c.j.de transac.do. card.floren.in illa quotidiana.q.xv.vbi etiã Pañ.⁊ alij de elect. Panormit.in.c.inter dilectos.versi.in quarta oppo. versi.item dico dispositionẽ huius cap.⁊c.de fi.instru. non autẽ circa alios defectus,de quibus plenius exẽplificant doct.in locis superius allegatis.Quod si procedit in illis:multofortius,vel nõ minus debuit ⁊ debet procedere in casu de quo queritur:in quo non solum defuit consensus dictorũ do.Abbatis ⁊ conuentus:⁊ sic defectus naturalis:sed etiam affuit contrarius seu oppositus consensus:scilicet quod dictorũ officiariorum promotiones ⁊c.solũ ⁊ insolidum pleno iure pertinerent ad Abbatẽ.Non potuit igitur idem Abbas de cannis supplẽdo statuere prout statuit:qui nec suppleuisse re vera videtur,sed veraciter immutasse , ⁊ contrauenisse cõcordi dispositioni supplicantium,⁊ mandatis apostolicis.Et hoc satis aperte colligit̃ ex his que no.Spec.Arch. ⁊ alij in locis superius allegatis:⁊ vt dicit Arch. ⁊ alij post eum in.d.c.cenomanensem,ita tenet curia : cuius cõsuetudo est satis conformis iuribus inibi allegatis : ⁊ hinc forte sumpsit occasionem.xxix.regula cancellarie:que incipit , Item voluit quod si petantur suppleri defectus ⁊c.Nec premissis obstat id qd habetur in.d.c.j.ver. Incuria vel imperitia ⁊c.iũctis ibi notatis per Host.⁊ doct.de transac.ex quibus colligitur quod papa ibi suppleuit defectum commissum in transactione : ⁊ non solum defe-
4 ctum iuris:sed etiam defectum facti.†Quoniam respondeo qd ista oppositio est friuola. Non enim nego quin papa facere possit : ⁊ quin in casu de quo queritur vel per alium opportuno seu sufficienti mandato fulcitum hoc facere potuisset , ⁊ immutare dictam ordinationem do.Abbatis ⁊ conuentus : sed dico quod stantibus terminis prout sunt,hoc nõ videretur facere potuisse dictus do.commissarius. Forte vero opponetur, quod papa in dictis eius literis conscientiã dicti eius commissarij onerauerit:⁊ quod propterea nõ potuerit aut possit de eo quod ipse ordinauit reclamari, aut questio referri:quia nullus alius,sed solus deus est iudex, per id qd no.glo.in.c.statutum.§.assessorem.vbi etiam doc.de rescri.in.vj.gl.in.c.significasti.el.j.de homic.⁊ Jo. and.in.c.ij.super verbo viderit expedire.de iuramen.calũ.⁊ alij in alijs locis.Sed respõdeo quod supposito, citra preiudicium veritatis,quod dicta glo.de iure procederet:cui tamen videtur alia esse cõtraria in cle.j. super verbo oneramus.de iur. patr.de quarum concordia aliquid scribit Bal.in.l.j.vers.Sed pone qd per statutum.C.de reb.cred.Alex.de imo. in.l.si sic.ff.de lega.j.⁊ Philip.de Fran.in.d.c.statutum.§.assessorem.de rescrip.in.vj, ⁊ alij in alijs locis:dicta tamen glo. primo loco allegata non obstaret ei quod primo dixi:pro eo qꝛ si opportune inspiciatur tenor mandati apostolici : ⁊ signanter dicte clausule, Super quo tuam conscientiam ⁊c.⁊ qui inspiciendus est.l.ad probationem. vers.quem tenor adiuuat.C.de prob.l.sancimus.§.placiti tenor. C.de fideius.l.fideiussores magistratuũ.§.pro aurelio.vers.lecta subscriptione ⁊c.ff.eo.ti.⁊ in.l.si quis stipulatus stichum aut pãphilum.vers.querentibus inspiciendus est sermo ⁊c. cuz suis si. ff.de verb.ob.clare apparebit quod papa cõscientie dicti Abbatis de cannis nõ commisit cõfirmationem ⁊ approbationẽ creationis ⁊ erectionis predictarum,⁊ aliorum cõtentorum in dicto instrumento: sed nec super cõfirmatione ⁊ approbatione predictis cõscientiam eius onerauit: sed super sumenda diligenti informatione de ⁊ super supplicatis , aut contentis in instrumẽto superius mentionato.Dicitur enim in literis apostolicis,Autoritate nostra diligẽter te informes ⁊ si per informationem huiusmodi ita esse repereris super quo tuam conscientiam oneramus. Non est igitur dicta clausula , super quo ⁊c. referenda ad clausulam cõfirmationis ⁊ approbationis: nec per eam innuatur nõ dixerim cõfirmatio seu approbatio,sed immutatio ⁊ reuocatio eorũ que confirmari cõcorditer petebantur.Quod vel maxime vel saltẽ procedere debet postquã non apparuit dicto commissario,quod ordinatio prementionata,⁊ per quam fuit cõcorditer statutum , quod promotiones collationes ⁊c. insolidum spectarent ⁊ pertinerent prefato domi. Abbati, vt supra, ⁊ suis successoribus , esset nociua , vel pro tempore obfutura predicto collegio:

collegio:sed nec ipse de hoc inquisiuit a testibus coram eo pdu-
ctis:quis ipse aliquot ex eisdem interrogauerit p quę ex tūc in
antea esset fienda collatio dictorū officiorū:de quo nō erat sic que
rendū,postq̄ decisum ⁊ cōcorditer declaratū extiterat p dictas
ordinationes:sed erat querendū(si tamē de hoc queri poterat)
an esset vtile vel inutile quod ita fieret prout fuerat ordinatum.
Quod autem vt pretenditur deposuerāt aliqui testes,quod ha
ctenus eligebantur officiarij p cōuentū,nō nocet eidē do.Clau-
dio:q̄r ex hoc non infertur qd̄ predicta ordinatio fuerit nociua
predicto collegio:ymo(que si nocitura erat,nō fuisset facta verisimi
liter de cōsensu ⁊ cōcordi voluntate prefati do. Abbatis,⁊ om-
niū monachorū.Erant eīm fortasse duce experientia edocti,qd̄
propter varia hominū studia effectus prouisionum trahantur
in longum:⁊ qd̄ vtilius erat predictis officijs per vnum in po-
sterum pruideri,quā facultatem eligendi seu nominandi aut pre
sentandi penes multitudinem cōsistere,ar.l.ij.§.nouissime sicut
ad pauciores.ff.de orig.iur.⁊ hoc plenius scire poterant dicti
do.Abbas ⁊ cōuentus,quam prefatus do.Cōmissarius:qui pro-
pterea,attenta ordinatione per eos facta,⁊ non constito qd̄ illa
cederet in preiudiciū predicti collegij,nō debebat ad dictā pre-
tensam suppletionē,imo capitaneā correctionē pcedere,saltem
nisi prius vocatis ⁊ auditis partib⁹ sup his⁊ sua cōscientia op-
portune informata,per id qd̄ voluit Bal.in quadam sua dispu-
tatione exordiente, Statuto cauetur qd̄ fenerator ⁊c.vbi dicit.
5 †qd̄ ille,cuius cōscientie aliquid cōmittitur,non pōt leges trās
gredi:q̄r intelligitur de conscientia lege munita,nō de illa quaz
pars sibi fabricat ar.l.codicillis.§.fi.ff.de le.ij.Pro quo facit q̄r
verbum cōscientia,importat arbitriū boni viri:non aūt liberaz
voluntatem,vt not.Bart.in.l.fi.ad fi.C.de iure do.impetrā.⁊ pa
tet ex no.per gl.⁊ doc.in.d.cle.j.in verbo oneramus,de iur.patr.
⁊ per Bal.in.l.nulli,ver.ex pdictis sequitur determinatio dua-
rum questionū.C.de episco.⁊ cle.Ant.de but.Jo.de imo.⁊ doct.
⁊ maxime Dominicus in.d.c.statutum.§.assessorem,de rescrip.
in.vj.Ange.⁊ Jo.de imo.in.l.ab executore,in prin.ff.de appell.
Sed certum est qd̄ quando cōmittitur aliquid per verba impor
tantia arbitriū boni viri,dz commissarius partes requirere:vt
declarat Bart.in extrauagā.ad reprimendum,in verbo sine fi-
gura,⁊ in verbo videbitur,⁊ in.l.captatorias.q.iij.C.de test.mil.
Multas remissiones ponit Alex.de imo.in consi.ccxx.exordiē
te,Visis verbis dicti Sriuoldi,insecundo volumi.vbi etiam ea
dem ver.ad predictorum cōfirmationem ⁊c.subiungit post An
gel.⁊ Pau.de cast.in.l.de pupillo.§.qui opus de ope.no.nūcia.
quod vbi aliquid committitur conscientia alicuius,per legem
forte vel principem,si vult actum suum robur sortiri ex virtute
illorum verborum conscientie ⁊c.adeo vt nō possit infringi fa
ctum per eum,requiritur quod quando declarat vel actū facit,
iuret quod ita dictet sibi conscientia:⁊ aliter non est standū di-
cto suo,quod etiam voluit Angelus in.l.apertissimi.C.de iu-
di.⁊ domi.Jas.May.in.§.sed iste,versi.nota etiam diligētissime
⁊c.insti.de actio.Et idem voluit Geor.asten.in repe.clemē.sepe,
versicul. verba secundum conscientiam ⁊c.ibi,ille tamen qui te-
netur actum facere ⁊c.de verborum.signific.Pro quorum dicto
solet allegari.d.l.de pupillo.§.qui opus,⁊.l.theopompus.ff.de
do.prele.Unde cum premissa non fuerint per dictum dominum
commissarium obseruata,non valuit processus dicti domini cō
missarij quo ad dictam immutationem seu conuentionem. Et
quamuis pretendatur ex aduerso dictam pretensam suppletio-
nem fuisse obseruatam:⁊ quod iuxta dispositionem ⁊ in sexecu-
tionem illius fuerit pro tempore prouisuz predictis officijs: au
dio tamen quod do.pro tempore abbates illam non seruauerint
⁊ quod non reperietur aliquos per dictos dominos priorem
claustralem ⁊ conuentum presentatos instituisse, nec aliquam
pretēsam electionem de aliquibus vel aliquo factam ad officia
predicta aut aliquid eorundem confirmasse. Et si constet quod
aliqua institutio aut confirmatio facta extiterit,vt nō creditur
illa fuit per dictum dominuz raymundi facta.¶†Preterea est
9 alind quod eidem domino Raymundi obstiterit,⁊ suffragetur
dicto domino Claudio,scilicet quod non expectata cōfirmatio-
ne sue pretense erectionis,aut institutione predicti officij, quaz
fieri petijsse pretendit:quinimo nec expectata respōsione domi
ni abbatis sancti Victoris,⁊ nulla alia obtenta prouisione,idez
dominus Raymundi per se vel alios se in dicto officio intrusit
⁊ illius administrationē iniecit.Propter quod si aliquot ius ex
dicta pretensa electione,aut nominatione,seu pñtatione quesi
tum extiterat,ipse ius huiusmodi ipso facto perdidit.c.auari-
tie,⁊ quod ibi scribētes,de elec.in sexto.Et si fuisset institutus,
vel sua pretensa erectio confirmata:non tamen ei licuit propria
autoritate possessionem seu quasi predicti officij apprehendere:
quinimo ex hoc solo ius,si qd̄ in eo vel ad ipsum habuisset,etiaz
eo ipso perdidisset.c.eum qui.§.insuper,de preben.in.vj.secun-
dum Archidia.qui intelligit dispositionem illius tex.sibi locuz
vendicare non solum contra violentum proprie dictum:sz etiā
contra violentū cōmuniter acceptum:qualē esse pretēdit,aliquē
eo ipso q̄ propria autoritate iudicis vel executoris intrat pos-
sessionem beneficij.l.extat.ff.qd̄ met.cau.⁊.c.placuit.xvj.q.vj.qd̄
etiaz videtur fuisse de mente Rote,decisio.cccc.x.exordiente,Si
lite pendente in curia,versi.quibus non obstantibus:ibi,Si p-
pria non potuit imo ius perdidit.Et pro hac opi.Archi.facit
text.in.d.§.insuper:qui non solum punit violentiam,sed etiam
temeritatē,seu autoritatem propriam:quasi violentia censeatur
esse facta eoipso quod factum est propria autoritate. Pro hac
opinio.etiam facit tex.ibi,a sue temeritatis audacia: vbi nihil
dicitur de violentia.Et hanc opinionem Archi.sequitur gl.in
c.j.in principio,de pacifi.posses.fateor quod gl.ibi tenuit cōtra-
rium,⁊ idem Joannes and. Cap.vero allegatione. cxxvij.con-
cludit qd̄ si quis intret ppria autoritate possessionē beneficij va
cuam,non incurrat priuationem sui iuris:⁊ sic procedat opinio
glo.⁊ Joannis Andree.si vero intret possessionem beneficij per
alium possessi vel detenti,⁊ illo contradicente,vel inuito,tunc in
dictam penam incidat:⁊ sic procedat opinio Archi.Sed sequē-
do opinionem.Archi.que non videtur esse sine multa ratione,
videtur propter predicta fundamenta nihil obstetisse vel obsta
re eidem do.Claudio:quamuis collatio sibi facta per dictuz do.
abbatem de dicto celerarie officio valuerit,⁊ de iure valeat:⁊ si
quid obstetisset prout non videtur:non tamen obstitisset nec ob
stitit quo minus valuisset ⁊ valeat prouisio apostolica per eum
impetrata.Et hoc videt maxime pcedere si tpe facte ptēse ele-
ctiōis de.d.d.Raymūdo vel asserte institutiōis idē.d. Raymū.
7 erat excōmunicat⁹ maiore aut minore excōmunicatiōe:q̄r vtra
que,videt reddere hominē incapacē quoad assecutionē seu obtē
tionem beneficiorum ecclesiasticorum.c.postulasti,⁊.c.celebrat,
⁊ quod ibi scribentes,de clerico excommunicato ministrāte.Et
quod idem dominus Raymundi esset excommunicatus, vide-
tur apparere,⁊ esse sufficienter probatū,propter pacta p eū ini-
ta cum reuerendo quondam patre domino Francisco alaman-
di,pro tempore commendatario perpetuo prioratus conuētua
lis ville sancte Euimie,ordinis sancti benedicti:⁊ signanter p-
pter illud quod inter eosdem dominos Alamandi ⁊ Raymun-
di fuit conuentum , quod pro obtinenda renuntiatione com-
mende dicti Prioratus sancte Euimie,⁊ per ipsum dominum
Alamandi facienda,idem dominus Raymundi teneretur ⁊ de-
beret in manibus ordinariorum resignare beneficia inibi men-
tionata,⁊ ad eundem dominum Raymundi pertinentia , ad fi-
nes prouidendi de eisdem illi vel illis, quibus idem dominus
Alamandi commendatarius sancte Euimie prouideri voluis-
set:quod ⁊ factum est priusquam obtineri potuerit renuntiatio
commende huiusmodi : que pactio seu conuentio videtur fuisse
simoniaca,per ea que habentur in cap.ordinationes.j.q.⁊ quod
not. Panormit.in capit. ex parte.el primo.de officio delegati.⁊
cap.dilecto.in.ij.not.de preben.⁊ in capitulo,non satis. de simo.
8 †Si enim symoniacum est renuntiare beneficio , vt alicui certe
persone conferatur : non video cur etiam simoniacum non exi-
stat renuntiare beneficio ad hunc finem , vt illi vel illis proui-
deatur quibus compaciscens seu conueniens prouidere volue-
rit:⁊ isto modo extorquere renuntiationem a compaciscente , ⁊
assequi beneficium , quod sic allectus postea renuntiat. Quod si
ita est , videntur ambo incurrisse sententiam excommunicatio-
nis latam per extrauagantem domini Martini pape.v.in con-
cilio constan.de qua verbum facit dominus Antonius florenti-
nensis episcopus,in tertia parte sue summe,titu.xxiiij.cap.lxv.
exordiente, Multa contra simoniacam prauitatem ⁊c. Non di-
co quod dicta pretensa presentatio seu electio de eo facta ad di-
ctum officium celerarie fuerit simoniaca:sed dico quod propter
precedentem simoniacam conuentionem cōmissam propter pa-
ctionem,de qua supra,iunctis inde secutis, incurrerat idem do
minus Raymundi sententiam excommunicationis : que eum
reddit incapacem,ita vt neq; eligi nec presentari potuerit ad di
ctum officium. Non igitur videtur per attentatam electionem
seu presentationem ius ad rem quesiuisse,propter iuris resistē-
tiam.Quod si ita est:imo quia esse videt, non debent litere apo-
stolice parte dicti domini de aussonille impetrate dici surrepti-
tie propter taciturnitatem dicte pretense electionis,seu presen-
tationis,etiam si alias verum esset,quod iuri quesito ad rem seu
beneficium non derogetur per clausulam , dummodo tempore
interpresentium non sit alteri in beneficio ius quesitum. Cuius
contrarium voluit Joannes calde.titu.de rescriptis.consi.viij.
circa finem,⁊ videtur fuisse de mente Cardi.floren.consilio.xcij.
exordiente , Nobiles viri domini ⁊c. columna tertia , versiculo,
Item in concessione apostolica est illa clausula,dummodo tem-
pore ⁊c. quia hoc deberet intelligi de electione vel presentatio

ne, que non esset nulla, qr de ea que non oportet facere mētionē per id qḋ habetur.in.c.in nostra.c.ex tenore, de rescrip.c.suggestū, de iurepat.⁊c.cū nostris, de cōces.prebē.† In qbus ꝯcludit
9 impetrationē non cēseri subreptitiā ex taciturnitate gratie alteri nulliter facte: qḋ etiā voluit Jo.Cal.tit.de rescri.cōsi.xiiij.exordiēte, An impetratio facta de ecclesia sit vitiosa.ver.ex predictis sequit qḋ dicta gratia: vbi voluit qḋ impetratio ecclesie nō censeatur subreptitia ꝓpter taciturnitatē precedentis electionis. Ad qḋ facit qḋ voluit Rom.consi.cccclxxxiij.exordiē. Dubitatur primo ⁊c.vbi dicit valere impetrationem confirmationis non facta mentione de prouisione alteri nulliter facta. Pro quo allegat dictas gl.⁊ dictum Calde.in.d.consil. Ad hoc etiam facit qḋ voluit Rota, tit.de rescrip.deci.lxvi.exordiente, Nota qḋ de gratia aduersarij: vbi cōcluditur ꝙ de gratia aduersarij que non est nō teneor in gratia mea facere mentionē: ꝓ quo allegat Bernar.in.d.c.ex tenore, in fi.prime gl.c.auditis, de ele.⁊.c.ad dissoluendā, de despōsa.impu. Istas decisiones cōmemorat ⁊ sequitur do.Feli.in.d.c.ex tenore. Pro quorū omnium dicto facit iuris regula, Non prestat impedimentū, de reg.iur.in vi.cui ꝓpterea videtur esse standum, nisi doceat de cōtrario.c.ad decimas, in fi.de resti.spolia.in vj.⁊.l.suus quoqꝫ, versi.puto.ff.de here.insti.⁊ qḋ not.Bal.in.l.si tutor.C.de ser.pig.da.manumis.vbi dicit qḋ regule iuris sunt tenaciter obseruāde, nisi in cōtrarium appareat dispositio specialis. Dicit etiam idē Bald.in.c.j.de alie.ind.mutā.can.fac.quod pro regula semper est pronuntiandum, nisi probetur contrarium.

¶ Argumentum.

¶ Qui res sibi donatas alij presens ⁊ tacens donari intelligit, consentire videtur alienationi. A. S.

1 ¶ Bonorum mobilium ⁊ immobilium appellatione non veniunt iura, actiones, aut nomina.
2 Donatio causa mortis an dicatur illa, in qua fit mentio de morte.
Actus in tempus mortis collatus potest dici inter viuos.
3 Donatio inter virum ⁊ vxorem dicitur nulla: potest tamen iuramento, aut morte firmari.
4 Donans bona sua presentia ⁊ futura retento vsufructu an censeatur etiam donare fructus post talem donationē perceptos.
5 Institutio coacta dicitur nulla: nec ille vere dicitur institutus, qui seipsum procurauit, aut vi compulit institui.
6 Confessiones extraiudiciales, ⁊ parte absente facte an probent aliqualiter, aut confitenti preiudicent.
Confessio extraiudicialis geminata habet vim confessionis iudicialis, ⁊ preiudicat.
7 Arrogatio nō potest fieri de eo qui est sui iuris, nisi principis autoritate: nec adoptio sine magistratus imperio.

¶ De dona. Consi.clxxv.



Non dubito quin probus quondam vir Joā. Pelisserij tempore matrimonij, adum, anno scꝫ dnī. M.cccclxviij.⁊ de mese octob, cōtracti per ⁊ inter Andream valeti ex vna parte, ⁊ honestā aliaz Rolta ⁊nā tauernerie ex alia, censeatur ⁊ cēseri debeat fecisse eidem Andree non vnicam, sed duas donationes: vnam scꝫ puram, seu que statim sortiri debebat suum effectum: ⁊ hec fuit de tertia parte bonorum mobilium ⁊ immobilium presentium ⁊ futurorum eiusdem Pelisserij: in qua nihil veniebat aut comprehendebatur de iuribus, aut actionibus, seu nominibus: pro eo qr illa non veniunt appellatione bonorum mobilium vel immobilium.l.a diuo pio.§.in vēditione.ff.de re iudi.l.quam tuberonis.§.penult.ff.de pecu.⁊ quod not.glo.in.l.mouentium.ff.de verb.signifi.⁊ in.l.potest pupillus.ff.de autor.tuto.⁊ can.in cap.nulli.de rebus eccle.non alie. Aliam vero fecit de residuo bonorum suorum post dies suos: ⁊ hec fuit donatio non quidem pura, seu que statim deberet sortiri effectum: sed conferebatur post tempus mortis: ⁊ sic fuit donatio in diem. Fateor tamen quod ambe fuerunt donationes inter viuos: ⁊ nulla causa mortis: tuz quia ita expressit dictus Pelisserij donator, scilicet quod donat donatione inter viuos ⁊c. ergo ille censeri debēt esse donationes inter viuos: per id quod not.Bar.⁊ doc.in.l.fi.C.de pact.tum ⁊ quia ipse cōuenit, promisit ⁊ iurauit donationes huiusmodi attendere ⁊c. ⁊ eas non reuocare, vel contra eas non venire: ergo ⁊c. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod ponit Alexand.de
2 imo.consi.xiiij.exordiente, Circa primum dubium ⁊c.† ⁊ sic non est quod pretendi possit illam esse donationem causa mortis, pro eo qr in ea videtur fuisse facta mētio mortis: ex eo qr in ea dicitur post dies suos. Quoniam respōdeo quod illud posset procedere vbi essemus in dubio.l.seia.§.fi.ff.de donat.caus.mor.⁊.l.seia.cum gl.ff.de do.prele. Sed hic nō sumus in dubio, sed in claro: pro eo qr donans expressit se donare donatione inter viuos: ⁊ qr conuenit, promisit ⁊ iurauit obseruare, ⁊ non reuocare: ad quod accedat.l.vbi ita donatur.ff.de donat.caus.mor. Addo qḋ nihil repugnat actum dici inter viuos, quāuis sit collatus in tēpus mortis.l.j.C.vt actio.ab here.l.hereditarium.ff.de ho.aut.iudi.pos.l.fi.C.de contraben.⁊ cōmit.stipula.⁊ expressius in.l.nā ⁊ si cum moriar, ⁊ qḋ ibi Gul.de cu.⁊ Bar.in vlti.oppo.ff.de cōdic.indebi. Et puto quod per retentionem vsufructus fuerint dñium ⁊ possessio ciuilis dicte tertie partis translate in dictum Valeti.l.quisquis, ⁊.l.si quis argentum.§.sed si quidem.C.de dona.⁊ quod no.doc.in.l.traditionibus.C.de pac.in.§.vendite, insti.de re.diui.in.l.possideri, in prin.ff.de acqui.pos.⁊ in.c.ij.de consuetu. ¶ Quo vero ad residuum predictorum bonorū non puto dominium fuisse translatum: qr cum dictus donator illud residuum donauit post dies suos: ⁊ sic in diem, ⁊ conferret effectum huiusmodi donationis in tempus mortis: non est putandum quod ipse voluerit statim transferre dominiū ⁊ possessionē etiam residui, hoc est bessis, seu duarū tertiarum partiū dictorum eius bonorū: ⁊ non sibi reseruare nisi vsumfructū, prout fecit, de dicta tertia parte, quam se donare dicebat de presenti.
3 ¶ † Ad id vero quod dicitur donationem inter viuos factam, ꝑ dictū Pelisserij honeste mulieri Barth.fabresse eius vxori de tertia parte bonorū suorū sub presentia ⁊ consensu dicti Valeti primi donatarij non valuisse cū effectu: pro eo qr donatio inter viuos est ꝓhibita inter cōiuges, licet possit taciturnitate ⁊ morte donatoris cōfirmari.l.j.⁊.ij.⁊ multis alijs.ff.de dona.inter virū ⁊ vx.l.donationes quas parētes.C.eo.tit.⁊.l.hac edictali, in prin.ver.que ⁊ si constante matrimonio.C.de secun.nupt.quod non fuit in casu: cum dicta Barth.donataria premortua extiterit ipsi Pelisserij donatori. Dico ⁊ respōdeo qḋ istud procederet nisi in dicta donatione interuenisset iuramētū dicti Pelisserij. Sed cuꝫ illud in ea interuenerit, fuit donatio huiusmodi iuramento cōfirmata, ⁊ valuit: per id qḋ originaliter voluit Gul.de cu.⁊ post eum Bar.in.l.nam ⁊ si postea.§.item si iurauero.ff.de iureiur. Fride.de se.consi.cxl.exordiente, Punctus questionis. Bar, Alex.de imo.⁊ doc.in.l.seius ⁊ angerius.ff.ad leg.fal. Alex.de imo.cōsi.clvij.exordiē. Viso instrumēto donationis ⁊c.in.ij.vol.vbi multos cōmemorat tenētes hāc opi.⁊ Panor.in.c.fi.de don.inter vir.⁊ vx.⁊ hec est cōmunis opinio, secūdū Alex.de imol.in.d.cōsi.⁊ Frā.de are.cōsi.lxxiij.exordiente, Diligenter ⁊ mature, ver.ad ꝑm, ⁊ ver.sed dubiū est propter iuramētū. Dico igitur ꝓpterea affirmatiuā videri veriorē: scꝫ qḋ Ysabella videatur habere partem in bonis dicti quondā Pelisserij, ꝓpter donationem factam dicte Barth.per ipsum Pelisserij de tertia parte: ⁊ quam ipsa Bartholomea postea reliquit eidem Pelisserij eius viro: ⁊ deinde ipse Pelisserij huic Ysabelle. Nec huic Ysabelle obstare videtur pactum factum per ⁊ inter dictū Pelisserij ⁊ eius vxorem ex vna parte, ⁊ prefatū Valeti ex alia in quo conuenisse dicuntur, qḋ tam ipse Pelisserij, quam eius vxor sibi retinuerint.quod in fine dierum suorum possent legare, ⁊ accipere in eorum testamentis iuxta facultatem bonorum: sed non alium heredem instituere: qr dicta tertia pars, que sub presentia ⁊ de consensu dicti Valeti post sibi factam donationē seu donationes superius mentionatas fuit per ipsum Pelisserij donata prefate Bartholomee eius tunc vxori, non bene comprehenditur sub bonis futuris dicti Pelisserij: ⁊ ita nō potuit prefatus Valeti, vel ab eo causam habens pretendere, quod hec tertia pars ad se pertineret in vim donationis facte de futuris per dictum Pelisserij ipsi Valeti. Pro quo induco id quod habetur in.l.sicut.§.superuacuum, ⁊ quod ibi Bar.ff.quib.modis pig, vel hypo.sol.vbi voluit Bar.quod si post generalē obligationem omnium bonorum meorum creditor meus permittat et consentiat quod ego aliquid alienē de bonis meis, puta fundū ⁊ postea redimam istum fundum, ipse fundus propter consensum creditoris ab hypotheca liberatus non reincidit in hypothecam: ergo a simili nec dicta tertia pars que de consensu dicti Valeti donatarij transijt in dictam Barth.si postea redierit ad dictū Pelisserij donatorem, cēsetur comprehēdi sub appellatione bonorū futurorū: vt sic pertinere debeat dicto Valeti, vel al-
4 teri ab eo causam habenti.† Sicut videmus qḋ si quis donet alteri bona sua oīa presentia ⁊ futura retento vsufructu illorum: appellatione bonorum futurorū non cōprehendūtur vel veniūt fructus postea ꝑcepti, vt voluit Alex.de imol.in.l.stipulatio hoc modo concepta, ver.⁊ quid si vsumfructum reseruauit sibi.ff.de verbo.obliga.qui pro hoc inducit doctrinam quam ponit ibi Bar.volens quod si ego vendam tibi omnia bona mea presen-

tia

tia ⁊ futura certo pretio, appellatione bonorum futurorum, nõ venit aut comprehenditur dictum pretium: ⁊ sic potero de illo pretio testari: vtpote mihi non emptori spectanti. l. dãni. §. cum parietem. ff. de dam. infec. Et hoc dictum Alex. sequitur do. Jas. in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, vbi etiã vt refert idẽ voluit Raph. cu. ⁊ Bar. in. l. fi. C. de pac. Et post predicta occurrit mihi decisio Alex. de imo. quã ipse ponit in terminis nostris in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, ver. ⁊ fortificari potest vltra dicto. Pro quo allegat bonum text. in simili in. l. fi. C. de remissio. pig. iuncta. l. fi. C. que res pig. obli. pos.

5 ¶ Quo vero ad ea que allegãtur de metu ad impugnationem testamentorum dictorum Joãnis Pelisserij ⁊ Petri reuelli, dico verũ esse q gl. in. l. j. ff. de testa. videtur velle qð si aliquis cogat aliquem ad se instituẽdum, vel alium, institutio sit nulla, ⁊ hanc gl. sequitur ibi Jo. de imol. ⁊ in. l. qui testamento. §. fi. ff. de test. vbi dicit de hoc esse casum, istã opi. sequitur do. Jas. may. in. l. j. C. si quis aliquem testari probi. ⁊ sic hec opinio videt esse multũ probabilis propter autoritatem gl. ⁊ quã sequuntur dicti duo famosi doc. per id quod no. Jac. but. C. qui pro sua iuris. iudi. dare dari ve. pos. ⁊ Jo. de imol. in. c. cũ contingat, de iureiur. Bal. in. l. hereditas. C. deposi ti: multas remissiones ponit do. Feli. in. c. j. versic. ij. limita nisi contra cõmunem opinionẽ si autoritas gl. de cõsti. Nõ est tamen iste articulus sine dubio, ppter autoritatẽ alterius gl. que posita est. ff. si quis aliquẽ testari, phi. in rub. ⁊ quam doc. in hac materia cõmuniter sequuntur, volentes ⁊ sentiẽtes qð testamentũ non sit nullũ: sed sit aliquod: ⁊ qð ex eo adiri possit hereditas p heredem institutũ, lz illa sit eidem auferenda tanq indigno: et hoc expresse dixerũt Raph. ⁊ Pau. de castr. in. d. l. j. C. si quis aliquem test. probi. qð etiam dicũt pbari per illum tex. ⁊ hoc dictũ Raph. ⁊ Pau. sez qð testamentũ per vim extortum teneat: ⁊ qð ex eo possit adiri hereditas, dt in. d. l. Phili. de cor. esse verũ: q̃uis neget hoc dictũ probari in. d. l. j. qz ibi nõ declaratur qualis fuerit disceptatio ciuilis: non erit ergo sine periculo hoc deducere in mediũ.

6 ¶ Quo vero ad iactantias, seu cõfessiones extraiudiciales, quas parte absente fecisse dicitur predicta Ysabella dico non esse sine dubio, an ille probent plene, aut semiplene: quidam enim sentiunt quod nec plene, nec semiplene: quamuis indiciũ faciant. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. ⁊ huius opinionis fuit Sali. in. l. in bone fidei. C. de reb. credi. ⁊ iure iur. ⁊ multi alij, quos cõmemorat do. Jas. may. in repe. l. admonendi. ff. de iureiuran. sed verum est qð cõmunis opi. est in contrarium, scilicet qð cõfessio facta parte absente probet semiplene: ⁊ hec fuit opinio Bar. in. d. l. admonendi, versi. his premissis ⁊ quam sequuntur plurimi doc. ⁊ quidem famosissimi relati per do. Jas. in. d. l. admonendi, versi. circa secundũ qð visus est velle Bar. ⁊c. vbi etiam dicit istam esse cõmunem opinionẽ. Est etiaz verũ qð Bar. in. l. cũ scim⁹, in fi. C. de agri. ⁊ cẽsi. li. xj. dicit sub dubio forte, qð cõfessio extraiudicialis facta parte absente, si sit geminata, obtinet vim cõfessionis iudicialis, ⁊ plene preiudicat confitenti. Idem voluit Panor. in. c. si cautio, in fi. de fi. instru. ⁊ in repeti. c. per tuas, de arbi. Paul. de cast. in. l. publia. §. fi. ff. depo si. Rom. in. l. sed ⁊ si possessori. §. fin. ff. de iureiur. ⁊ cõsil. cccx. exordiente, In casu proposite consultationis ⁊c. versi. ⁊ quãuis hec confessio, Roma. in. l. nuda ratio. ff. de dona. ⁊ do. Jas. may. in. §. in personam, versi. item confessio extraiudicialis, instit. de actioni. Et licet idem domi. Jas. in. d. l. admonendi, relata dicta opinione Bar. de cõfessione extraiudiciali ⁊ geminata. dicat eaz iure non probari: ⁊ propterea Bart. fuisse loquutum sub dubio forte: ⁊ sic non posse sumi concludens fundamentum ad probanduz quod vnica confessio extraiudicialis facta parte absente semiplene probet: ipse tamen non impugnat hoc dictum Bartol. sed tandem videtur illi acquiescere: pro eo quia dicit opinionez Barto. volentis quod vnica confessio extraiudicialis facta parte absente semiplene probet, esse communem, ⁊ propterea sequẽdam in iudicando ⁊ consulendo: quia si vna semiplene probet, si fuerint facte due, ille poterunt coniũgi ad faciendum vnam plenam probationem: iuxta doctrinam quam omnes ponunt in. d. l. admonendi, ⁊ allegata. l. in bone fidei. Est tamen necessarium quod quelibet confessio probet plene: quia si vnus deponeret de vna, puta facta anno, mense, die ⁊ loco illis, ⁊ alius de alia forte facta in alio loco, vel alio tempore: isti duo nihil probarent, secundum opinionem magis communem. Sed hic est aduertendum quod non sufficeret probare istas iactantias aut confessiones: sed opus esset probare quod ille facte fuerint ante mortem dictorum Petri ⁊ Joannis: ⁊ quod ipsi de eis habuerint notitiam: alias non concluderetur metus, nec quod per metum fuerint testamenta dictorum Petri ⁊ Joannis extorta. Preterea ille iactantie parum concernunt dictum Joannem Pelisserij: ⁊ profecto omnibus reuolutis ⁊ pensatis non erit sine periculo ⁊ dubio aggredi hunc articulum: ⁊ eo maxime quia ex detectione harum iactantiarum posset dicta Ysabella incidere in periculũ ⁊ quidem grande: quod pro posse euitare debet honesta mulier Joanna eius filia: ⁊ que ex hoc posset tanq aspera ⁊ crudelis filia, aut plena amaritudine haberi a populo in minore appretiatione.

7 ¶ Preterea hic est aduertendũ quod, vt dicitur in instrumento matrimonij dictorum Andree valeti ⁊c. prefat⁹ Joannes Pelisserij dicitur affiliasse dictum Valeti: ⁊ si per huiusmodi affiliationem ipse Joannes Pelisserij existimasset se vel in filium arrogatum, vel adoptiuum dictum Andream recepisse, ipse errasset in iure: pro eo qz arrogatio de eo qui est sui iuris fieri nõ potest nisi principis autoritate: ⁊ adoptio que fieri solet de eo, qui est alterius iuris, fieri nõ potest sine imperio magistrat⁹ quorum neutrũ apparet interuenisse in dicta affiliatione: ⁊ sic illa non valuisset. l. ij. cum suis similibus. ff. de adop. ⁊ periculum esset ne error iste nocuerit validitati donationis dicto Valeti facte: per id qð habetur in. l. eam quam, ⁊ quod ibi Bal. ⁊ docto. C. de fideicom. Alex. de imo. in. l. si pater, ⁊ in. l. nec apud. C. de here. insti. Ang. consi. lxxxix. exordiẽte, Visis ⁊ inspectis omnibus supra scriptis, ver. nunc descendo ad principale dubium: ⁊ procedunt dicta iura non solũ in vltima voluntate. sed etiam in his que fiunt inter viuos: ⁊ sic in contractibus. l. cum hic status. §. si quis sponsam, ad fi. ff. de dona. inter virũ ⁊ vxo. quod etiam voluit Alex. de imo. in. d. l. nec apud, quam legit in preալleg. l. si pater, ⁊ idẽ voluit do. Jas. may. in. d. l. eam quã, ver. extende istam. l. ⁊ istud notabile ⁊c. Propter que existimo qð prudentius agẽt dicti Petrus Marguerie ⁊ vxor si patiẽtur dictam Ysabellaz habere ⁊ possidere dictam tertiã partẽ, iuxta mentẽ donatiõis de qua supra: puto tñ q hec tertia pars nõ sit tertia pars oium bonorũ que fuerunt dicti quõdam Pelisserij: qz cum ante donationem de ea factam idem Pelisserij tertiam partẽ bonorũ suorum mobilium ⁊ immobiliũ presentiũ ⁊ futurorum donasset dicto Valeti, ⁊ sibi vsumfructum retinuisset, fuerant dominium ⁊ possessio saltem ciuilis predictorum bonorũ translate, vt predixi, pro tertia eorũ parte ⁊ indiuiso in prefatum Valeti: ⁊ sic quo ad hanc tertiam partem nõ veniebant dicta bona appellatione bonorum dicti Pelisserij: sed solum appellatione bonorũ suorũ videbãtur proprie venire reliqua bona: ⁊ erant enĩ dicta bona mobilia ⁊ immobilia communia inter dictos Pelisserij ⁊ Valeti: ⁊ sic non erant solius Pelisserij: sed erant ipsorum Pelisserij ⁊ Valeti: dicti scilicet Valeti pro tertia parte, ⁊ prefati Pelisserij pro besse, seu duabus tertijs partibus. l. illud. ⁊ quod ibi Bar. ff. de rit. nupt. ⁊ q not. Bal. in. l. j. C. qui testa. facere possunt. glo. in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. ⁊ glo. in. c. cum aliquibus. in verbo ad eosdem. de rescr. in. vj. que allegat bonum tex. in. l. parietẽ. ff. de seruit. vrb. pred. ⁊ in. c. cum olim. in fi. de preb. hoc etiam voluit Bar. in. l. serui electione. §. labeo. ad fi. ff. de lega. j. Jo. mona. Jo. and. ⁊ Phi. de franc. in. d. c. cum olim. §. fi. pro quo sunt boni tex. in. l. legatis. ff. de leg. ij. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. ⁊ l. quintus mutius. in princ. ff. de auro ⁊ arg. lega. Ex quibus infero, vt predixi, quod dictus Pelisserij non censeatur donasse nisi tertiam partem reliquorum bonorum. Que omnia dixerim ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Remedium. l. secunde. C. de rescind. vend. non competit maiori. xxv. an. decepto in venditione vel emptione vltra dimidiã iusti pretij, si iurauerit non contrauenire: fallit in milite, muliere, vel rustico: qui presumuntur ius ignorare.

¶ De rescind. vend. Consi. clxxvj.



Ponitur in facto quod dudum, anno scilicet domini. M. cccc. xciij. ⁊ de mense Septembris probus quondam vir Mattheus Fagoni homo rusticus seu ruralis etatis xx. annorum vel circa, eductus a loco sue habitationis ⁊ presentia suorum, suasione seu instigatione Antonij veras loci de Montrilz diocesis Vacẽn. eidem Antonio vendidit omnia ⁊ quecunq iura, res ⁊ actiones meras, mixtas, vtiles ⁊ directas que ⁊ quas habebat ⁊ habere poterat ⁊ debebat, ⁊ que sibi competebant seu competere poterant tunc vel in futurum in loco de Mõtrilz diocesis Vacensis, aut eius territorio vel districtu: ⁊ hoc pretio duodecim librarum Turonensium monete in regno tunc currentis: que communi estimatione tũc valebat quinquaginta libras Turonen̄ses vel circa: per quam venditionem idem Mattheus dicitur etiam cum iuramento promisisse attendere ⁊ obseruare, ⁊ contra eam non venire.

1 ¶ † Quesitum est an per huiuscemodi venditionem idez quondam Mattheus sibi & eius heredib⁹ preiudicauerit quo ad remediū .l.ij.C.de rescin.vendi. Ad quod respondeo q̄ licet maior .xxv. an. deceptus in venditione vel emptione per se facta vltra dimidiaz iusti pretij regulariter excludatur a dicto remedio propter iuramentum de non cōtraueniendo, si illud prestiterit: vt no.gl.& doct.magis communiter in.d.l.secunda.gl.& docto.c. penul.de empt.& vendi.hoc tamen videtur limitari & fallere, vt nō procedat in milite armate militie, muliere aut rustico: vt pote in psonis que presumūtur ius ignorare.l.si.circa princi.ver. arma etenim magis quā iura scire milites sacratissimus legislator existimauit &c.C.de iure deliberā.l.regula.§.j.ff.de iur.& fac. igno.&.l.j.ad fin.ff.de edendo,&.l.ij.§.si.ff.de iur.fisci: nam illi nō videntur in dubio sibi preiudicasse quo ad dictum remediū, vt post Nico.de mata.voluit Bal.in.d.l.ij.ver. Quarto quero, & sequitur Ioā.de imo.in repetitio.c.cum contingat, in tertio membro, versi. Quid igitur dicendum &c. Cū igitur dict⁹ Matthe⁹ esset homo rusticus seu ruralis, & senio confectus, & iaz facillim⁹ ad passiue decipiēdum, & de numero eorum, de quibus dicit. Catho. Nam quocūq; sene sensus puerilis in illo est; videtur q̄ per dictam iuratam venditionem, & per quam fuit enormissime lesus longe vltra dimidiam iusti pretij, nō abstulerit sibi remediū dicte.l.ij.& huic casui bene adaptatur dictum Bal.de quo supra attenta senectute dicti quōdam Matthei: qui vel in nullo vel in modico differebat a minore non dixerim .xxv. annis: sed .xvi. annis: & q̄ fuit enormissime lesus, insuper & ignorantibus suis extractus & eductus a loco sue māsionis per duas aut tres leucas & deductus ad locū venditionis. Ex quibus videtur nō solū inferri seu elici error dicti Matthei circa valorem predictorum bonorum & iurium venditorum, per id q̄ post Pet.no.Cy.vbi etiam Pau.de cast.in.l.quisquis.C.de rescin.vendi.sed etiā dolus ratione dicte eductionis & trāsductionis ad aliū locū. Propter q̄ videtur, sub correctione cuiuslibet domini meli⁹ sentiētis, q̄ heredes dicti Matthei petere possint a predicto Anto, vt suppleat id q̄ defuit & deest de iusto pretio predictorum bonorum, aut quod sibi restitutis dictis duodecim libris eisdē heredibus reuendat & restituat dicta bona.

¶ Argumentum.

¶ Dotem, in qua filia matri successit, filia regulariter conferre tenetur, & in legitimam imputare, quum partem consequi vult in bonis aui materni. A. F.

1 ¶ Statutum regulari dicitur per naturam verborum illius: & cui non conueniunt illius verba, illius dispositio etiā illi non conuenit.

2 Bona dotalia, que nepoti non immediate ab auo; sed a matre, proueniunt, an debeant ipsis nepotibus imputari in legitimaz quam habere debent in bonis aui materni, & numero .4. et per totum.

3 Filiafamilias an in dote profectitia habeat heredem.

¶ De colla. Consi.clxxvij.



STatuta, quorum copie mihi exhibite extiterūt parte honeste mulieris Perone Patrenostre, filie naturalis & legitime prouidi quondam viri magistri Frā. Patrenostre ciuis Auinionē.& nūc vxoris venerabilis viri Andree Ninenelli Draperij dicte ciuitatis, nihil faciunt ad
1 decisionem casus seu dubij de quo querit: † p eo q̄ loquūtur in alijs terminis: & qui nō adaptātur terminis de quibus in casu: ergo nec illorū dispositio.l.iiij.§.toties.ff.de dā.infec.l.j.§.loquitur.ff.de aqua quoti.& esti.&.l.si seruū quis.§.nō dixit.ff.de acqr. here. Superest igitur vt querātur alia p decisione huius casus in quo supponit q̄ honesta quondam mulier Ioāna Patrenostre dicti magistri Frāc.quōdam filia naturalis & legitima, & p eum dotata, vita functa est & ab humanis decessit supstitib⁹ eodem magistro Fran.patre, ac Gilleto & Francesia liberis naturalibus & legitimis dicte Ioāne, & per magistrū Mermetū Roberti eius virū ex eadē suspectis. Et queritur an dos materna debeat in legitimā, quā dicti Gilletus & Francesia habere pretēdunt in bonis dicti quondā magistri Fran.eorum aui materni, imputari: super quo sunt opiniones. Bal.enī in.l.illā.C.de coll. post Iac.de belloui.tenuit quod non: & fundamentalis ratio sua est q̄ vt ipse pretendit nepos habet dotem tanq̄ heres matris, & allegat not.per Bart.in.l.si cum dotem, in princip. ff. soluto
2 matrimonio: † & sic ex quo non habet immediate ab auo, non tenetur nepos maternam dotem imputare in legitimam sibi debitam in bonis aui.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testamen. Alias rationes prosequitur Bal.in.d.l.illam, quas nō refero, & Pau.de monte Pico in.l.in quartam, ver.contrariam opinionem q̄ imo nepotes non teneantur &c.ff.ad legē.fal. Alia fuit
3 opinio aliorum dicentium non esse verum † q̄ filiafamilias in dote profectitia habeat heredem: q̄ secūdum cōmunem opinionem mortua filia in matrimonio etiam cū liberis dos profectitia de iure reuertitur ad patrem.l.dos a patre profecta, cuz ibi plene no.C.sol.matr.& licet de consuetudine secūdum oēs remaneat apud liberos mulieris, seu pro eis apud illorū patrem: nō tamen remanet apud eos tanq̄ quid hereditariū matris: quia dos nunq̄ fuit pleno iure matris.d.l.dos a patre: cōsuetudo ergo que istā dotē immediate aufert, aufert auo materno, et dat eam liberis mortua filia eorū matre: ergo debet eis imputari in legitimā debitā in bonis aui: q̄ nō habēt eā vt heredes matris & hec fuit opinio Bar. Ang.& Pau.de cast.qui ita cōcludūt in d.l.in quartam; Bar.consi.clxxxiij.exordiēte, Gilbertus dedit dotē: multas alias remissiones ponit Alex.de imol.in.d.l.illam ver.vlti.tangit hic Bal.&c.& consi.xxiiij.in.j.vol.& pro hac parte inducit multa fundamēta, & ponit multas remissiones Pau. de monte Pico.in.d.l.in quartā, ver. Nono querit Bart.&c.que non recito. Et quāuis idē Pau.in.d.ver.contrariam opinionē &c.& sequēti.multa scripserit in fauorē nepotum: sc3 q̄ non teneantur imputare dotē maternam in legitimam, quam petunt, in bonis aui: tandem tamen, versic. In iudicando tamē & consulendo &c.sequitur opinionē, de qua supra dixi, sc3 quod imo teneantur & debeant nepotes imputare dotem maternam in.d.legitimā; & hec videtur esse opinio cōmunis: & ideo videtur obseruanda & in iudicando & in consulendo.l.j.versi.crebrior apud veteres opinio.ff.de officio questo.&.c.nouimus, & q̄ ibi Anto.de butr.de verbo.significatio.& quod no.Hostien.Io.and.& alij in c.j.de constitutio.est verum q̄ dicta cōmunis opinio limitatur & restringitur, vt nō procedat eo casu, quo nepotes habuissent, maternam dotem: non quidem immediate ab auo materno, & in vim consuetudinis, vel alio modo: sed ab eorum matre, vt & tanquā heredes ipsius: q̄ tunc non tenentur dotem maternam imputare in legitimam.l.scimus.§.repletionem.C. de inofficioso testamen.& hoc fuit de mente Bar.in.l.si cum dotem.ff.solu.matrimonio: & hanc opinionem sequitur Alex.de Imol.in.l.si post dotem.ff.eod.titu.& in.l.illam, versi. Nisi auus esset expresse &c. C.de coll.&.d.l.in.quartam & Bal.in.l.q̄m nouella, ver.venio ad questionem.C.de inofficioso testamento, quatenus sentiunt et volunt, quod si pater dotans fuerit expresse vel tacite stipulatus dotem reddi soli filie soluto matrimonio, & deinde contingat hanc filiam mori in vita patris ipsius filie, liberi non tenebuntur maternam dotem sibi imputare in legitimam eis debitam in bonis aui: pro eo q̄ pater stipulando tacite vel expresse dotem reddi soli filie, censetur illam sibi donare: quod facere potest.l.pomponius philadelphus.ff.fami.erciscun.et sic pleno iure acquiritur dos seu actio pro dote ipsi filie. Quo fit vt consequenter filia possit in hac dote habere heredem. Liberi igitur non habent isto casu dotem ab auo materno tanquā a causa immediata, sed a matre: & sic non tenentur illā sibi imputare in dictam legitimam.d.l.scimus.§.repletionem: & hanc limitationem tenent docto.communiter tam in scribendo, quam consu-
4 lendo. † Ex premissis colliguntur & resultant due conclusiones: prima quod nepotes ex filia tenentur regulariter imputare dotem maternam in legitimā, quam sibi deberi pretendunt in bonis aui materni. Secunda conclusio est, quod ista regula fallit & non procedit, quando nepotes capiunt dotem maternam non immediate ab auo materno, sed a matre, cuius sunt heredes: vt verbi gratia. quādo pater fuit expresse vel tacite stipulatus dotem reddi soli filie soluto matrimonio, vt superius dixi: vel q̄n pater dotem expresse donauit filie sue matri nepotuz: vel etiam quādo ipsa filia fuisset de consensu patris stipulata dotem sibi reddi soluto matrimonio: vel quando statuto disponeretur, q̄ filiusfamilias lucraretur dotem pro ea per patrem constitutaz: his enim casibus & similibus, in quibus dos perueniret ad liberos huius filie tanq̄ heredes eiusdem, non tenerentur ipsi liberi dotem maternam sibi imputare in legitimam. Restat igitur videndum quid sit dicendum in casu de quo queritur: an scilicet iuxta primam conclusionem teneantur dicti Gilletus & Francesia imputare dotem pro dicta Ioanna eorum quondam matre constitutam in legitimam, quam sibi deberi pretendunt in bonis dicti quondam magistri Francisci: an vero non teneantur, quasi dotem huiusmodi a dicta Ioāna matre, & non ab auo receperint. Pro cuius dubij solutione premitto, quod in instrumēto matrimonij dictorū magistri Roberti & Ioanne fuerunt facta & inita certa pacta, seu cōuentiones, per & inter dictū magistrum

gistrum Franciscum ex vna parte, ⁊ prefatū Roberti ex alia: in
ter que fuit ⁊ est vnum, quo cautū fuit ⁊ conuentum, quod idem
Roberti teneretur ⁊ deberet ea omnia ⁊ singula, que in posterū
haberet ⁊ reciperet de bonis ⁊ dote eidem Joanne debite, reco-
gnoscere, necnon adueniente casu restitutionis dotis huiusmo-
di illa omnia restituere eidē Joāne presenti ⁊ stipulanti pro se ⁊
suis ⁊c. Etiam tempore facte vltime solutionis prementionate
dotis idem Roberti dotem hmōi conuenit ⁊ promisit restituere
eidē Joanne, aut suis, in casum in quē ipse Roberti premorere-
tur eidez Joanne: ⁊ hec promissio facta est in presentia dicti ma
gistri Francisci. Propter que, ⁊ eorūz qōlibet videretur prima
facie, qō dictus quondā magister Fran. censeatur dotem predi-
ctam donasse dicte Joanne: pro eo qꝛ stipulatus est illā sibi red-
di: ⁊ passus videtur ipsam Joannam stipulari eandem dotē si-
bi reddi: per ea que superius dixi. Sed his nō obstantibus exi-
stimo contrarium esse verius: pro eo qꝛ in dicto pacto non fuit
conuentū, qō dos soluto matr. deberet reddi soli Joāne: sz fuit
dictū qō adueniente casu restitutionis eiusdem dotis ipsa dos
restitueretur dicte Joanne: inter quos casus est multa ⁊ longa
differētia: qꝛ in primo casu censeretur donasse ipsi Joanne ⁊ nō
solum eo casu quo nō habuisset liberos: sed etiam eo casu quo li-
beros habuisset. Et hinc surgit qō illo casu nō habuissent libe-
ri dotē hmōi immediate ab auo, sz a matre: ⁊ vt heredes matris
donatarie patris: ⁊ sic per illā stipulationē fuisset derogatū di-
cte cōsuetudini: sed in secūdo casu nō derogatur dicte cōsuetudi
ni, etiam si dictum fuisset in omnē casum restituende dotis: qꝛ in
omni stipulatione intelligitur reseruata cōsuetudo loci. l. quod
si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edi. ⁊ l. exceptio, cū suis simili. C.
loca. ⁊ hoc singulariter voluit Bald. in. l. ij. C. de bo. que libe. ⁊ l.
vnica. §. taceat. C. de rei vxori. act. hoc dictū Bal. cōmemorat et
sequitur Alex. de imol. in. d. l. post dotem, ver. qō intellige verū:
ibi, secus si simpliciter. ff. sol. matr. ⁊ Roma. cōs. x. ⁊ Philip. de
cor. in. d. l. ij. ⁊ subiungit Bal. in. d. l. hoc pcedere etiam si fuerit
dictū, in oēm casum restituēde dotis, etiam de iure cōmuni. Sed
non est opus attingere hunc vltimū casum: qꝛ hoc nō fuit expres
sum in casu nostro: sed solum fuit dictum, qō dos predicta eidez
Joanne restitueretur adueniente casu restituende dotis: ⁊ ita
certum est qō per hāc stipulationem nō fuit derogatū dicte con
suetudini: remansit ergo ipsa dos apud dictos Hiletum ⁊ Frā-
cesiam, vel pro eis apud dictum magistrū Roberti in vim dicte
consuetudinis: ⁊ sic debent illam imputare in legitimam, secun-
dum cōmunem opinionē superius relatam. Nec huic dicto ob-
stat dicta alia pretensa stipulatio, seu promissio facta per dictuz
magistrū Roberti, ⁊ in qua sub presentia dicti quōdā magistri
Frāc. promisit dotem predictam restituere ipsi Joāne casu quo
ipse premoreretur: qꝛ iste casus nō euenit: ⁊ sic dici nō pōt quod
pꝑter hanc vltimam cōuentionem censeatur idem quōdā Frā-
cis. dictam dotē donasse Joāne eius filie: cū enim in casu expres-
so pretendatur ipsa Joanna fuisse stipulata dotem sibi reddi. eo
scilicet casu quo maritus premoreretur: ⁊ ipse magister Frācis.
pretendatur huic stipulationi consensisse, nō est credendū ꝙ in
casu cōtrario idem voluerit, in illo scz in quo nō ipse marit⁹ sed
dicta Joāna premorereł: qꝛ imo talis expressa pꝛuisio dz in casu
cōtrario producere contrariū effectū: p id qō no. Alex. de imol.
in. d. l. si cum dotē. Nec dicat aliquis qō in casu cōtrario debue-
rit dos remanere penes dictum Roberti: quasi isto casu cen'ea-
tur dictus magister Frā. dotē predictam eidem magistro Ro-
berti donasse. d. l. si cū dotez, in princi. ⁊ l. inter socerū. §. cū inter.
ff. de pac. dota. Quoniā respōdeo qō illa iura non tangunt istuz
casum pcedunt em̄ in patre dotante, ⁊ sibi prouidēte in vno ca-
su: nos autem loquimur in filia dotata: que presente patre, ⁊ vt
pretenditur cōsentiente sibi ipsi filie, prouidit in vno casu: scz si
maritus premoreretur: qui pꝑterea nō censetur sibi preiudicas
se in alio, hoc est dicte filie etiā in casu cōtrario dotē donasse pro
quo bene facit id qō no. Alex. de imo. in. d. l. si cū dotē, ver. Unde
alia maior dari posset solutio: ⁊ sic nō fuit p dictam stipulationē
derogatū cōsuetudini prementionate: ex cui⁹ dispositione dos
profectitia debet remanere penes liberos filiefamilias ipsa filia
patri premoriente. Et ita dotem predictam habent dicti Hilet⁹
⁊ Frācesia in vim dicte cōsuetudinis, que dotē huiusmodi dicto
Francis. abstulit: ⁊ illam dictis liberis donauit: tenētur igitur
illam imputare in legitimam eis debitā in bonis aui, secūdum
communem opinionem superius relatā. Et per hec patet respō
sio ad primum quesitum. Nec obstat qō non solū promiserit idē
magister Roberti in dicta secunda stipulatione dotem restitue
re dicte Joanne: sed etiam eius heredibus. Quoniam respōdeo
quod cum promissio huiusmodi concepta extiterit sub casu qui
non euenit, illa non nocuit: quia nec fuit purificata: pro eo quia
non euenit conditio: ⁊ sic succedit id quod dici solet, quod om-
nis conditionalis dispositio per euentum conditionis sortitur
effectum. l. cedere diem. ff. de verb. sign. l. qui heredi. §. fi. ff. de cō
di. ⁊ demonstr. ⁊ l. pecuniam. ff. si certum petatur, ⁊ quod ponit
Bar. in. q. per euz disputata exordiente, Perusine ciuitatis sta
tuto cauetur ⁊c. Et ita mihi videtur ⁊c.

Argumentum.

Sententia, que contra vel iuris regulas, vel doctorum scita vt Baldi, quum non habet contradictores, lata est, retractari debet. U. F.

1 Lex certum. §. si quis absente. ff. de confessis, procedit tam in confessione ad liberandum, quam in confessione ad obligandum.

2 Pena infamie locum habere debet tam in eo qui contrauenit promissioni simplici, seu per fidem, ꝙ in eo qui contrauenit promissioni iurate.

De senten. ⁊ interlo. omni. iudi. Consi. clxxviij.

Supposito quod inten
tio honestarum mulierum Joāne, Catharine, ⁊
Margarete Merchande, in quadam ciuili cā
quam mouerūt ⁊ prosecute sunt contra ⁊ aduer
sus Joannem Magdalen, sufficiēter probata
extiterit per apocham descriptam ⁊ suscriptam propria manu
dicti Magdalen, ⁊ deinde per eum solenniter recognitaz: sup
quo non insisto: cū de hoc plene fuerit scriptum per egregium
virum domi. Honoratuz bastoni, nō videtur recte aut iuste pro
cessisse egregius vir dominus Joannes Pinagoli iuriuz Ba-
chalari⁹ prim⁹ iudex: p eo qꝛ illa ptēsa cōfessio de satisfactione
seu solutione summe petite, etiam si illa fuisset plene probata,
non sufficiebat dicto Magdalen ad dictam victoriam obtinen
dam: cū esset facta parte absente: p id qō no. Bar. in. l. nō solum.
§. si liberatiōis. ff. de li. le. Ang. ⁊ do. Jas. in. l. tale pactū, in prin.
ff. de pac. Frid. de sen. cons. cclxviij. exordiente, In. l. postquā li-
ti ⁊c. Pau. de ca. cons. lxxxiij. exordiēte, Ad id de quo queritur,
⁊ consi. clxvi. exordiente, Ut attingamus radicem facti ⁊c. versi.
tertia est qꝛ supposito ⁊c. ibi, hāc etiam opinionē sequitur Bar.
Ant. de but. in. c. veniens. ver. ad tertium de confessione: ibi, idē
1 etiam credo si fiat ad liberandū ⁊c. † ⁊ pro hac sententia solet al-
legari. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. que licet loquatur
in confessione iudiciali, locum habet etiam in extraiudiciali, vt
patet ex notatis per glo. in. l. cum de indebito, in fi. ff. de proba. ⁊
per Bart. in. l. vnica. C. de confess. in. ij. q. princ. quod non solum
procedit in confessione ad obligandum: sed etiam in confessione
ad liberandum. Cui non obstat glo. in. d. l. non solum. §. si libera-
tionis. qꝛ illa non videtur esse vera, ⁊ illi est gloss. contraria in. l.
idem in duobus. ff. de pac. quam tenet Bar. Debebat ergo pre-
fatus do. Pinagoli dictum reum condemnare. Illius ergo sen
tentia fuit iniqua ⁊ iniusta: ⁊ propterea ab illa merito appellatū
parte dictarum mulierum. Uidetur etiā quod reuerendus pa-
ter ⁊ vir egregius do. Uicarius ⁊ officialis Arelateñ. male pro-
cessit. Et primo quidem quoad materiam principalem: qꝛ cuz ex
actis cause appareat dictuz Magdalē recognouisse se scripsisse
⁊ subscripsisse propria manu apochā prementionataz, ⁊ vt existi
mo cum iuramento: ⁊ deinde per verbum nō credit, ⁊ cum iura-
mento responderit omnibus positionibus libelli dictarum mu-
lierum, ipse videtur periurium incurrisse: aut enim verum dixit
tempore facte recognitionis dicte apoche: ⁊ sic confessus fuit se
fuisse confessum, prout in ea, ⁊ promisisse soluere prout in ea: aut
falsum. Si verum, ipse postea respondendo dictis positionibus
per verbū non credit, dicit mendaciuz, ⁊ incurrit periuriū pro-
pter varietatem, postquā illa non excusat, pro quo allegasse suf-
ficiat id quod habetur in. c. cum in positionibus. de iureiur. ⁊ ꝙ
no. scribentes in. l. de tutela. C. de in integ. restitu. mino. Non de-
buit ergo ei deferri iuramentum probationis suppletorium: qꝛ
si talis repellatur a testimonio pro altero ferendo. c. testimoniū.
cum ibi not. de testibus. multo fortius vel saltem non minus de-
bet repelli ab hoc iuramēto, in quo est magis suspectus, pro quo
videri potest domi. Jas. qui bene ⁊ plene scribit in repetitione. l.
admonendi. char. xlj. versic. xxxvi. istud iuramentum non defer-
tur infami ⁊c. vbi videri poterit. Preterea vt apparet ex tenore
dicte apoche, idē Magdalen promisit in bona eius fide soluere
summam inibi mentionatam magistro Joanni Merchandi,
horum mulierum quondam patri, illinc ad Festum beati Mi-
2 chaelis. † Quo fit vt perinde ac si iurasset hoc facere: quod si nō
fecerit, put nec fecit, ipse censetur incurrisse penam infamie: de

qua in.l.si quis maior.C.de trāsactionibus:que habet locū non solum eo casu quo quis pmisit cū interpositione iuramēti: sed etiam qn̄ promisit cum interpositione fidei:vt voluit Spec.tit. de arbi.§.si.paulo post med.ver.sed pone qd̄ cōpromissum per fidei interpositionē est vallatū:pro quo multa allegat, que possunt ibi videri:ꝛ hanc opinionē sequitur Jo.and.Bal.ꝛ Anto. debut.in.c.cū tempore,de arbitris,Jo.fab.Alex.de imol.ꝛ do. Jas.may.in.d.l.si qs maior,ꝛ hoc etiā satis voluit do. Fel.in.c. ij.de sponsa. Si igitur nō soluerit, prout non soluit, saltē de quo appareat, ipse videtur incurrisse penam infamie.d.l.si quis maior:ꝛ sic nō erat iuramētum predictum sibi deferendū, p ea que no.do.Jas.may.in.d.l.admonendi. Preterea vbi essemus in casu in quo deferri potuisset non fuit tamen huiusmodi iuramentum prestitum vt oportuit:cū eñ dictus Magdalen in schedula exordiēte, Procurator ꝛ nomine procuratorio ꝛc. pposuerit ꝛ deduxerit dictum quōdam magistrum Joannē Merchandi dixisse ꝛ asseruisse, qd̄ de summa predicta sibi satisfactū extiterat per pdictū Joā. Magdalen:ꝛ de hoc pretenderet idē Magdalen testes parte eius pductos deposuisse, opus erat quod idem Magdalen supplendo pretensam semiplenam probationem iuraret se satisfecisse:qd̄ tamen non fecit:sed iurauit pecuniā non fuisse sibi numeratam:qd̄ nō sufficit, etiā si actuꝫ extitisset ex mutuo:quo casu etiā si post bienniū audiat reus opponēs exceptionem pecunie non numerate, oꝫ tamē ipse probare illam nō fuisse numeratā:qd̄ nō fecit iste:qꝛ testes de hoc non deponūt, nec eius iurata respōsio hoc probat:qd̄ nec faceret vnus testis, cui esset magis, vel nō min⁹ credendū.l.iurisiurandi, ꝛ qd̄ ibi doct.C.de testi. Addo qd̄ licet potuerit dictus Magdalen efficaciter conueniri in vim contentorū in predicta apocha:nō ēst tñ propositum qd̄ dicta summa fuerit eidē Magdalen numerata:potuit eñ ex aliis causis legitimis p dictū Magdalen deberi, etiam si nō interuenisset numeratio:vt verbi gratia ex vēditione, ex deposito, ex donatione, vel aliis multis. Quo fit vt non videatur opportune per eius iuramentū ꝛ rñsionem fuisse dicta pretēsa semiplena pbatio suppleta, ꝛ vt videẗ ipse cauilliose respōdit pter qd̄ debebat fortasse haberi alius respectus ad aut.cōtra qui proprlā.C.de nō nume.pecu.quā habitus extiterit. Et hec quo ad materiam principalē. Quo vero ad expensarū condēnatione dico, qd̄ licet prefatus do. Vicarius voluerit in aliquo reparare sententiā prefati do. Pinagolii:ipse tamen hoc nō plene fecit:ꝛ q̄uis pro hoc multa possint allegari:quia tamen tempus nō sufficit, solū inducaꝫ id qd̄ no. Bald.in auth.generaliter versic.ex predictis autem sic concludo:ibi, sed vnus vincit aluꝫ ex iuramenti suppletione.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ post eum Alex.de imol. in.l.pperandū.§.sin autē, ver.subdit etiā ibi singulariter Bal. ꝛc.C.de iudi.qui volūt qd̄ si altera ex partibus succūbat in causa propter iuramentū eius aduersario in supplemētū plenioris, probationis delatū, non debet pars sic victa condemnari in expensis.l.eum qui, in princip.ff.de iureiur.qd̄ etiā voluit do.Jas. may.in.d.§.sin autem, ver.v.fallit quando quis semiplene pbauit. Unde cum Bal.testimonio scribentium sit magne autoritatis ꝛ in scholis, ꝛ in iudiciis, non debuit eius autoritas in hoc casu contemni:cum nec contradictorem habeat:ꝛ habeat duos famosissimos doctores eius dictum bono tex.munitum sequentes, Alex.scilicet, ꝛ Jas. Debuit igitur ꝛ debet sententia predicta reuocari:maxime vero ꝛ sine dubio quo ad expensarum condemnationem. Que dixerim ꝛc.


¶ Argumentum.

¶ Ratione vulgaris substituti suitas colligitur. V. S.

1 ¶ Substitutio vulgaris extinguitur per aditionem hereditatis.

2 Ad substitutos pupillares pertinere debēt omnia illius bona vndecunqꝫ quesita, etiam que postea euenerint.

¶ De impub. Consi.clxxix.



SUbstitutio de qua in casu parte prouidi viri Joannis de la garde et Catharine eius sororis exordiente, Antonius regis ꝛc. fuit compendiosa facta per verbū cōmune substituit:que (supposito qꝫ Antonius regis testator haberet Antonium filium in patria potestate) comprehendebat vulgarem, pupillarem ꝛ fideicōmissariam substitutiones:ꝛ vulgaris vero expirauit per immixtionē paterne hereditatis factā vt puto per ipsum Antoniū filiū ministerio ei⁹ tutoris ꝛ.l.post aditā, ꝛ.l.precibus.C.de impub.ꝛ aliis substi.ꝛ cū deinde ideꝫ Anto.filius in pupillari etate ab humanis decessit, delata est eius hereditas Hieronymo ꝛ Pauleto regis ei⁹ fratribus patruelibus, ꝛ nepotibus ex fratre predicti testato-

2 ris:ꝛ hoc in vim pupillaris substitutionis:ratione cuius omnia bona vndecūqꝫ quesita, siue ex paterna successiōe, siue ex materna, vel alias vndecunqꝫ, peruenire debuerūt ad dictos substitutos, exclusis Joāne ꝛ Catharina, ꝛ aliis quibuscunqꝫ etiā proximioribus.l.sed ꝛ si plures.§.ad substitutos.ff.de vulga.ꝛ pup. ꝛ hoc supposito qd̄ dicte paterna ꝛ materna hereditates fuerint eidem Antonio filio acquisite. Si vero supponeremus qꝫ dict⁹ Anto.filius non se immiscuerit paterne hereditati, tūc stat difficultas in hoc, an per existentiā suitatis censeantur confirmate tabule papillares:ꝛ vt perinde possint dicti substituti venire ad bona dicti quondam Anto.patris, ꝛ alia vndecunqꝫ ad dictum quondā Anto. filiū peruenta, ac si se immiscuisset paterne hereditati, per id qd̄ habetur in.l.filius qui se paterna, cuꝫ se.ff. de acqui.here.ꝛ.l.pater.C.de priui.credi.an vero inspectis verbis dicte substitutionis, que vt dixi fuit cōpendiosa cōprehendens etiam vulgarem expressam saltem verbis generalibus:vt notat glo.ꝛ doct.in.l.precibus.C.de impu.ꝛ aliis substi.de qua vulgari doct.disputant ꝛ multa scribūt, inquirentes an per eam tollatur existentia suitatis:vt potest videri in.l.si filius heres.ff.de lib.ꝛ posth.in.l.iam dubitari.ff.de here.insti.in.l.apud iulianuꝫ in.§.idem iulianus.ff.ad trebel.ꝛ in multis aliis locis. Et quamuis sup hoc sint opiniones:tamē magis cōmunis opinio est qd̄ per rationem substituti vulgaris tollitur suitas:p qua opinione inducit multa fundamenta Alex.de imo.vbi etiam respōdet contrariis ex aduerso deductis in.d.l.si filius heres, ꝛ in allegato.§.idem iulianus:qui tamē hanc opinionē limitat multis modis:ꝛ inter illos dicit, qd̄ predicta opinio nō procedit qñ p compendiosam substitutionem fuit quis substitutus:qꝛ q̄uis substitutio compendiosa comprehendat vulgarem expressam:cōprehendit tamen etiam fideicommissariam, in vim cuius pōt heres institutus ad ipsius fideicōmissarii instantiam cogi adire paternam hereditatem.l.non iustā.C.ad trebel. Quo fit vt non videatur data filio licentia abstinendi:ꝛ ita etiam consuluit idē Alex. de imol.consil.iiii.versicu.ꝛ licet dicta substi.tutio ꝛc.in.ij.volu. ꝛ hoc faceret pro substitutis, ꝛ contra dictos Joanneꝫ ꝛ Catharinam. Uerum qꝛ iste casus est multum dubius, volo priusquaꝫ plenius laborem intelligere, an ex paterno testamēto fuerit adita hereditas p.d.Ant.autorizante tutore qꝛ aliter fieri nō poterat.l.more, ꝛ.l.pupillus.ff.de acqui.here.vel nō fuerit adita:hoc enim intellecto tentabo pro posse respondere quid iuris.

¶ Argumentum.

¶ Quum de significatione verborum queritur, loquendi vsus potissimum attendi debet. V. F.

facta parte dictorũ de Boxio, ⁊ consortuz, de bonis ⁊ hereditate dicte. d. Sylnestre, ipsius de Boxio quondã matris. Super qua dico, ꝙ illa de iure procedebat, ⁊ pcedit quoad semissem bonorũ ⁊ hereditatis hmõi, pro quo ipsi de Boxio ⁊ cõsortes eidem do. Syluestre ab intestato, tanquã illius proximiores, succedere debuerunt: ⁊ pro alio semisse prefata Alisia, ⁊ hoc per senatuscõsultum orficianũ, per quod ad successionẽ matris intestate inuitantur eius liberi, cuiusmodi fuerunt, ⁊ eos fuisse constat, prefati de Boxio, ⁊ matres consortũ, vt videri põt per respõsiones, quas, vt predixi, fecit dicta. d. Gabriela, seu dictus eius legitim⁹ procurator corã dictis do. arbitris ⁊c. respondẽdo libellum seu positiones superius mentionatas, ⁊ in hoc processu reproductas. Nec ipsi de Boxio, ⁊ cõsortibus refragãtur vel obstant quedam pretẽse donatio ⁊ renũtiatio, quas olim fecisse pretẽditur dicta nobilis Magdalena de bonis maternis in fauorẽ Gilleti ⁊ Petri gauterij, de quib⁹ apparere ptenditur quodã asserto publico instrumento producto in dicta causa parte dicti do. Roderici, ⁊
9 inserto. fo. 318. † Cum q2 donatio ⁊ renũtiatio hmõi, vtpote que facte extiterunt de bonis dicte Syluestre matris tunc viuẽtis, ⁊ de cuius cõsensu nõ apparet, fuerunt ⁊ sunt contra bonos mores, ⁊ nulle, per id quod habetur in. l. quidã. §. j. ff. de don at. ⁊ l. fi. C. de pac. qd̃ etiam voluit Bal. cons. ccclxxij. exordiẽte, Quedam puella fuit dotata ⁊c. in tertia parte. Raph. Fulgo. in. l. pactum dotali. C. de colla. ⁊ cons. lxxiij. exordiẽte. Paterfamilias habẽs filium ⁊c. Pet. de anch. Jo. de imo. ⁊ Gemi. in. c. quanuis pactũ. de pact. in. vj. Alex. de Jmo. in. l. stipulatio hoc modo concepta. versi. alias limitationes, vide etiam per eos ⁊c. ff. de verb. obli. ⁊ multi. in. d. l. fi. C. de pact. Cui non obstat predicta. l. fi. C. de pac. ⁊. c. quãuis pactum. eo. titu. in. vj. q2 illi text. procedunt quando filia paciscitur cum patre vel etiam matre de non sibi succedendo: quo casu valet pactum cum iuramẽto, vt ibi dicitur. Sed in casu nostro factũ est pactum cum prefatis Gilleto ⁊ Petro gauterij per dictam Magdalenam, non quidẽ de non succedendo eisdem Petro ⁊ Gilleto, sed de non succedendo dicte Syluestre matri, inscie forte ⁊ ignoranti, ⁊ cuius tãquam non sibi prouidẽtis poterat mors machinari. Et ideo non valuit. Sunt enim pactiones hmõi, vt dicit dicta. l. fi. odiose. ⁊ plene tristissimi ⁊ periculosi euẽtus. Cum etiã non refragantur dicte pretẽse donatio ⁊ renũtiatio prefatis de Boxio ⁊ cõsortibus, pro eo q2 eadẽ nobilis. d. Magdalena vita functa ẽ ⁊ ab humanis decessit viuẽte dicta Syluestra eius matre: ⁊ sic eius hereditas sibi nunquã delata est. Cessarunt igitur ⁊ cessant donatio ⁊ renuntiatio huiusmodi, per id qd̃ voluerunt Bar. Pau. de cast. Jo. de imo. ⁊ doct. in. l. qui superstitis. ff. de acquir. here. Bal. in. l. pactum qd̃ dotali. C. de pact. Alex. de imo. in. l. pactum. C. de collat. Pau. de cast. consil. cccxj. exordiente, Viso puncto ⁊ alijs de quibus ⁊c. versi. tertia ratio ⁊c. ⁊ Ambro. de viua. in suo tractatu iuramentoruz. vers. deinde quero filia cũ iuramẽto ⁊c. vers. sed nõ super hoc ⁊c. talis enim conuentio in se habet tacitam conditionẽ, si successio deferatur renuntianti, aut paciscenti, vt dicunt doct. cõmuniter in locis preallegatis. Quo fit vt cũ premoritur renuntians, ⁊ sic eidẽ non defertur successio superstitis, cesset ⁊ cessare debeat conuentio propter defectum conditionis. l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. qui heredi. §. fi. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ l. cedere diem. cum suis si. ff. de verbo. signi. Per que iura probatur ꝙ dispositio conditionalis per euentum conditionis effectũ assumit. Nihil igitur refert in casu nostro, fuerint, vel non fuerint prefati de Boxio, ⁊ consortes, heredes dicte. d. Magdalene: quia vtroq3 casu dicen-

dum est eos non esse obligatos ad obseruantiam dictarum pre⸗
tensarum donationis ⁊ renuntiationis, ⁊ hoc propter defectum
conditionis, que non euenit. Illud aūt dubium non habet quin
plene probatum extiterit, dictum do. Rodericum tenere ⁊ possi
dere bona dicte quondam Syluestre, aut multa de illis, vt appa
ret ex depositionibus testium parte dictorum de Boxio ⁊ con⸗
sortum in hac causa productorum, ⁊ examinatorum super eorū
libello, ⁊ presertim super. xxij. articulo.

Ceterū quia idem dominus
Rodericus non solum conuentus est in hac causa per dictos de
Boxio ⁊ consortes: sed etiā conatus est eosdem reconuenire, su⸗
pereit aliquid dicere de articulo recōuentionis, super quo opus
non est multis verbis. Existimo enim ꝙ a petitis in libello recō⸗
uentionali debuerint ⁊ debeant absolui prefati de Boxio ⁊ con⸗
sortes: eo maxime qꝛ idem do. Rodericus non probauit media
opportuna, ⁊ presertim ꝙ dicta do. Gabriela eius mater fuerit
heres, vel alias vniuersalis successor eorum, ex quorū personis
ipse do. Rodericus dictos de Boxio ⁊ consortes recōuenire co⸗
natus est. Et primo quidem non est probatum ꝙ dicta do. Ga⸗
briela fuerit heres, vel alias vniuersalis successor do. Girarde
pretēse olim vxoris do. Petri de sancta Cruce legum doctoris.
Quo fit vt non potuerit idem do. Rodericus recōueniendo pe⸗
tere. xxv. solidos turoñ. censuales, quos pretendit fuisse legatos
⁊ relictos eidem do. Girarde per dictū quondam do. Galteriū
de turribus. dicti etiam de Boxio ⁊ consortes nec tenēt aut pos⸗
sident, nec possidere proponūtur ex aduerso bona dicti quōdam
do. Galterij, quinimo illa possidet, aut verius detinet idem do.
Rodericus, ⁊ que, vt superius dictum est, dicta quondam domi.
Gabriela se opponendo aduersus monitoriū, de quo super his
habita est mentio, ⁊ etiam in dicto pretenso iactantiarum libello
declarauit ⁊ confessa est se tenere ⁊ possidere. Etiam non est suffi
ciēter probatum ꝙ ipsa do. Gabriela fuerit heres, vel alias vni⸗
uersalis successor defunctorū Francisci ⁊ Petri de sancta Cru⸗
ce. Quod si ita est, imo quia sic est, non concluditur ex processu,
aliquid de bonis dictorū domi. Galterij ⁊ Antonij pugeti spe⸗
ctare aut pertinere ipsi do. Roderico, quia defuit ⁊ deest mediū,
per quod eidem spectare pretenduntur. Et vbi esset probatum
medium huiusmodi, illud nihil concluderet contra dictos de
Boxio ⁊ consortes, qui de bonis dictorum do. Galterij ⁊ Pu⸗
geti nihil prorsus possident.

¶ Argumentum.

¶ Pretextu lesionis vltra dimidiam transactionem iuratā re⸗
scindere quis non potest, presertim si lesioni renuntiauit. V. F.

1 ☞ Remedium legis secunde. C. de rescind. vendi. an habeat lo⸗
cum in transactione.
2 Iuramentum an ⁊ quos excludat a remedio. l. ij. C. de rescinden.
vendi.
3 Renuntians remedio quod datur lesis, an postea possit illo vti.

¶ De rescind. vend. Consi. ccxxv.



Non puto ꝙ nobilis vir
Raymūdus de vaesco, modernus. d. Speluchie
possit aut valeat ex capite pretēse lesionis vltra
dimidiam iusti pretij agere cum effectu ad rescis⸗
sionem transactionis dudū. Anno videlicet dñi
M. cccclxxxj. ⁊ die. ix. mensis Nouembris celebrate, ⁊ inite per ⁊
inter eundem nobilē Raymundum ex vna parte, ac nobilē ⁊ ge⸗
nerosum quondam virū Rayneriū de vero tutorē, ⁊ tutorio no⸗
mine nobilis Ludonice de vaesco, filie naturalis ⁊ legitime no⸗
1 bilis quondam viri Antonij de vaesco. † Tum qꝛ remedium. l.
ij. C. de rescind. vend. ⁊. c. cum causa. C. de emptio. ⁊ vend. non ha
bent locū in transactione, vt voluit glo. Inno. Jo. and. ⁊ Pet.
de anch. in. d. c. cum causa. Specu. tit. de emptio. ⁊ vendi. §. nunc
videndum versi. quid de transanctione. Gul. de cu. in. l. ex causa.
C. de vsuca. pro empto. Bal. in. l. ordo. C. de execu. rei iudi. ⁊ in. l.
iij. §. j. ff. de transac. vbi etiam hoc sentit glo. Bal. in. l. fi. in princ.
C. commu. deleg. ⁊ in. l. j. C. de pac. ⁊ Rich. malum. Cyn. ⁊ Bal. in
d. l. ij. C. de rescind. vend. pro quo est bonus tex. in. l. lucius. §. fi. ⁊
quod vbi voluit glo. secundum intellectum Dyn. ff. ad trebel. fa⸗
cit etiam. l. in summa. in prin. in vers. nulla res. ⁊ quod ibi glo. ff.
de condi. indebi. etiā facit. l. a diuo pio. §. si pignora. ibi, velut ⁊c.
cum ibi no. ff. de re iudi. Quod etiam voluit Dy. Raph. ⁊ Alex.
de imo. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. ob. ⁊ idē Alex. cons. xlij.
exordiente, Super premisso themate diligenti ⁊c. vers. octauo qꝛ
dato ꝙ dici posset ⁊c. in. j. vol. vbi multa inducit, que possunt ibi
videri. Tum ⁊ qꝛ prefatus nobilis Raymundus de vaesco tunc
maior. xxv. annis, iurauit ad sancta Dei Euāgelia tenere, atten
dere, ⁊ obseruare contenta, ⁊ per eū conuenta, ⁊ promissa in trās⸗
2 actione huiusmodi, ⁊ contra eam nō venire. † Propter quod ex⸗
clusus fuit a remedio. d. l. ij. C. de rescind. vendi. ⁊. d. c. cum causa.
de empt. ⁊ vend. secundum communem doctrinam glos. ⁊ docto.
scribentium in dictis iuribus. quod etiam voluit Jo. de imo. in
3 repetit. c. cum contingat. de iureiur. † Tum etiam quia ipse no⸗
bilis Raymūdus renuntiauit omni exceptioni doli mali, ac de⸗
ceptionis, ⁊ lesionis: per que patet eum expresse renuntiasse re⸗
medio quod datur illis, qui sunt decepti re ipsa, per id quod vo⸗
luit Alex. in. d. consil. xlij. Possent ⁊ alia multa ad confirmatio⸗
nem sententie predicte induci, sed qꝛ premissa videntur pro nunc
sufficere, ego vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Legitima de substantia bonorum debetur, quāuis honestius
sit per eam patrimonia non deformari, ⁊ stylū curie sequi. V. F.

1 ☞ Ante legitimam quid deducatur.
2 Filius an possit grauari in legitima.
3 Legitima an soluenda in pecunia numerata, vel in substātia bo⸗
norum.

¶ De insti. ⁊ substi. Cons. ccxxvj.



Cum proponitur in fa
cto, ꝙ nobilis quōdam vir Antonius de vaes⸗
co do. Speluchie ab humanis decessit, supersti
tibus ⁊ sibi superuiuentibus duabus filiabus,
scilicet nobilibus Ludouica herede vniuersali
per eum instituta, ⁊ nobili Joāna, cui iure institutionis legauit
1 ⁊ reliquit mille florenos, † legitima eiusdem nobilis Joanne fuit
sexta pars eorum, que superfuerunt in bonis dicti quondam no
bilis Antonij, deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. authen. de
trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transsumptiue. in auth. nouissima. C.
de inoff. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta. ⁊. §. quoniam quar
ta. ff. eo. tit. ⁊ ꝙ no. Bar. in. l. ex facto. la grande. ff. de here. instit.
⁊ Bald. in. l. quoties. C. eo. tit. post Jaco. butr. in. l. si quis in suo.
2 C. de inoffi. testa. † Et in qua legitima seu sexta parte non potuit
idem nobilis Antonius grauare dictam Joannam. l. omnino⸗
do. l. quoniam. in prioribus. ⁊. l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa.
3 † An autem etiam recipere debeat in dictis mille florenis sibi re
lictis, ⁊ in alia pecunia supplenda, si illi non sufficiant, vel eā pe⸗
tere possit sibi exsolui in substantia bonorum dicti quondam no
bilis Antonij eius patris, dico ⁊ respōdeo ꝙ super hoc sunt opi
niones. Ueruntamen opinio Bart. de qua in. l. suus. in fi. princi.
ff. de here. instit. videtur mihi communior, que est ꝙ ipsa legiti⸗
mam huiusmodi petere posset sibi tradi ⁊ exsolui in substantia
bonorum, per. d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testa. Uerū⸗
tamē laudo ꝙ nobilis ⁊ generosus vir Humbertus de vero he⸗
res per certa media dicti quōdam nobilis Antonij, se informet
cum practicantibus in insigni curia parlamenti Delphinalis,
propter id quod refert do. Guido pap. in decisionibus eiusdem
Parlamenti in decisione. cccclxxxvij. exordiente, Pater in te⸗
stamento heredem suum particularem ⁊c.

¶ Argumentum.

¶ Minor. xxv. annis vltra dimidiam iusti pretij lesus in vēdi⸗
tione, in qua subest suspitio doli tutoris vel curatoris licentiam
dantis, habita dispēsatione a iuramento, in integrum restituen⸗
dus est. V. F.

1 ☞ Iuramentū in contractu minoris. xxv. alienantis interposi⸗
tum an equiualeat curatoris autoritati ⁊ iudicis decreto, ⁊ im⸗
ponat silentium beneficio restitutionis in integrū, ⁊ qñ. ⁊ nu. 4.
2 In venditione duo contractus possunt interuenire, ⁊ qui.
3 Minor donare pōt cum iuramento etiam in magna quātitate.
5 Iura quando confirment iuramenta.
6 Iurans quādo possit venire cōtra contractū absq; absolutione.
7 Dolus consensum contrahentis quando dicatur excludere.
8 Appretiatio supposita dolum tam in venditione, quam dona⸗
tione plus valentie an arguat.
9 Minor ān ⁊ quando contra curatorem ex licentia perperā con⸗
cessa experiri possit.
10 Curator ad quid minori teneatur.

De in

¶Argumentum.

¶Dos filie ex aliis bonis, quam eius patris vel matris, constituta in legitimam filie non imputatur. A.F.

1 ¶Legitima portio que & quanta dicatur.
2 Legitima non debetur in vita, sed post mortem: nec potest pater cogi in vita assignare filio legitimam.
3 Pater debet filiã dotare, etiã si ipsa multa bona aliũde habeat.
4 Filius aut filia an possit cogi recipere legitimam in pecunia.

¶De suis & legi. libe. Consi. clxxxiiii.

Pro faciliore respõsione fienda ad ea, de qb⁹ queritur parte honeste iuuenis Philiberte cabaude, filie quõdã naturalis & legitime, ac vniuersalis & insolidũ heredis honorabilis quõdã viri Bartholomei cabaudi mercatoris & ciuis Burgi. Premitto qd cũ eidẽ Bartholomeo supfuerũt due filie naturales & legitime. d. scz Philiberta ex secũda vxore, & honesta mulier Claudia cabaude suscepta ex pma vxore: harũ duarũ legitima fuit triẽs, seu tertia pars bonorũ eiusdẽ quõdã Bartholomei: eorũ. s. que superfuerũt deducto ere alieno & funeris impẽsa, aut. de triẽ. & semis. §. j. col. iij. et transumptiue in aut. nouissima. C. de inof. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta aũt. ff. eo. titu. Et iste triẽs equis portionibus diuiditur inter heredem & legatarium. d. aut. de triente & semisse. §. j. Et sic dicta Claudia pro legitima debita in bonis paternis habet semissem trientis: hoc est sextã partẽ assis, seu duas vncias: non dico here-
1 ditatis, sed vt predixi bonorũ dicti quondã Bartholomei: † quia legitima nõ est quarta pars hereditatis: sed quarta pars bonorũ vt not. Jaco. butr. in. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. Bald. in. l. quoties. C. de heredi. instituen. & Philip. de fran. in. c. si pater, de testibus. in. vj. Verum vt in casu video hic oritur contentio inter dictas sorores: p eo quia dicta Claudia legataria repudians legatum mille florenorum sibi relictum potius vult habere legitimam debitam in bonis paternis. Econtra vero parte predicte Philiberte opponitur ꝙ, cũ dictus quõdaz Bartholome⁹ esset pauper tempore constitute dotis pro & nomine dicte Claudie, et que habito respectu ad valorem bonorũ per dictũ Bartholomeũ tunc habitorum & possessorum cẽsebatur amplissima, deberet vt videtur ipsa Claudia contentari de dicto legato mille florenorũ.
2 Et sup hoc qritur qd iuris. ¶† Ad quod rñdeo ꝙ legitima nõ debetur regulariter in vita, sed post mortẽ: & ideo non potest pater inuitus & in eius vita cogi assignare filio legitimã: vt scribũt multi in aut. si qua mulier, vbi Bar. circa fi. & do. Jas. may. C. de sacrosan. eccl. Et hec legitima taxatur regulariter habito respectu ad bona que quis habuit tpe mortis. l. cuz queritur, & d. aut. nouissima. C. de inoffi. testa. Fateor qd Jaco. butr. in. l. pactum. C. de colla. dicit qd si pater in vita volũtarie assignasset filio legitimam, & postea augeretur paterne facultates, ita qd pater tpe mortis reperiatur multo locupletior: non propter hoc augebitur legitima filij, quã in vita filius recepisset. Et sic isto casu non attendetur tẽpus mortis patris, scdm Jaco. but. Et hoc dictuz pro eleganti refert & sequitur Bal. in. l. ij. C. de his que in fraudẽ credi. & in. l. fi. col. penul. C. de vsu. rei iudi. & in aut. res que, versic. quero statuto cauetur. C. communia de legatis. Hoc dictũ etiaz sequitur Ange. in. l. si proponas. §. fi. ff. de inoffi. testa. & in. l. stipulatio hoc modo accepta. ff. de verb. ob. Sed istud dictũ solet per alios reprehẽdi, & reputari falsum, per. l. si quãdo. §. j. vbi Paul. de ca. & do. Jas. may. C. de inoffi. testa. & ita per illũ text. reprobat hoc dictũ ipsemet Bal. in. d. l. pactũ, in. vj. oppositio. & in. l. quãuis. C. de fideico. Jo. de imol & Roma. & Moder. in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Pau. de ca. & Alex. de imo. in. l. in ratiõe, la. ij. col. vlti. ff. ad legẽ falci. & do. Jas. in. d. l. cũ queritur. Et quãuis Jo. de imo. in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, col. iij. videatur voluisse defendere dictum Jaco. de butr. dicens quod dicta l. si quando. §. j. loquitur quando filius tempore pacti, de quo ibi habuit minus legitima: sed Jaco. but. loquitur quãdo filius habuit integram legitimam: dictus tamen. §. j. vtpote generaliter loquens, videtur confundere dictum Jac. but. Et sic esto ꝙ dos de qua supra constituta extitisset p legitima dicte Claudie: posset nihilominus ipsa dicere legitimã fuisse auctaz propter augmentũ facultatũ. Et sic videt ꝙ dicta Claudia opportune replicet aduersus exceptionẽ. Videtur etiã dicta Claudia opportune quadruplicare: pro eo qr nullũ on⁹ potest adijci legitime. l. oimodo, & l. qm̃ in priorib⁹. C. de inof. testa. & ꝙ no. do. Jas. may. in d. l. si quãdo. §. & generaliter, ver. ij. nota ex isto text. Dicta etiam Claudia videt bene moueri in eo qd dicit, qd ducẽti & decẽ florẽ. de bonis maternis, inclusi in trecentis pro sua dote constitutis, debeant detrahi quo ad hoc, vt non minuant legitimã debitam
3 in bonis dicti patris: † qa paternũ officiũ est dotare filiã. l. fi. C. de do. promis. & l. qui liberos. ff. de ritu nnpt. ꝙ procedit etiã si filia habeat bona de qbus dotari possit. d. l. fi. & qd ibi Bal. col. ij. vbi formaliter ita dicit. quod licet filia sit diues ex ꝓprio patrimonio: tamẽ pater tenetur eam dotare de suo. Et ita expresse tenuit ibi glo. in verbo intelligamus: quanuis contrarium teneat Bal. in. l. mulier. §. cum proponeretur, in scda oppo. ff. ad trebel. De hoc ponit do. Jas. referens opiniones in. §. fuerat, ebar. antepe. ver. ad ista optime facit, institu. de actio. Sed quicquid sit siue teneat iure actionis, siue cogi possit pater officio iudicis ad dotandum filiam: hoc certuz est quod, si dos fuerit cõstituta nõ de bonis paternis, sed de proprijs bonis ipsius filie, illa non debet imputari in legitimam: vtpote que non fuit de substãtia patris. l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testa. Et sic. l. quoniã nouella, quatenus loquitur de dote per patrem aut matrem constituta pro filia, quod illa scilicet debeat imputari in legitimã eidẽ filie debitam in bonis patris vel matris, debet intelligi si est cõstituta de bonis patris vel matris, non si de bonis eiusdem filie. Repetendo ergo quod primo dixi, & concludendo super quesito in altero ex cõsultationis thematibus, dico quod si deducto ere alieno & funeris impensa bona dicti quõdam Bartholomei valebant sex mille florenis: legitima dicte Claudie ascendit ad valorem mille florenorum: in quã debet imputari id quod p ea cõstitutum est in dotem de bonis paternis. Ceterum quia in alio themate exordiente, cõmendabilis Bartholomeus cabaudi &c. ponuntur certa alia quesita, ego illis respõdeo breuiter & succincte, omisso primo, cui etiam fuit plene & eleganter responsuz per
4 egregium virum dominum dicti thematis dictatorem. ¶† Ad secundum igitur quesitum dico & respondeo, qd de iure cõmuni filius aut filia non cogitur recipere legitimaz in pecunia: sed potest pecunia refutata petere vt illa sibi expediatur in & de substãtia testatoris: & sic de rebus hereditarijs. d. l. scimus. §. repletionẽ & qd ibi Guliel. de Cu. Bal. Pau. de ca. & in effectu Salice. & do. Jas. may. idem voluit Bar. in. l. suus quoqz, in fine princip. ff. de heredi. insti. & in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebel. Et idem voluit Joãnes de imo. in. d. l. suus quoqz, in princi. in. vij. col. Multos refert do. Jas. in. d. l. scimus, col. ij. vbi potest videri. Et hec est cõmunis opi. a qua propterea nõ est in cõsulendo vel iudicãdo recedendũ. l. j. ver. crebrior apud veteres opini. ff. de offi. questo. c. nouimus, & qd ibi Anto. de bu. de verb. signi. & ꝙ no. Hosti. Jo. and. Anto. de but. & Panor. in. c. j. de constitu. vbi col. penul. multas remissiones ponit do. Feli. De hoc etiã notãt legiste in l. fi. C. de pe. iudi. q male iu. Dñs vero Gui. pa. deci. ccccl xxxvij. exordiẽte, Pater in testamẽto &c. loquit de consuetudine & stylo sz ego respõdeo de iure cõmuni. Et sic dicta Claudia dicere potest, ꝙ nolit habere legitimã in pecunia: sed in bonis hereditarijs. Si tamẽ vellet illã habere in rebus legatis mri dicte Philiberte, & sic secũde vxori, existimo qd hoc facere non possit: per id qd not. Bald. ff. de re. diui. col. j. in fin. & in. l. non amplius. §. j. ff. de legat. j. vbi refert Alexan. de imo. qd Pau. de cast. consilio cclv. non facta mentione de Bal. consuluit contrarium, & non bene, salua honorificentia tanti viri. Et idẽ qd Bel. tenuit Alex. de imo. in. l. in quartam, col. xij. ver. confirmo predicta quia fili⁹ debet habere legitimam in vna re, col. fina. versic. sed caue quia presupponit Pau. de cast. ff. ad legem falcidiam. Hoc tamẽ limitat Alex. de imo. in dicto versi. confirmo predicta, vt non procedat quando pater legasset omnia meliora, & deteriora remansissent: qr tunc posset filius petere legitimam in legatis. Quinimo voluit Bar. in dicta. l. in quartã, ꝙ si relictum est filio minus legitima, fieri debeat illius supplemẽtũ nõ soluz ab herede, sz etiã a legatarijs possidẽtibus res hereditarias, per. l. si ex patronis in prin. & l. si libertus. ff. de bo. lib. & dicta. l. scimus. §. repletionẽ: quam opi. sequuntur aliqui plenius relati per Alexã. de imo. in dicta. l. in quartam, col. antepenul. & penul. Sed cõtrarium sensit Ange. in dicta. l. papinianus. §. si cõditioni. ff. de inoffi. testa. & Joã. de imo. in dicta. l. in quartam: & hec opinio videtur communior, vt colligi potest ex his que no. ibi Alex. de imo. in loco preallegato: & que maxime videtur procedere in hoc casu: in quo vt opinor supersunt multa alia bona, & qdem nõ vilia, vel deteriora in quib⁹ potest fieri supplementũ. Est tamẽ aduertendũ quod si legata relicta dicte secunde vxori plus ascenderent, quaz relicta dicte Claudie, ipsa Claudia posset petere illud plus relictum. l. hac edictali, in prin. C. de secũ. nup. & aut. de nuptijs. §. optime, colla. iiij. Et per hec patet respõsio ad secundũ & tertiuz quesita. ¶Ad quartum dico & respondeo ꝙ relicta dicte Claudie debẽt in legitimam imputari. l. etiam. §. si debita. ff. de bo. libert. l. fine. §. excluditur. ff. de iure patro. quod etiam voluit Bart. in dicta l. in quartam, vbi etiam per alios: & maxime per Alexã. de imo.

col. xiij. ver. querit etiam hic Bar. que computentur in legitimā de quo est bonus tex. in d. l. omnimodo.

¶ Argumentum.

¶ Quamuis aliud verba sonent: id tamen quod verisimiliter testator voluit obtinet. U. F.

1 ¶ Legato vel venditione domus an veniat stabulum, hortus ⁊ similia, ad que non habetur nisi per dictam domum accessus.
2 Subterranea aut penora sub aliqua domo legata aut vendita an et quantū protenduntur cedant legato domus aut venditioni, pcipue si nō sit ad illa aditus nisi p domū legatā aut vēditā.

¶ De lega. Consilium. clxxxv.



Viso casu mihi exhibito parte honorabiliū virorū Eustachij Grādis ⁊ Leonis Peleterij: ⁊ intellecta differētia inter eos existente de ⁊ super penore in casu huiusmodi latius expresso ⁊ declarato: dico in primis qd̄ p eodē Eustachio facere videtur accessus ad dictū penariū, quā fit per apothecam eidem Eustachio per prouidū quondā virū Joannem Roussini legatā ⁊ relictā: ob ꝙ prima facie videretur esse pro eo iudicandū: per id ꝙ notat Pau. de ca. in. l. olimpico, alias. l. fi. ff. de ser. verba. predio. vbi dicit idem Pau. pluries audiuisse Bal. allegantem. d. l. olimpico, ⁊. l. prediis. §. peñ. ff. de leg. ij. ⁊. l. arbor. §. de vestibulo. ff. cō. diui. † ad hoc vcꝫ. qd̄ si venditur
1 vel legat̄ domus, venit stabulū vel hort⁹ cōiūctus vel cōtiguus domui legate vel vēdite, si nō erat aditus ad stabulū vel hortum huiusmodi nisi per domū legatā vel venditā. Etiam facit pro eo id ꝙ dicit Nico. de Neapo. post antiquos in. d. l. prediis. §. pen. ⁊ per illum tex. vbi voluit ꝙ si duo fratres diuidant inter se domos cōmunes, inter quas erat hortus, hortus cedat domui, pro quo horto testator vtebat̄. Et si testator non deputauerat eū ad vsuꝫ alicuius ex domib⁹, cedit huic domui p quam habebat̄ intrinsecus aditus ad hortū illuꝫ. Etiā facit id ꝙ no. Jo. and. in. c. raynutius de testa. vbi dicit ꝙ ex eo ꝙ tex. ibi dicit domuꝫ ⁊ hortū relinquēs, pbat̄ ꝙ qui legat domū: nō tm̄ videt̄ legare hortū. Et subdit Jo. an. istud esse verū, nisi hort⁹ esset domui contigu⁹. d. l. prediis. §. pe. Pro eo etiam facit. l. quod conclaue. ff. de dam. infec. vbi ex tex. illius. l. colligit Roma. ꝙ licet alias porticus, cōclaue, aut curia, aut chors, si sit inter duas domos, censeatur esse cuiuslibet dom⁹ pro dimidia, vt no. dicitur in. d. l. fi. ⁊ ibi p Bar. adeo ꝙ si vna ex illis domibus vendatur, censeatur vendita medietas illius porticus, vel curie, seu chortis. Et subiungit hoc esse verū, nisi per vnam ex dictis domibus tm̄ habebatur exitus ⁊ introitus ad dictum conclaue, porticum, vel chortem: qꝛ tūc tota porticus seu chors esset tantum illius domus, per quā ad eaꝫ
2 habetur introitus. † Cum ergo, vt supponitur in casu, ad dictū penariuꝫ habeatur tantum aditus per apothecam prefato Eustachio legatā ⁊ relictam, videturqꝫ totū penariū debeat ad eūdem Eustachiū pertinere: ⁊ sic nō solum quatenus protenditur seu extenditur sub apothecā eidē eustachio legatā: sed etiā quatenus protenditur extenditur sub apothecā, in qua iure hereditario successit heres dicti Roussini. Econtra vero ⁊ pro herede dicti quondam Roussini, ⁊ contra eundem Eustachiuꝫ facit qꝛ dictus Roussini dicitur expresse reliquisse ⁊ legasse totam suam apothecam speciarie ad alto vsqꝫ ad bassum, ⁊ quā dicit esse sitā infra ciuitatem carpētoractensem, loco dicto in carreria fontis bocarie, ⁊ confrontatam a parte solis occasus cū alia domo eiusdem Roussini speciatoris de alto in bassum: que alia domus est vt opinor alia apotheca dicte prime apothece contigua. Per que videtur voluisse penarium existens sub apothecis accedere cuilibet ex eisdem, quatenus protenduntur et iunguntur eidem apothece, vt scilicet quicquid de penore esset sub apotheca dicto Eustachio legata, et quod est inferius seu subtus vsqꝫ ad bassuꝫ eidem Eustachio pertineret: ⁊ id quod de eodeꝫ penore existebat et existit sub apotheca nō legata, et id quod est inferius seu subtus vsqꝫ ad bassum remaneret heredi dicti Roussini. Et hoc vt videtur satis innuunt illa verba in casu posita: et que vt opinor ponuntur in dicto legato: scilicet confrōtata a parte solis occasus cum alia domo dicti testatoris de alto in bassum. Nisi enim ita diceremus, non videretur predicta apotheca cum membris super et subtus existentibus opportune confrontari cum dicta alia domo prefati testatoris. Et pro hoc multum faceret, si pro veritate supponeremus ꝙ. d. Roussini non haberet in ciuitate aliud penarium quia non est verisimile ꝙ voluerit eius neptem ⁊ heredem huius ciuitatis incolam in ea relinquere sine penore,

¶ Argumentum.

¶ Que bonis renuntiauit paternis: non tamen filiis renūtiasse censet̄, que ad aliū pfecta sunt, qui illa renūtianti detulit. U. F.

1 ¶ Liberi naturales et legitimi excludunt quoscunqꝫ alios etiam parentes seu ascendentes in successione morientis patris vel matris.
2 Substitutio pupillaris non dicitur grauamen filij impuberis, sed prouisio.
3 Filiam non esse contentam de legato a patre relicto, sed petere legitimā de bonis ⁊ substantia patris, dupliciter pōt intelligi.
4 Testatoris dispositio nō potest adaptari casui illi, cui illius verba conuenire non possunt.
5 Binuba quando nullas patiatur penas.

¶ De su. ⁊ legi. libe. Consilium. clxxxvi.



Visis casu ⁊ dubiis nouissime mihi transmissis parte honeste mulieris Ysabelle olim vxoris ⁊ persone coniuncte Joannis Ponsardi, ac matris naturalis et legitime defuncti impuberis Heurardi, ponsardi, dico ⁊ respondeo breuiter et succincte ad dicta dubia prout infra.
1 ¶ † Et primo ad primum ꝙ, cum dicto Francisco Ponsardi superfuerit Beatrisia eius filia naturalis ⁊ legitima. ipse non tenebatur seu de iure astringebatur aliquid relinquere iure institutionis eius matri: pro eo quia in successione morientis liberi eius naturales ⁊ legitimi proculdubio excludūt quoscūqꝫ alios, etiam parentes, seu ascendentes, aut̄. de here. abintesta. §. i. colla. ix. ⁊ transsumptiue in aut̄. in successione. C. de su. ⁊ legi. libe. Male igitur ⁊ contra rationem pretendit predicta Beatrisia testamentum dicti Francisci eiusdem quondam patris fuisse nulluꝫ pro eo quia idem Franciscus nihil reliquisse dicitur eius matri iure institutionis: ⁊ istud non habet dubium. ¶ Ad secundum dico et respondeo nulli esse dubium, quin dictus quondam Franciscus poterit eidem Francesie eius filie pupillariter substituere dictū Joanneꝫ heredem: ⁊ sic prouidere qd̄ omnia eius bona, non solum illi centum floreni quos sibi reliquit, sed etiā quecūqꝫ alia vndecunqꝫ ad eam peruenissent, deuoluerentur in vim pupillaris substitutionis ad dictum Joannem Ponsardi heredē vniuersalem, ⁊ dicte filie substitutum. l. precibus. C. de impub. et aliis substi. l. ij. ⁊. l. sed ⁊ si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. et pupil. ⁊. c. si pater, de testa. in. vi. Et sic supposito quod substitutio compendiosa eidem Beatrisie facta cōprehendisset non solū vulgarem ⁊ fideicōmissariam substitutiones, de quibus non est dubiū, ⁊ etiam pupillarē, omnia tamen bona peruenissent ad dictum Joannē Ponsardi. si eandē Beatrisiam mori contigisset in pupillari etate supstite eodē Joāne Ponsardi, per iura pre
2 dicta: nec de hoc conqueri potuisset eadē Beatrisia: † p eo quia pupillaris substitutio nō est grauamen filij impuberis, sed prouisio. l. ex tribus, ⁊ quod ibi docto. C. de inoffi. testa. Cōprehēdit pterea substitutio antedicta fideicōmissariā, substitutionē p quā rogata est eadē Beatrisia de restituēdis dictis centū florenis dicto Joāni Pōsardi eius patruo, si ipsa mortua extitisset facta pubes superstite eodem patruo. Uerū est tamē ꝙ dicto fideicōmisso seu substitutione potuisset detrahere legitimā, hoc est tertiam partem bonorū dicti quondā Francisci, ad quā ascendebat predicta legitima, iuxta id quod habet̄ in aut̄. de trien. ⁊ semi. §. i. colla. iij. ⁊ trāssumptiue in, aut̄. nouissima. C. de inoffi. testa. deducto tamē ⁊ detracto ere alieno ⁊ funeris impensa. l. papinian⁹. §. quarta autē. ff. eo. tit. Et sic de dictis centū florenis ⁊ duabus vestibus potuisset detrahi ex persona predicte Beatrisie ⁊ pro legitima illius valor predicte tertie partis predictorū bonorū: ⁊ residuū, si quod fuisset, debuisset in vim fideicōmissarie substitutionis dicto Joāni restitui. Si vero dicti centū floreni nō ascendissent ad valorē ⁊ estimationē dicte tertie partis predictorum bonorū, potuisset eadē Beatrisia agere ad supplementū legitime: in qua per patrem grauari nō potuit. l. omnimodo, ⁊. l. quoniaꝫ in prioribus, cum suis simi. C. de inof. testa. Non tm̄ potest eadem Beatrisia pretendere testamentū paternū fuisse nullū, etiaꝫ si pater voluisset ⁊ ordinasset esse contentā ⁊ tacitam de dictis centuꝫ florenis ⁊ duabus vestibus. nihil amplius petere posse: qꝛ omne grauamen de legitima ipso iure reiicitur, dicta. l. qm̄ in priori-
3 bus. ⁊ authen. vt cum de appella. cog. §. cētum, colla. viij. † Quo vero ad id de quo in predicto quesito dubitatur, an. s. eadē Beatrisia dicere possit: quod nolit dictum legatum, sed legitimam iure nature sibi debitā in bonis patris. Dico et respondeo quod ista questio pōt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ dicta Beatri-

sia non

ha nō sit contenta de dicto legato, sed velit habere integrā legitimam: nō tamen contēdit quin recipere debeat in diminutionē illius centum florenos & duas vestes sibi legatas: & tunc dicto q si legatum nō sufficiebat ad dictam legitimā tradendū erat supplementum, hoc est quantū sibi deerat. d. l. omnimodo. Alio modo potest intelligi quod nolit habere pecuniaz pro legitima. sed velit eam habere in bonis & substantia dicti quondam Francisci: quo casu dico quod, secundum veraz & cōmunem opinionem filius potest petere legitimam in bonis & substantia patris, & dicere quod eā habere vult in pecunia per patrē relicta, l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. per quem tex. hoc voluit ibi Sulie. de cu. Bal. Pe l. de ca. do. Jas. may. & alij docto. cōmuniter & Bar. in. l. suus quoq, in fine princip. vbi etiam Jo. de imo. col. vij. vel circa. ff. de here. institu. & Alex. de imo. in. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j. & alij in alijs locis. Est verum tamē qd Salic. videtur referre in decisionibus parlamenti Delphinalis, decisio. cccclxxxvij. exordiente, Peter in testamento &c. quod de stylo pdicti parlamēti & curiarū Delphinatus aliter obseruatur. Super quo oporteret quod pars se informaret si ita est: quia non esset tutū super hoc se fundare, nisi prius intellecto an hoc verum sit: quamuis sciam Bart. voluisse in repetitione. l. de quibus, col. ix. ver. quarto principaliter queritur &c. ff. de legi. quod doctori alleganti cōsuetudinem credi debeat: sed etiam scio qd multi eidem cōtradicunt, & quidem Francis. de are. consi. cxxxiij. exordiente, In causa que vertitur inter homines &c. col. iij. ver. sed tamē his nō obstantibus. Alex. de imo. in. l. post dotem, in pe. q. princi. col. ij. ff. solu. matri. & alij in alijs locis. Et ideo vt euitetur periculum esset sumenda informatio. ¶ Ad tertium quesitum dico & respōdeo vt alias dixi, q dicta Beatrisia nihil petere possit de bonis dicti quondam Joānis in vim substitutionis de ea facte: & quidē nō in vim vulgaris: qz illa expirauit per immixtionem paterne hereditatis factam per Heurardū, vel eius tutorē: non etiā per pupillarem: qz illa nō continebatur in substitutione reciproca facta per dictum quondā Joannem ratione disparitatis. l. iam hoc iure, in prin. ver. sed si alter. ff. de vulga. & pupil. nō etiā in vim fideicōmissarie substitutionis: qz nec illa in ea cōtinebatur, postquaz illa fuit simplex reciproca, & compendose nō admixta. vt alias scripsi. Nec huic dicto obstat ratio allegata p dictaz Beatrisiam in casu nouissime mihi transmisso, exordiente, Assertione partium &c. Quoniam respondeo quod illa replicatio sumpta est ex quadam declaratione facta in prouincia super substitutione fideicōmissaria facta filio impuberi per verbū cōmune matre existente in medio: sed nos non sumus in illis terminis, sed lōge diuersis: illa enim presupponit substitutionē cōpendiosam factam filio per verbū cōmune: & que poterat cōprehendere pupillarem & fideicōmissariam: † sed in casu nostro est
4 sermo de simplici reciproca, que nec pupillarem nec fideicōmissariam cōprehendere poterat prout posita est: & sic male agitur de dicta declaratiōe: qz verba illi⁹ casui nostro adaptari nō possunt, ergo nec dispositio. l. quarta. §. toties. ff. de damno infecto. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotidi. & esti. l. si seruum quis, cum suis similibus. ff. de acquir. here. & quod ponit Roma. consil. cccclij, & consi. cccclxij. Non facio tamen fundamentū super illis verbis, in pupillari etate constitutos: de quibus in. viij. & xij, c. cuius rationem omitto: pro eo quia non oportet. ¶ Ad id vero de quo vlterius sub eodem dubio queri videtur: an scilicet dicte Jsabelle matri noceat illa prohibitio, quam sibi fecisse legitur dictus quondam Joannes, & per quam voluit eam esse contentam & tacitam: & q nihil vlterius petere posset a suis heredibus, attento quod ipsa postea acceptauit legatum: & sic videtur approbasse. Dico & respondeo quod predicta eidem Jsabelle non nocēt quominus petere possit bona & hereditatem dicti quondam Heurardi abītestato si delatas: qz illas petit ex causa seu iure superuenienti. Pro quo allegasse sufficiat optimas decisiones adhuc casum, que colliguntur ex his que post Oldra. scribit Alberi. in l. si quando. §. illud, col. iiij. C. de inoffi. testa. Roma. consi. clxviij. exordiente, Circa primum quo queritur alexander de imo. in. l. j. §. veteres, col. viij. ver. que inducuntur per Roma. ad questionem &c. Ange. consil. lj. exordiente, dominus Gillius &c. & alij in alijs locis: de quibus vnum recitasse sufficiat, de filia scilicet que cum iuramento renuntiat bonis paternis, & postea mortuo patre moritur abintestato & sine liberis vnus ex fratribus & heredibus patris, superstitib⁹ altero fratre & sorore: quo casu dicūt doctores sororem nō impediri quo minus succedat cū fratre superstite in bonis defuncti fratris: etiā in illis que ad eū a patre peruenerant, & quibus dicta soror. cum iuramēto renūtiauerat: & hui⁹ dicti ratio est: quia illa bona desierunt esse paterna, & nouo iure fuerunt delata sorori. Quo ad id de quo in capitulo exordiente, Et declaretur qualis sit portio &c. patebit responsio per ea que ponūtur in libello, scilicet quod dicta Beatrisia habere non debeat nisi dimidiam partem bonorum, que fuerunt dictorū quondam Franceste & Joannis: & hoc in vim substitutionis de ea facte per dictum quondam Joannem. Preterea etiam habere debet super portione, in qua fuit heres institutus dictus quondam Heurardus, dimidiam partē eius legitime: alia vero pars confusa est: pro eo quia successit Joanni debitori pro dimidia parte. l. debitori tuo. C. de pactis. Erat enim dictus quondam Joannes debitor eiusdem Beatrisie actione ex testamēto, si habere voluisset legatū sibi relictū. Quo vero ad id de quo queritur de petitione augmenti dotis facta per dictā Jsabellā, dico quod ipsa petere potuit dimidiam partē dicti augmenti ab eadem Beatrisia, tanq herede pro semisse prefati quondā Joannis debitoris: pro alia vero dimidia parte confusum est hoc debitū: p eo qz dicta Jsabella successit & succedere debet dicto Joanni per mediū dicti Heurardi. d. l. debitori tuo. Et sic bonum est qd si ipsa Jsabellis plus dimidia parte petierit, illud pl⁹ detrahat de petitio-
5 ne, tanq erronee petitū. † Ad id qd queritur de eo, qd dicta Jsabella post mortem dicti quōdam Joānis conuolauit ad secunda vota, dico quod non propterea perdidit successionē dicti eius filij etiam quo ad bona que fuerunt prefati Joannis quondā patris postq non superfuit tempore mortis eiusdem Heurardi alius filius vel filia dictorum Jsabellis & quōdā Joannis. Pro quo allegasse sufficiat q ponit Bar. consi. liij. exordiente, Angelus macie habebat vnū filiū &c. col. vlt. ver. vl. circa pdicta qro &c. Petr⁹ de ancha. cōsi. cclxxix. exordiente, Premittaz casus indubitatos &c. ver. ego saluo consilio saniore contrariuz dico &c. & alij in alijs locis, quos pro nunc referre nō oportet. Preterea ipsa Jsabella cōuolauit ad secunda vota cum licentia tutoruz dicti Heurardi: que propterea fortasse releuaretur a penis legalibus, etiam si superfuissent alij liberi eorundem Joānis & Jsabellis. Super quo tamen vtpote non necessario vlterius non insisto.

¶ Argumentum.

¶ Non reuocetur absolutio, quam episcopalis audientia rite impendit. V. F.

1 ¶ Legatus egressus prouinciā sibi creditam an possit absoluere excommunicatum ab eo in illa prouincia.
2 Judex debet esse facilis ad reuocandum sententiam, vbi fuit facilis ad pronuntiandum.
3 Posse quisq dicitur id quod de iure potest.

¶ De episcopa. audien. Consi. clxxxvij.

Pro eo qd in alijs meis allegationib⁹ scripsi, scilicet qd domin⁹ Vicarius Carpēctoratēsis absoluere potuerit egregium virum do. Colinum coiseleti iurium bacalarium, & alios multos paternenses iniustissime & de facto per eum antea ad cuiusdam domi. Antonij brodecij, pretensi prioris ruralis prioratus sancti Bartholomei, excommunicatos, etiam eodem Bordencij non vocato: fa-
1 cit optime elegans dictum Innocen. in. c. nouit, de offi. leg. † vbi voluit Inno. q legatus egressus prouinciam sibi creditam vel debitam potest absoluere ab eo in prouincia excommunicatum, vbi suum errorem recognoscit: & quod hoc facere potest sine cause cognitione propter periculum excommunicationis. Pro quo allegat. c. sacro, circa finem, de senten. excommuni. et cum hoc dicto Innocentij: transit Joan. and. in dicto. c. nouit, in nouel. super verbo nec absoluere, referens Specu. qui etiam hoc voluisse videtur titu. de lega. §. nunc dicamus, ver. quid si lesus: ibi, potest tamē absoluere vbi suum errorem recognoscit sine cause cognitione. Et idem etiaz voluit Cardi. florenti. in dicto. c. nouit, col. ij. ver. secundo quero &c. qui etiam commemorat dictū Spe. & cuz hoc dicto etiam videtur transisse Hosti. & Panor. in dicto. c. nouit. Quod si ita est, imo quia ita est, non debet videri absurdum qd dictus dnūs Vicarius, nō quidē existens extra suam diecesim, sed in ea, & recognoscens se errasse, nec contra iuris dispositionē, absoluere potuerit & absoluerit dictos do. Colinū, & alios, qui plurimi erant, & hoc non vocato dicto domi. Bordencij: cui dicto suffragatur, quia parte dictorū do. Colini & aliorū fuerat a dicta sententia appellatum. Pro dicto Inno. de quo supra, & aliorum benefacit: quia factum de facto potest de facto tolli. l. verū. §. q si minor. ff. de mino. & l. j. ff. si mulier ven. no. vbi est text. multuz singula. † q sicut iudex fuit facilis ad faciēdū aliqd de facto: ita de-
2 bet esse facilis ad illud reuocandū. Et de illo text. festū fecit Bal. in multis locis: & quidē in. l. si deserta. C. si ob publicaz pensita. in l. si pacto quo penam. C. de pact. in rub. C. de succes. edic. & in. l. ob maritorū. C. ne vxo. pro mari. Etiam pro eodē dicto facit glos. q reputatur singularis in. l. minor, in princi. in verbo seruum, dū di-

git, hec est ar. &c. que est aditio. ff. de euic. Facit etiã text. in. c. graue, ver. per teipsum relaxes &c. & q ibi Bal. de offi. ordi. vbi probatur q iudex ex suo officio nemine petente debet reuocare illud q iniuste fecit. Dicit etiam Ant. de bu. in. c. consulationibus, de offi. deleg. q si videt errasse, reuocabit ẜm decretum. Ex quibus vna cum aliis alias per me scriptis, & vt puto non visis nec intellectis, sed forte omnino neglectis infertur, q non solum tenuit absolutio per di. tum dominum Vicariũ impensa dictis do. Colino & aliis: ʒ etiã q ipse potuit eos iuste absoluere, & iuste absol-
3 uerit: alias autem non diceretur potuisse: † quia id possumus q de iure possumus. Et hec maxime procedunt attenta illa dolosa reuocatione procuratorum, quam fecit idẽ Bordencii post de facto latam sententiam excommunicationis contra eosdem do. Colinum & alios: q facere non potuit: et signanter pro eo quia non per se, sed per alterũ & dictis suis procuratoribus ferri obtinuerat de facto dictam excommunicationis sententiam: ne si cõtrarium dixerimus, reportet idem Bordencii lucrũ ex dolo et fraude per eũ commissis, iuxta id qđ habetur in. c. sedes apostolica, de rescrip, cum suis simi. Que omnia dixerim sub correctione, &c.

¶ Argumentum.

¶ Fideiussor non liberatur qñ non animo nouandi creditor solutionis tempus prorogat principali debitori. V. F.

1 ¶ Creditore terminum solutionis debitori prorogante inscio fideiussore, an tenebitur ipse fideiussor.
2 Simplex prorogatio non tollit accessoria.
3 Delegare est vice sua aliũ dare reum creditori, vel cui ius cedit; fitq delegatio per stipulationem, vel litis contestationem.
4 Nouatio tollit penam promissam.

¶ De fideius. & manda. Consilium. clxxxviii.



Uo fuerũt assumpta fundamenta per nobilem et egregiũ viruʒ do. Presidentem curie camere rationuʒ ciuitatis Aquensis, pro fulcimento cuiusdã pretense diffinitiue & absolutorie sententie per eũ promulgate pro & in fauorem nobilis Gaspardi Cureti, quondam filii & vniuersalis ac insolidũ heredis defuncti do. Joan. Cureti, & in odiũ nobilis & quondã viri Jacobi Pelegrini. Primũ fuit pretensa prorogatio termini solutionis, quaʒ recolẽde memorie serenissimo do. Carolo Francorũ regi, & comiti prouincie & forcalquerii, principali debitori, fecisse pretenduntur ipse quondã nobilis Jacobus Pelegrini, & nobilis Frãciscus
1 Souberacii. † Et forte voluit initi dicto Specu. ti. de fideiusso. §. j. ver. Illud autez queritur; vbi voluit q si debitor promiserit soluere certa die dato fideiussore: & post hoc creditor terminum illum prorogauerit debitori, fideiussor amplius non tenetur, nisi ipse consenserit. l. labeo. ff. de arbit. l. item querit. §. qui impleto. ff. loca. & l. si cuz hermes. C. eo. titu. cũ quo dicto videtur transire Jo. an. in dicto ver. illud autem querit, & in. c. constitutus, de fideiusso. vbi etiam Anto. de bu. Sed iura per Spe. allegata non faciunt pro fulcimento predicte sententie: pro eo quia in illis fiebat prorogatio obligationis, non simpliciter solutionis, seu exactionis: prout in casu nostro, in quo nõ est facta prorogatio obligatiõis: sed dũtaxat exactionis: si que tũ ptẽdi possit, vt forte nõ potest. Et hec prorogatio solutiõis siue exactionis fieri põt etiã sine consensu fideiussoris; quia etiam sine aliqua prorogatione, si labitur dies appositus ad exactionem seu solutionez fiendam, remanet nihilominus debitor obligatus, et consequenter etiam fideiussor. c. cum dilectus, de dolo & contu. et. l. celsus. ff. de arbi. Sed vbi tempus apponitur ad limitandum obligationem: vt quando quis conduxisset feudum pro duobus annis certo precio: vel etiam vectigalia, & dedisset fideiussorem, tũc licet prorogaretur tempus obligationis: non tenetur fideiussor, nisi consensisset dicta. l. si cum hermes, & in allegato. §. qui impleto. Secus autem, vt predixi, quando tempus adiicitur exactioni: vt verbi gratia, qñ quis pmittit soluere in pascha, vel in fine anni, & dat fideiussorem: q tunc tenebitur fideiussor etiã post tempus, si nõ fit facta solutio in tempore: quamuis nõ interuenerit aliqua prorogatio. Ergo multofortius vel saltem nõ minus tenebit si prorogatio interuenerit, licet in ea nõ interuenerit cõsensus fideiussoris. Hoc voluit Petr⁹ de ancb. Joã. de imo. & Panor. in d. c. cõstitutus, de fideiusso. Idẽ voluit Bal. Alex. de imo. & doc. in. l. si vnus. §. j. ff. de pac. dota. Jas. May. in. l. lecta, col. vj. ff. si cer. pe te. & plenius in. l. j. col. v. ver. extra glo. &c. C. de indi. vbi p hoc inducit nouẽ fundamẽta. Et istud etiã fuit de mẽte Hosti. quo ad casum nostrũ in. c. fi. de fideiusso. Querit em̃ qđ si fideiussisti pro me, qui promisi soluere pecuniã ad certũ diẽ: nõ solui: creditor prorogauit mihi tẽpus te ignorante, nũquid vltra teneris: videtur quod nõ, ar. l. fi. ff. de pactis. l. labeo. §. fi. ff. de arbi. & aliis iuribus per eũ inductis: & postea arguit in contrariũ. d. l. fideiussor, & l. si debitori. ff. de fideiussor. & l. sed si manente. ff. de preca. Et soluendo dicit q si simpliciter fideiussoris in omnem cãm, teneri etiam post tẽpus, vt in scđo, seu cõtrariis inductis: secus si expressisti q vsq ad certũ tempus tantũ volebas obligari. d. l. si cũ hermes, & l. valerianus. ff. de preto. stipu. & idẽ voluit Archi. in. c. te quidẽ. xi. q. j. Cum igit dictus quondã do. Joã. Cureti, & alii in instrumẽto obligatorio parte dicti nobilis Pelegrini in causa producto noĩati negentur intercessisse, seq fideiussores et principales insolidũ pagatores & attentores cõstituisse, pro recolende memorie illustrissimo do. Renato tũc Cicilie & dictorũ comitatuũ Rege & Comite, debitore nobilis Antonii Pelegrini, patris dicti Jacobi, & cui pro semisse iure hereditario successit: palam infert quod dictũ Hosti. & Archid. in locis predictis facit pro hac parte. Cui nõ obstat si forte opponat, qđ ipsi soluere pmiserint summã, de qua in instrõ, illinc ad terminũ, infra quem etiã dictus do. debitor soluere debebat. Quĩ rñdeo q iste terminus nõ erat terminus faciẽde obligationis: sed dat⁹ faciẽde solutioni: & p quẽ nõ apparet dictos fideiussores noluisse teneri nisi vsq ad illum terminũ. Et hec etiã fuit snĩa Bal. in. l. tam mãdatori, ver. ʒ hic dubitatur vtrũ ista nouatio &c. C. de nõ nume. pecu. vbi querit, vtrũ fuit nouatio per prorogationez termini: sed arguit primo videri quod sic. d. l. si valerianus. ff. de preto. stipu. deinde arguit contrariũ, dicta. l. si vnus. §. j. ff. de pactis: & soluẽdo distinguit, quod aut tẽpus prorogatur solutioni, aut contractui: aut noua forma datur. Primo casu quod non fit nouatio, nec liberat fideiussor.
7 ¶ † Ad quartam & quintum dico & respondeo quod consuetudo ligat etiam minores & furiosos. l. si heredes. §. lucius, & quod ibi docto. ff. de administratio. tuto. & quod not. Barto. in. l. quibus, col. xj. vers. primo ergo quero an consuetudines. ff. de legi. vbi etiam hoc voluit Bal. columna nona, versiculo, secundo queritur an consuetudo liget infantes: qui etiā dicit ibi quod ligat & absentes & presentes, insuper & non solum natos: sed etiam non natos: & idē satis sentit Joannes andreas, in. c. fi. §. visa secundum diuersos varia diffinitione, &c. col. v. versi. Quod dixi secundo de consensu &c. de consuetud. vbi voluit quod ad consuetudinem inducendam non requiritur consensus dementium, furiosorum, minorum, nec etiam mulierum regulariter: & tamen certuz est quod omnes isti ligantur consuetudine, prout & ceteri. Propter quod dico quod non solum Beneficiati, qui hactenus secundum dictam consuetudinem deseruierūt dominis Canonicis pro Diacono & Subdiacono, tenentur & tenebuntur hoc facere in posterum: sed etiam iuuenes & successores: & hoc facit consuetudo: que habet vim legis, & legem abrogat vel tollit. ¶ Ad sextum dico & respondeo, quod dictum pretensum statum fuit, vt predixi, per desuetudinem seu contrariam consuetudinem sublatum & abrogatum: & sic domini Canonici cogendo dictos Beneficiatos ad eisdem deseruiēdum pro Diacono & Subdiacono non dicuntur venire contra statutū quod iam non est: insuper nec contra iuramentum, vt pote illi accessorium vt superius dixi: & quia etiam non iurauerūt simpliciter seruare statuta: sed iurauerunt seruare statuta vsque tunc seruari solita: cuiusmodi non erat predictum statutum. Fateor autem qđ vbi dicti do. Canonici iurassent seruare ea que continentur in statutis, nulla mentione habita de eis: vt verbi gratia, si iurassent non recipere, vel cogere aliquem ex do. Beneficiatis ad sibi seruiendū pro Diacono & Subdiacono, ipsi tenentur seruare iuramentum etiam post reuocationem & abrogationez statuti: vt no. doctores cōmuniter in. d. c. dilecto, de prebendis, & dominus cardina. Floren. in dicta clementina de regularibus: vbi solent scribere, quod aliud est iurare quod seruabunt contenta in statuto, non habita mentione de statuto: & aliud habita mentione. Ex quibus omnibus patet responsio ad quesita: & quod seruanda sit consuetudo, de qua predixi, contra omnes beneficiatos antiquos et iuuenes: & non solum contra eos qui nunc sunt, sed etiam contra eos qui erunt in posterum: & quod ad hoc possunt & poterunt omnes cogi, & tanquam transgressores laudabilis consuetudinis poterunt puniri si contra ueniant.

¶ Argumentum.

¶ Qui se cum familia per societatem vt fratres coniungunt, siue illa permanserit, siue saluatur, que promiserūt, vel de iure postea superueniente congruunt, inuicem prestare tenentur. U. F.

1 ¶ Iuramentum minoris. xxv. annis operatur illum maiorem & actus iuratus representat iurantem non minorem.
2 In donatione bonorum presentium & futurorum, veniunt etiam ea que per successiones acquiruntur.
Donare generaliter quotam bonorum presentium & futurorum nihil expresso de bonis specialibus quorum successio speratur, licitum est: non autem donare bona specialia que sperantur.
3 Pactum future successionis dicitur inualidum, tanquam introductiuum voti captande mortis alterius, nec etiam iuramento firmatur, quia est contra bonos mores.
4 Donatio vniuersalis, siue quote, siue tote substantie, valet cum insinuatione.

¶ Pro socio. Consi. cxcvi.

Ex themate mihi transmisse consultatiōis parte honeste mulieris Claudie Brerie, vxoris & persone coniuncte honesti iuuenis Jacobi Colaneli, eliciūtur multa & varia dubia: quibus respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum, qđ si tempore affrairamenti, de quo ibi, dicta Claudia erat maior. xij. annis, ipsa potuit cum iuramento efficaciter facere affrairamentum huiusmodi, & bona sua communicare Joanne eius sorori, ac Joanni & Sebastiano eius marito seu futuro spōso & sororio: & hoc cum iuramento, prout iurasse legitur, † quia iuramentum hoc operatur in adulto, hoc est eo qui excessit pupillarem etatem est minor vigintiquinque annorum: quia representat eum maiorem vigintiquinque annis, auth. sacramenta puberum, & quod ibi scribentes. C. si aduersus venditio. & quod not. glo. & doct. in. l. ij. C. de rescind. vendi. & in. c. penult. de emptio. & venditio. & Jo. de Imo. in sua solenni repetitione. c. cum contingat, de iureiurando. Nisi enim aliud ad impugnationem dicti affrairamenti allegaretur, & probaretur, nō posset ipsuz affrairamentum ex eo solo impugnari, quod dicta Claudia erat tempore quo illud fecit minor. xxv. annis. ¶ Uenio ad secundum: super quo aduertendum est quod ibi queritur de multis itein & quod ex tenore dicte donationis nō apparet quod dicti Sebastianus & Joannona coniuges, Joannes & Claudia etiam coniuges, & eorū quilibet & sibi ipsis donauerint omnia bona sua presentia & futura sed quod illa sibi communicauerunt: ita quod dicta Claudia ratione huiusmodi affrairamenti censetur bona sua communicasse dictis Joanni sponso futuro, Jannete & Sebastiano sororio & sorori, cuilibet scilicet pro quarta parte vt tantum haberet quilibet ex ipsis, quantum ipsa: & idem videntur fecisse alij. Et sic videtur quod quilibet ex predictis donauerit alijs tribus dodrantem. hoc est nouem vncias, seu tres quartas partes bonorum eiusdem: & hoc satis colligitur ex verbis dicti affrairamenti: & maxime ibi. inter eosdem fratres & sorores perequandis & equaliter diuidendis dū locus adesset. Et sic non puto posse donationem huiusmodi impugnari per dictā Claudiā, vel aliū ex predictis quasi donauerit donatione inter viuos omnia bona sua presentia & futura: & sic per indirectum si valeret, sibi abstulisset facultatem testandi: per ea que scribit Bart. & docto. magis communiter in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & multi in. l. j. C. de pac. quia vt predixi nullus ex predictis donauit socijs omnia bona: sed solum dodrantem: & quilibet etiam ex eis recepit tres vncias bonorum suorum a quolibet. Et per hec patet responsio ad primam partem dicti quesiti. Ad secundam vero partem eiusdem: in qua queritur an dicti Claudia

dia debuerit vigore dicti affrairamenti seu donationis habere omnia bona dicti quondam Joannis qui supponitur ab humanis sine liberis decessisse, dico q non quia vt predixi ipse non videtur eidem Claudie de tunc acquisitis, aut postea acquirendis communicasse, aut donasse nisi quadrantem: hoc est quartaz partem, & duas quartas prefatis Sebastiano & Jannone: alia vero sibi reseruauit: & hec quoad bona, que tempore affrairaméti erãt sua, aut que postea acquisiuit. Etiam quoad quartam partem, q̃ habuit: & habere debuit de bonis singulorũ, non debet in illa succedere dicta Claudia: nisi esset per eum heres instituta: sed potius frater, si est mortuus intestatus, vel heres per eum institutus. Et sic fient de bonis dicti Joannis, illis scilicet que habuit ante affrairamentum, & de illis que ipse post affrairamentum acquisiuit, quatuor partes: quarum tres iure affrairamenti & donationis in eo facte pertinent dictis Claudie. Sebastiano & Jannone alia vero quarta pertinet heredi dicti Joannis. Quo vero ad illas tres quartas, quas acquisiuit tempore affrairamenti de bonis, que tunc habebant prefati Claudia, Sebastianus & Jannona, & eorũ quilibet illa pertinent heredi dicti Joannis. Ad quartam partem eiusdem quesiti dico, & respõdeo, qd licet prefate claudia & Jannona non potuissent, ignorante & inscia honesta muliere Joanna eorum matre donare bona sua, vel alias de bonis huiusmodi ratione sperate successionis disponere. l. fi. & quod ibi gl. & doc. C. de pac. & l. quidã in iure. §. donationem. ff. de dona. tamẽ

2 sub presentia vel de consensu matris hoc fieri potuit.† Preterea in donatione quote bonorum presentium & futurorũ, veniũt etiã ea que postea donator acquirit per successionẽ: q2 aliud est donare generaliter quotam bonorũ presentiũ & futurorũ, nihil expresso de bonis paternis, maternis, aut alterius, cuius successio speratur, qd non reperitur prohibitũ, per ea que ponunt doct. in. d. l. fi. C. de pac. aliud est donare vel bona que quis ex futura successione habere sperat, vel quotam bonorũ hmõi: vt verbi gratia, donare talẽ domũ, aut partẽ illius, aut tale prediũ seu partẽ illius, que sunt bona patris viuentis, vel alterius, cuius successionem expecto: & istud eo inscio facere non licet, vt euitetur votuz captãde mortis paterne, vel alterius. d. l. fi. C. de pact. & l. quidam in iure. §. donationem, & qd vtrobiq; per scribentes. Venerunt igitur in affrairamento seu donatione predicta etiam bona materna.

¶ Ad tertiũ principale quesitũ dico & respondeo: quod diuisio, q̃ fecisse dicuntur dicti quatuor cõtrahentes, nõ videtur rupisse donationem quo ad bona, que fuerunt dictorum contrahentium tẽpore facti affrairaméti, aut donatiõis: nec quo ad illa, que post affrairamentũ, & ante diuisionem hmõi acquisiuerunt imo potius videntur illa cõfirmasse: cũ vt puto iuxta mentẽ illius diuiserint dicta bona. Sed quoad bona acquisita post diuisionẽ, & in posterũ acquirenda, videtur qd affrairamentum & donatio, vtpote illi accessoria, rupte extiterint, aut dissolute: pro eo q2 cum per diuisionem inter dictos contrahentes factã vel ipsi omnes, vel eorum aliqui petierint fieri diuisionẽ: & sic portionẽ suã sibi expediri, ipsi videntur discessisse a societate & ab affrairamento. l. actione, in prin. ff. pro socio. Preterea etiã videtur ab affrairamento & societate recessisse: pro eo quia post factam diuisionez, de qua supra, agere ceperunt dicti Joannes & Claudia seorsum & ad partẽ & prefatis Sebastiano & Jannona, & sibi ipsis negotiari. l. itaq; vbi est casus. ff. pro so. Addo qd cũ postea ab humanis decesserit dictus Joannes alter ex socijs, fuit societas predicta seu affrairamentũ finitũ & dissolutũ, si verũ esset qd antea dissolutũ aut finitũ nõ extitisset: & intelligo q nõ solũ fuerit huiuscemodi societas finita, quatenus cõcernebat dictũ quõdã Joãnẽ: sed etiã quoad alios q superstant. §. soluit. insti. de so. & d. l. actione. §. morte vniusq; socij. ff. pro so. & sic nõ vr q in bonis acquisitis per dictã Claudiã post tẽpus facte diuisionis, vel maxime, aut saltẽ post mortẽ & decessum dicti quõdã Joãnis possint aliquid petere dicti Sebastianus & Jãnona: quẽadmodũ nec ipsa Claudia aliquid petere põt

3 in bonis per eos acqsitis.† ¶ Ad quartũ dico & respõdeo, q institutio, seu substitutio, de qua ibi, vtpote cõtinẽs pactum future successionis (que in cõtractu dari nõ põt) de iure non valuit, nec valet. l. pactũ qd dotali. C. de pac. l. cũ donationis. C. de transact. l. ineruditas. C. de pac. cõuẽ. l. ex eo. C. de inuti. stipu. & d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. & q ibi Bar. & doct, & q not. Bar. & multi doc. in. d. l. fi. C. de pactis: & vt dicit Bar. in. d. l. stipulatio hoc mõ cõcepta, pactũ hmõi, vt pote cõtra bonos mores existens, nõ firmat iuramẽto, regula nõ est obligatoriũ, de reg. iur. in. vj. & ita tenet gl. in. l. si qñ. §. illud, in verbo grauari. C. de inofficioso testa. gl. in. l. pactũ, & ibi Bal. in. v. oppo. C. de collat. Bart. in. l. si qs p eo, in primo mẽbro. ff. de fideiu. & in. d. l. fi. vbi etiã An. ff. de pac. do. Jas. may. & doc. in. d. l. pactũ q dotali, Ant. de bu. in d. c. cũ cõtingat. col. iij. Gemi. in. c. quãuis, de pactis, in sexto et Alua. in. c. moribus, si de feud. fue. cõtrouer. inter domi. & agna. quamuis contrarium tenuerit ibi solus Bald. Et sic dico quod non obstante dicta pretensa institutione, aut substitutiõe, seu pacto future successionis, poterit dicta Claudia disponere de bonis suis tam in contractu inter viuos, q in extrema voluntate. Predictis nõ obstat quod institutiones, seu substitutiones, aut pacta futurarũ successionum fuerint reciproca: hoc est quod non solum fuerit conuentum & transactum, quod si dicta Claudia ab humanis sine liberis, seu herede ex suo proprio corpore procreato decederet, eidem succederet in omnibus bonis & hereditate dicta Jannona: sed etiam ecõtra, scz si dicta Jannona sine herede &c. Quoniã rñdeo qd propter talem mutuã reciprocationẽ non validãtur institutiones, seu substitutiones, aut pacta pdicta: pro quo videri põt id quod not. Joan. Pet. ferra. in for. libel. in causa socie. super ver. societatem omnium bonorum, ver. quid autem dicemus si in hac generali societate &c. Et huius dicti ratio est quia (vt predixi, & superius probaui) futura successio dari non potest in cõtractu. Nec predictis obstat id qd not. Oldra. consil. cxxxix. exordiẽte, Ad habendã aliqualem notitiã, & Joan. and. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. col. vlti. vel circa, ver. fuit etiã

4 alia questio de facto &c. Albe. & Sali. in. l. fi. C. de pac.† Quoniam respõdeo quod doc. predicti nõ loquũtur in vniuersali successione hereditatis: sed in donatione aliquorũ bonorũ, puta paternorum, seu presentium, reciproce facta: quod fieri põt per contractum. l. si quis argentũ. §. sed & si quis. C. de dona. l. omnes. §. locus. ff. de his que in frau. credi. Sed nos loquimur in vniuersali successione omniũ bonorũ hereditatis, que vt pdixi per cõtractũ aut cõuẽtionem inter viuos dari nõ põt. Et ita respõdet Alexã. de imo. consil. xxvij. exordiente, Ponderatis verbis instrumenti &c. col. fi. ver. nõ obstat etiã id quod traditur Oldra. &c. ¶ Ad quintum dico & respondeo in primis pro clariore solutione, quod ex predictis patet que bona pertinerent ad dictam Claudiam, & que ad dictam Joannem. Ad claudiam enim pertinebat quarta pars illorum bonorum, que habebat tempore facti affrairamenti, & quarta pars eorum bonorum que tempore affrairamenti hmõi fuerunt dictorum Joannis, Sebastiani & Jannone, & quarta pars bonorum acquisitorum post affrairamentum vsque ad tempus facte diuisionis: & hec accipienda erant de bonis, que tempore facte diuisionis peruenerant ad dictum quondam Joannẽ. Residuum vero eorundem bonorum, hoc est quarta pars bonorum que tempore eiusdem affrairamenti erant dicti quondam Joannis, & quarta pars eorũ que tẽpore facti affrairamenti accepit idem Joannes a dictis Claudia, Sebastiano & Jannona sua bona cõicantibus, & quarta pars bonorũ acquisitorum a tempore facti eiusdẽ affrairamenti, pertinet heredi dicti Joannis. Et si bona predicta appareant, & possit probari, quod illa fuerũt possessa per dictos quondã Joãnẽ & Claudiã, ad quorum partem peruenerunt tempore facte diuisionis, posset ipsa Claudia intentare possessorium iudicium, saltem quo ad bona immobilia: & consulerem, qd intentaret beneficiũ canonis redintegranda. iij. q. j. qd est multũ pingue: quo vero ad bona mobilia capta, trãsportata, & forte occupata, esset bonũ impetrare monitorium generale, comperto quod aduersarij, de quibus in casu illa ceperint. Poterit intentari etiã remedium dicti canonis reintegranda, pro recuperãda possessione partis & portiõis dicte claudie pertinentis, & q̃ ante mortẽ mariti possidebat: q2 dictũ remediũ datur non solum pro recuperanda possessione bonorũ immobiliũ: sed etiã bonorum mobiliũ: q2 litera illius canonis dicit redintegranda sunt omnia, & tex. in. c. cum ecclesia. iij. qõ. ij. loquitur de possessionibus vel rebus: & sic videtur loqui de bonis immobilibus & mobilibus: & hoc est de mente Bart. in. l. rem que nobis. ff. de acquiren. pos. dum vult qd remedium predictum detur in terminis. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. xj. hoc etiam est de intentione doctoruz in. d. l. rẽ que nobis. Que omnia scripserim sub correctione &c.

¶ Argumentum.

¶ Liberi, non obstante quãuis alienandi prohibitiõe, de bonis prohibitis vsq; ad eorum legitimam nihilominus alienare possunt. A. F.

1 ¶ Justa heredis ignorantia confirmat alienationem rei restitutioni subiecte, vel alienari prohibite.

2 Actio reiuendicationis regulariter duo requirit extrema: dominũ scz ex parte actoris, & possessionem seu detẽtionẽ ex parte rei.

3 Dictio nisi, cuius sit nature.

4 Bona hereditaria per heredis offensam deperdita cui vel quibus cedant.

5 Legitima debet esse omni tempore plena, & ab omni grauamine libera.

¶ De sub. et legi. libe. Consi. cxcvij.



Iso processu quem inchoarunt et prosequuntur prouidi viri magister Bartholomeus et Paulus Jacobi, contra et aduersus honorabilem virum Iuuenalez Roberti, vna cum testamento, quod fecisse dicitur probus quondam vir Luquetus Jacobi, dictorum magistri Bartholomei et Pauli quondam pater, Dico in primis esse aduertendum quod
1 † libellus eorundem magistri Bartholomei et Pauli non videtur de iure procedere: pro eo quia in eo non fuit deducta scientia pretense probationis facte per dictum quondam Luquetum testatorem, hoc est quod Petrus Luqueti venditor, et coheres dictorum magistri Bartholomei et Pauli, et prefatus Iuuenalis Roberti emptor, habuerint notitiam dicte prohibitionis facte de non vendendo etc. aut saltem quod idem Petrus notitiam huiusmodi habuerit quod tamen videbatur esse necessarium. l. fi. §. fi. ff. de lega. ij. de quo testatur Bar. in. l. iij. §. sed quia C. commu. de lega. et dicit quod ille casus est singularis, et multum notandus ad hoc: alibi etiam dicit Bal. scilicet in. c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non contesta. quod ille tex. glossat omnes leges loquentes de materia prohibitionis alienationis, et hinc dicit Ang. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebel. et in d. l. iij. §. sed quia, quod aduocatus actoris debet esse cautus vt deducat scientiam eius qui alienauit, et idem voluit domi. Jas. in. d. l. iij. §. sed quia, versi. quarto notabiliter etc. et in auth. res que, versi. ij. limitatur. C. commu. de lega. Ambro. opp. in. l. filius familias. §. diui. col. iij. versi. etiam dicit Ange. quod cautus debet esse aduocatus actoris etc. ff. de legatis primo. et And. Barba. in sua Joannina. c. raynaldus, nota. lxvi. col. iiij. versi. et adduco Ang. in. d. l. fi. §. sed quia, de testamen. et idem voluit Ang. consi. cccxcvj. exordiente, statuto hysoriensi cauetur etc. col. ij. post med. versi. et sit cautus legatarius vt articulet et probet etc. Cum igitur non fuerit huiuscemodi scientia seu notitia dicti Petri alienantis proposita aut deducta, non videtur libellus predictus procedere: pro eo quia non concludit ex narratis: quia ad hoc quod substitutus vel inuitatus possit experiri contra eum, in quem alienata est res restitutioni subiacens, vel alienari prohibita, non sufficit conditionem euenisse, et rem fuisse alienatam, vel contrauentum prohibitioni: sed opus est quod hoc fuerit factum per scientem. d. l. fi. §. fi. ff. de lega. ij. et ita sentiunt docto. in locis superius allegatis, loquentes tamen in re subiacente restitutioni: et dicunt communiter quod eo casu debet substitutus agere et experiri contra alienantem, et ab eo petere pretium, si est soluendo: alias vero si non esset soluendo, videretur posse secundum Pau. de castro consilio xx. agere in subsidium contra emptorem rei alienate. Sed hic loquimur in re non solum subiacente restitutioni propter mutuum et reciprocum vniuersale fideicommissum: sed etiam in re expresse prohibita alienari: quo casu non videtur habere locum. d. l. fin. §. fi. ff. de lega. ij. quod etiam voluit ibi Pau. de castro et sequitur Alexand. de Jmola in dicta. l. Marcellus. §. res que columna. ij. versicu. quarto limitat illam. l. Pau. de castro. Propter quod non esset tutum initi huic fundamento. Putarem tamen quod nisi dicti magistri Bartholomeus et Paulus probarent rem petitam fuisse in dominio dicti quondam Luqueti testatoris, ipsi deberent
2 succumbere, per id quod voluit Ang. in. d. consilio. cccxcvj. † et quia ipsi expresse dixerunt se agere actione rei vendicationis, que regulariter requirit duo extrema, scilicet dominium ex parte actoris, et possessionem seu detentionem ex parte rei conuenti. Non autem puto quod venditio facta per dictum Petrum possit ex eo capite defendi, quasi prohibitio alienationis facta per dictum quondam Luquetum fuerit nulla: vt pote facta sine causa, et quia non apparet persona, respectu cuius facta extitit. Quoniam respondeo quod licet non fuerit expressa causa huiuscemodi prohibitionis: tamen satis apparet quod ipse testator prohibitionem huiusmodi fecit respectu seu contemplatione coheredum: voluit enim et iussit dictus testator, quod nullus ex dictis suis heredibus posset vendere aut alienare aliquid de sua portione bonorum hereditatis ipsius testatoris, nisi alteri, seu alteris ex ipsis heredibus: nisi refutassent: per que verba videtur testator voluisse, quod si aliquis ex dictis suis heredibus haberet aliquid venale de sua portione bonorum hereditatis dicti quondam Luqueti, vende-
3 ret alteri vel alteris ex suis heredibus; † pro quo induco quod voluit Bald. in capitulo nisi specialis, de officio delegati: vbi loquens de dictione nisi, dicit quod illa quandoque disponit aptitudine, sed non actu: vt in illo exemplo, Promitto non vendere nisi tibi. Nam licet verbum promitto, sit dispositiuum: tamen sensus orationis est iste, si rem venalem habuero tibi vendam, et non alijs: sed si venalem non habuero, tibi vendere non cogar. Dictus igitur Luquetus, qui voluit quod nullus ex dictis heredibus posset vendere nisi alij vel alijs ex suis coheredibus, censetur voluisse quod si aliquis ex illis aliquid venale haberet de predictis bonis, hoc venderet illi vel illis, et non alij vel alijs. Et sic apparet prohibitionem de non vendendo vel alienando in extraneum fuisse factam contemplatione coheredum: et sic videtur valuisse prohibitio. Preterea dicti magister Mattheus et Paulus sunt coheredes dicti Petri, et sibi substituti: quia vt predixi dicti tres heredes fuerunt mutuo et reciproce sibi substituti: et sic satis apparet de persona, cuius respectu prohibuit dictus testator venditionem, seu alienationem, per id quod not. Joannes de Jmol. in l. paterfamilias testamento. colum. iiij. vel circa. ff. de heredi. in-
4 stituen. † vbi voluit quod si testator vxori sue reliquerit vsumfructum omnium bonorum suorum, et preceperit heredi quod ipsam non molestaret in dicto vsufructu: alias eum exheredabat, et priuabat hereditate: et deinde contingat heredem molestiam inferre vxori: et alias contrauenire prohibitioni, hereditas restituenda est, vt applicari debet substituto, si illum habeat, vel coheredi si illum habet et non substitutum: alias debet applicari venientibus ab intestato: quod etiam voluit Bar. in. d. l. paterfamilias testamento. Quod autem reperi eleganter allegatum et deductum, quod non obstante dicta prohibitione potuerit dictus Petrus vendere vel alienare de bonis paternis vsque ad legitimam, videtur esse verum: pro eo quia omne grauamen et omne impedimentum ipso iure reijcitur de legitima l. quoniam in prioribus, et. l. scimus, in prin. §. j. C. de inoffic. testa. quod etiam voluit Fran. de Are. consil. xix. exordiente, Ex facto presupponitur, col. ij. vers. sed remanet dubium etc. cum enim pretendant dicti magister Bartholomeus et Paulus dictam prohibitionem fuisse factam eorum fauore: certum est quod talis prohibitio respectu Petri eorum coheredis fuit onus, per quod minuebatur aliquo modo legitima: vt patet ex eo quod habetur in. l. femine. §. illud. et. §. fi. C. de secundis nuptijs: vbi ille solum dicitur habere rem pleno iure, qui eam libere potest alienare. Et licet Bal. in. l. voluntas. C. de fideicommissis, dicat quod prohibitus alienare videatur tamen plene dominus, vel pleno iure, per. l. generaliter. §. si pretium. ff. de fideicommis. liber. tamen hoc est intelligendum quoad essentiam dominij, non quoad vtilitatem et estimationem pretij rei, alias diceret contra casum preallegatum, et contra ve-
5 ritatem: † filius autem debet habere legitimam plenam omni tempore, auth. de trien. et semis. §. j. et quod ibi gl. colum. iij. ergo non potest negari quin prohibitio alienationis sit grauamen aliquo modo minuens legitimam, et per consequens tollitur de medio ipso iure. d. l. quoniam in prioribus, et. d. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi. testamen. inducit et alia bona media idem Franciscus, que possunt ibi videri: et idem voluit do. Jas. may. in. d. l. voluntas. col. ij. vel circa, versi. tertia notabilis fallentia, et longe plenius in. d. l. filius familias. §. diui. col. ij. versicu. hinc potes tu dicere ex hoc tex. quod cum filius in legitima dicatur esse creditor: vbi etiam videri potest. Et quamuis Pau. de cast. consi. cccxxiiij. exordiente, Visis et consideratis omnibus diligenter, et post eum Ambro. op. in d. §. diui. char. vij. col. ij. versi. testator filios institutos prohibuit alienare, post Pau. de ca. in dicto consilio, et Cuma. alibi, videantur in aliquo aliter sentire: dictum tamen eorum non obstat ei quod predixi: quia ipsi palam fatentur, quod non obstante dicta prohibitione, valet alienatio vsque ad legitimam: et sic est quo ad illam irretractabilis: et si id quod est alienatum non excedat legitimam, non est contrauentum prohibitioni: quia vsque ad illam reijciebatur onus.

¶ Argumentum.

¶ Tabellarius siue notarius integre fame, si aliud pro alio scripserit, potius erronee, quam dedita opera illud scripsisse censendus est. A. F.

1 ¶ Testes testamentarij an ad illorum fidem approbandam debeant equaliter in omnibus deponere et conuenire.
2 Testes minus vel plus vnus quam alius deponentes an possint dici contrarij, maxime in causa testamentaria.
3 Sermonum verorum experimentum est, vt concordent cum rebus sensatis et verisimilibus: id enim quod verisimile non est dicitur quedam falsitatis imago.
4 Testis verisimilia non deponens non probat, et tanquam suspectus habetur.
5 Testes prece vel muneribus inducti dicuntur falsarij, licet etiam verum deponant.
6 Pretij sola promissio testi facta ipsum testem reddit falsarium, etiam si nil recipiat.

¶ De tabellar. Consi. cxcviij.



Idimus, Viri spectabiles, et pro inquirenda, et reperienda veritate iterum et iterum reuoluimus criminalem et criminaliter motum processum, et factum per et inter egregium virum dominum pro-

curatore

curatorem fiscalez curie temporalis sanctissimi domini nostri pa
pe ciuitatis Auenionensis ex vna parte, τ magistrum Joannem
Fenelli notarium publicum ciuem eiusdē ciuitatis ex alia: τ hoc
ad denuntiationem nobilium margarete τ Agnetis de Vetula
sororuz, de τ super eo: quod licet, vt parte eorundem domini pro-
curatoris fiscalis τ de Vetula pretenditur, nobilis quōdam vir
Raphael de Vetula pridem, anno scilicet domini. M.cccc vij.
in suo vltimo τ nuncupatiuo testamento heredem vniuersalem
solum τ insolidum instituerit τ reliquerit nobilem τ honestam
mulierem Mathieuam, sui ipsius Raphaelis tunc vxorem et
personam coniunctam, τ nullam prorsus mentionem fecerit de
egregio viro domino Raymundo Andricij iurium professore
Auanionēsis. nec de domina Gabriela eiusdem domini Andri-
cij vxore: idem tamen Fenelli tacito τ subtracto nomine predi-
cte Mathieue, τ in substitutione de ea facta scripsit, quod dictus
quondam nobilis Raphael heredes vniuersales instituerat di-
ctos prefatos do. Raymundum τ Gabrielam vxorem: τ quan-
uis compererimus quod tam tempore secretarum informatio-
num, quam in prima iudiciali confessione, septem testes instru-
mentarij, τ qui duntaxat reperiuntur ad illud exhibiti, scilicet
Andreas de fonte Rubeo pater, quatuor eius filij, τ duo alij, di-
xerunt τ deposuerunt, dictum quōdam de Vetula heredem vni
uersalem instituisse dictam eius vxorem: τ se vel nihil audiuisse
de dictis Raymundo τ Gabriela, vel eos non fuisse heredes in-
stitutos: que prima facie videntur multū facere pro intentione
1 dicti domini procuratoris fiscalis, τ contra dictū Fenelli † com-
perimus tamē multa, per que videtur multum detrahi fidei eo-
rundem testium: τ que faciunt pro exoneratione τ execusatione
dicti magistri Fenelli. Et primo quidem videtur fidei eorūdem
testium detrahi: pro eo quia licet conueniant in predictis, vt di-
ctum est: sunt tamen alij ex eis qui vel nesciunt, vel non recordan
tur de quibusdam, de quibus alij deponunt, τ de quibus fuit ar-
ticulatum priusquam sumeretur secreta informatio: τ ita non vi-
dētur isti minus deponētes fuisse testes legitimi, nec aliorū con
testes, vt probent ea in quibus cum eis conueniunt, τ de quibus
deponunt. l. cum antiquitas. C. de testamē. vbi per illuz tex. dicit
Bal. quod nisi testis probet totum tenorem testamēti perfectuz,
ipse nihil probat: τ quod si aliqui probarent plus, aliqui minus
dictum, illi qui minus deponunt, τ totum nesciunt, non vidētur
esse testes legitimi, nec probant aliquid, etiam id quod deponūt.
quanuis Bal. asserat hoc dictum suum esse mirabile, τ propter
ea reliquerit cogitandum: illud tamen commemorat τ sequitur
Alexand. de imo. consilio. clxxvij. exordiente, Viso themate mi-
hi exhibito. versiculo, secundo principali fundamento moueor
τc. in secundo volumine. Istud dictum etiam commemorat τ se-
quitur Philip. de Cor. in. d. l. cuz antiquitas, colum. prima, ver.
no. quod testis debet probare totum tenorem testamenti: limitat
tamen vt non procedat eo casu, quo testis dicit qđ interfuit con-
fectioni totius testamenti: quāuis contra hanc limitationē man
det videri gl. no. secūdū eū loquentem de testibus in. l. lucius, su-
per verbo debeant: ibi, respondeo potuit esse quod non adhibuit
fidez non quia essent falsi sed quia non dixerunt plene factum. ff.
de his qui notan. infa. que gl. videtur pungere dictam limitatio-
nem: dictum Bal. etiam commemorat, τ sequitur do. Jas. may. in
d. l. cum antiquitas. col. iij. in prin. qui pro eo multa inducit, τ ex
illo infert limitationem ad regulam, quam tradunt Anto. de bu.
2 τ Joan. de Jmo. in. c. j. de officio delegati: † vbi tradunt regulā,
qđ testes non sunt contrarij, quanuis vnus deponat minus de fa
cto quā alius: qr in eo in quo concordant plene probant: que regu
la limitari debet vt non procedat in testibus testamentarijs, vbi
si aliqui deponunt plus dictum, aliqui minus, non probant etiaz
id de quo deponunt: τ dictum Baldi supra allegatum refert τ se-
quitur Barba. consi. lxxx. in quarta parte, exordiente, quaz egre
gie τc. col. ij. versi. τ adduco simile τc. fatemur qđ Alex. de Jmol.
in. d. l. cum antiquitas, col. fi. versiculo, extra glos. tene menti τc.
videtur limitare dictum Bal. τ illud in aliquo impugnare: τ qui
pro sua impugnatione inducit doctrinam Cy. τ Bald. in. l. si pre-
fidi. C. de donatio. ante nuptias, Baldus τ Joannes de Jmo. in
l. si ita quis heredem. ff. de heredibus instituendis. Propter qđ
nō facimus in hoc precipuum fundamentum. Preterea quan-
uis, vt diximus, testes predicti videantur concorditer deponere
illud quod pretenditur, dictum scilicet quondam de Vetula here
dem vniuersalem solum τ insolidum instituisse dictam eius vxo
rem: sunt tamen aliqui in facta eorum repetitione differentes in
verbis formalibus dicte asserte institutionis: sunt enim qui di-
cūt eūdē de Vetula dixisse, quod instituebat vxorem suam, aut fe
minam suā: nec aliter deponunt de proprio nomine aut cognomi
ne illius, vt prefatus Andreas pater, Bartholomeus eius filius
quintus testis, τ Simon volte quartus testis, Baptista vero de
fonte secundus testis, interrogatus si dictus de Vetula propria

eius ore nominauerat heredem, dixit τ respondit quod poterat
esse quod eam nominauerat: sed nō recordabatur: τ subiungit qđ
notarius vsus fuit istis verbis, Jl laisse sa moulhier heritiere, hoc
est vxorem suam relinquit heredem loquendo idioma patrie: et
ita non deponit iste, quod dictus de vetula instituendo locutus
extiterit, nec quod aut nomen proprium vxoris vel appellatiuū
expresserit. Dominicus de fonte tertius testis dicit, quod dictus
de Vetula heredem instituit dictam nobilem Mathieuam, τ qđ
illa fuit per notarium nominata, τ testatorem: qui notarius eun-
dem interrogauit, nunquid heredem faceret ipsam nobilē Ma-
thieuam: qui capite annuendo respondit qđ sic. Joannes Sauo
ye dicit, quod dictus de Vetula heredem instituit dictam nobilē
Mathieuam, τ repetitus idem dicit, scilicet quod ad interroga
tionē notarij testator nominauerat eam heredem, dicendo facio
vxorem meam Mathieuam heredem: τ deinde in repetitionibus
sunt facte alie variationes, τ finaliter inspiratus dicit, quod di-
ctus de Vetula heredem instituerat dictam dominam Gabrielā
sed de dicto do. Andrici non recordabatur. Nicolaus de fonte
dicit repetitus, qđ notarius recitando testamentum nominauit
heredem: τ non recordatur quod dictus de Vetula illam nomina
uerit: sed qđ cum notarius testamētū recitaret dictus Raphael
capite annuendo illud more Januen. inclinābat, τ interrogatus
quibus verbis vsus est notarius nominando heredē dicit, quod be-
ne recordatur eum dixisse, quod dictus de Vetula faciebat heredez
eius vxorem: sed non recordatur quod nominauerit eam done
Mathieue. Dictus Bartholomeus quintus testis dixit, quod
dictus testator instituendo vxorem locutus est lingua Genuensi.
Joannes vero de Sauoye sextus testis dixit, qđ instituendo di-
ctam eius vxorem Mathieuam hoc expressit idiomate istius pa
trie. Sunt τ alia in quibus, vt videri potest, variarunt testes pre
dicti: quorum variatio videtur multum detrahere fidei: τ signan
ter in testamentaria, τ in hac criminali causa. Preterea existima
mus plurimū esse aduertendum super hoc, quod omnes testes,
vel fere omnes dixerunt repetiti, se non plene aut perfecte in-
tellexisse dictum magistrum Fenelli notarium tempore facte
recitationis seu publicationis testamenti dicti nobilis de ve-
tula: τ quod ipsi aliqua verba intellexerunt, alia vero non quod
etiam plenius intelligere potuistis, τ intellixistis per ea, que
deposuerunt post recitationem illius simulati testamenti nobi-
lis Gabrielis. Interfuistis enim, τ multi notabiles viri, illius re
citationi: audistis deinde, τ quidem non post decem menses a tē-
pore huiuscemodi recitatiōis: sed infra duas horas (vt putamus)
quid dicti testes, quanuis attente dispositionem auscultauerint,
postea coram vobis disposuerint. Putamus enim qđ non solum
fuerint notarius τ testes in locis, in quibus erant tempore con-
diti testamenti per dictum de Vetula: sed etiam quod notarius
dictam recitationem fecerit non balbutiendo, non loquendo in-
ter dentes: sed cum ea vocis altitudine aut depressione, tardita-
te aut velocitate, cum quibus talia, vel contractus, de quibus ro
gatus est solet recitare, τ super quibus debuissent illi domini per
vos adhibiti, τ vocati examinari. Debuisset etiā dictus dominus
fiscalis procurator vocari visurus dictos testes testamentarios
priusquam fuissent examinati examinari, τ quod putamus esse fa
ciēdum, τ deinde eos recēsendos: τ si deponāt prout deposuerūt
vt facturos existimamus, profecto istud non modicuz detrahet
fidei predictorum testium: pro eo qr notarium non plene intelli-
gunt, vt ipsi dicunt, τ vestre spectabilitates satis vident, τ conci
piunt, non solum ex eo quia hoc asserunt, τ qui mentiri non presu
mūtur. l. labeo. §. idem tubero. ff. de supel. lega. τ beatus August.
psalmo. xxxiiij. sermone secundo, versic. tentauerunt, τ in prefa-
tione psalmi. cxlviij. col. ij. sed etiam ex effectu, pro eo scilicet quia
pauca intellexerunt, τ de paucis deposuerunt. Preterea cum in-
fra, (vt putamus, iā diximus) fuerint examinati infra duas ho-
ras post dictam recitationem, τ pauca veraciter deposuerint de
dicta simulata testamentaria dispositione, dicentes aliquādo nō
audiuisse, τ aliquando se qr Genuēses nō intellexisse, τ de quibusdā
se nō recordari: cogitēt vestre spectabilitates cur tā varie τ cur
melius intellexerunt eundem notarium per decē menses τ vltra
ante sumptam secretam informationem, τ melius fere de omni-
bus per dictum de Vetula, preterquam de institutione dictoruz
do. Andricij τ vxoris recordati extiterint, insuper τ de īstitutio-
ne heredis facta vt pretenditur de predicta Mathieua, quā in-
tellexerint τ post duas horas recordati fuerint de illa simulata te
stamentaria dispositione sub presentia eorum τ vestrarum specta
bilitatum recitata: qđ nō videtur credēdū: qr sermones nostri de
3 bent verificari secundum opinionem habentium intellectū: † nā
sermonum verorum experimentum est vt concordent cum rebus
sensatis τ verisimilibus. l. milites. §. oportet. C. de questio. τ illud
qđ non est verisimile est quedā falsitatis imago, vt voluit Bald.
in. l. j. C. de seruis fugitiuis, vbi refert Auerroiz: idē voluit Bal.

C.de probatióibus,in rubrica,circa fi.prime col versi.q2 illi sunt verissimi sermones &c.vbi allegat Aristote.& Aduer.idipsu3 voluit idē Bal.in suo tract.schismatis,charta penul,vel circa.versicu.experimentum verorum sermonū,quem posuit sub rubri.si aliquis ali.testa.prohibue.& idē voluit Alex.de Imo.cōsi.xxvij.exordiente,In causa & lite &c.col.fi.in secundo vol.& cōsi.cxx.exordiente,ponderatis narratis in themate &c.col.iiij.& consi.cliij.exordiēte,Visis narratis in themate &c.col.v.& Frā.de cur.cōsi.liiij.exordiente,super duobus publicis instrumētis &c.col.v.vel
4 circa:† loquentes in teste deponente non verisimilia dicunt eum non probare,aut non carere suspitione:pro quo multa inducunt & signanter Alex.de Imo.que videri possunt & quamuis loquantur in casu diuerso,scilicet quando testis deponit de nō verisimili,nos autem quando deponit non de verisimili,sed de eo de quo verisimiliter non recordatur,hoc tamen non obstat: pro eo quia vtrobiq3 videtur esse eadem ratio.Nihil enim aut parū interesse videtur,quo ad fidem testi adhibendam,eum deponere de nō verisimili,vel de eo de quo verisimiliter notitiam non habet pro eo q2 non intellexit,vel q2 non recordatur,vt in casu nostro contigit & contigisse presumitur tam ratione diuersitatis linguaru3,quā pro eo q2 non fuerunt dicti testes recordati de longe recentioribus:ergo vtrobiq3 idem ius.l.illud.ff.ad leg.aqui. Etiam fidei predictorum testium multum detrahitur,pro eo q2 egregius vir dominus Joannes cunelli per iam ante sumptam secreta3 informationem legitur fuisse cum dictis testibus,& eisdem recitasse et legisse quondam parcellā,quā dicebat vel esse vel continere testamentariā dispositionem dicti quōdā de Vetula:& in qua dicebat vxorem eiusdē de Vetula fuisse heredem institutam:& quod nullam mentionem eisdē fecit de predictis do.Raymundo & Gabriela.Et q2,vt verisimiliter credendum est,dicti testes nō bene aut perfecte intellexerant dictam testamentariam dispositione3:nec forte multū curauerant de memoria illius,etiam si intellexissent facile fuit eisdem persuadere post decem mēses,qđ dictus de Vetula dictā eius vxorē heredē instituisset: eo maxime q2 asserebat esse scriptum in dicta parcella,per id qđ no.gl.in.l.titio fundus.ff.de conditio.& demonstratio.& quod no.Bar.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori,vbi etiam Alex.de Imo.col.vij.versi.& similiter voluit Bar.ff.de noui operis nuntia.Anto.de But.& Jo.de Imo.in.c.fi.de appellationibus:& ita tenēdū est de circunuentione predictorum testium.Preterea apparet quod dictus do.Cauelli,priusq3 omnibus testibus & in turma loqueretur, traxit ad partem dictum Andream patrem,& sibi locutus est: & postq3 dicti testes acquieuerunt assertioni facte de institutione vxoris idē do.Cauelli eisdē testibus dedit certū numerum panum,& certam pecunia3:& nihilominus eisdem dixit se bene satisfacturum de dietis & iornatis:dixit preterea,vt fatetur in responsione per eū facta,qđ mitterent ad domum sua3 pro muscadelo.& pro eis que de eadem domo vellent.Et quamuis idem do.Cauelli negauerit se asseruisse,quod in illa parcella esset vel legaretur heres scripta nobilis Mathieua,insuper & q3uis asseruerit se dixisse reperijsse aliquod testamētū,in quo legebantur heredes scripti prefati do.Raymundus & Gabriela:contrariu3 tñ deposuerunt tres ex predictis testibus:per quos videtur conuinci,& quibus credendum est:per id qđ habetur in.c.j.& qđ ibi Bal.super verbo primo titulo,si de inuesti.inter do.& vasal.lis oria.in iuri.feud.&c.fi.& q3 ibi Bal.de testibus cogē.& do.Jas.may.in.l.j.col.ij.vel circa,ver.creditur tamen tali testi si producatur contra eum qui pecunia3 dedit.ff.de condit.ob tur.cau.Ex quibus videtur qđ testes predicti fuerint vel circūuenti,propter illam assertionem factā per dictum do.Cauelli super continentia dicte parcelle.aut corrupti propter alia premissa.Cui presumptio,aliquid adijcit,quod cu3 alij testes,aut aliqui ex eiusdem ante quācunq3 examinationem conquererentur de iornatis.aut temporis perditione:& dictus Cauelli respondisset,qđ bene satisfaceret eis de dietis & iornatis: dictus Andreas pater dixit,quod nihil habere volebat:& ita vide
5 tur intellexisse aliquid mali.† videntur igitur dicti testes non solum prece seu requisitione,de qua constat:sed etiam pretio inducti ad deponendum:qui propterea vt venientes contra capitula que iurare solent,de quibus per glo.in.c.fraternitatis,de testib.videntur falsarij.etiam si verum dixissent,qđ propterea non sit eis credendum,per id quod not.glo.& post.eam Bar.in.l.j.§.j.ff.ad leg.corne.de falsis,iuncto eo qđ no.Jo.and.in.c.licet,super secunda glo.de probatio.Jo.de Imo.in.l.diuus Adrianus.col.j.& col.iij.versi.in.casu &c.vbi etiam Alexan.de Imo.col.iij.versicu.sed iuxta hoc quero.ff.de re iudi.& de hoc etiā no.ibi Pau.cast.& Bar.col.ij.ver.quid si propono testes pecunia corruptos &c. vbi voluit qđ eo ipso qđ quis pecuniā accipit vt testimonium dicat statim falsum committit,etiam si verum dixerit,pro quo allegat
6 d.l.j.§.j.in gl.sup verbo aduocationē.ff.ad le.corne.de fal.† Nec putamus qđ ad hoc testis dicatur pretio corruptus,opus sit eū pecuniam accepisse,quia sufficit eam fuisse promissam.l.si quis testibus: ibi; donatione vel promissione pecuniarum eos corruptos esse.C.de testibus.Preterea detractionem fidei Joānis de Sauoye facit quod tempore facte de eo repetitionis dixit,quod cum dictus Nicolaus missus est ad eum querendum,ipse non recordabatur quod dictus de Vetula heredem instituisset dictam Mathieuam eius vxorem:sed sibi persuasum est per ipsum Nicolaum quod contestes hoc asserebant,& quod cum eis conueniret:ipse etiam fuit contentus hoc dicere.Dicit etiam sibi fuisse promissum vnum bonetum vsq3 ad duos florenos.cui credendū est de facto suo:& saltem de eo quod dixit quod non recordabatur & quod sibi fuit persuasum &c.& se ita inductum ad credendu3 &c. per id quod notat gloss.in.§.sed iste,institu.de actionibus:quam dicit esse singularem Bald.in.c.bone,el secundo,colū.vij.vel circa,de postulatio.prelato.que voluit quod ea que consistunt in intellectu vel conscientia probentur per simplicem assertionem cū iuramento,& ita illam glossam sepissime allegauit Bartol.prout plenius refert dominus Jason may.in dicto.§.s3 iste,charta.vj.vel circa.versi.in eadem glos.ibi per testes probari non possunt. Et hec quoad institutionem,que facta dicitur de vxore dicti de Vetula.Sed quoad dictos domi.Audrici & Gabrielam, scilicet quod de eis non fuerit mentio habita,& qđ heredes instituti non extiterint,sunt quedam que coniecturam in contrarium faciūt. Et primo quidem testamentum quod sumpsisse dicitur magister Julianus de vino:in quo idem de Vetula heredes instituit eosdem domi.Audrici & Gabrielam.Etiam coniecturam facit scriptura propria manu testatoris facta:& deinde ad postulationem eiusdem de vulgari Gennensi translata ad vulgare Auenionē. Pro institutione que facta dicitur de dictis domi.Audrici & cōiuge,& contra eam que parte dicti domini procuratoris fiscalis & denuntiatiuum pretenditur,facit probitas,integritas,& bona fama notarij:eo maxime quia nihil probatur,imo nec proponitur propter quod notarius aliquo modo inniti debuerit ad committendam falsitatem,que sibi imponitur.Preterea etiam facit ad predicta depositio dicte nobilis Mathieue que si heres instituta extitisset,verisimiliter hoc fecisset,vtpote per maritum reuelatum:non enim solent talia per testatores scriptis seu institutis heredibus occultari:sed communiter dici & reuelari ad captandas & augendas beneuolentias.Arguendo igitur a communiter accidentibus,quod facere licet iuxta ea que habentur in.l.j.C.de arbi.in.l.neq3 natales.C.de probatio.&.l.non hoc.C.vnde legi.dicta nobilis Mathieua,si ita factum extitisset,sciuisset verisimiliter se fuisse institutam:& tamē examinata respondit se nihil scire.Preterea est aduertendum quod licet aliqui ex predictis testibus dixerint,dictos domi.Raymundum & Gabrielam nō fuisse heredes institutos:alij tamen non sic loquuntur:sed dicunt se non audiuisse:inter que multum refert:quia isti vltimi non remouent actum a sensu sed sensum ab actu:qui propterea non probāt negatiuam,per id quod notat Bald.in.l.j.colum.ij.versic.quero extra quomodo potest probari negatiua &c.vbi etiam Alexand. de Imol.C.de bono.pos.secundum tabu.Ex quorum dictis colligitur,quod non solum non probant illi,qui deposuerunt non audiuisse dictos do.Audrici & vxorem heredes institui:sed nec illi qui dixernnt eos nō fuisse heredes institutos:pro eo q2 nō fuit sufficienter ista negatiua coarctata.Non enim sufficit deposuisse qđ interfuerint testamentarie dispositioni facte talibus loco & tempore:& qđ talis institutio non fuerit facta :sed oportebat qđ etiam deponerent qđ fieri non potuit quin ipsi audiuissent:& ita etiam fuerat opportune deductum in.xj.eorum articulo articulorum super quibus fuerunt testes pro secreta informatione examinati:qui tamen de hoc nihil dixerunt super illo articulo: sed solum dixerunt se non audiuisse

¶ Hec sunt viri spectabiles dñi Auenio.Judices q̄ nos monēt & inducūt ad vobis referēdū,q3 dict9 magister Fenelli non,pbeť cōmisisse falsum,aut veritatē in mēdaciū cōmutasse,vel aliter scripsisse q3 p dictū de vetula dispositū extitit.Et vbi fuisset sufficiēter probatum,prout profecto nō credimus,quod dictus de Vetula heredem instituisset dictam nobilem Mathieuam,non autem prefatos domi.Audrici & Gabrielam,diceremus esse presumendum quod hoc erronee fecisset,non dolose:postquam nō apparēt circūstātie dicētes in contrariū:& quia fuit bonus,fidelis:& integer notarius:per id quod habetur in.l.quoties.§.primo,& quod ibi Barto.Bal.Joan.de imol.& Alexander de imo.in additione ad Bartolum.ff.de heredibus instituendis, Alexander de Jmola in.l.iubemus,columna quarta,versiculo,& quod in notario potius presumatur error,vbi etiam multi alij doctores. C. de testamentis,Alexander de Jmola in.l.si quis obrepserit.ff.de falsis,& Franciscus de Aretio consi.xlvij.exordiēte,Visis & ponderatis &c. columna secunda, versiculo, pro his facit optime testis &c.Et quamuis Bal.in dicta.l.quoties.§.primo,arguat contra

tra dictum Earto.quod scilicet cōtra notarium presumi debeat
ratione officij.l.si quis ex argentarijs.§.primo.ff.de edendo,⁊
quod not.glos.in.l.cum ita legatu .§.species.ff.de legatis secun-
do,⁊ vltima.C.de magistra.conue.soluendo tamen idem putat
Bald.esse contemplandam qualitatem persone notarij: dicens
quod si iste notarius alias fuerit bonus, presumitur error: si ve-
ro malus, presumitur quod falso scripserit, pro quo inducit not.
in.d.l.si quis ex argentarijs.§.ij.⁊.l.iubemus.C.de proba.indu-
cit etiam in argumentum.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mi-
litari. Per que concludimus eundem magistrum Fenelli esse ab
intitulatis absoluendum. Videte quid de expensis contra par-
tem denuntiantem: ⁊ an aliquid referre debeamus de pretenso
interesse, qd non est probatum.

¶Argumentum.

¶Filius quantuncunq; de restituendo grauatus, de duabus ta
men quartis libere potest disponere, legitima scilicet ⁊ trebellia
nica.V.F.

1 ¶Filius heres institutus,⁊ grauatus restituere in diem, vel
sub conditione, non potest de iure ciuili detrahere nisi vnā quar
tam: secus de iure canonico.
2 Donatio rei subiecte restitutioni est inualida.
3 Valor rerum qualiter sit in diuisionibus estimandus.
4 Remedium.l.ij.C.de rescin.ven.an locum habeat in transactio-
ne iurata, vel in contractibus stricti iuris.
5 Restitutio in integrum an competat minori aduersus cōtractū
iuratum pro modica ⁊ leui lesione beneficio minoris etatis.

¶Commu.de lega. Consi.cxcix.



PRo faciliore solutione
eorum, de quibus queritur parte nobilis ⁊ gene-
rosi viri Gabrielis Blayni domini Poyeti, pre
mitto qd venerabilis quondam vir do. Petrus
¶ Cum Auenionensis vicelegatus potius a papa quam a legato facultatem habeat, certum est posse eum cum peregre est legationis sue beneficia conferre, et reliqua voluntarie iurisdictionis expedire. U. F.

1 ¶ Episcopus aut vicelegatus an extra limites sue iurisdictionis aut legationis possit beneficia conferre, aut presentatos instituere.
2 Commissio ab inferiore a principe facta non potest exerceri extra territorium committentis.
3 Substitutus per procuratorem habentem substituendi specialem facultatem dicitur potius a domino quam a procuratore substitutus.
4 Factum legati an possit dici factum a papa.

¶ De offi. eius qui vi. alicuius ge. Consi. ccv.



Quesitum est an. R. do.
1 Franciscus de stagno Ruthenen. episcopus reuerendissimi domini nostri legati locumtenens et vicelegatus, extra limites legationis eiusdem. R. do. existens, possit beneficia in prouincia dicte legationis vacantia conferre, vel presentatos instituere, et alias exercere ea que sunt voluntarie iurisdictionis. Et videtur prima facie dicendum quod non: vt videtur probare text. in l. ij. in fine. ff. de officio procon. et lega. Cardinales enim proconsulibus comparantur, vt est tex. in c. ij. de officio lega. in vj. ponunt Bal. et docto. in l. a iudice. C. de iudic. et quod voluit Bald. in d. c. ij. vbi dicit, quod licet episcopus extra diecesim existens possit sibi presentatos instituere: hoc tamen facere non potest eius vicarius, etiam
2 si specialem facultatem beneficia conferendi haberet: pro eo quia commissio facta ab inferiore a principe non potest exerceri extra territorium committentis, secundum Bar. in l. cunctos populos, col. xj. ver. septimo quero. C. de sum. trini. quod sequitur Philip. de Fran. in c. fi. de offi. vica. in vj. Barba. in c. nouit. de offi. leg. col. vi. Sed his non obstan. existimamus contrarium esse de iure verius, inspectis et ponderatis facultatibus prefato. R. do. A. legato. per S. do. N. papam concessis in literis dicte eius legationis, in versi. et insuper etc. vbi eidem. R. do. A. legato concessum est, vt eisdem, aut saltem paribus, ac penitus et omnino consimilibus facultatibus, potestatibus, concessionibus, autoritatibus, priuilegijs, gratijs, decretis, declarationibus, indultis, literis, formis, clausulis, et tenoribus, quibus in minoribus etc. sancti Petri ad vincula presbiter primo et successiue Sabinen. et inde Ostien. episcopus cardinalis officio legationis in ciuitate Auinio. vtebatur, idem. R. d. A. legatus vti possit et valeat, inter quas etiam comperitur eidem. S. d. N. pape tunc legato dominum Sixtum papam quartum suas vices commisisse, si quecunque occurrerent, que eum impedirent, seu ad que eius legatio non extenderetur, vt sua eiusdem domini nostri pape autoritate illa expedire posset. Et insuper ponderatis verbis positis in literis dicte legationis, ver. quodque aliquem probum virum etc. per que data est seu concessa eidem do. A. legato facultas, vt per aliquem probum virum in dignitate ecclesiastica constitutum, qui peragendorum negotiorum eidem commissorum necessaria vel vtilia tractare etc. ac titulis in fauorem dicte legationis eidem concessis et concedendis facultatibus et literis prout desuper eisdem concederet et ordinaret, libere vti posset: cuique ad premissa pro executione omnium et singularum facultatum quomodolibet sibi concessarum deputandi, destinandi, et delegandi motu proprio et ex certa scientia de apostolice sedis plenitudine specialem etiam concessit facultatem, prout plenius in eisdem literis legitur et continetur: per que videtur quod dictus. R. d. vicelegatus et locumtenens per eundem. R. do. A. legatum deputatus potius videatur
3 creatus a. S. do. N. papa, quam ab ipso. R. d. A. legato. Pro quo in primis inducimus id quod dici solet in procuratore substituto per procuratorem habentem substituendi specialem facultatem, qui potius dicitur a domino principali substitutus, quam a procuratore. c. j. ij. responso, de procu. in vj. et voluit glo. in c. is qui. de procur. in vj. et in c. is cui. de offi. deleg. eo. lib. in fi. Etiam facit. l. item eorum. §. si decuriones: ibi, parui enim refert an ipse ordo eligat an is cui ordo negotium dedit. ff. quod cuius. vniuer. no. facit. l. j. col. iij. vel circa, ver. omnia enim nostra. C. de vete. iur. enu. et quod habetur in l. cum essent. ff. de serui. rusti. predi. vbi patet quod seruitus constituta ab illo, qui habuit a domino facultatem constituendi, videtur a domino constituta. Pro hoc etiam optime facit gloss. in c. lite-
4 ris, in fi. de rescrip. que voluit quod factum a legato non videtur factum a papa: per illum tex. nisi vigore mandati specialis hoc fecisset: quia tunc videtur ab ipso papa factum. Et illam gloss. ad hoc ponderauit et eam sequitur Anto. de But. in c. penul. de fil. presby. Facit. d. c. is cui, et quod ibi per glo. et doc. magis communiter. de offi. deleg. lib. vj. et quod volunt Bal. et moder. in c. a iudice. C. de iudi. Cum igitur hoc possit summus pontifex: quia vbique conferre pot. quod est indubitatum, hoc etiam pot do. A. legatus: vt no. glo. Inno. Hosti. et Jo. And. et moder. in d. c. nouit. de offi. lega. Et consequenter id idem pot prefatus. R. d. vicelegatus, attentis prefatis facultatibus: et verbis positis in literis sue creationis et locumtenentie, in ver. et generaliter omnia et singula facere dicere etc. et que nosmet ipsi faceremus vel facere possemus, si presentes personaliter interessemus cum simili ac pari, ac omnimoda potestate et autoritate nobis a prefato domino. N. papa. et sede apostolica concessa. Pro quo etiam facit id quod in simili not. Bar. et doc. in l. j. §. a prefecto vero pretorio. ff. de lega. iij. et in l. filiusfamilias. ff. de lega. j. Bal. in l. aliquando, de offi. procon. Cardi. Flo. in cle. j. in vi. oppo. de offi. vica. Alex. de Jmol. in rub. ff. de offi. eius cui manda. est iuris. colum. vj. et in l. more. ff. de iurisdi. om. iudi. quatenus dicunt quod due sunt species vicesgerentium: quia aliqui sunt constituti ab ipso rectore vel principali officiali, et isti non omnino gaudent facultatibus, quibus gaudet principalis officialis constituens. d. l. filiusfamilias, et l. vicarius. ff. de legationi. quidam vero sunt constituti ab vniuersitate, que consueuit eligere rectorem. vel a principe, seu alio, cui hoc competit, et qui in locum mortui rectoris vel absentis constituit vicarium: et iste gaudet his quibus principalis. l. fi. C. vt dig. or. ser. li. xij. et de his secundum doctor. loquitur. l. j. et ij. C. de offi. eius qui vi. al. Nec obstat fundamentum Bar. supra allegatum per Bal. et alios: nec. l. ij. supra allegata, vide licet quod commissio facta ab inferiore a principe nunquam pot exerceri extra territorium committentis: quia vt ex predictis patet commissio facta eidem do. vicelegato emanauit a principe, cui totus mundus est territorium quoad collationem beneficiorum: quo casu non loquitur d. l. ij. de offi. proconsul. nec Bal. nec alij. Ex quibus concludimus prefatum. R. do. vicelegatum. extra limites legationis existentem beneficia in prouincijs predicte legationis vacantia pro tempore conferre posse, et presentatos instituere, ac ea que sunt voluntarie iurisdictionis exerceri, per predicta.

¶ Argumentum.

¶ Potest testator pene nomine coheredem portione sua priuare, nisi ea que ipsi donauerat coheredi suo communicet. U. F.

1 ¶ Donatio simpliciter facta in dubio presumitur donatio inter viuos: etiam si fiat ab infirmo.
Donatio in qua fit mentio mortis an semper censeatur donatio causa mortis, nume. 13.
2 Actus collatus in tempus mortis, vel etiam post tempus mortis, nihilominus potest dici inter viuos.
3 Donatio remuneratoria que dicatur, et quare.
4 Jn donatione remuneratoria an benemerita sint specificanda, aut indaganda: vel si sufficiat sola assertio.
5 Jn regulariter prohibitis, certo autem casu permissis non est credendum asserenti casum permissum subesse.
6 Donatio illa non dicitur ob causam, vbi estimatio benemeritorum non concurrit cum valore rerum donatarum.
7 Donatio inter patrem et filium an firmetur iuramento, vel morte patris.
8 Donatio propter benemerita quantitatem meritorum excedens an egeat insinuatione.
9 Bartolus multipliciter et a diuersis legum doctoribus commendatur.
10 Donatio inter viuos facta per patrem filio regulariter non confertur: nisi pater donans hoc reseruauit.
11 Donatio omnium bonorum presentium et futurorum an et quo pacto sit valida.

Pater

12 Pater non potest filio impuberi substituere per fideicōmissum in legitima.
14 Factum vel dispositio defuncti nō est per heredes impugnāda.
15 Dos ⁊ donatio propter nuptias equiparantur in iure.
16 Donatio inter viuos regulariter non imputatur filio in legitimam, nisi valor rei donate ascendat ad valorem legitime.
17 Parentum affectio qualis ⁊ quanta esse debeat erga filios, et filiorum adinuicem.
18 Cōcordie parue res crescūt, discordia aūt maxime dilabuntur.
19 Retentio vsusfructus dicitur traditionez possessionis, que erat penes tradentem, inducere.

¶ Uebis que pe.no. Consil.ccvj.

Ex inibi exhibitis parte honorabilis viri Martialis de peyrato ciuis Lugdun. duobus cōsultationis thematibus exordiētibus, vno scilicet, quondam honorabilis Joannis de peyrato ꝛc. et altero. Fuit in humanis honorabilis vir Joānes de peyrato, eliciuntur multa ⁊ varia dubia: quibus respōdeo prout infra. Et primo ad primum dicti primi thematis: pro cuius faciliore solutione premitto, ꝙ vt in illo ponit̃ dictus Joannes de peyrato donauit Joanni filio suo ab vna parte tres mille libras, ab alia parte septem mille, ab alia vero dimidiam partem domus, ⁊ tertiam partē reliquoꝝ bonorum eiusdē Joannis donatoris. Et quo ad dictas tres mille libras, nulla est difficultas quin donatio de illis facta
8 fuerit donatio inter viuos. † Tuz quia donatio simpliciter facta intelligitur esse in dubio donatio inter viuos etiā si fieret ab infirmo, nisi fiat conuentio de reddendo, vel mētio mortis. l. Seia. §. cum pater, ⁊ qđ ibi not. Bar. Jo. de Jmol. ⁊ doct. ff. de dona. cā. mor. Cū qꝛ in ea dicitur ꝙ dictus Joānes pater donauit Joāni filio donatiōe pura, mera, simplici, ⁊ irreuocabili inter viuos. Et ita cū hoc expresse exprimat̃ in instrumēto donationis, verba instrumenti sunt clara qđ est donatio inter viuos, ⁊ irreuocabilis: quo fit vt nō sit recurrendū ad cōiecturas. l. continuus. §. cū ita. ff. de verbo. obliga. l. pediculis. §. argento. ff. de auro ⁊ argen. leg. Quo vero ad donationem factā de septem mille libris. videretur prima facie ꝙ illa fuerit donatio causa mortis: pro eo qꝛ in ea est facta mentio mortis. d. l. Seia. §. fina. ⁊ quod ibi glo. Bar. ⁊ doct. l. Seia. ⁊ quod ibi glo. ff. de dot. prelega. glo. in. l. apud celsum. §. j. ff. de do. excep. ⁊ in. l. mortis causa capimus. ff. de dona. cau. mor. Sed is non obstan. existimo contrariū esse verius: scilicet qđ illa fuerit donatio inter viuos, collata tamen quoad eius effectū seu executionem post tempus mortis. Tum quia in instrumento huiusmodi donationis hoc expresse dictum est, scilicet quod idem Joannes donaret donatione inter viuos: ⁊ sic non est recurrendum ad coniecturas, nec curandum an in ea facta extiterit mentio mortis vel non, per id quod not. Cyn. in. l. ij. C. de iur. dotiuz. Barto. in. l. que dotis. colum. j. ad fi. ff. solu. matrimo. dum opponit. de. l. cum maritus. §. fina. ff. de pact. do. Ex cuius dicto colligitur quod illud quod dicitur, donationem intelligi esse donationem causa mortis quando in ea facta est mētio mortis, procedit in dubio: sed quando apparet quod illa facta est animo donandi simpliciter seu inter viuos: non est curandum de mentione mortis: quia illa non obstante semper censetur donatio inter viuos, ⁊ irreuocabilis. l. perfecta. ff. de don. que sub mo. et hoc etiam voluit Bartol. in. l. fina. colum. penulti. versi. ⁊ primo examinemus an sit donatio causa mortis. C. de pactis. vbi etiam Salice. vers. Sed tunc quero ꝛc. Bartol. in. l. stipulatio hoc modo concepta, ver. quero aliquis vult facere. ff. de verborum obligatio. Alexā. de Jmol. cōsilio. xiiij. exordiente, Circa primum dubium, colum. j. ⁊. ij. in primo volumine. ⁊ consil. lxxviij. exordiēte, Uisis quā eleganter ꝛc. in quarto volu. Tum etiam censetur esse donatio inter viuos, pro eo quia in dicto instrumento dictum est quod dictus Joannes donabat donatione irreuocabili, quam etiam cōuenit, promisit ⁊ iurauit attendere ⁊ non contrauenire ꝛc. l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. quod etiam voluit Alexander de Jmol. in. d. consil. xiiij. colū. ij. versi. Predicta enim Maria. Et idem voluit Fran. de are. consi. lxxiiij. exordiente, diligēter ⁊ mature ponderatis ꝛc. col. ij. do. Jas. may. in. l. non omnis, col. ij. vel iij. ff. si certum peta. ⁊ alij in multis alijs locis: quos referre non expedit. Fateor autē, vt iam dixi, quod effectus seu executio huiuscemodi donationis facte de dictis septem mille libris confertur post tempus mortis, vt colligitur ex illis verbis post ipsius Joannis patris decessum ⁊ non ante habendas leuandas ⁊ percipiendas per dictū Joannem. Ex istis enim verbis apparet qđ donator voluit differri executionem seu donationem ⁊ solutionē dictarum septem millium librarum post tempus mortis eiusdez donatoris: sed non propterea infertur quod fuerit donatio cau-
2 sa mortis: † quia nihil obstat seu repugnat quod actus dicat̃ inter viuos, quāuis sit collatus in tempꝰ mortis, vel post tempus mortis. l. j. C. vt ac. ab here. ⁊ contra here. l. hereditariū. ff. de bo. auto. iudi. possi. l. fi. C. de cōtrahen. ⁊ cōmit. stipul. ⁊ expressius in l. nam ⁊ si cū moriar, ⁊ quod ibi Gul. de cu. ⁊ Bar. in vlti. oppo. ff. de condi. inde. ¶ Quo vero ad donationē factā de medietate domus inibi mentionate, ⁊ de tertia parte reliquoꝝ eius bonoꝝ videtur prima facie quod illa fuerit donatio causa mortis: cū vt ex dicto instrumento colligitur, in illa fuerit dictū, quod dictus Joannes donabat post mortē, ⁊ nō ante: ergo videt̃ esse impossibile quod hec donatio fuerit donatio inter viuos: quia verba illius videntur repugnare, ex quo donat post mortem. Unde videtur qđ non possit esse alia donatio quam donatio causa mortis: ⁊ quod clausule, scilicet quod sit irreuocabilis, qđ sit inter viuos, ⁊ quod dictus Joannes promiserit ⁊ iurauerit eam nō reuocare, nihil operētur, quatenus pretenderentur posse adaptari etiam huic donationi: pro eo qꝛ ille videntur esse cōtra substantiam contractus: ⁊ sic nō videtur quod dicta donatio transire potuerit in donationem inter viuos. Et cū clausule prementionate quoad hanc donationē habeantur pro nō adiectis. l. cum precario, ⁊ qđ ibi Bart. ff. de preca. ⁊ quod not. Barto. in. d. l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. Bal. post Cy. in. l. si pater, la. j. in secunda lectura. ff. de adop. ⁊ in. l. ij. §. j. iij. columna. ff. si certū peta. vnde verba dicte donationis vident̃ satis clara, scilicet quod sit donatio causa mortis, non inter viuos: ex quo idem Joannes donauit quo ad eius mortē, ⁊ nō ante. Et cū manifestissimꝰ sit sensus donatoris, verboꝝ interpretatio nusquam tantum valeat, vt melior sensu existat vt dicit tex. nota. in. l. iij. ad fi. C. de libe. prete. Et pro predictis videt̃ facere quod not. Bal. in addi. Specu. tit. de instru. edi. col. vlti. in verbo si quis donat, ⁊ quod not. Specu. in illo titu. §. porro, ver. firma aūt. Sed his nō obstan. existimo quod contrarium sit verius in casu isto. Tum quia, vt superiꝰ dixi, in donatione facta de dictis tribꝰ mille ⁊ septem mille libris dictum est, qđ Joannes donabat donatiōe pura, mera, simplici, ⁊ irreuocabili inter viuos. Deinde vero in donatione, que fit de dictis domus medietate, ⁊ tertia parte reliquoꝝ bonoꝝ, dicitur quod ipse donauit donatione qua supra. Ex quo infertur qđ ipe donauit etiam hac donatione pura ꝛc. quia ita clare sonāt verba, ad que referunt̃ illa verba, donatione qua supra. Perinde ergo est ac si etiā in hac fuissent expressa ⁊ specialiter seu nominatim verba predicta repetita. l. asse toto, ⁊ ꝙ ibi Jo. de imo. ⁊ docto. ff. de here. insti. ⁊ qđ not. Bart. in. l. si ita scripsero. ff. de cōdi. ⁊ demon. Cū ergo idem donator voluerit etiam hanc donationem esse irreuocabilem, ⁊ inter viuos palam est ꝙ illa est donatio inter viuos: per ea que superius dixi: qđ etiā voluit Fran. de are. consi. xlj. exordiente, Diligenter ⁊ mature pensata ꝛc. col. iij. vel circa, ver. Primū est qđ cū in instrumento: vbi voluit quod cum in instrumento donationis de qua ibi diceretur qđ donator donauit talē rem pure, mere, irreuocabiliter ⁊ inter viuos, dicatur donatio huiusmodi esse inter viuos, ⁊ nō donatio causa mortis: licet postea dicat̃ in instrumēto, quod donator volebat illam donationem habere effectū ⁊ vires post mortē donatoris, ⁊ si ipse sine liberis decederet. Et pro hoc etiam facit, quia nature donationis causa mortis opponitur irreuocabilitas donatiōis: quia illa secundum suam naturam est reuocabilis: ⁊ vt in pluribus sortitur naturam legati. d. l. non omnis. ff. si cer. peta. ⁊. §. mortis causa, iunctis ibi nota. per glos. ⁊ doct. super verbo fere, insti. de dona. Preterea dictus Joannes conuenit promisit ⁊ iurauit attendere ꝛc. que promissio ⁊ iuramentum etiam referuntur ad dictam donationem. Et sic non videtur dubitandum quin fuerit donatio inter viuos. d. l. vbi ita donat̃, ⁊ qđ ibi doct. Et ita in multis locis tā scribēdo quā consulendo tenent multi docto. quos non refero: pro eo quia non expedit. Et ꝗuis allegata in oppositum videantur stringere: illa tamen non obstant ei quod dixi: pro eo quia si bene attendant̃ verba dicte donationis, nō fuit dictū simpliciter in dicto instrumento, qđ dictus Joānes donauerit post mortem ⁊ nō ante mortē: quo casu posset fortasse procedere id qđ not. Baldus. in. d. addi. sed fuit dictum quod ipse donauit donatione qua supra: ⁊ deinde fuit subiunctum, post tamen ipsius nobilis Joannis patris decessum ⁊ non ante valitura. Et sic verbum donauit non refertur ad illa verba, post tamen ipsius Joannis patris decessum: sed ad illa verba refertur illud participiū valitura. Donauit igitur non post mortem, sed ante mortem: quanuis effectum seu executionem contulerit post tempus mortis. Et sic supposito qđ verum sit, quod quādo est facta mentio mortis in verbis importātibus substantiam donationis, vel ipsam merā dispositionē donationis, tūc censeatur vera ⁊ pura donatio causa mortis: ⁊ secꝰ si quādo fieret mētio mortis in vbis importātibꝰ solā executionē: vt determinat Bal. i. d. addi. ⁊ dicā ita esse de mente Specu. in loco preallegato: hoc non faceret, cō-

tra id quod predixi: sed potius pro: quia dicta verba post deces-
sum ponuntur in verbis importantibus executionem: pro eo quia
referuntur ad dictum participium valitura. Et per hec patet re
sponsio ad primum quesitum, scilicet quod dicte donationes fue
runt inter viuos: non causa mortis: quamuis ille facte extiterunt de
dictis septem mille libris, medietate domus: & tertia parte reli-
quorum bonorum, & fuerint quoad eorum effectum collate post tem-
3 pus mortis. † Est tamen verum quod super validitate dictarum do
nationum potest dubitari, pro eo quia ille facte extiterunt per pa-
trem filio existenti in patria potestate: et quia excedunt valorem
quingentorum aureorum. Et si dicte donationes possent dici do
nationes propter nuptias, & sic ob causam: ille viderentur valere
predictis non obstantibus: per id quod habetur in. l. pomponius phi-
ladelphus. ff. fa. ercis. & quod per illam not. glo. & doct. in. l. ij. C. de in-
offi. dona. & l. attilius regulus, & quod ibi scribentes. ff. de dona. sed
dicte donationes non videntur posse dici donationes seu dona-
tio propter nupt. illa scilicet de qua & eius natura loquuntur iura
in. §. est & aliud, insti. de dona. in. l. si constante. l. pen. §. sancimus.
l. fi. §. si igitur, & aut. dos data, & multis alijs iuribus illius tit. C.
de dona. ante nup. quia illa solent dari in recompensam sue dotis,
& pro illius securitate, seu quasi pignore. d. l. si constante, in prin. &
quod ibi doc. maxime Sal. & d. l. pe. §. sancimus: ibi, quasi antiferna,
& de qua habetur in. c. nuper, in fi. & quod ibi glo. & doct. de dona. in
ter virum & vxo. & huius donationis naturam collegit Panor. post
Petr. & Abba. anti. & Jo. And. in. d. c. nuper. col. iij. quamuis fatear
quod hec donatio facta fuerit propter nuptias, hoc est contempla
tione matrimonij, & nuptiarum contractarum inter dictum Joan.
iuniorem, & nobilem Claudiam Garnier: & sic non sumus in termi-
nis iurium predictorum. Sed forte dicetur quod donatio predicta de
beat dici propter causam: & presertim pro eo quia illa fuit facta pro
pter benemerita Joannis iunioris: que etiam videntur fuisse spe-
cificata per donatorem, cum dicit in magnis viagijs & vacationibus
tam in ciuitate Venetiarum, quam alibi, & conducendo mercantias spe
cierum & aliarum rerum pro dicto Joanne donatore: quo casu valet
donatio inter viuos facta per patrem filio, etiam si in ipsius pa-
4 tria potestate existat. † Et quia huiusmodi benemerita fuerunt in di
cto instrumento specificata, videtur quod de illis credi debeat asser-
tioni eiusdem Joannis: qui etiam dictum Joannem filium a probatione
releuauit: per id quod habetur in. d. l. attilius regulus per quam hoc
voluit Bal. in. l. illud. ver. quarto quero. C. de sacrosanc. eccle. et
in. l. fi. ff. de exerci. actio. in lectura antiqua, qui limitando gl. que
est in. l. si donatione, super verbo postulas. C. de collat. quatenus
voluit quod merita precesserint, & sic quod illa probentur: voluit quod illa
glo. procedat quando merita non fuerunt specificata: sed solum de
eis est facta mentio in genere: secus ergo si in specie: pro quo alle
gat. d. l. attilius regulus, cum glo. super verbo moram: vbi videtur
probari quod specialis mentio meritorum videtur sufficere ad
probandum merita. Et idem videtur prima facie fuisse de mente
Bal. in. d. l. si donatione. Idem etiam voluit Pau. de cast. consi. cv.
exordiente, Circa bona que fuerunt &c. col. iiij. versi. tertio vide-
tur obstare &c. Sed his non obstan. &c. dico quod ad hoc quod dona
tio predicta dici debeat donatio proter benemerita, debent illa me
rita probari aliter quam per assertionem: quia vt dicit Bal. in auth. ex
testamento, col. ij. ver. quinto oppono. C. de colla. in contractu do
nationis non requiritur specificatio meritorum: sed vera existen-
tia terminorum: & hoc etiam not. moder. scilicet Alex. de Jmol. in. d.
l. si donatione, col. vj. ver. Jtem & secundo limitatur ista glo. &c. &
Philip. de Fran. col. ij. ver. in ea. glos. ibi non inspecto si dixerit
do vt extraneo, & alij moder. qui pro hoc multa inducunt: et idem
voluit Jo. de Jmol. in. d. l. attilius regulus. Cum enim donatio
inter viuos sit regulariter prohibita inter patrem & filium in ipsius
potestate existentem. d. l. ij. C. de inoffi. dona. & l. donationes quas
parentes. C. de dona. inter virum & vxo. non est standum assertioni
5 patris asserentis se donare propter benemerita: † quia in regula-
riter prohibitis certo casu permissis non est credendum asserenti
casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probati. l. cum
quis decedens, §. titia. ff. de lega. iij. l. si forte. & quod ibi Barto. ff.
de castren. pecu. & quod not. Joan. and. in addi. Spe. titu. de reb.
eccle. non alie. in rub. Alex. de Jmol. consi. lv. exordiente, Consi-
deratis verbis, colum. iij. & do. Jas. may. in preludijs feu. char. viij.
colum. ij. & contrarium eius quod tenuit Bal. in. d. l. illud, versicu.
quarto quero, tenuit Gul. de Cu. & Cy. in. d. l. fi. ff. de exerci. actio.
per. d. l. qui testamentum, & per. d. §. titia, & per allegatam. l. fi. de ex-
erci. ad que iura non est sufficienter responsum per Bald. Et istam
opinionem sequitur ipsemet Bal. in. l. si tibi. ff. si certum petatur
per ea que not. glo. predicta in. d. l. si donatione. Et respondet ad
dictam. l. attilius. quod illa loquitur quando apparebat de meri
tis. Et hanc opinionem etiam tenet Gul. de Cu. in. d. l. illud. licet
non ita clare prout in. d. l. fi. ff. de exerci. Et illam si bene inspicia-
tur etiam videtur tenere Bald. in. d. l. si donatione, dum format
questionem, quando pater expressit speciem & qualitatem merito
rum: & tamen postea videtur residere cum opinione quam tenet
gloss. per dictam. l. si forte, cum ibi nota. per Bartol. & idem tenet
Salice. in dicta. l. si donatione. respondens ad dictam. l. attilius
regulus. Et idem etiam tenet idem domi. Jason may. in authen.
vnde & si parens. colum. fi. versicu. hoc vltimum videtur limitare
Bald. &c. ibi tene contrarium. C. de inofficio. testamen. Barthol.
Soci. consil. ccxcv. exordiente, Jn causa contra filios, in secundo
quesito, versi. tertius casus, in secunda parte. Si igitur non pro-
bentur illa pretensa merita, donatio huiusmodi debet censeri fuis-
se & esse simplex donatio: quod etiam fuit in ea expressum. Dici-
tur enim in dicto instrumento, dictum patrem donasse donatio-
ne pura, mera, simplici &c. & ita sentiunt doctores in locis superius
6 allegatis. † Et supposito quod illa pretensa viagia, & alia asserta
benemerita probarentur: dicte tamen donationes non censeren-
tur ob causam, nisi quatenus valor seu estimatio benemeritorum
concurreret cum valore dictarum donationum, & ideo si beneme-
rita non ascenderent nisi ad valorem mille aut duarum millium
librarum, donatio seu donationes predicte non censerentur esse do
nationes ob causam, nisi vsque ad illum valorem: & pro residuo cen-
serentur esse donationes simplices, vt concludunt Guliel. de cu.
Bald. & Salic. in dicta. l. illud. Barto. in. l. frater a fratre, colum.
vltima. ff. de condictio. indebit. & docto. in dicta. l. si donatione, et
Soci. in dicto consilio. ccxcv. in. ij. quesito, versicu. tertio quia do
natio facta ob merita &c. videretur igitur adhuc in illo pluri non
valuisse. d. l. donationes quas parentes, cum suis similibus. C. de
donatio. inter virum & vxorem. Nec viderentur donationes hu-
iusmodi quoad illud plus fuisse per mortem dicti Joannis do-
natoris confirmate. Tum quia donatio inter viuos propter pre
tensa merita facta filio in potestate constituto non confirmantur
morte donatoris, si merita non probentur, vel quatenus remanet
simplex pro pluri, vt notat gloss. predicta in dicta. l. si donatione.
ibi, nec postea confirmantur. C. de collatio. quam ad hoc dicit ibi
Angel. esse singularem: & huius ratio est, quia donatio presumi-
tur simulata, & in fraudem legis facta: & ex contractu simulato non
transit possessio pro quo allegat textum in. l. emptor. cum ibi no.
per Bartolum. ff. de aqua pluuia arcen. et sic non videtur fuisse
facta traditio: quam tamen lex requirit ad hoc vt donatio mor-
te donatoris confirmetur. l. papinianus. ff. de dona. inter virum
& vxorem. iuncta dicta. l. donationes quas parentes. C. eodem ti-
tulo. Et hanc opinionem sequutus est Roma. in. d. l. si donatione
per textum singularem in. l. cum hic status. §. si quis sponsam, ad
fin. ff. de dona. inter virum & vxorem. Et quamuis Nico. de math.
& alij relati per Alexandrum de Jmol. in dicta. l. si donatione, co
lumna. viij. versicul. in eadem: ibi, nec postea confirmatur, sense-
runt contrarium: tamen non videretur recedendum in consulen-
do vel in iudicando ab opinione dicte gloss. quam vt predixi se-
quuntur duo famosissimi docto. per id quod not. Jac. butri. in. l.
vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudi. dare dariue pos. & do. Feli. in. c. j.
columna penultima, vbi ponit multas remissiones, de constitut.
Et supposito citra preiudicium veritatis, quod contraria opi-
nio videretur verior: adhuc non videretur donatio predicta fuis
se morte confirmata, & signanter quoad dictam domus medieta-
tem, et tertiam partem bonorum: pro eo quia non fuisset proces-
sum ad traditionem in vita patris: que tamen erat necessaria. d.
l. papinianus. que licet loquatur in donatione inter viuos facta
inter coniuges: videtur tamen habere locum etiam in donatione
facta per patrem filio, cum ille equiparentur. d. l. donationes quas
parentes: quod etiam voluit quoad hoc Alexan. de Jmol. in. d. l.
si donationis, colum. viij. Et si opponitur quod imo fuerit facta
traditio, saltem ficta, per retentionem vsufructus, per quam vi-
detur fieri traditio. l. quisquis, & l. si quis argentum. §. sed si qui-
dem. C. de dona. Respondeo quod hoc non obstat: tum quia tra-
ditio que fit per retentionem vsusfructus, constitutum aut con-
stitutionem precarij, videtur esse ficta: vt colligitur ex his que scri-
bunt doctores in. l. j. §. si vir. ff. de acquiren. possessio. et in multis
alijs locis: que non videtur sufficere: vt voluit domi. And. filius
Reyner. de forli. in quadam sua disputatione, quem refert Pau
lus de castro consilio. lxv. exordiente, Super isto puncto occur-
runt tria videnda &c. in secundo dubio. Et hanc opinionem vide
tur sequi Paulus de castro in. d. consilio, qui etiam pro ea allegat
dictam. l. j. §. si vir. ff. de acquiren. possessio. vbi etiam illam vide-
tur sequi Alexan. de Jmol. quamuis Fran. de aret. reliquerit co-
gitandum. Tum etiam non obstat dicta oppositio: pro eo quia,
vt superius dixi, idem donator donauit dicte domus medietatem,
& reliquorum bonorum etiam partem donatione valitura post ipsius
mortem & decessum: & sic fuit collatus effectus seu executio dona-
tionis huiusmodi post mortem eiusdem donatoris: ergo & in tem
pus post mortem censetur collatus effectus retentionis vsus-
fructus: pro eo quia constitutio precarij, constitutum, retentio
vsusfructus

vsusfructus,& alie huiusmodi clausule,vtpote accessorie ad di-
ctam donationem, debent secundum eam regulari:per id quod
notat Bal.in.l.ex testamento.C.de fideicom.& in.c.ij.de fud.dat.
in vicem leg.commis.do.Ias.may.in.l.sub pretextu, la.j.col.fi.C.
de transac.And.Barb.consi.xxj.col.x.& plenius consi.lxxxj. exor
diente,perspectis his que in themate,col.v.vel circa, versic. Ad
predicta etiã facit,in.ij.volu.& alij in locis infinitis.Et hoc etiã
sensit & voluit idem donator,quatenus retinuit dominium & regi
men dictarum medietatis & tertie partis domus & predictorum
bonorum.Et quod ibi dictum est de vsufructu,debet intelligi de
vsũfructu causali,non de formali:alias esset repugnantia:quia
non potest quis esse dominus alicuius rei,& illius vsufructuari⁹.
Et hinc est ꝙ per retentionẽ vsusfructus transit dominiũ & posses
sio.d.l.quisquis.Et si predicta vera sint,imo quia vera sunt:scili
cet quod retentio vsusfructus debeat in casu isto regulari secun-
dum dictam donationẽ:sequitur quod retentio vsusfructus cen-
setur collata in tempus post mortem dicti donatoris:& sic in tem-
pus in quo nec dominus nec possessor,erat futurus:pro eo quia
mors omnia soluit. Quo fit vt dicta retentio non valuerit:per id
quod singulariter not.gloss.& post eã Ange.& docto. in.l.quis.§.
si conductor.ff.de acqui.poss.Et ita videtur quod dicte donatio-
nes quo ad illud plus,de quo predixi,nec ab initio valuerũt, nec
7 postea fuerunt morte predicti donatoris confirmate.† Et hec es-
sent vera,nisi donationes predicte fuissent iurate:sed cum in eis
interuenerit iuramentum,videtur valuisse,non obstante patria
potestate:& hoc ratione iuramenti:per id quod voluit Bal. in.d.
l.si donatione,& expressius in.l.ij.col.fin.versi.quid si fuit &c.C.de
vsucap.pro do.& idem voluit ipse Bald. in repetitione.l.ij.char.
xiiij.vel circa,versi.& idem credo quando pater &c.ff.de iureiurã.
& consi.ccclxv.exordiente,Premittendum est ad euidentiam &c.
in tertia parte.Hanc sententiã secutus est Alex.de imo. in.d.l.si
donatione,col.v.versi.vtrum autem donatio &c. Pro qua etiam
consuluit idem Alex.consi.viij.col.viij.& consil.clvij. exordiente,
Viso instrumento donationis &c. col.fi.in.ij.volu. Hanc senten-
tiam etiam secutus est Roma.in.d.l.si donatione,col.j. Fran. de
are.consi.xvij,exordiente,consideratis diligenter,col.iiij.versic.
preterea nulla &c.& consi.lxxvij.exordiente, Et ratio scribẽdi &c.
col.iij.versi.circa tertium,& Ioan.and.in addi.Spe.tit. de testa.
§.j.ver.pone filius,& do. Ias.may.in repeti.l.frater a fratre, col.
vlti.ver.septimo limita.ff.de condi.indeb.Sed contrariam opi-
nionem,scilicet quod non obstante iuramento talis donatio sit
nulla:tenuit Bal.in quodam suo consil.exordiente, Queritur an
donatio &c.qd refert Roma.in repetitione rub.ff.de iureiurã. in
iij.q.Et pro hac parte etiam consuluit Pau. de castr. in.d.consi.
cv.motus duplici fundamento. Primum est qd quãdo pater do
nat filio in potestate censetur donare sibiipsi patri.Quemadmo-
dum ergo si quis sibiipsi donaret,donatio nõ firmaretur iuramẽ
to.c.si.in si.de insti.& ar.l.ij.ff.de stipu.ser.& l.vrannius,in prin.ff.
de fideius.ita nec videtur firmari iuramẽto quãdo pater donat fi
lio in potestate:quia profectitia acquisita per filiũ sunt hodie pa-
tris,sicut & olim:quia in eis nihil fuit immutatum.Scdm funda
mentum est,quia iuramentũ patris non videtur facere posse de
filio capace:sicut si donaret seruo cum iuramento, per hoc non
valeret donatio,nec seruus capax efficeretur huius donationis
quo ad hoc vt sibiipsi acquireret.Etiã pro hac parte cõsuluerũt
Raph.Fulg.& Frã.de cap.consi.cxcix.exordiẽte, Viso suprascri
pto instrumẽto &c.moti qr nõ reperitur iure cautũ qd valeat do-
natio inter patrem & filium in potestate propter iuramentũ:nec
iste casus enumeratur per gl.in.d.l.ij.C.de inoffi. dona. Secũdo
mouẽtur quia donatio inter patrem & filiũ in potestate nõ valet
propter repugnantiam & contrarietatẽ resultantem ratione pa-
trie potestatis:qr sic pater donaret sibiipsi,prout sentit gl.in.d.l.
ij.C.de inoffi.dona.Sed circa repugnãtiam vel impossibilitatẽ
iuramẽtum nihil operatur,regula impossibiliũ,de reg.iu. in.vj.
Et sic iste articulus positus est in conflictu opinionũ. Verunta-
men prima opinio videtur esse magis cõmunis:vẽ qd dicta do-
8 natio firmetur iuramẽto.¶ †Sed vlterius videtur qd eidẽ do-
nationi,quatenus cẽseri debet donatio simplex,non ꝓpter meri-
ta,obstet defectus insinuationis,quatenus excedit valorẽ quin-
gentorũ aureorũ.l.sancimus.§.j.& l.si quis pro redẽptione.C.de
dona.quarũ dispositio videtur ꝓcedere non solum qñ fit donatio
extraneo:sed etiã si fiat cõiuncto.l.data.C.de dona.& qd talis do-
natio sine insinuatione nõ valeat,etiam si fuerit iurata,quo ad id
in quo excedit dictam summam quingẽtorum aureorũ, videtur
probari ꝑ multa fundamenta,que ponit Bal. in.d.l.illud, col.iij.
ver.quinto quero.C.de sacrosan.eccl.Et Sali.in.d.l.si quis ꝓ re-
dẽptione,col.ij.ver.Sed vltra querit Io.an.& per multo plura,
que scribit Phil.de corn.cõsi.lxix.exordiẽte, De duob⁹ queritur
in hac cõsultatione &c.in.ij.volu.& per Bar.Soci.cõsil.lxxvij. ex-
ordiẽte, In presenti cõsultatione &c.in.ij.quesito:vbi pro hac opi
nione inducit decẽ fundamenta,in.j.parte:quis tñ finaliter nõ
videatur huic parti adherere.Hanc opinionẽ scilicet ꝙ non fir-
metur iuramento,etiã sequutus est Ange.consil.lviij.exordiẽte,
Quidã pater,& in.d.consi.clxxxj.exordiente,Visis instrumẽtis,
Rapha.& Roma.in.l.modestinus.ff.de dona.Et ſm hãc opinio
nem etiam consuluit do. Prepositus in quodam suo consi.exor-
diente,Circa hoc videtur ꝙ illa assertio &c.inserto inter consil.
Fran.de cur.& est.lxvij.quis erronee fuerit citatũ.lvij.Et huic
consi.se subscripserunt Hierony.tor.Io.put.& Nicola.de sancto
naza.Idem etiam voluit Fran.de cur.in addi.ad.d.cõsiliũ, qui
pro hoc multa inducit in ver.ego credo istam partẽ esse veram,&
in ver.pro opinione Bar.vbi etiam ostendit ꝙ ista fuerit opinio
Barto.in.d.l.modestinus,& in.l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.Et
istud etiã,scilicet ꝙ ita senserit Bar.voluit Ioã.de Imol.in.d.l.
modestin⁹,quod refert,nec impugnat Alex.de Imo.in.l.nemo.
9 col.v.vel circa.ff.de lega.j.† Quanta autem fuerit opinio Bart.
nemo est qui nesciat:quẽ Ange.appellat lucernam iuris ciuilis,
& preceptorem suũ:dicens etiam ꝙ sub illius vmbra semper quie
scit.Panor.dicit eum illuminatorem iuris ciuilis.Pet.de An-
cha.lumẽ iuris,Bal.summum doctorẽ & preceptorẽ suũ,& in quo
solet esse substãtia veritatis,vt dicit Roma.& alibi dicit ipse ro-
ma.Bar.Bal.esse vertices iuris.Dicuntur & alia multa ad cõ-
mendationẽ doctrine Bart.& excellentiam viri huius,que scri-
psit Fran.de cur.cõsi.lvj.super eo quod ab ordine nostro. Dictã
opinionẽ etiã sequutus est Anto.de canna,in suo trac.de insinua
tio.q.lxiij.qui pro ea multa inducit.Illã etiam tenuit Ioã.Fab.
in.§.alie.institu.de dona.Contrariam opinionem tenuit Ioan.
And.in addi.Spec.ti.de instru.edi.§.porro.in vltima addi.quẽ
sequitur Roma.consi.xxvij.exordiente,Pro decisione corũ de
quibus dubitatur, Io.de Imo.in repeti.c.cũ cõtingat,in.x.mẽ-
bro:vbi etiã idem sequitur Panor.Pro hac opinione consuluit
Fede.de Sen.consilio.cclxxxj.exordiente,Casus talis est,Ang.
in.d.l.sancimus.§.fi.Bal.sibi contrarius in.d.c.cum contingat.
Alexã.in.d.l.nemo,col.v.vbi multos cõmemorat,qui etiã secun-
dum hanc opinionẽ sepe cõsuluit.Secundũ etiã consuluit Frã.
de are.consi.ij.Sunt & alij multi hanc opinionem sequuti tam in
scribendo,ꝙ in consulẽdo:& propter huiusmodi conflictũ nõ po-
test dici res esse sine dubio.Et dicit Ange.are.in.d.§.alie,qd cũ
alias ista questio in facti contingentia sibi occurrisset,ipse noluit
scribere pro aliqua ex istis partibus:pro eo qr timebat iuramen-
tum:& sic pro opinione Io.And.& pro alia parte:qr sic pro certo
posset quis faciliter facere fraudẽ legi,& tollere solennitatem in-
sinuationis simplici iuramento:qd videtur cõtra mentẽ.l.si quã
do.C.de inoffi.testa.Propter que mihi videt̃ ꝙ bene consultum
esset istis fratribus si medio amicorũ cõponerent hanc differen-
tiam,& eã terminarent.Et per hec patet quid sentiã super dicto
10 primo quesito primo loco posito in dictis thematib⁹.¶ †Ad se-
cundũ dico & respondeo,ꝙ dictus Ioannes donatarius non te-
netur ad collationem faciendã:qr licet non fuerit ab illa releuat⁹
in testamento dicti Ioãnis testatoris:fuit tñ releuatus in dona-
tionib⁹:vt in eis patet:qd sufficit:per id qd habetur in.d.l.si qñ.
§.& generaliter,& in.l.illud.§.fi.& qd ibi glo.super verbo imposue
rit.C.de colla.quatenus vult ꝙ licet donatio inter viuos facta ꝑ
patrem filio regulariter non conferatur:hoc tñ fallit quãdo pa-
ter donans hoc reseruauit.Si igitur potest hoc reseruare,vt fi-
lius conferat in casu in quo alias non teneretur:ergo etiam põt
eum releuare a collatione faciẽda in casu in quo alias teneretur:
vt sic contrariorũ eadẽ sit disciplina,per iura vulgaria:& nisi pos
set fieri huiusmodi releuatio extra testamentum,filius succedẽs
ab intestato nunꝙ releuaretur,contra id quod habetur in.d.au-
thẽ.de trien.& semis.§.illud.colla.iij.& transumptiue in authẽ.ex
testamento.C.de colla.Et per hec patet responsio ad secundũ et
tertium quesita posita in dicto primo themate.¶ †Ad quartũ
& vltimũ dubium dicti primi thematis dico & respõdeo,ꝙ per di
ctum testamentum non fuit reuocata donatio predicta:quaten⁹
dici potest ꝙ illa valuerit,de quo superius dixi.Est tamen verũ,
citra preiudicium veritatis,supposita validitate donationis di
ctarum dimidie & tertie partium domus & reliquorum bonorũ,
potuerunt nihilominus in ipsis totis dimidia & tertia partibus
heredes instituti dicti Ioãnes & martialis:pro eo quia effectus
seu executio donationis de eis facte collatus est post tẽpus mor-
tis dicti Ioannis vt supra donatoris:& sic idẽ Ioãnes quãdiu vi-
11 xit remansit dominus & possessor predictarum partium.† Pro-
pter qd potuerunt dicti Ioãnes iunior & Martialis in eis here
des institui:per id qd voluit Ang.in.c.stipulatio hoc modo cõ-
cepta.ff.de verbo.obliga.qui loquens de donatione omniũ bono
rum presentium & futurorum,an scilicet illa valeat,dicit quod il-
la valet,si in ea non interuenerit precarium, aut aliud propter
qd nec actu nec potentia possit donator aliquid habere:quia sic
remãserũt bona penes donatorem:propter qd potest de illis te-

stari, Quis heres teneatur bona huiusmodi restituere vel expe-
dire donatario: pro quo allegat not. per glo. in authē. si qua mu-
lier, versi. super verbo diuidere. C. de sacrosanc. eccle. que recitan
do opinionē Azo. dicit ꝙ qui habet bona, que debet alteri resti-
tuere, potest de illis testari. Et ita etiam dicit Ange. in simili te-
nere Cy. in l. femine. C. de secun. nup. ⁊ hec dicta refert ⁊ sequitur
Alex. de Imol. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. x. ver. Si
autē non esset translatū dominiū. Non obstat. l. proprias. C. de le-
ga. vbi habetur ꝙ res mee proprie non possint mihi per alium le
gari aut fideicōmitti. Quoniam respondeo ꝙ dicte media ⁊ ter-
tia partes non erant dicti Joannis iunioris tempore testamēti:
Quis fuissent sibi debite, si supponeremus donationes valuisse.
Dictus igitur Joannes non solum habuit dimidiam partē dua
rum tertiarū partiū, que ad donandum remāserant iure institu-
tionis: sed etiam eodem iure habuit dimidiā dicte tertie partis
donate: ⁊ hoc propter superuenientiam tanti hereditarij: ⁊ sic po
tioris, per id quod ponit Oldra. consil. cxxxij. exordiēte, Titius
habēs filiā, in iij. quesito: pro quo facit. l. seruus alienus. §. qui fi-
deicommissariam. ff. de heredi. insti. ⁊ l. fundo. ff. ad legem falcid.
Quod autem dictus Joannes donator ⁊ testator voluerit testa-
ri de omnibus, hoc est etiā de medietate domus donata, ⁊ de ter-
tia parte bonorum, hoc ex eo colligitur: quia in testamento dici-
tur. Du residu de tous ses biens meubles et immeubles noms
droitz ⁊ actions quelcōques ⁊c. hoc est aut residuū omniū bono-
rum suorū mobiliū ⁊ immobiliū, nomina, iura, ⁊ actiōes quecūqꝫ
⁊c. per que apparet eum esse vsū verbis vniuersalibus, ⁊ omnia
cōprehendentibus: ⁊ sic nihil excepisse. c. solite, de maio. ⁊ obe. c. si
Romanorum. xix. distin. ⁊ l. Julianus. ff. de leg. iij. Cum igitur
ipse ⁊ voluerit ⁊ potuerit de omnibus disponere, infert ꝙ dictus
Joannes, qui postea paterne hereditati se immiscuit, habuit pre
dicta iure institutiōis. Quod si ita est, imo qꝛ profecto ita est si cō
tingeret eum decedere sine liberis vel suos liberos sine liberis,
superstite dicto Martiale, vel eius liberis masculis, ipse posset
petere iure fideicommissi non solum dimidiam partem illarum
duarum tertiarum partium, que remanserunt ad donandum:
sed etiam partem tertie donate, ⁊ partem dicte dimidie partis
domus: quia cum hec omnia venerint in institutione: ergo etiā
in substitutione facta per verbum cōmune substituit quam dicto
Joanni iuniori ⁊ filijs suis fecit ⁊ facere potuit cū effectu, saltem
propter reseruationem per eum factam tēpore donationis: quin
imo ⁊ cum hac reseruatione eam facere potuisset, si tēpore testa-
menti, de quo supra, bona fuissent dicti Joannis iunioris: pro eo
qꝛ de consensu tuo possum testari de bonis tuis. l. sicut. §. vendi-
tionis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. quod etiam voluit do. Jason
may. in l. cum proponas. la. ij. col. fi. C. de pac. in d. l. si qū. §. ⁊ gene
raliter. C. de inoffi. testa. ⁊ in l. cū alienam. C. de lega. Et hoc pro-
culdubio procedit in casu isto: cū dicta reseruatio fuerit facta in
dicta donatione, ⁊ de consensu dicti Joannis donatarij. Intelli-
go tn̄ ꝙ de predicto vniuersali fideicōmisso occurrente casu sub-
stitutionis detraherentur due quarte: iuxta not. per Bar. ⁊ doc.
in d. l. papinianus. §. meminisse. Et ex suprascriptis apparet re-
sponsio etiā ad primū, scd̄m, ⁊ tertiū quesita in secundo themate.
¶ Ad quartū dicti secundi thematis dico ⁊ respōdeo, ꝙ per in-
strumētū donationis nō apparet de solutiōe dictarū triū milliū
librarum. Et ideo oporteret ꝙ illarum solutio aliter probaretur.
¶ Pro responsione ad quintū ⁊ sextū quesita in secundo thema-
te: in quo queritur de legitima Magdalene dicto Martiali cū
in humanis ageret vtrinqꝫ cōiuncte, voluissem videre tenorē le-
gati ⁊ substitutionis eidem facte: vt sic viderē an eidē Magdale
ne fuerint dicti Joānes ⁊ Martialis substituti per verba dire-
cta, aut communia, vel obliqua: itē an simpliciter, vel solū in le-
gato mille ⁊ quingentarū librarum: ⁊ an ipsa Magdalena fuerit
12 grauata de restituendo, vel venientes ab intestato: † qd̄ dico pro
eo qꝛ lꝫ filio impuberi possit pater pupillariter substituere etiam
in legitima: pro eo qꝛ substitutio pupillaris est prouisio, non gra-
uamen. l. ex tribus. ff. de inofficio. testa. non tn̄ pōt pater filio im-
puberi substituere per fideicommissum in legitima: pro eo qꝛ hu-
iusmodi substitutio est grauamen. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vul-
ga. ⁊ pupil. de legitima vero debet omne grauamē tolli. l. quoniā
in prioribus, ⁊ quod ibi scribentes. C. de inoffic. testa. ⁊ quod not.
doc. in d. l. si quando. §. generaliter. C. eo. titu. Si ergo dictus te-
stator eandem Magdalenam grauasset de restituendo dictam
legitimā, substitutio seu legatū predictū nō valuisset, nisi ⁊ qua-
tenus legatum excessisset legitimā: sed peruenisset tota predicta
legitima ad dictum Martialem vtrinqꝫ coniunctū, excluso pre-
fato Joāne auī. defuncto. C. ad tertu. ⁊ in corpore vnde sumitur.
Sed si dictus Martialis, qui ab intestato erat proximior, fuis-
set grauatus, tūc valeret substitutio. l. si fundum per fideicom-
missum. §. fi. ⁊ duabus. ll. sequentibus. ff. de lega. j. ⁊ qd̄ scribūt do
cto. in d. l. coheredi. §. cū filie: ⁊ secūdū hoc videret dictus Mar-
tialis fuisse grauatus de restituendo eidē Joanni dimidiā partē
legati. Quis vero censeatur in dubio fuisse grauatus, an scilicet
ipse impubes, vel proximior ab intestato, scribunt doc. vbi videri
poterit in d. l. coheredi. §. cum filie: quod vlterius non prosequor
qꝛ non vidi verba. Et si forte quereretur que ⁊ quanta fuerit le-
gitima predicte Magdalene, dico ꝙ cum dicto testatori super-
fuerint duo filij ⁊ due filie, legitima huius Magdalene fuit quar
ta pars trientis: ⁊ sic vna vncia bonorū testatoris, eorum scilicet
que superfuerint deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, authē. de
trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij: ⁊ transumptiue in aut. nouissima. C. de
inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. ti. Et que
debebat taxari habito respectu non solum ad bona que remanse
runt ad donandum, hoc est que donata non fuerunt: sed etiā ad
donata: per id quod habetur in l. j. C. de inoffi. dona. vbi per glos.
⁊ docto. ⁊ poterat peti in bonis ⁊ substantia testatoris, si illā ha
bere noluisset in pecunia: ⁊ hoc de iure cōmuni. l. scimus. §. reple-
tionem, ⁊ quod ibi doc. C. de inoffi. testa. quod etiā voluit Bar. in
l. suus quoqꝫ, in fi. prin. vbi etiam Jo. de Imol. col. vj. ff. de here.
insti. ⁊ Alex. de Imol. in l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Ad se-
ptimū dico ꝙ nō apparet ꝙ propter inuentariū Joannes dona-
tarius contrauenerit paterne voluntati, aut ꝙ penam incurre-
rit: qꝛ per probationem, de qua in testamēto, solum videtur fuis-
se inhibita eidē Joāni filio confectio inuentarij tutelaris: nō au
tem confectio inuentarij heredis, ⁊ per quod heres sibi subuenit
ne teneatur creditoribus vel alijs, vltra vires hereditarias, ⁊ vt
sibi salue sint proprie actiones ⁊ propter ea de quibus in l. fi. C. de
iure delibe. ⁊ in aut. de here. ⁊ fal. colla. j. ¶ Ad vltimum dico ⁊ re
spondeo ꝙ dictus Joannes donatarius tenetur obseruare testa
mentariam ordinationem dicti Joannis patris, ⁊ soluere expen
sas processuum, prout cōperietur eundem Joannē patrem ordi-
iuramẽtũ a beneficio.l. ij. C. de rescin. vend. ⁊.c. pe. de emp. ⁊ ven.
prout vtrobiq not. gl. ⁊ doc. ⁊ cano. in.c. cũ contingat, de iureiu.
vbi plenissime p Jo. de imo. in sua solẽni repe. Dato igit̃ ꝙ nos
essemus in casu, in quo dicta Philippa dici posset renuntiasse
cũ iuramẽto etiã legitime, put non sumus: potuisset nihilomi-
nus ipsa Philippa cũ in humanis agebat, ⁊ hodie possent dicti
Frãc. ⁊ Anna petere supplementũ legitime, vel totam legitimã
se offerendo restituere id qđ ⁊c. iuxta dispositionẽ. d.l. ij. ⁊.c. pe.
q iuramẽtum predictũ solum eã representabit maiorẽ. xxv. an.
vt no. glo. ⁊ docto. in predictis iuribus. Et ita esto qđ eam exclu
sisset a beneficio restitutionis in integrum, iuxta ea que habẽtur
in auth. sacramenta puberum; non tamen exclusisset a remedio.
d.l. ij. vt predixi. ¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo,
quod legitima dicte quondam Philippe, vt iam dixi, erat quin
ta pars semissis, seu dimidie partis predictorum bonoruz: ⁊ sic.

x. pars predictorum bonorum. ¶ Ad tertium dicto quod dicti
Franciscus ⁊ Anna debent dotem maternam imputare in dictã
legitimam.l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. ⁊ sic petere de-
bent non legitimam integram, sed supplementum illius, seu id
6 quod deest. ¶ † Ad quartum dico ⁊ respondeo, quod ipsi petere
non possunt legatum tricentorum florenorum per dictum quõ-
dam Brietum dicte Philippe matri in suo testamento pro do-
te relictum: cum ipse postea adhuc viuens eandem maritauerit,
⁊ pro ea in dotem constituerit florenos quadringentos.l. filia, ⁊
quod ibi scriben. C. de lega.

¶ Argumentum.

¶ Utriusq scientia, non alterius tantum ex coniugibus: quo-
rum alter iam cuidam tertio matrimonio alligatur, filios secun
di huius matrimonij reddit spurios: qui tamen ab his parenti
bus alendi sunt, ⁊ consequẽter filie dotande: non autem institui
possunt. U. F.

1 ☞ Matrimonium clandestinum cõtractum per verba de pre-
senti inter non sibi attinentes an sit legitimum: ⁊ an sic contra-
hentes sint veri coniuges.
2 Matrimonium dicitur prohibitum inter sibi attinentes vsq
ad quartum gradum inclusiue.
3 Matrimonium clandestinum an per dictum viri aut mulieris
probetur.
4 Proles ex matrimonio clandestino procreata an possit esse le-
gitima.
Filius natus ex matrimonio clandestino an faciat fideicommis
sum deficere, vel si excludat substitutum.
5 Dotis ⁊ alimentorum debita pariter ambulãt, ⁊ vnius ad alte-
rum an procedat argumentum.

¶ De incest. ⁊ nupt. Consi. ccx.

Licet honorat' germa-
ni ⁊ Jãneta la noble peccauerint, ⁊ cõ sacros ca-
nones ⁊ ecclesiasticas p̃hibitiões venerint in cõ
1 trahẽdo clãdestinũ† matrimoniũ p verba de p̃-
senti: si tñ nõ sibi attinebãt in gradu prohibito,
fuit verũ matrimoniũ inter eos cõtractũ, ⁊ fuerũt ipsi veri con-
iuges: p id qđ post cõmemorationẽ qnq aut sex facientiũ matri
moniũ clandestinũ no. Hosti. in.c.j. de clãdest. desponsa. Quo fit
vt nõ solũ Lud. q ex dicto mrĩmonio, ⁊ p̃fatis Honorato ⁊ Jan
neta post mrĩmonij solẽnisationẽ suscepta dr: sz etiã Cõstãtia di
cat fuisse filia legitima eorũdẽ Honorati ⁊ Jãnete. Cui dicto nõ
2 obstat.c. cũ inhibitio.§. si qs vero, de clãde. despõsa.† Qm̃ rñdeo
ꝙ ille.§. loquit̃ de cõtrahentib' matrimoniũ clandestinũ in casu
de iure p̃hibito: vt verbi grã, si illi q sic clãdestine cõtrahũt sibi
attinerẽt in scđo, aut tertio, vel quarto gradu parẽtele: q vsq
ad hũc quartũ gradũ inclusiue sunt mrĩmonia p̃hibita. d.c. cuz
inhibitio, in prin. ⁊.c. nõ dz, de cõsang. ⁊ affi. Dicte igit̃ filie fue-
rũt ⁊ sunt naturales ⁊ legitime. Quo fit vt excludant ⁊ repellãt
ac excludere ⁊ repellere debeãt honestã mulierem Antonetam
Hermane, prefato Honorato eius fratri substitutã si sine libe-
ris naturalibus ⁊ legitimis ab humanis decederet: ⁊ hoc pro eo
q deficit cõdictio, sub qua eadẽ Antoneta substituta extiterat:
ergo repellenda est: q quemadmodũ conditionalis dispositio p
euentum conditionis effectũ sortiri solet.l. cedere diẽ.ff. de ver-
bo. sig.l. qui heredi.§. fi.ff. de condi. ⁊ demõ. ⁊.l. pecuniã.ff. si cert.
pet. ita per defectũ cõditionis euanescit dispositio: per id quod
habetur in.l. suus quoq, ⁊.l. lucius titius.ff. de here. insti.l. qui li
3 beris impube.ff. de vulg. ⁊ pupil. cũ suis simi.† Et si fortasse par
te dicte Antonete opponat̃ de matrimonio cõtracto inter dictũ
Honoratũ ⁊ quãdam aliã: ⁊ qđ propterea matrimoniũ cõtractũ
inter eundem Honoratum ⁊ prefatã Jannetam, vtpote poste-
rius nõ valuerit: cũ eadẽ Janneta duos maritos seu viros eo-
dem tpe habere non potuerit, dico ⁊ respõdeo qđ dicta Antone
ta p̃bare debebat prioritatẽ matrimonij p ipsum Honoratum
cũ illa alia muliere vt pretenditur cõtracti: q hoc est fundamẽ-
tum sue intentionis ergo ⁊c.l. actor. C. de proba. ⁊.l. si quis. C. de
fabricẽ. lib. xj. ⁊ quod plene no. Bar. Jo. de imo. Alex. de imol. et
doc. in.l. hoc iure.ff. de verb. obli. ⁊ per hec patet respõsio ad que
4 sitũ.† Ceterum si fortasse p̃bari non possit dictum matrimoniũ
clãdestinũ q tamẽ post aliud pretensum matrimoniũ, qđ scz di-
citur fuisse contractũ per ⁊ inter dictã Jannetã ⁊ quendã alium
dictus honoratus, qui tempore huiuscemodi pretensi matrimo
nij absens erat, contraxit in facie sancte matris ecclesie, ⁊ cũ licẽ
tia sui superioris matrimonium cum hac Janneta, dico quod

etiam si dictum pretensum matrimonium fuisset verum matrimoniũ: si tamẽ idẽ Honoratus hoc ignorabat, proles cẽseretur legitima ratione huius ignorãtie, per id qđ not. glo. ⁊ doc. communiter in. d. c. cũ inhibitio. §. siqs vero, sup verbo si ambe partes: qđ intelligo non solum quoad Ludo. post huiusmodi matrimonium susceptam: sed etiã quoad Constantiã, ar. c. tanta, qui fil. sint leg. Ex quo infertur qđ etiam isto casu deberẽt dicte filie ⁊ earum quelibet excludere substitutum. Ubi vero probaretur qđ idem Honoratus ante dictum pretensum matrimoniũ: in facie sancte matris ecclesie per eum cũ dicta Janneta contractum habuisset notitiam de matrimonio p ipsam Jannetã cũ alio cõtracto per verba de presenti: ⁊ sic quod ipsi ambo sciuissent, tunc non possent dicte filie defendi tanq̃ legitime propter defectum probationis: sed potius cẽserentur adulterine: ⁊ ita non viderẽtur excludere dictam Antonetã substitutã. l. generaliter. §. cum autem, ⁊ qđ ibi doc. C. de insti. ⁊ substi. ⁊ non solũ non viderẽtur posse excludere substitutã ab assecutiõe vniuersalis fideicommissi p Honoratũ seniorẽ sibi relicti: sed nec a successione dicti Honorati iunioris: pro eo q2 licet potuerit idẽ Honoratus iunior detrahere duas quartas, scz legitimã ⁊ trebellianicam, de bonis dicti quondã eius patris: iuxta theoricã quã ponit glo. Bart. ⁊ doctores in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inof. testa. gl. Bart. ⁊ docto. in. l. quãquam. C. ad. l. fal. pro quorũ dicto bene facit. c. raynaldus, ⁊. c. raynutius, de testamentis: potuerit q3 de huiuscemodi duabus quartis, ⁊ de bonis aliũde acquisitis, quã ex paterna successione, alias disponere ⁊ testari: non tamẽ videretur potuisse heredes instituere dictas filias, si supponeremus eas fuisse adulterinas, aut. quibus modis naturales efficiũtur sui. §. fi. coll. vij. ⁊ trãssumptiue in aut. ex complexu. C. de incest. nup. Quis ⁊ ipse ⁊ mater secundũ canonicã equitatẽ tenerentur eas alere. c. cum haberet, ⁊ qđ ibi per doc. de eo, qui dux. in matri. quã pol. per adul. ⁊ qđ no. Bar. ⁊ doc. in. d. aut. ex complexu,
5 ⁊ tam Bar. quã alij in multis alijs locis. † Teneretur etiã idem Honoratus eas dotare: q2 qui tenetur alimentare tenetur ⁊ dotare: pro eo q2 dos succedit in locũ alimentorũ, vt no. Bar. in. l. meuius. §. duobus, vbi etiã Jo. de imol. ff. de legat. ij. ⁊ do. Prepositus in. d. c. cum haberet: ⁊ cum dictus Honoratus teneret alere ad hoc etiã teneretur heres eius, si quẽ aliũ haberet, argumen. eius qđ habetur in. l. si quis a liberis, agnoscẽdis, ⁊ q3 no. Cynus ⁊ post eum doc. in. l. alimenta. C. de nego. gest. quatenus volũt q3 quẽadmodũ pater tenetur alere liberos: ita ⁊ successor patris. Ergo si pater teneatur imo q2 tenetur, saltem de canonica equitate, que vbiq3 seruãda est: vt no. Panor. in. d. c. cũ haberet, alere liberos spurios: ergo ⁊ ad hoc tenetur eius successor: ⁊ pro hoc refert Bartho. Soci. in. l. marcellus. §. res que, se vidisse cõsultum per doctissimos viros: scz qđ sicut pater tenetur alere liberum spuriũ, per predicta, ⁊ quod notat Bartol. in. l. fin. ff. de his quibus vt indig. ita ⁊ patris successor tenetur: ⁊ si tenetur alere, ergo ⁊ dotare: ⁊ per id quod not. Barto. ⁊ Joã. de imol. in p. l. meuius. §. duobus. ff. de lega. ij.

¶ Argumentum.

¶ Admisso in canonicatum per competitorem postea per sententiam expulso per capitulum reddi debent ea, que ipse iure introitus vel admissionis huiusmodi ecclesie soluerat. V. S.

1 ¶ Gabella, que soluitur per emptorem de contractu emptionis alicuius animalis morbosi, si postea dictum animal fuerit redhibitum, an debeat eidem emptori restitui, ⁊ solui per fiscũ vel Gabellarium, qui illam recepit: an per venditorem.
2 Capitulum admittens et recipiens quendam in canonicum: postea autem ⁊ expellens, an teneatur ad restitutionem illorum que talis deposuit pro tali receptione: vel illorum que donauit ecclesie.
3 Statuti dispositio illi conuenire non dicitur, cui non conueniũt illius statuti verba.
4 Statutum loquens de canonico recepto ⁊ admisso, videtur debere intelligi de vtiliter ⁊ vere recepto.
Statutũ debet secundũ ius commune interpretari, ne quis ex eo indebite damnum patiatur.
5 Res vendita cum pacto retrouenditionis fingitur non vendita: ⁊ an emptor teneatur ad onera talem rem comitantia, si illa redimatur.
6 Verbum debet, importat necessitatem.
7 Clericus secularis recedens ab ecclesia, cui bona contulerat an ⁊ quo pacto debeat retrahere bona collata.

¶ De episcopa. audien. Consi. ccxi.

Punctus questionis talis est. Egregius vir do. Licius fuit autoritate apostolica in canonicũ ⁊ prebendam receptus in metropolitana Aueñ. ecclesia: qui iurauit obseruare statuta ⁊ laudabiles cõsuetudines eiusdem ecclesie. In statutis vero inter cetera cauetur, qđ quilibet canonicus Aue. pro tempore per capitulum predicte ecclesie admissus ⁊ receptus pro vna cappa ecclesiastica siue paramento habendis, ⁊ ad seruitiũ ⁊ honorẽ dicte ecclesie metropolitane emẽdis ⁊ applicandis soluere ac realiter expedire teneatur capitulo eiusdem ecclesie quinquaginta scuta auri de francia: ⁊ qđ donec illa soluerit distributiones quotidiane retineantur per officiales capituli: ⁊ nullo modo eidem persoluãtur donec summam huiusmodi persoluerit. Qui quidẽ Licius post receptionem et admissionem de eo factam soluit ⁊ realiter eidem capitulo expediuit dicta quinquaginta scuta, ac p annum ⁊ multos mẽses habuit ⁊ recepit quotidianas distributiones. Demũ mota ⁊ suscitata lite seu controuersia contra eum per competitorem in canonica, ⁊ prebenda ius habere pretendẽtem, tres sentẽtias contra se reportauit: ⁊ per literas executoriales fuit a canonicatu ⁊ prebenda huiusmodi expulsus seu eiectus ⁊ amotus: qui propterea petit a dicto capit. dicta quinquaginta scuta sibi restitui ⁊ exsolui. ¶ Quesitum est an dictum venerabile capitulũ teneatur ad restitutionem dictorũ quinquaginta scutorũ. Et primo quidem videtur quod non, attẽto tenore statuti: cuius verbis, etiã si dura sint, videtur inherẽdum. l. prospexit. ff. qui ⁊ a quib. ⁊. l. j. §. si
1 is qui nauẽ. ff. de exerci. actio. † Pro. d. c. etiã facit, qđ licet gabella per emptorem de boue vel alio animali soluta eidẽ emptori restitui ⁊ solui debeat, si animal fuerit redhibitũ. l. debet, in fi. ⁊ qđ ibi Ang. ff. de edil. actio. ⁊ qđ no. Bal. in. l. fi. versi. Sed nunquid redhibitione facta. C. eo. titu. non tamẽ debet eidẽ emptori gabella huiusmodi restitui seu solui per fiscum vel gabellariũ qui illam recepit: sed per vẽditorem. d. l. debet, in fi. quod etiam
2 voluit Bal. in. d. l. fi. † Ergo a simili q̃uis canonicatus ⁊ prebenda antedicti fuerint a dicto Licio euicti, vel ipse ab eisdẽ remotus: non propterea videtur quod dicta quinquaginta scuta debeant sibi restitui. Preterea etiam facit pro dicto venerabili capitulo id quod not. Pau. de cast. ⁊ Alex. de imo. in. l. vẽditores. ff. de verb. ob. vbi dicunt, quod licet venditor se emptori obligauerit ad sumptus litis: ipse tamen ad gabellam, quam venditor pro re empta exsoluerat, nõ tenetur, si res vendita euicta extiterit. Etiam pro eodem venerabili capitulo videtur facere. c. nulli liceat. xij. q. ij. c. sunt qui opes. xvij. q. iiij. ⁊ cap. verum. de condi. appo. ⁊ auth. de monachis. §. si vero relinquens. collat. j. ⁊ quod secundum multas opiniones scribit glo. Inno. Host. Joã. and. Anto. de butr. Joan. de Imo. ⁊ alij multi in. c. quod a te. de cler. coniuga. Hostien. in summa. eodem tit. §. fi. glo. secundum cano. opiniones. ⁊ multi in cap. ex transmissa. de renunt. quatenus volunt quod si quis bona sua aut illorum partem ecclesie donauerit, ⁊ postea vel voluntarie vel autoritate iuris aut iudicis ab ecclesia discesserit, non sunt ei restituenda bona donata: sed remanẽnt penes ecclesiam, cui donauerat. Ergo a simili cum iste Licius facta de eo receptione ⁊ admissione ad canonicatum ⁊ prebendam dicta quinquaginta scuta exsoluerit dicto venerabili capitulo, non videtur quod propter euictionem canonicatus ⁊ prebende huiusmodi teneatur eidem venerabile capitulũ illa sibi restituere. Preterea cum per solutionem dictorũ quinquaginta scutorum idem Licius se liberauerit ab obligatione eorundem, ⁊ qua tenebatur propter dictum statutum: non videtur quod solutio ⁊ numeratio illorum eidem Licio actionẽ peperit ad illa repetendum. Sunt ⁊ alia que possent adduci pro defensione eiusdem venerabilis capituli. ¶ Econtra vero, ⁊ pro intentione dicti Licij videntur facere sequentia. Et primo quidem quia statutum prementionatum, ⁊ per quod adstringuntur quilibet dominus Archiepiscopus, Prepositus, Archidiaconus, Thesaurarius, Precentor ⁊ canoñ. pmoti ⁊c. seu admissi ⁊ recepti in dicta Auenioñ. ecclesia, loquitur non quidem de personis absolute: sed de personis qualificatis: ⁊ (vt taceam de reliquis) loquitur ⁊ disponit de canonicis. qđ scilicet eorum quilibet receptus ⁊ admissus teneatur ⁊ debeat soluere summã predeclaratã. Cum igitur idem Licius per sentẽtias contra se latas fuerit vel principaliter vel in necessariam consequentiam declaratus non esse canonicus predicte ecclesie: pro quanto scz fuit vt opinor declaratum, canonicatum prebendam spectare ⁊ pertinere aduersario, ⁊ ipsi Licio in illis nullum ius competijsse aut competere: patet quod eidem non competijt qualitas per
3 statutum predictum requisita: † ⁊ sic verba predicti statuti non eidem

eidem adaptantur:ergo nec illius dispositio.l.quarta.§.toties. ff.de dam.infec.l.si seruuz quis.§.non dixit.ff.de acqui.here.l.j. §.loquitur.ff.de aqua quoti.ꝛ esti.l.ita aūt.ff.de admi.tut.ꝛ.c.in dēnitatibus.§.pe.cum suis simi.de electio.in.vj.ꝛ qḋ ponit Roma.cōsi.ccccliij.ꝛ taz ipse, quā alij in multis alijs locis. Etiā pro dicto Licio facit, qꝛ verba legis ꝛ statuti debēt intelligi cū effectu, de peni.dist.j.§.hec autez verba.l.si p aliū.§.docere.ff.ne qs eū qui in ius voca.est.l.j.§.hoc aūt.C.cō.de leg.ꝛ.c.relatū,ꝛ q ibi gl um suis simi.de cleri.non residē. Cum igit statutū predictū loquatur de canonico in.d.Aue.ecclesia recepto ꝛ admisso cum effectu, nō de eo qui postea declarat non esse canonicus:ergo ꝛc. Preterea etiam pro dicto Licio facit qḋ not.Bal.ꝛ Sal.in.l.ij. C.de eunu.ꝛ Bal.l.nō est dubium.C.de lega.quatenus volūt qḋ gabella a statuto imposita pro cōtractibus, intelligitur de contractu valido, non de eo qui est nullus vel illicitus. Multa similia, que non cōmemoro, ꝛ pro quibus stāte statuto proxime mentionato non debet gabella, ponit Jo.bert.in suo tract.de gabel. in.iij.pte.viij.partis principalis.q.xv.q̄ videri poterūt, ad que etiam adaptant:per id qḋ habetur in.l.iiij.§. condemnatum, ꝛ qḋ ibi doct.ff.de re iudic.ꝛ qḋ no.Bart.in.l.j.§.ꝛ paruī.ff.qḋ vi aut clam:quatenus in predictis habetur sermo de sententia, in instrumēto publico, ꝛ alijs huiusmodi:qꝛ hoc intelligitur de va-
4 lidis, non de nullis. † Ergo a simili statutum loquens de canonico recepto ꝛ admisso, videret debere intelligi de eo q fuit utiliter nō inutiliter receptus ꝛ admissus:ꝛ q reuera vel erat canonicus, vel saltem non fuisset nec esset canonicus. Et videt hoc posse confirmari:pro eo quia statutum debet scḋm ius cōmune interpretari, ne quis ex eo indebite dānum patiatur.l.ij.C.de noua.act.ꝛ qḋ no.glo.Bar.ꝛ alij in.l.si.§.in computatione.C.de iur.delibe. Preterea pro dicto Licio videtur benefacere qḋ no. Cy.in.l.fi.§.sed quia nostra, ver.modo veniamus ad alia.C.cō. de lega.vbi dicit Cy. Pone consuetudo est in aliquibus partibꝰ qḋ si aliquis vendat rem cēsualem, emptor tenetur ad certū qd prestādum, qḋ vocatur reuolutio:quo supposito cōtigit casus qḋ quedam domina habēs castrū cēsuale cōtraxit matrimoniū cū titio:deinde apparuit qḋ matrimoniū nō tenet:querit Cy. nūquid maritꝰ teneat ad illas reuolutiones, seu pēsiōes:vel pone (dicit Cy.in premisso themate) qḋ sit cōsuetudo qḋ ꝓximior de sanguine retrahit rē alienatā in extraneos, nunquid tenebit emptor ad dictas pēsiones seu reuolutiones, si ꝓximior rem vēditam retrahat:ꝛ rūdendo dicit Cy.esse argumentū in.d.§.sed qꝛ nostra, qḋ non:qꝛ fingitur non vēdita:ꝛ vbi non tenuit matri-
5 moniū, fingitur nō fuisse ꝯtractū. † Et q̄uis aliqui moderni (vt dicit Cy.) videant distinxisse prout ipse refert:alij tamē dicunt indistincte illū non teneri:qꝛ vbi res mea est in presenti, si a me separetur ex causa precedenti, fingitur non fuisse mea.d.§.sz qꝛ ꝛ.§.sequenti:ꝛ sentētia istorū modernorū placuit Petro:ꝛ quaz sequitur Cy. Albe. Bar.ꝛ Mod.in.d.§.sed qꝛ.ꝛ Alb.in.j.parte statutorum.q.xcv.exordiē. Quid si statuto caueat qḋ alienās rē cēsualem vel fictualem ꝛc.ꝛ vt dicit Bald.in.d.§.sed qꝛ potestas euictionis tollit intellectū acquisitionis.l.postulāde.ff.ad tert. Cum igitur p dictas tres sentētias apparuerit ꝛ appareat dictū Liciū nō habuisse ius in canonica ꝛ pbēda pdictis:ꝛ ꝓpterea eū fuisse ab illis amotum:videt qḋ ipse nunꝗ debuerit dicta quinquaginta scuta. Preterea illud (vt opinor) videtur esse indubitatū, q dicta quinquaginta scuta fuerūt p cum dicto venerabili.cap.soluta cōtēplatione receptiōis ꝛ admissionis de eo facte in canonicū ꝛ prebendā:ꝛ que non erat alias eidē.cap.solutu rus:ergo cum ipse autoritate iudicis imo iudicū fuerit ab eisdem amotus videtur qḋ illa quinquaginta scuta debeāt sibi restitui.l.ij.§.vlt.ff.de do.ꝛ.c.fi quis incognitus.xvij.q.iiij.p quo faciūt.d.c.ex trāsmissa, de renuntia.c.qḋ a te, de cleri.non residē. ꝛ multa vtrobiqꝫ scripta seu inducta per gl.ꝛ doc.ad ostendēdū qḋ si quis bona sua aut partē bonorū alicui ecclesie donauerit:ꝛ deinde cōtingat illuz vel ꝓpria volūtate (licite tamen) vel autoritate iuris aut iudicis ab illa discedere, bona eidē ecclesie collata sunt sibi restituēda:pro quo etiā faciunt scripta p Bart.brixiē.in questionibꝰ dominicalibus.q.xviij.in.j.parte. Et quāuis aliqui senserint ꝛ dicant qḋ hoc fit de equitate canonica, ꝛ de iure poli:non de iure fori:ꝛ sic qḋ fiat de misericordia, non de iure stricto:cōtra hāc tū opinionē facit text.d.c.qḋ a te:vbi dicit qḋ possessiones ꝛ bona ecclesijs collata debēt recta via ꝛ sine contra dictione ad eos redire:vbi non ponit aliqḋ verbū sapiēs indulgētiā:quinimo ponit contrariū, dū dicit tex. Recta via debent
6 redire. † ꝛ maxime attēto verbo debēt, qḋ ex proximo significato importat necessitatem:prout not.glo.in cle.attendentes, de sta.regu.ꝛ Bar.in.l.iij.C.de pign.ꝛ quod debeāt de iure restitui tenuit do.Cardi.floren.in.d.c.qḋ a te.ꝛ idem voluit Panor.si bene attendant verba sua, posita scilicet, ver.tertio casus et distinctio ad quā verba illa referuntur. Que si procedāt in eo qui donauit vel tacite vel expresse:multo fortius vel saltem non minus videntur debere procedere in hoc casu, in quo iste Licius non censetur voluisse donare:sed potius soluere id ad qḋ existimauit se necessario teneri, ꝛ esse astrictum propter dispositionē statuti ꝓmentionati:ꝛ ita non presumitur voluisse exercere liberalitatem:pro eo qꝛ in necessitatibus nemo liberalis existit, vt dicūt iura vulgaria. Videt igitur qḋ dicta quinquaginta scuta debeāt eidem restitui. ¶ Preterea vbi dici posset voluisse exercere liberalitatē, ꝛ supponeretur qḋ non essent de iure scripto eidem restituēda:nullus tamē dubitat quin equū sit illa sibi restitui.c.si.xvij.q.iiij. Et ita voluit Hostiē. Jo.an.ꝛ alij multi in.d. c.qḋ a te, ꝛ de hoc nullus dubitat:quinimo etiā addūt doc.com-
7 muniter, † q si clericus secularis ab ecclesia, cui bona cōtulerat recedat propria volūtate (licite tamē) aut autoritate iuris vel iudicis:si sit pauper, bona collata sunt sibi de iure restituēda:et hoc fortius procederet in casu, quo iste Licius esset pauper. Et q̄uis super hoc dubio possint hincinde multa dici ꝛ scribi:mihi tamen videt qḋ huic Licio debeant dicta quinquaginta scuta restitui ꝛ solui:ꝛ sic qḋ ipse foueat cām potiorem, p rationes adductas ꝛ allegatas in scḋa parte:ꝛ qbus inspectis videt posse faciliter responderi illis, de quibus primo extitit oppositū. Fateor qḋ de ꝛ super isto articulo poterat fortasse dubitari, aut queri, an exactio dictorum quinquaginta scutorū censeri possit fuisse simoniaca, propterea de quibus scribūt docto.in.c. Jacobus, de simo.quatenus querūt an consuetudo vel statutum imponens recepto aut recipiendo in canonicū onus de soluēdo cappā aut aliud paramentum ecclesie in fauo rē diuini cultus sit validum vel inualidū. Super quo dicit Hosti.statutum seu consuetudinē huiusmodi esse omnino seruandā, ar.c.officij, ꝛ.c.fi.de testa.ꝛ c.fi.de his que fiūt a maio.parte.ca.ꝛ posset in hoc casu ante receptionē cautio exigi, ar.c.significasti, de elec.c.quesitū.j.q.iij.ꝛ c.de eulogijs.xviij.dist.ꝛ huius ratio est qꝛ isto casu deus videt permutare spirituale cū spirituali, ar.c.ad questiones, de rer.p muta.ꝛ hanc opi.Hosti.sequitur Jo.an.in.d.c.Jac.in nouella: vbi etiā idē voluit Cardi.Floren.ꝛ etiam ibi sequit Ant.de bu. Fateor qḋ Panor.sub verbo forte, videtur ibi sentire cōtrariū scꝫ qḋ statutū nō teneat:ꝛ in hanc partē videtur inclinare idem Panor.in.c.dilectus, el.ij.de simo. Sz qꝛ prima opinio videtur esse magis cōis, ꝛ habere famosissimos defensores:non puto qḋ Licius debeat super hoc insistere attento quod dictū statutum fuit editū autoritate apostolica, ꝛ per reuerendissimū do.tūc legatū habentē vt opinor magnas facultates etiam vltra facultatē legationis. Et vbi idē Licius pretēderet dictā exactionem fuisse simoniacā, ipse seipsum ligone suo percuteret:qꝛ non solū diceret do.eius aduersarios simoniam cōmisisse in recipiēdo dicta quinquaginta scuta:sed etiam seipsum dādo ꝛ soluēdo illa: ꝛ sic excluderet seipsum ab illorū recuperatione, ꝛ deberēt dari vel ipsi ecclesie, si nō tota deliquisset, vel pauperibꝰ. Pro quo allegasse sufficiat id quod ponit do.Cardi.flo.archiepiscopus in scḋa parte sue summe.tit.j.c.v.§.vij.de quo videri pōt qḋ no.in summa Angelica tit.de simo.c.simonia, ver. Septimo quo ad restitutionem ꝛc. Super quo vt iam dixi nolo me extendere:quia vt opinor non mihi videtur expedire quod ad hunc articulum concurrant partes predicte, aut earum aliqua. Sed dico vt predixi, ꝛ consulo quod fiat restitutio, causis superius allegatis. Que omnia dixerim sub correctione ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Tanti est amicitia, vt in quibus casibus defectum testamenti suppleat charitas propinquorum institutorū in eisdem quoqꝫ valeat amici intimi institutio. A. F.

1 ¶ Verbum volo, adiunctum infinitiuo importanti actum dependentem ex mera proferentis voluntate, an indistincte inducat dispositionem.

2 Verborum geminatio, parentum ꝛ amicorum cōuocatio, ꝛ mortis articulus indicat enixam testatoris voluntatem.

3 Testamentum factum tempore pestis coram minore numero testium an sit validum.

4 Tempus guerre inter homines, ꝛ tempus pestis equiparātur in materia testamentaria:ꝛ an solēnitas debita testamēto omissa istis temporibus infringat ipsum testamentum.

5 Diuersis opinionibus in materia testamentaria occurrētibus illa sequenda est que fauet testamento.

Testamentorum conseruatio publicā concernit vtilitatem.

6 Mulier an ꝛ quo casu sit testis idonea in testamento, aut materia criminali.

7 Amicitia grandis multum operantur in dispositionibus vltimarum voluntatum.

8 Dispositio testamentaria facta per sanguine aut magna amici/
tia coniunctum non potest dici ob defectum testium nulla: quia
sic absolute velle disponens presumitur.
Dispositio loquens de coniunctis, sibi locum vendicat in gran
dibus amicis.
9 Frater an possit in causis ciuilibus vel testamentarijs testifica
ri pro fratre. aut nepos pro patruo.
Edictum de testibus dicitur prohibitorium: quapropter po/
test quilibet esse ꝛ indifferenter testis, qui non est expresse pro/
hibitus.
10 Testium numerus supplere dicitur defectum fidei.
11 Testes varij diuersis verbis vel forma diuersa deponentes,
dummodo in eundem finem tendant, non dicuntur diuersa de/
ponere.
12 Verborum diuersitas non est in testimonijs curanda: sed ea/
dem significatio. Nam ꝛ euangeliste diuersis verbis acta christi
recitant.
Testes per eundem premeditatumq; sermonem deponētes red/
duntur suspecti.
13 Testes adhibiti ad relationem verborum ab alio prolatorum
non debent varijs verbis referre, sed etiam in cortice verborum
concordare.
14 Testes testamentarij an necessario ꝛ formaliter debeant esse ro
gati: vel si sufficiat quod sint adhibiti.
15 Dispositio testari intendentis, aut volentis vt testamentū non
valeat, an possit valere vt fideicommissum, vel codicillus.
16 Vehemēs ardor liciti amoris testatoris ad illum, cui relinquit
dicitur vim clausule codicillaris habere: estq; clausule deroga/
torie reuocatorius.
17 Balbutiens infirmus, ꝛ qui non valet articulate vel expedite
loqui an possit testari.
18 Testamentum factum ad suggestionem seu interrogationem
alterius an sit validum.
19 Heres dicitur naturaliter obligatus ad legata in testamento
etiam minus solēni relicta: similiter ꝛ venientes abintestato he/
redi scripto.
20 Obligatio naturalis est duplex.
21 Institutus in minus solenni voluntate an possit in foro consciē
tie ꝛ via poli res hereditarias per eum possessas retinere.
22 Ubi testes sunt ad perpetuam rei memoriam examinandi an
necessario sint citandi illi quorum interest.

¶ De testamen. Consi. ccxij.


Upposita narratione
dispositionis, quā fecisse dicitur nobilis quon/
dam vir Renatus chateau ciuis aquen. eliciun
tur ex depositione huiusmodi dubia sequentia.
Primū est an dictus renatus censeat̄ nō solum
voluisse testari, vel alias disponere de bonis suis: sed etiā cēsea/
tur ꝛ censeri debeat de bonis hmōi extitisse testatus, vel alias p
vltimam voluntatē disposuisse. Secūdū an supposito qd̄ nō so/
lum voluerit idem quondā Renatus testari, vel alias p vltimā
voluntatem disponere de bonis suis: sed etiā hoc fecerit, value/
rit ꝛ valeat in vim testamenti dispositio per eū facta, ꝛ que facta
narratur in casu exhibito: anve eidem obstet defectus testiū ido
neorum, aut alia, de quibus infra plenius dicet̄. Tertiū an sup/
posito, citra preiudiciū veritatis, qd̄ dispositio predicta non va
luisset aut valeret iure testamēti, valeat saltem ꝛ valere possit iu
re fideicōmissi: ꝛ an huic dispositioni testamētarie aut fideicom/
missarie in aliquo refragetur qd̄ tempore illius idē quondā Re
natus erat grauiter infirmus, ꝛ morti pximus: ꝛ non ex se, sed
ad alterius interrogationē respōdendo videatur disposuisse, si
disposuisse cēseatur. Quartum an supposito qd̄ nec iure testa/
menti nec iure fideicōmissi valere posset dicta dispositio, ex illa
saltem orirer̄ naturalis obligatio, ꝛ ex ea retentio, ꝛ exceptio ad
uersus petitionem hereditatis. ¶ Ad que dubia respōdeo bre/
uiter ꝛ succincte, ꝛ salua rectiore sententia cuiuslibet domini me
1 lius sentiētis, prout infra. ¶ Et primo ad primum dico ꝛ respon/
deo, qd̄ istud dubiū oritur ex eo qꝛ verbum volo, adiunctū ver/
bo infinitiui modi importātis actum p ipsum, qui se velle dicit,
explicandū nō disponit regulariter: ꝛ hoc siue actus huiusmodi
nō depēdeat a mera volūtate ipsi⁹ volētis, siue ab ea depēdeat.
Primum cōfitentur oēs, vt pōt colligi ex his que not. Bart. in
repetitione. l. j. vbi etiam alij. C. de summa trinitate ꝛ fi. cath. gl.
Bar. ꝛ alij in. l. serui elec. ff. de lega. j. Quo vero ad secundū, quā
uis Bar. in. d. l. j. ꝛ in. d. l. serui electione, in prin. illud limitet vt
nō pcedat in vltima volūtate: sꝫ tūc dispositionē inducat verbū
volo. l. pamphilo. §. propositū. ff. de lega. iij. Bar. tñ in hoc com/
muniter impugnatur: quatenus in dictis locis sentit qꝫ verbū
volo, indistincte dispositionem inducat in vltima voluntate: qd̄
etiā sensit ipse Bar. in. l. gerit, col. iij. vel. iiij. ver. quero qd si con
uocatis amicis. ff. de acqui. here. ꝛ in. l. si. ff. de testa. vbi videtur
ipse limitasse per se scripta in. l. j. ꝛ. l. serui electione, in princi. su/
perius allegatis: ꝛ intellexisse. d. §. propositū, aliter qꝫ in dictis
locis intellexerit. Pro quo facit. l. diuus. ff. de testa. mili. ꝛ. §. pla
ne. insti. eo. tit. ꝛ vt videtur doct. in hoc cōmuniter se resoluunt,
qꝫ sententia Barto. que ponitur in. d. l. j. ꝛ in. l. serui electione. in
prin. non probatur in. d. l. pamphilo. §. propositum, pro eo qꝛ in
tex. illius. §. multa cōcurrebāt, propter que verbū volo, videbat̄
inducere dispositionē: ꝛ que ad hoc vt dispositionē inducat pon
2 derant doct. in. d. l. serui electione, ꝛ in multis alijs locis. ¶ Pri/
mo concurrebat ibi cōuocatio amicorū facta ad hunc finē: vt di
cit ibi tex. in verbo accersitis amicis: per quā conuocationē ap/
paret deliberatio disponere volentis, ꝛ hoc pōderat Bart. in. d.
l. gerit, col. iiij. versi. quero quid si conuocatis. Secūdo concur/
rebat aliud, scꝫ qꝫ ille de quo est ibi sermo erat miles, ꝛ constitu/
tus in articulo mortis: qd̄ etiā pōderat text. ver. contubernarij,
iuncta glo. Tertio cōcurrebat verborū geminatio, que multum
operatur, ꝛ declarat enixā voluntatē. l. balista, in prin. ff. ad tre/
bel. ꝛ ar. eius quod dicit Bar. in. d. l. cū scimus, in fi. C. de agrico.
ꝛ censi. lib. xi. quarto quia ibi post relationē verborum, de quibus
ibi, fuit interrogatus infirmus ille, an sic vellet prout scriptum
erat qui dixit qꝫ sic. Quinto qꝛ ibi disponebatur erga contuber/
nalē: ꝛ sic erga personā verisimiliter dilectā: dilectio vero multū
operatur, vt infra dicetur. Cū igitur hec omnia resultēt ex. d. §.
propositum. ꝛ ea pōderentur per doct. patet qd̄ sententia Bart.
de qua in. l. j. ꝛ in. d. l. serui electione. volentis qd̄ in vltimis volū
tatibus verbū volo, adiectū infinitiuo importanti actum depē/
dentē ex mera volūtate pferētis indistincte disponat, nō proce/
dit nec probatur per. d. §. propositū. Et ita videt̄ quod dictus
quondā Renatus non fuerit testat⁹ nec alias de bonis suis. Sꝫ
his non obstātibus, que vt puto reuera non obstāt dico ꝛ rñdeo
qd̄. d. quōdā Renatus nō solū testari, aut alias de bonis suis di/
sponere voluerit: sed qd̄ etiā hoc fecerit. Non enim ex illis, que
tunc egit, solum apparet quod ipse voluerit aut proposuerit te/
stari, vel alias disponere de suis bonis: sed etiam concurrerunt
multa, propter que censendus est disposuisse. Et primo quidem
grauis infirmitas: ꝛ qꝛ tēpore facte per eum rñsionis erat in ex/
tremis. Quod si dicant doct. ponderari in casu. d. §. propositum.
erit consequenter ꝛ in nostro ponderandum: qꝛ vtrobiq; subest
eadem ratio: ergo ꝛ idem ius. l. illud. ff. ad. l. aqui. c. ij. de transla.
prelat. ꝛ. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nupt. Secundo cōcurrit
quod dictus Renatus fuit interrogatus an testari vellet, ꝛ quē
vellet facere heredem: ꝛ qui ad primum respōdit quod sic: ad se
cundum vero respondit quod volebat instituere vel relinquere
heredem compatrem ꝛ socium suū, quem suppono fuisse nobilem
Joannem Massonelli: ꝛ hoc sepe repetijt: quam responsionem
ponderant Alex. de imo. ꝛ Lancel. dec. in. d. l. serui electione. Et
videntur interrogatio ꝛ respōsio huiusmodi multū ponderan/
de: qꝛ per eas apparet de voluntate respōdentis se velle testari:
ꝛ maxime in hoc casu, in quo apparet quod idē Renatus inter/
rogatus an vellet heredem instituere vxorē suam, vel sibi, ꝛ qui/
busdam alijs aliquid relinquere, vel legare, respondit qꝫ nō, vel
nihil dixit. Tertio etiam concurrit quod ipse quondam Rena/
tus non solum respondit se velle heredem relinquere vel heredē
esse dictum Joannem Massonelli: sed etiam de hoc pluries ro/
gauit presentes vt recordarentur: quod non fecisset, nec fecisse
presumēdus esset, nisi reuera voluisset ꝛ intendisset per illa ver
ba per eum respondendo prolata disponere de bonis suis: quia
alias erat frustratoriū ꝛ omnino inutile rogare testes de testa/
mento vel alia dispositione non tunc, sed alio tempore per eum
fienda. Et hoc ponderat Bar. in. d. l. gerit. vers. quero quid si cō
uocatis amicis ꝛ pluribus testibus quis dixerit sitis testes. Ut
igitur adiuuetur huius tunc morientis voluntas, ꝛ ne pereat,
presumendum est quod ipse intenderet ꝛ intendebat disposuisse
per responsionem per eum factam ad interrogationem, ꝛ quod
rogauerit testes vt de ea recordarentur, ne defectu probationis
periret. ar. l. quoties. ff. de reb. dub. ꝛ. l. quoties. ff. de verb. oblig.
Quarto cōcurrebat quod dicti nobiles Massonelli ꝛ Renatus
erant compatres: ꝛ vt audio magna amicitia inter se coniuncti:
que pptere a est multū pōderanda: ꝛ que vt videt̄ pōderat̄: in. d.
§. ppositū. Illā etiā pōderāt doc. in. d. §. serui elect. Esto igit̄ qꝫ
dictū Bar. positum in. d. l. j. ꝛ in. d. l. serui electione. non procede/
ret indistincte: ꝛ sic quod iuste reprehenderetur ab alijs docto/
ribus, quatenus videtur ibi voluisse quod verbum volo, adiun/
ctum infinitiuo importanti actum dependentem ex mera volun
tate proferentis, indistincte inducat dispositionē in vltima vo/
luntate: hoc tamen non refragaretur huic casui: in quo (vt pre/
dixi

dixi) multa concurrerunt, quẽadmodum ꝛ in. d. §. propositum. Per que videtur satis apparere quod non proposuerit vel predixerit dictus quondã Renatus se velle testari, seu alias de bonis suis disponere: sed qđ re vera testatus extiterit, aut alias de bonis suis disposuerit.
3 ¶ † Pro declaratione scđi quesiti presuppono, vt ponitur in casu mihi transmisso, quod tempore dispositionis de qua supra vigebat in Aquensi ciuitate vel pestis, vel alia infirmitas: que qꝛ pestis reputabatur, metu eius homines non audebant visitare infirmos, nec ad eos accedere. Quo supposito fiat in hoc difficultas: an nõ obstante quod in dicta dispositione nõ interuenerint nisi quinqꝫ testes masculi, valuerit, nihilominus dispositio huiusmodi iure testamẽti: ꝛ sic an ꝑpter hanc infirmitatem censeatur esse aliquid remissum de solẽnitate iuris cõmunis. Super quo articulo sunt opi. Bar. enim Raph. Fulg. Pau. de ca. Franc. de are. Alex. de imo. ꝛ multi alij in. l. fi. C. de test. videntur voluisse quod de solẽnitate numeri testiũ nihil sit remittendum propter pestem: ꝛ vltra hoc refert Fulg. in vna lectu. in. d. l. fi. quod domina Aquila, vxor do. Signoroli de homodeis de mediolano, peste infecta, ꝛ propterea non valens habere testes, fecit se portari extra domuꝫ in viam publicam, vt ibi testaretur habens audientes suam voluntatem. Multos cõmemorat do. Jas. in. d. l. fi. ver. contrariam opinionem ꝛ partem secuti sunt. Sed contrariam opinionem tenuit Bal. in. d. l. fi. dicens quod si propter mortalitatem, vel alium casum repentinuꝫ non possint haberi nisi quinqꝫ testes: nihilominus testamentum in presentia illorum factum valeat: ꝛ dicit Fulg. in. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codic. quod hec opinio videtur equior: ꝛ cum qua transire videtur: ꝛ pro hac opinione prestat bonum. arg. d. l. fi. in qua propter necessitatem videtur dispensari super solennitate ꝛ numero testium. Hoc ergo etiam videtur fienduꝫ in casu pestis: cum sit vtrobiqꝫ eadẽ ratio: ergo idem ius esse debet. l. illud. ff. ad. l. aquil. ꝛ. l. libertum. §. senatus. cum suis si. ff. de ritu nupt. Et si forte dicatur quod in. d. l. fi. sola necessitas nõ est sufficiens causa, nisi etiã cũ ea concurrat simplicitas rusticana: ꝛ quod propterea nõ facit pro dicto ꝛ sentẽtia Bal. saltẽ pro Bal. facit tex. in. l. fi. ff. de testa. mil. ꝛ in. l. j. ff. de bon. poss. ex testa mili. vbi existens in actu guerre, dato qđ non sit miles, potest testari
4 cum minore numero: † ꝛ nos habemus qđ tempus guerre vigẽtis inter homines, ꝛ tẽpus mortalitatis seu pestis equiparãtur: qꝛ tunc censetur esse bellũ inter deũ ꝛ homines: sicut enim tempore guerre non currit prescriptio, ita nec tempore pestis: ꝛ ita hec tempora notabiliter equiparat Bart. in. l. naturaliter. ff. de vsucap. ꝛ canoñ. in. c. ex transmissa. de prescrip. istam opin. Bal. etiam tenuit Cuma. in. d. l. conficiuntur. §. codicilli. dicens eam esse equiorẽ ꝛ humaniorem: illã etiam late sequitur Flor. de sctõ Pet. in. l. milites. per illum tex. C. de testa. mili. qꝛ sicut militi in conflictu belli testãti remittitur solennitas: ita ꝛ instante tẽpore pestis: cũ illo tẽpore verisimiliter plures haberi non possint: idem tenet Alex. de imo. in. l. scriniarios. per glo. ibi positam. C. de testa. mil. ꝛ ibi plus tenet quod tẽporẽ pestis valeat testamentum etiã factũ coram duobus testibus: prout etiam fuit de mente Flor. in. d. l. milites: pro ista sententia inducit do. Jas. may. in d. l. fi. multa fundamenta: qui etiam eam sequitur: ꝛ pro ea multũ
5 facit, ꝛ facere videtur in actu practico, † qꝛ in dubijs opinionibus tenenda est illa que fauet testamento. l. si pars. in princ. ff. de inoffi. testa. ꝛ arg. eius qđ habetur in. c. fi. de re iudi. qꝛ causa conseruationis testamẽti concernit publicam vtilitatem. l. vel negare. ff. quemad. testa. aperiã. ꝛ ꝙ no. glo. in. l. gallus. §. quid si is. in vers. vtilitatem. ff. de lib. ꝛ posth. Esto igitur quod in dicta dispositione non interuenerint nisi quinqꝫ testes: illa nihilominus vr̃ valuisse iure testamenti: ꝛ hoc pro eo qꝛ facta est tempore pestis, vel quasi. Fateor quod prima opinio videtur magis cõmunis: a qua propterea non fortasse videretur in iudicando aut consulẽdo discedendum, si aliud non subesset: sed in casu nostro aliquid subest, propter ꝙ (si nõ desipio) existimo esse a dicta cõi opinione discedẽdum. Cum qꝛ in dispositione de qua queritur non solum interuenerũt quinqꝫ, imo verius sex testes masculi: sed etiã quatuor honeste mulieres: qui videntur sufficere ad validitatẽ dicte dispositionis: etiam quoad hoc vt verũ sit illam valuisse, ꝛ
6 valere iure testamenti. ¶ † Qꝛ licet mulier non sit regulariter testis idonea in testamẽto: hoc tamẽ videtur fallere eo casu quo verisimiliter nõ possunt haberi plures masculi: prout videmus in criminalibus, in quibus licet mulier testis esse non possit in causa capitali. c. forus. ad fi. de verb. signifi. c. mulierem. xv. q. iij. tamen in testem admittitur quando per mares probari non potest, secundum Jo. and. in addi. Spe. tit. de teste. §. j. in additione que incipit, fertur Jacobus de are. ꝛ sequitur Alexã. de imo. consil. xxiij. vers. quod autem fine voluntate eius. in. ij. volu. facit bonus text. in simili. in cap. fi. de testibus cogendis. iuncta. l. quoniam liberi. C. de testibus. vbi idem deciditur de soc. crimin. ꝛ quod isto casu possit mulier esse testis in testamento, tenuit dominus Jas. in dicta. l. fi. Cum igitur in dicta dispositione interuenerint sex mares ꝛ quatuor mulieres, non videꝛ dici posse quod dispositio huiusmodi valere non possit iure testamenti.
7 ¶ † Preterea (vt predixi) dictus quondã Renatus ꝛ Joãnes Massonelli erant grandi amicitiã coniuncti: grandis autẽ amicitia multum operatur: vt colligitur ex his que notãt doctores in. l. exigendi. C. de procur. Bul. de Cun. in. l. sed ee. ff. eo. tit. Alexan. de Jmol. ꝛ plenius do. Jas. May. in. l. cum alienam. C. de lega. And. Barba. in sua Joannina. c. Raynaldus, char. lx. col. ij. versi. vndecimo. limita nisi esset magnus amicus, de testamẽtis, ꝛ in repetitione. l. cum acutissimi. fo. 4. col. iiij. versic. ꝛ si verbis daretur audacia. C. de fideicom. ꝛ consi. xxij. exordiente, Clementissimum Deũ oro ꝛc. Viso puncto ꝛc. in quarta parte. Et inter alia operatur grandis amicitia, ꝙ dispositio loquens de coniunctis sibi locum vendicet in grandibus amicis: prout est gl. in. c. requisisti, super verbo nec est, de testamẽtis: qđ colligit Panor. iuncta gl. in. c. ij. de testa. in. vj. ꝛ cõmemorat Barbatius in locis. s. alle-
8 gatis: ꝛ do. Jas. in. d. l. cum alienam. col. ij. † Cum igitur dispositio facta per sanguine aut cognatione cõiunctum valeat in fauorem coniuncti, etiam si in ea non interuenerint septem testes. l. hac consultissima. §. cum autem. C. de testamentis. ergo idem videtur dicendũ de dicta dispositione, vt scꝫ valeat etiam in vim testamenti, quamuis in ea non interuenerint septẽ testes masculi. ¶ Et si forte opponatur qđ venerabilis vir do. Christophorus Massonelli presbyter. alter ex dictis testib⁹, sit nepos dicti nobilis Joannis Massonelli, ꝛ qđ propterea non sit testis idoneus:
9 dico ꝛ rñdeo qđ istud non obstat: † tum qꝛ frater regulariter admittitur pro fratre in causis ciuilib⁹. l. j. §. j. ff. de testib. vbi habeꝛ qđ edictum de testib⁹ est prohibitorium: qui ergo prohibitus nõ est testificari est in testem admittẽdus: ꝛ qđ frater pro fratre admittatur in testẽ in causa ciuili, voluit gl. in. l. parẽtes. C. de testi. Idẽ voluit Azo in sum. tit. de testibus. §. itẽ persone, circa medi. §. gl. in. c. j. iij. q. v. Bal. in sua margareta, titu. de testib. §. nunquid frater. gl. in. c. cũ. R. canonicus, ꝛ. c. insinuãte. de offi. ꝛ deleg. ꝛ in. c. literas, de presump. ꝛ Spe. in tit. de testi. §. j. ver. Sed nunquid frater: ꝛ dicit Albe. vidisse hanc opinionem obseruari in causis multis. Hanc opinionem etiam dicit Bart. in. l. lex cornelia. ff. de iniur. esse cõmunem, Jo. And. in addi. Spec. tit. de teste. §. j. versic. Sed nunquid, Jo. de Jmo. in. d. c. insinuante, vbi dicit ita cõmuniter teneri: ꝛ idem vult Joã. de Jmol. ꝛ Panor. in dicto. c. cum R. canonicus ꝛ Bal. in dicta. l. parentes. Et quãuis aliqui contra senserint: hec tamẽ opinio videtur magis communis, nisi in quibusdam casibus exceptis, de quorum numero nõ puto esse casum occurrentem: ergo huic sententie est inherendum. l. j. §. creberior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. c. cognouimus, ꝛ qđ ibi Anto. de But. de verbo. sig. ꝛ quod notat Hostien. Joannes and. ꝛ alij in. c. j. de constit. ꝛ hoc maxime debet procedere in hoc casu, in quo non solum concurrit opinio gloss. scilicet vnius: sed etiam plurium glo. insuper ꝛ famosissimorum doctorum: quo casu non est dubiuꝫ: quin sit sequenda opinio glo. iuxta theoricam quam ponit Jacobus but. in. l. j. C. qui pro sua iur. iudi. da. darive poss. pro qua multa scribit dominus Felinus in dicto cap. j. de constitutionibus. Cuꝫ ergo in causis ciuilibus debeat frater pro fratre regulariter admitti: ergo multo fortius nepos pro patruo: cuiuscemodi existimo esse dictos dominos Christophorum ꝛ Joannem Massonelli: qꝛ inter tales censetur esse minor affectio, quam inter fratres: tamen etiam admitti debet dictus dominus Christophorus, pro eo qꝛ rogatus per dictum quondam Renatum interfuit dicte testamentarie dispositioni: ꝛ sic actus huius confirmandi plenam autoritatem habebat dictus Renatus. l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. ꝛ quod per illum. §. notat Salicetus in dicta. l. parentes. C. de testibus tum ꝛ quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod cognatio, que est inter dictos dominos Christophorum ꝛ Joannem Massonelli, aliquid diminueret de fide eiusdem do. Christophori: iste tamen defectus deberet suppleri propter numerum testium aliorũ. Jlli enim actui interfuerunt sex viri, ꝛ quatuor mulieres: ꝛ qui (vt dixi) factus est tempore mortis pestilentialis, ꝛ in quo mulieres censeri debent testes idonee testamento-
10 rum. † Debet igitur dictus pretẽsus defectus suppleri per numerum, per id quod not. Jacobus but. in. l. iij. post princ. ꝛ quod in dicta. l. not. glo. in. §. eiusdem. versic. numerus. ff. de testibus. Jo. and. in addit. Spec. tit. de noto. crimi. ꝛ fa. in additione incipiente, allegato supra ꝛc. Jo. de imo. in dicta. l. qui testamento. ꝛ Nicol. de neap. in. l. excusantur. in principio. ff. de excusa. tuto. qui pro hoc allegat. d. gloss. in. d. §. eiusdem. super versiculo numerus, dicentem quod illud quod deficit in fide testium supplet

numerus: & quam gl. dicit idē Nicol. non esse alibi. Pro premis-
sis facit quod no. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. cum ibi not. per
Bal. & doct. ff. de eden. facit etiam optime illud qđ voluit Rom.
consil. cccclxxvj. exordiente, In casu proposite consultationis:
vbi dicit quod licet fidei alicuius ex testibus detrahatur ratio-
ne affinitatis: nihilominus illa suspitio purgatur per alium ex
testibus deponentem, & non affinem: pro quo allegat tex. in. d. l. si
quis ex argentarijs, post principiū: multa facientia pro hoc po-
nit do. Jas. may. in authē. si vero contigerit. versi. primo ex eo q̄
not. Bal. C. de indi. Et eodem modo etiam respondeo ad id qđ
fortasse videretur posse opponi contra Joannem Porreti: qui
tempore testamenti erat seruitor seu domesticus & familiaris di
ctorum quondā Renati & Massonelli: & ipsius Massonelli tem
pore depositionis: q2 cum fuerit rogatus per dictum quondam
Renatum, non debet obesse dicta domesticitas. Preterea esto
quod illa de fide aliquid diminueret: debet tamen iste defectus
suppleri per numerum, vt predixi. Videtur igitur quod dicta
testamentaria voluntas impugnari non possit propter defectū
11 numeri testium. † Etiam nec videtur testamentum predictum
posse impugnari ex eo quod non omnes testes predicti videan-
tur vniformiter testificari aut deponere: pro eo q2 omnes testes
tendunt in vnum & eundem finem, scilicet quod dictus quōdam
Renatus interrogatus quem vellet facere heredem, respondit
quod compatrem suum, vel compatrem & socium: & hoc sufficit.
l. qui sententiam. C. de pen. & non est curandum si in verbis ali-
quatenus differunt: quinimo si per eadem verba formalia loque
rentur potius videretur suspecti, quasi loquentes eundem pre-
meditatum sermonem. l. iij. §. tu magis. ibi, eundem premedita-
tumq; sermonem, & quod ibi Bar. ff. de testi. & Bal. in. x. colla. tit.
12 de pace const. in princ. † Nec videtur curanda diuersitas in ver-
bis, dummodo idem significēt. ar. l. que extrinsecus. §. l. & j. si sub
vna. ff. de verb. obl. nec si vnus plura verba annectit quam alter
arg. c. cum marthe. §. j. de celebr. miss. Videmus enim quod bea-
tissimi Euangeliste, qui attestātur dicta domini & redemptoris
nostri Jesu Christi, varijs verbis referunt, & vnus plura refert
quam alius & ibi & in multis locis sanctorum Euangeliorum: &
tamen illi reputantur & vere sunt verissimi testes. Ad hec facit
tex. in. c. nihil. de verb. signifi. Et si secus diceremus, perraro vel
quasi nunquam per solos testes probari posset testamentum plu
ra capitula continēs. Non sunt etiam calumnianda dicta testiū,
prout dicit Jo. de imo. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de
verb. obl. Premissis non obstat id quod not. Ant. de but. & Pa-
normit. in. d. c. nihil obstat: vbi dicunt quod diuersitas in cortice
verborū, dum tamen detur idem intentus & eadem mens in sub-
stantia, non diuersificat dictum, nec contrarietatem inducit: &
quod ideo licet testes vel instrumenta plura de eodem facto cō-
fecta a diuersis idē narrent in substantia, licet per verba diuer-
sa, per hoc non vitiatur eorum dictum, quasi sint singulares vel
contrarij: & subiungunt hoc esse intelligendum verum, quando
13 formaliter non recitant verba vt ab alio relata: † q2 si recitarēt,
tunc exigitur quod cōcordent etiam in cortice verborum. Quo-
niam respondeo quod illud dictum procedit, quando agitur de
probandis verbis testatoris: vt q2 forte esset vis in verbis seu
forma verborum: & ita declarat se Anto. de but. in. c. cum ecclesia
sutrina. vers. venio ad glo. in verbo vacillasse, de causa possessio-
nis & proprietatis: vbi formaliter inquit, quod si testes variant
in mente & in verbis, non valet eorum dictum: vt ibi, sed si in so-
lis verbis eadem mente retenta, secus est: q2 ex hoc nō vitiatur
eorum dictum, vt ibi not. vbi Ant. de but. primo adduxerat. d. c.
nihil: & si bene attendantur verba exempli, de quo per Anto. de
but. & Panor. in. d. ca. nihil. clare deprehenditur quod testes in-
ducebantur non quidem ad probandum quod testator heredem
instituisset pone Sempronium, quod fieri poterat non solū per
verbum instituo: sed etiam per verbum heres esto, aut per ver-
bum Semproniū heredem facio, vel per alia verba directa, que
multa sunt, & colliguntur per doct. in multis locis, & signanter
Philip. de franco in repetit. c. si pater. in materia compendiose
substitu. de testa. in. vj. sed inducebantur ad probandum quod
testator testando dixerat ista verba instituo &c. Si ergo vnus di
xerit eum dixisse illa verba: alius vero quod dixerat facio &c. pa
tet quod isti non probant id de quo fuit articulatum, scilicet qđ
testator dixerat ista verba, instituo &c. Et quod aliqui testes di-
xerint eundem quondam Renatum fuisse interrogatū per no
bilem Margaillam, alij vero per domi. eius confessorem, paruz
refert: pro eo quia, vt deponunt multi singulis interrogantibus
respondebat: quod etiam fecerunt quedā mulieres, & hoc prius-
quam disponeret, vt predixi: propter quod non potest colligi ex
predictis testibus contrarietas, illa scilicet que debeat infrin-
gere dicta dictorum testium opportune conuenientium in sub-
stantia facte dispositionis per ipsuz Renatum testatorē. Etiam
nec videtur eidem testamentarie dispositioni obstitisse, quod
dicti testes non videantur fuisse rogati, cum non reperiatur di
ctum quondam Renatum eisdem testibus dixisse, Je vous prie
que de cecy vous souuiēne: hoc est, rogo vos &c. sed quod eisdem
testibus solum dixerit, Et de cecy vous en souuienne: hoc est, bo
14 rum mementote. † Quoniam respondeo quod ad validitatē te-
stamenti non requiritur quod testes formaliter rogentur: sed
sufficit quod ipsi adhibeantur: vt colligitur ex his que no. Bar.
in. l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. Bar. in. l. scien-
dum. vers. quid si dixit talibus testibus &c. vbi etiam Alexan. de
imo. vers. & subdit circa predicta Bar. ff. de verb. obl. pro quo al-
legat Alex. de imo. l. nulluz. ff. de diuortijs. & d. l. diuus. & quod ibi
Bar. & Bal. ff. de testa. milit. & q̄ not. Bald. in auth. rogati. C. de
testib. & Ang. in auth. de tabellionibus. in princ. Et hoc satis fe-
cisse apparuit & apparet dictus quondam Renatus, cum post
factam per eum responsionem illico eisdem testibus dixerit, Et
de cecy vous en souuienne: & ita aperte censentur ad illam testa-
mentariam dispositionem adhibiti. Et dicere opus fuisse verbo
rogamus, esset dicere legem esse verbis impositam, & nō rebus,
contra id quod habetur in. l. ij. in fi. C. commu. de legat. & in. c. cō-
15 missa. de electio. in. vj. † Venio ad tertium quesitum: in quo que-
ritur de duobus quoad primum videtur prima facie respondē-
dum, quod si dicta dispositio non possit valere iure testamenti,
etiam nec valere possit iure fideicommissi, aut codicillorum: pro
eo quia, prout apparet ex predictis, idem quondam Renatus
voluit testari, & quantum in eo fuit hoc fecit: quod colligitur ex
eo quia interrogatus an testari vellet, respōdit quod sic: & quod
faciebat heredem dictū nobilem Massonelli. Si igitur hec vo-
luntas non possit valere vt testamētum, etiam nec valere potest
vt fideicommissum, aut codicillus. l. non codicillum, & quod ibi
scribunt doct. C. de testa. & quod not. Barto. & doctores in. l. pri-
ma. §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus. in prosecutio-
ne illius brocardi, si non valet quod ago vt ago valeat & valere
potest: in quibus locis communiter concludunt, quod si dispo-
sitio testari intendentis & volentis non possit valere vt testamē-
tum, quod facere intendebat, nec etiam valet vt codicillus. Sed
his non obstantibus videtur in hoc casu cōtrarium esse verius,
supposito vt predixi quod dicti Renatus & Massonelli essent
intimi & grandes amici: pro eo quia grandis seu magna dilectio
eius, cui relinquitur, operatur hunc singularem effectum: scili-
cet quod dispositio habet vim clausule codicillaris, per id quod
not. gloss. singularis, que hoc sentire videtur in. l. in testamento.
ff. de fideicom. liber. & expressius Bal. inducens illam glo. in. l. si
iure. C. de manu. testa. & Roma. in consi. clxxix. exordiente, Am-
16 plissime doctor. † Dicunt enim quod vehemens ardor liciti amo
ris habeat vim dicte clausule: & idem voluit dominus Jason
maynus, in. d. l. prima. vers. quinto ibi, disponebatur erga perso
nam verisimiliter dilec. C. de summa trin. & fide catholica. & in. l.
exigendi. vers. secundo facit q2 ardor liciti amoris. C. de procur.
& in dicta. l. cum alienam. versi. Item secundum Fulgosium po-
test tex. intelligi in amico. C. de legatis. Et quamuis Bal. in. d. l.
si iure. dicat se non audere extendere id de quo ibi, nisi tractare-
tur de fauore libertatis: hoc tamen firmat Roma. in dicto cons.
clxxix. vbi etiam plus dicit, quod ardor liciti amoris habet vim
reuocationis clausule derogatorie apposite in primo testamen-
to: quod etiam sequitur domi. Jas. in. d. l. exigendi. subiungens
hoc esse multum notandum ad legem, si quis. in princ. testamen-
ti. ff. de legat. iij. Et si huiuscemodi magna dilectio operetur, vt
predixi, effectum clausule codicillaris, perinde est ac si dictus
Renatus dixisset, si non valet quod facio vt testamentuz, valeat
vt codicillus: quo casu non esset dubium quin valeret iure fidei-
commissi vniuersalis: & per quod censerentur proximiores ab-
intestato rogati de restituendo prefato Massonelli hereditatē
dicti Renati, secundum ea que habentur & scribunt doct. in. l. fi.
17 C. de codic. & in auth. ex causa. C. de lib. pret. vel exhere. ¶ † Ad
secundam vero partem eiusdem quesiti respondeo, quod dicte
testamentarie dispositioni non refragatur vel obstat, qđ eo tem-
pore, quo illa fuisse facta legitur, esset dictus Renatus positus
in extremis, vel alias esset graui infirmitate oppressus: quoniā,
vt apparet ex depositionibus predictorum testium, idem quon-
dam Renatus dici non poterat esse in extremis, cū bene, sapiē-
ter & articulate loqueretur, & etiā bene cognosceret assistentes, &
nominaret multos ex eis, & signanter quasdā mulieres. Etiam
interrogatus vbi vellet sepeliri respōdit, quod in conuentu fra-
trū predicatorū ciuitatis Aquensis. Non igitur ita fuit infirmi
tate oppressus, quin tunc testari potuerit. Non enim ad hoc vt
quis testari possit requiritur corporis sanitas: sz mētis integri-
tas. l. in eo. ff. de test. & q̄ no. Pe. de an. in. c. raynutius. sup verbo
in extremis,

in extremis,de testamētis.Pro quo facit textus nota.in.l.quoniam indignum.C.eo.tit.vbi probatur quod etiā si testator propter infirmitatem esset semimortuus,⁊ propterea nō posset nisi balbutiendo loqui, nō per hoc impediretur facere testm̄ efficax ⁊ validū,vt ibi probatur in vers.seminecis.⁊ qđ ibi gl.⁊ in versi. balbutientis.Et dicit Ang.ibi esse tex.singularē probantē iuncta glo.melius quam alibi, quod testari pōt semimortuus:sicut est ille qui habet linguā grossam ⁊ balbutientē:vt q᷑ in extremis laborat:dum tamen sanam mentē habeat.Ad quod facit.l.si pater.§.fi.ff.de fideicom.liber.⁊.l.milites.C.de testa.mili.qđ etiam no.Ang.in.l.in fraudem.§.j.ff.de testa.milit.Et dicunt Ang.⁊ Jo.de imo.in.l.in aduerse.ff.de testa. quod habens linguam ingrossatam propter infirmitatē,adeo quod sui sermonis sententia intelligibilis nō existat,testari nō potest, q᷑ est mortuo similis:⁊ ita ꝑm eos intelligitur.l.iubemus.C.de testa.secus vero est si lingua sit balbutiens, tamen intelligibilis, quāuis cum difficultate:q᷑ tunc valet testamentū:pro quo allegant. d.l.quoniam indignum.cum gl.Et isto modo, sc᷒ quod in.d.l.iubemus.accipiatur articulate loqui pro eo quod est loqui intelligibiliter:cōcludit etiam Romanus consi.cccvj.exordiente,Proposita consultatione hoc solum queritur ⁊c.quod etiam voluit Alexan.de imo.consil.xij.exordiente, Viso instrumento.versi. Nisi testator esset ita oppressus.in.j.vol.⁊ cōsi.xxiiij.exordiēte, Pōderatis verbis vltimi testamenti.vers.cōfirmantur predicta,in. iij.vol. Pro hoc etiam faciunt notata communiter per scribētes in.d. l.iubemus.post glo.super vers.quemadmodū:quatenus volunt testamentum illius valere, qui interrogatus an heredem institueret talem, pone Titium,respondit qđ sic:dum tamen ille sic respondens sit sane mētis:⁊ hec est cōmunis scribentium resolutio:quāuis Alber.papiensis:quem doct. ibi referunt post Joā. and.in addi. Spec.tit.de testa.§.j.vers.quid si is,aliter senserit: ⁊ hanc communem doct. sententiam etiam sequūtur Canoniste magis communiter in.c.cum tibi.de test.Unde cum dictus Renatus non appareat adeo fuisse infirmitate oppressus tempore dicte testamētarie dispositionis,quod ipse balbutiret,aut quod cum difficultate loqueretur:sed bene,sapienter ⁊ articulate:⁊ cū etiam non per alium,sed per seipsum heredē nominauerit,⁊ alia de quibus supra egerit,non puto esse hesitandū quin ipse testari potuerit,per predicta: quinimo ⁊ hoc fortasse fecisse potuisset si fuisset in extremis.d.c.raynutius.⁊ quod ibi And.Barb.super vers.in extremis.vbi multa scribit.¶ Sed nec dicte testamētarie dispositioni obstat quod dictus Renatus fuerit vt videtur
18 testatus non ex seipso,sed ad interrogationem alterius.†Quoniam respōdeo q᷑ ⁊ glo.in.d.l.iubemus,super vers. quemadmodum.⁊ doct.post eam.⁊ Bart.Jo.de imo.⁊ doct.magis communiter in.l.heredes palam.circa fi.princ. ff.de testa.Jo.de imo.⁊ multi canoniste in.d.c.cū tibi.de testa.⁊ Jo.and.in dictis addi. Spec.tit.de testa.§.j.vers.quid si is.in addi.exordiēte, Pileus, loquentes in casu in quo est longe maior dubitandi occasio, dicunt valere testamentū,si scilicet testator etiā infirmus interrogatus an talem,pone Titiū,heredem instituat,an ve ipsi relinquat,respondeat qđ sic:quo casu videretur hmōi interrogatio, vtpote quedam suggestio,impedire validitatem testamenti: co maxime q᷑ testator multū infirmus interrogatus,de facili ad omnia respondet quod sic,vel oui:⁊ tamen gl.⁊ doc. dicunt testamentum sic factum esse validum:⁊ illius validitati non obstare quod fuerit factū ad interrogationem alterius : ⁊ quod testator non nominauerit heredem:dum tamen appareat testatorē fuisse sane mentis.Ergo multo fortius non debuit aut debet in casu nostro obstare, in quo non est facta talis suggestio:sed solum quesitū a dicto quondā Renato,an vellet testari,⁊ quem vellet testari, ⁊ quem vellet sibi heredē instituere:qui ad vtrunq᷑ clare ⁊ opportune respondit,vt patet ex predictis.Potuisset fortasse de validitate dubitari,si dictus testator interrogatus, an volebat vxorem suam relinquere heredem,dixisset quod sic:quasi cōplacere voluisset,vel nō displicere socero interroganti,vel forte vxori etiā presenti: ⁊ isto casu posset dici procedere opinio Alb.
19 papien.sed iste non est casus noster ¶ †Ad quartum quesitum dico ⁊ respondeo q᷑ super hoc sunt opiniones. Quidā enim voluerunt quod queadmodum heres naturaliter obligatus est ad legata in testamento minus solenni relicta : ita ⁊ veniētes abintestato obligati sunt naturaliter heredi scripto, vel instituto in minus solenni voluntate:ita quod in vim huiuscemodi naturalis obligationis poterit heres institutus ⁊ possessor bonorū hereditariorū se defendere ⁊ tueri aduersus heredem abintestato: quemadmodum ⁊ hoc facere potest legatarius, cui legatum relictum est in minus solenni voluntate:dum tamen sine vitio rem legatam possideat, ⁊ hec fuit opinio glo. in.l.si post diuisionem. ⁊ in.l.cum quis.C.de iuris ⁊ facti ignorantia:⁊ hanc opinionem visus est sequi Bar.in.l.nemo.post medium.vers.reassumo ergo primum.ff.de leg.j.pro qua opinione inducunt glo.⁊ Bar. iura que possunt in dictis locis videri:que ꝓpterea non refero.Alia vero fuit opinio Bar.⁊ docto.cōmuniter in.d.l.si post diuisionē. volentium qđ licet ex volūtate minus solenni naturalis oriatur obligatio quoad legata,apta,nata ⁊ efficax parere exceptionē, in vim cuius potest legatarius,idemq᷑ possessor,se tueri aduersus heredem legatum repetentem: secus tamen est in hereditate:q᷑ quoad illā non est veniens abintestato naturaliter obligatus instituto in minus solenni voluntate : ⁊ hec est cōis opinio Barto.⁊ scribentium in.d.l.si post diuisionem.C.de iuris ⁊ facti ignorantia:hanc questionē posuit Bal.in.d.l.cum quis.vers.secunda questio est nunquid ex vltima voluntate non solenni ⁊c. ⁊ tandem.vers.decimo ⁊ vltimo,cōcludit pro hac parte, scilicet quod ex testamento minus solenni non oriatur naturalis obli-
20 gatio:†⁊ idem etiam voluit Bal.in.l.j.vers.super primo quesito videtur quod valeat testamentum ad pias causas : ibi, item ad aliam obiectionem de naturali obligatione.C.de sacros.eccl.vbi tamē dicit esse duplicem obligationem naturalem : vnā que stat in puris institie finibus:⁊ hanc no.Bal.oriri ex testamento non solenni,quanuis non sit ad pias causas : aliam vero que est precisa naturalis,⁊ que parit ius excipiendi,⁊ quandoq᷑ iudicis officiū:⁊ tunc si loquamur inquit Bal.in testamento non solenni ⁊ non facto ad pias causas,illud non inducit istā naturalē obligationem:⁊ sic ex isto testamēto nō solenni non competit ius retinendi:pro quo inducit Bald. l.si post diuisionē.⁊.l.fi.C.famil. ercisc.⁊.l.hac cōsultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.vbi expresse dicit tex.voluntatem non solēnem pro nulla haberi:⁊ id quod est nullū non parit naturalem obligationē : ad quem dicit Bal. non aduerterunt glo.⁊ si dicas inquit Bal. hic est volūtas,supple defuncti:ergo ⁊ naturalis obligatio.l.j.ff.de pact.respondeo cum Boetio,quod omnis actus perficitur ex duobus: volūtate scilicet,⁊ potestate:sed quanuis hic sit voluntas:non tamen potestas : ideo nec naturalis obligatio:⁊ idē sentit Bal.in.l.j.ver. ⁊ hoc casu hec lex non est vtilis heredi instituto in via fori. C.de testa.hanc etiam opinionem secutus est Jo.de imo. in.d.l.nemo potest.vers.in glo.potest repelli, vbi etiam Alex.de Jmo.versi. item inquantum Barto.hic nota. voluit quod licitum sit. ff. de legat.j.⁊ cons.lxx.vers.ad alia fundamenta per me adducta non respondet.in.ij.vol.⁊ Ang.de per.in.d.l.nemo.pro hac opi.⁊ cōtra eam multa inducit do. Jas.in.d.l. si post diuisionem ⁊ in allegata.l.nemo.versic.circa hec dicta Barto. queritur de pulchra ⁊ disputabili questione.Et licet Bart.⁊ dominus Jason multa fundamenta inducant pro parte affirmatiua , scilicet qđ ex testamento minus solenni oriatur obligatio naturalis.qđ etiā voluit Petr. de Anc.in repet.c.possessor.q.prima,⁊.c.peccatū, quest.vij.de regu.iuris,in sexto:communis tamen opinio est in contrarium:contra quam difficile esset obtinere.d.l.j.versi. crebrior apud veteres.ff.de officio questoris, ⁊ quod scribunt omnes in.d.c.j.de constitutionibus,Bar.⁊ Doctores in.l.fin.C.de pena.iudicis qui male iudicauit.Nec forte multū prodesset dictum Jaco.Butrigarij in.l.j.C.qui pro sua iurisdictione iudices dari dare ve possunt:q᷑,vt ex predictis colligitur,Bar.fuit in hoc varius:⁊ sic non videtur in hoc eius autoritas multū pōderanda , argumento eius quod dici solet de teste variante ⁊c.
21 †Non tamē nego,sed plane fateor quod institutus in minus solenni voluntate,si possideat bona ⁊ res hereditarias, potest illas in foro conscientie ⁊ in via poli retinere,vt etiā dicit Bald. in.d.l.j.C.de testamē.⁊ idem dicit Jo.de imol.⁊ Alex.de imol.in d.l.nemo:pro quo solet induci id qđ in simili voluit Jnn. de uicto iniuste per sententiam.in.c.quod sicut,de elect.⁊ in.c.plerūque,de immuni.eccle.⁊ per id qđ ponit Jnn.in.c.quia propter, de electio.⁊ in.c.si celebrat,de cleri.excom.minist.vbi dicit quod quādo actus valet de iure gen.vt verbi gratia q᷑ habet voluntatem ⁊ consensum partiū,lȝ non sit seruata forma tradita a iure positiuo:tamē est tutus in foro cōscientie:⁊ ideo infert quod electio facta de aliquo in prelatū per electores valet in foro conscientie:ex quo interuenit consensus gentium,quāuis nō fuerit seruata forma requisita a iure positiuo.Hoc dictū sequitur Panormitanus in.c.j.ad finem,de in integrū restitutione: vbi ex hoc generaliter notat,quod in omni actu, in quo est pretermissa forma requisita a iure positiuo:tamen in foro conscientie non debet quis sibi facere conscientiam,ex quo nō interuenit deceptio:sed consensus ⁊ voluntas requisiti a iure gentiū.Et idē voluit Geminianus in capitulo.j.in principio,de sponsalibus, in sexto,per illum textum probans,quod actus potest esse null' de iure positiuo,⁊ valere de iure gentium.Et idem voluit Petrus de Ancharano in dicto capitulo possessor,questione prima qui tamen hoc quod superius dixi,scilicet quod institutus in testamento minus solenni,idemq᷑ possessor, pōt in foro consciētie bona ⁊ res hereditarias retinere intelligit vt ꝓcedat quousq᷑

veniēs ab intestato petat illas sibi restitui: qꝛ postquam ceperit illas petere, non videtur posse in foro conscientie retinere. Io. vero. de Imo. in. d. l. nemo. vers. In glossa potest repelli ꝛc. dicit quod cum institutus inquietabitur a proximiore, succumbet: ꝛ quod oportebit eum restituere: nec poterit allegare se institutū, ex quo in minus solenni voluntate esset institutus: nec debebit ad probationem aliquam admitti, si fateatur se minus solēniter institutum. Ex quibus apparet quod, si nos supponeremus dispositionem dicti quondam nobilis Renati nec iure testamenti, nec iure codicillorū valuisse, aut valere tanquam minus solennem quoad vtrūqꝫ, ꝛ essemus in casu in quo oporteret disputare de naturali obligatione, ꝛ viribus illius: esset difficile obtinere: sed qꝛ vt predixi dicta dispositio videtur fuisse solennis, etiam quoad id vt valeat iure testamenti: ꝛ si eo iure non valeret, vt valeat iure codicillorum, non fuit opus recurrere ad hanc disputationem. ¶ Post scripta precedentia animaduerti ad quedā alia dubia vltra ꝛ preter dubia superius mentionata: quorū primum est, an authenticatio ꝛ publicatio testium auditorum ad perpetuam rei memoriam facta parte dicti Massonelli fuerit ꝛ sit rite ꝛ recte facta. Secundum si non est rite facta, ꝛ propterea sit inualida, qualiter ꝛ quomodo fieri debeat: ꝛ quid si fieret interrogatorium per partem aduersam super formalitate verbo-
22 rum, an poterit opponi quod sit captiosum. † Ad que respōdeo prout infra: ꝛ primo ad primum dico ꝛ respondeo in primis illud esse indubitatum, quod heres institutus in testamento nuncupatiuo facto coram testibus, ꝛ sine scriptura, petere potest qꝺ ad perpetuam rei memoriam citentur, ꝛ audiantur dicti testes de ꝛ super testamento, ꝛ his que fecit testator: vt sic auditis eis, postea publicentur ꝛ authenticentur dicta ꝛ depositiones eorūdem, vt in posterum si opus fuerit possit per has attestationes sic publicatas probari dispositio testamentaria, hoc probatur in. l. publicati. secundum vnum intellectum glos. C. de testa. ꝛ ita etiam potest intelligi. l. gesta. secundum vnum intellectū, quem ibi post glo. ponit Bar. C. de re iudi. Hec autem testium examinatio, publicatio attestationū, ꝛ authenticatio fieri debēt prius citatis illis quorum interest, ꝛ signanter illis qui ab intestato erant defuncto successuri. arg. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. iij. §. causa cognita. ff. de mino. ꝛ. l. si quando. C. de testi. l. j. §. denuntiare. ff. de ven. inspi. ꝛ quod not. Bar. in. l. si quis instituatur. ff. de here. instit. alias attestationes ꝛ publicatio huiusmodi fidem non facerent contra non citatos: vt communiter volunt docto. in. d. l. publicati. ꝛ facit quod not. Inno. in. c. significauit. ꝛ. c. Albericus, de testib. Nec sufficit quod tales citentur per proclama generale: sed opus est quod nominatim citentur, si tamen certi existant: ꝛ hoc dicunt communiter omnes scribentes in. d. l. publicati. idem etiam dicunt communiter in illo simili de quo habetur in auth. si omnes. C. si vt se ab here. absti. sed quoad incertos, vel eos de quibus non habetur notitia, dicit Bal. in. d. l. publicati. vers. sexto quero, quod sufficiat proclama generale: pro quo allegat. c. fi. de maiori. ꝛ obediē. ꝛ. l. si eo tempore. C. de remis. pig. ꝛ id quod not. Bart. in. d. l. si quis instituatur, ꝛ idem voluit Sal. in. d. l. publicati. ver. quero quarto, qui pro hoc allegat etiā l. cum quidam ita fideicommissum. ff. de legatis. ij. ꝛ idem voluit Philip. de cor. in. d. l. publicati. vers. in ea publicabitur hec voluntas: ibi, ꝛ si non erunt certi fiet generale proclama: vbi etiam allegat. d. authen. si omnes. ꝛ subiungit idem Philip. quod non requiratur libellus, vel litis cōtestatio: qꝛ hoc expeditur officio iudicis ad preparationē alterius iudicij: vt voluit secundū eum post Bal. Nico. de mat. in. l. repetita. C. de episc. ꝛ cle. Et qꝛ in examinatione, publicatione, ꝛ authenticatione factis parte ꝛ ad instantiā dicti nobilis Massonelli interuenerūt predicta, ꝛ alia vt opinor opportuna, existimo qꝺ authēticatio ꝛ publicatio predicte fuerint ꝛ sint valide: fuit eñ vocata ꝛ citata relicta dicti Renati, cuius forte putabaꝛ interesse quasi ab intestato esset alias successura in defectū cognatorū. l. vnica. C. vnde vir ꝛ vxor. fuit etiā facta diligētia in Aqueñ. ciuitate ꝛ p nuntiū curie de reperiendis agnatis ꝛ cognatis eiusdē quondā Renati: ꝛ deinde facta relatio qꝺ nulli cōperti extiterāt: tandē mandato. d. iudicis factū est proclama generale, per qꝺ vocati ꝛ iussi cōparere extiterunt oēs agnati ꝛ cognati, ꝛ alij si qui essent pretendētes habere ius in ꝛ super bonis ꝛ hereditate dicti quondā Renati: ꝛ deinde cōtumacia accusata, ꝛ postea processum ad examinationē ꝛ publicationē ꝛ authenticationē antedictas: qꝺ vt superius dixi fieri potuit. Nec propter superuenientiā cuiusdā pretense sororis dicti quondā Renati debent ista impugnari, quasi facta ea nō vocata: qꝛ vt dixi quoad eam, cū de ea notitia nō haberetur, sufficit ꝛ sufficere debuit proclama generale, prout superius dixi. Fateor enim quod si de ea fuisset habita notitia, illa debuisset nominatim vocari, etiā si fuisset in vrbe, vel Parisius: sed cum nesciretur, nō debuit nec debet huic nobili Massonelli imputari, qꝺ non fuerit nominatim vocata. ¶ Huic dicto nō obstat qꝺ notāt aliqui scribētes in. d. aut. si oēs. C. si vt se ab here. absti. qui ibi volunt qꝺ sententia lata super restitutione in integrū aduersus aditionē hereditatis nō noceat nō citatis, sed solis citatis. Quī respondeo qꝺ dicta doctorum hoc scribētium debent intelligi de nō citatis, qui tamen certi erāt: ꝛ propterea debuerūt nominatim citari: vel de nō certis, qui etiam nō fuerunt citati per proclama generale, ꝛ sic nullo modo: sed in casu nostro dicta pretensa soror erat incerta: ꝛ sic nō potuit nominatim citari: ꝛ tamē fuit citata generaliter per proclama. Si enim aliter diceremus, qꝺ publicatio ꝛ authēticatio facta iuxta dispositionē. d. l. publicati. fm vnum intellectū glo. non valeret nisi quoad citatos nominatim, frustratoriū ꝛ nugatorium esset doct. consilium: quinimo ꝛ mendax, dicentium qꝺ quoad incertos sufficiat proclama generale. Et per hec patet respōsio ad dictum primum quesitū, ꝛ etiam ad fm: scilicet qꝺ non sit opus facere aliam examinationem: ꝛ consequenter nec respondendū ad interrogatorium, de quo ibi: ꝓ etiam tanquā captiosum admitti non deberet. Sunt enim vt predixi dicta testiū iuuanda, ꝛ nō calūnianda: quod hic fieret. Potest enim esse verum qꝺ ego fui presens cum sex testibus, ꝛ audiui qꝺ Titius heredē reliquit Sēproniū, ꝛ de hoc firmissime recordor: non tū recordor an diceret instituo Sempronium, vel Semproniū heredē facio, aut Sempronius heres esto: aut qꝺ aliud verbum formaliter protulerit: ꝛ idem potest esse in meis contestibus, etiam viris optimis, ꝛ bene recordātibus qꝺ Titius Sēpronium heredē reliquerit, ꝛ nō recordantibus sub qua verborū formalitate: ꝛ hoc pōt quisqꝫ sentire in seipso. Sic igitur esset iniquū sub tali captione infringere defuncti voluntatem, quā sciūt, ꝛ de qua deponūt boni viri, ꝓpter non seruatā recordationē formalis verbi. Et ita mihi videꝛ. Que omnia ꝛc.

¶ Argumentum.

¶ Reuocatio validi testamenti decennio firmaretur: sed si interim confirmetur non reuocatio, sed ipsum testamentum, pro non facta habenda. V. F.

1 ¶ Primū testamentum an rumpatur per secundū inualidū.
2 Testamentum qualiter ꝛ quanto temporis casu tollatur.
3 Hereditas quare a seipso adimi non possit.
4 Institutio seu testatoris dispositio multis de causis potest dici nulla.
5 Solennitas extrinseca in actis requisita nō presumitur, sed debet esse vera ꝛ probabilis.
6 Hereditas non potest adiri ex dispositione testamentaria nulla existente.
7 Dictio ꝛc. in fine instrumenti seu note inserta ad que possit vel debeat extendi.
8 In cōtractu vel dispositionibus vnaqueqꝫ clausula ꝛ vnaqueqꝫ etiam syllaba debet aliquid operari.

¶ De testa. Consi. ccxiij.



Questionis pūctus talis est. Dudū anno scꝫ natiuitatis dñice. M. cccccj. ꝛ die xxv. mēsis Octob. venerabilis vir. d. Ysoardus Eymarij presbyter loci de Asterijs, parochie. s. Michaelis de benimēto in cāposauro diecesis Uapiñ. fecit ꝛ condidit eius testm̄ nuncupatiuū: in quo post multa ꝛ varia legata in piā cām facta, ꝛ quedā non pia, insuper ꝛ post ordinationē per eū factā de fundanda missa quotidiana perpetuo dicēda in ecclesia parochiali d. nostre Principali Aueñ. heredē suum vniuersalē sub presentia septē testium ꝛ notarij rogatorū instituit ꝛ nominauit honestū iuuenē Claudiū eymarij eius ex nepote ex fratre, ꝓnepotē. Successu vero tpis, anno scꝫ. M. cccccij. ꝛ die. ij. mēsis Septēb. idem. d. Ysoardus cōmemoratis dictis testamēto ꝛ fundatione misse ꝛ legatis premētionatis in genere, dixisse pretenditur sub presentia notarij ꝛ septē testiū, qꝺ ipse reausus, ꝛ sub bona spe suum testm̄ de nouo faciendi ꝛ cōstituendi, ac legata in eo cōtenta etiam faciēdi ꝛ ampliandi, ipsum suum testm̄ per eum iam factum ꝛ per magistrum Joannē de vlino receptum, necnō etiam legata, ꝛ omnia in dicto testamēto cōtenta reuocabat, irritabat, ꝛ annullabat, volens testm̄ hmōi de cetero nullius esse efficacie, aut valoris, Jacobum Eymarij suum fratrē in omnibus bonis suis heredē suum instituendo. Post hec aūt, anno scꝫ proxime dicto ꝛ die. iiij. mensis Septembr. idem do. Ysoardus cōmemorata reuocatione dicti sui primi testamenti, quam sub spe conficiendi (inquit) aliud testm̄ fecerat Jacobum eymarum fratrem suum heredem in bonis suis instituendo, dixit quod reausus, ꝛ considerans qꝺ dictum primū testamentū per ipsum antea factum

etum in Auenionēn ciuitate bene fuit ordinatum,⁊ qđ pro tunc
melius ordinari non posset, dictam reuocationē superius men-
tionatam vna cum institutione heredis tunc facta annullauit,
irritauit,⁊ reuocauit, volēs ⁊ ordinans dictū eius primuz testm̄
in dicta Auenioñ.ciuitate per euz conditū,⁊ per dictū magistrū
de Ulino receptū,in suis vi,robore,⁊ firmitate persistere, ⁊ per-
petuo remanere,⁊ dictā illius reuocationem per ipsuz vt supra
factam nullius esse efficacie,aut valoris:⁊ ita voluit ⁊ ordinauit
scribi,⁊ instrumentū publicum per notariū sibi fieri. Hec autem
acta sunt sub presentia notarij ⁊ septē testium : ⁊ deinde idem.d.
Ysoardus permanens in voluntate hmōi vita functus est, ⁊ ab
humanis decessit,superstitibus dictis Claudio,pnepote in pri-
mo testamento instituto,⁊ Jacobo eymari in instrumento dicte
1 pretense reuocationis instituto. ¶ †Quesitū est que predictarū
dispositionum valuerit ⁊ valeat:an scz prima,secūda,vel tertia.
Pro cuius quesiti declaratione premitto in primis , qđ tēpore
cōditi primi testamēti idem. d. Ysoardus,quāuis esset corpore
eger,⁊ quoad ipsum aliquantulū indispositus:erat tñ mente sa-
nus,ac in bona ⁊ sana memoria existēs : poterat igit̄ testari,nisi
reperiretur lege prohibitus.l.ab ea parte. ff.de prob.⁊ ꝙ no.gl.
in.l.si queramꝰ. ff. de testa.dictus ēt Claudius per eū heres in-
stitutus erat capax hr̄ditatis,⁊ talis fuisse presumit̄,cuz nō ap-
pareat contrariū.d.l.ab ea parte.dictū etiā testm̄ continet here-
dis institutionē factā sub presentia notarij ⁊ septē testiū mascu
lorum ad dictū testm̄ adhibitorū ⁊ rogatoruz:fuit preterea pru-
dēter ⁊ discrete prout decebat talē virū ordinatū,premisso eius
signo sancte Crucis,cōmendādo animā suam deo omnipotenti
creatori illius,beatissime virgini Marie,⁊ discurrendo per sin-
gulos ordines toti celesti curie,elegit corpori eius sepulturā,re
liquit multa,imo vero plurima legata in pias causas:⁊ p anima
sua ordinauit fundari missam quotidianā ⁊ ppetuo dicendā in
d.parochiali ecclesia do. nostre de Principali : reliquit insuper
quibusdā eius fratribus ⁊ cognatis ⁊ alijs diuersa legata,vt ap
paret ex tenore publici instrumēti eiusdē testamēti:⁊ breuiter ni
hil defuit huic prime testamētarie volūtati,propter qđ dici pos-
sit illā nō valuisse iure testamēti,postꝙ in illa interuenerūt capa
citas testatoris ⁊ instituti, ac legitima dispositio facta obserua-
tis iuris solēnitatibus,de quibꝰ in.l.hr̄des palā.in princ.⁊.§.in
testamentis.ff.de testa.⁊ in.l.hac consultissima.in princ. C.eo.ti.
¶ Sed superest dubiū,an volūtas hmōi videat̄ fuisse reuocata
per dictā secundam dispositionē,factam scz anno predicto. M.
ccccciij.⁊ die.ij.mensis Septemb. Et videtur qđ sic:qꝛ in illa non
solū reuocauit dictā primam testamentariā dispositionē ,sed ēt
sub presentia notarij ⁊ septē testium heredē vniuersalē instituit
dictum Jacobū eius fratrē: qui propterea in vim institutionis
hmōi videtur potuisse adire hereditatē eiusdē do. Ysoardi, nisi
aliquid postea factum eidē obstitisset: ⁊ sic vr̄ dictū primū testm̄
fuisse reuocatum,etiā si postea aliquid cōtigerit, aut factū exti-
terit,propter qđ non potuerit ex dicto scđo testamēto adimi he
reditas per prefatū Jacobum. Ad hoc enim vt primū testm̄ tol
latur per scḋm non est necesse quod scḋm duret,vel effectuz habeat:
sed satis est quod scḋm testamentū fuerit perfectum ⁊ absolutum,
⁊ qđ cōtingere potuerit casus qđ ex ipso valuerit adiri heredi-
tas,quāuis casus non contigerit.l.pater filio.in prin.ff.de here.
2 instit.⁊.l.cuz in scđo.ff.de iniuſ.rup.⁊ irri.testa. ¶ †Sed his nō
obstantibus,⁊ que obstare nō videntur,dico dictū primuz testm̄
non fuisse per predicta reuocatū:⁊ quidē non per ipsam preten-
sam reuocationem : qꝛ per illam non potest reuocari solenne te-
stamentū antea factū per reuocantem,nisi cum cursu decem an-
norum.l.sancimus.C.de testa.⁊.§.ex eo solo.insti.qui.mod.testa.
infir.cuius rationē reddit Bar.in.l.si iure.ff.de leg.iij. dicēs qđ
sicut legata,⁊ cetera alia,que in testō scribunt̄,requirunt confir-
mationē per hereditatis aditionē:ita ⁊ adēptio,si que sit,requi-
3 rit ꝙ cōfirmetur hereditate adita: ⁊ †hinc dꝛ qđ hereditas a se-
ipso adimi non pōt:pro eo qꝛ nō est cuius aditione adēptio con-
firmetur.l.sed ⁊ si in cōditione.§.fi.ff.de hered.insti. Ad reuoca-
tionē igit̄ precedētis solennis testamēti non sufficit qđ testator,
etiā sub presentia septē testiū rogatorū,dicat se nolle illud vale-
re,seu etiā ipsuz annullet ⁊ reuocet,nisi vt prediximus cū cursu decē
annorum:vt voluit Bar.in.d.l.si iure.⁊ idē voluit Bal.bene intellectꝰ,
Pau.de ca.Alex.de imo.⁊.d. Jas.may.in.d.l.sancimus. Pe.de
anch.in.c.cū esses. vbi ēt Jo.de imo.ver.septimo querit.de test.
Alex.de imo.in.l.si ita scriptū.§.regula.ver.sed circa hoc dubi-
tatur quid si facto testamēto.ff.de lib.⁊ posth.⁊ conſ.xx.exordiē-
te, Ponderatis his que in themate cōtinentur ⁊c.ver.circa scḋm
principale.in.iij.volu. Quorū tamen dictum per eos cōmuniter
limitatur,vt nō procedat qñ testator volens primuz solenne te-
stamentū non valere,vel dicens illud se reuocare,vel annullare,
subiungeret vel adderet se ideo ipsuz nolle valere,vel se illud re-
uocare,qꝛ vult decedere intestatus. Isto enim casu fatētur ⁊ di-
cunt primū testm̄ esse reuocatū: qꝛ per hoc videtur sic reuocans
cuz illa subiunctione qđ velit decedere intestatus,tacite vocare
veniētes ab intestato,per quorū aditionē poterit ꝯfirmari adē-
ptio hereditatis facta ab hr̄de instituto. Jo.vero de imo.in.d.l.
si ita scriptuz. §.regula.dicit indistincte qđ p reuocationē factā
sub presentia septē testiū reuocatur primū testm̄,ad qđ mouetur
certis rōnibus ⁊ fundamētis per eum allegatis: ⁊ quibus suffi-
cienter rn̄det Alex.de imo.in dictis locis,⁊ signāter. in.d.§.re-
gula,⁊ allegato conſ.xxx.⁊ bene impugnat rn̄sionem quam dare
conatus est Joā.de imo.ad.d.l.sancimus.⁊ ad.l.milites.§.vete-
ranus.ff.de testa.mili. Sequēda est igitur opi.Bart.⁊ sequaciū,
vtpote cōis.l.j.§.crebrior apud veteres opinio.ff.de offi.questo.
⁊ per id qđ scribit Host.⁊ alij cōiter in.c.j.de constit. Bar.⁊ alij
in.l.fi.C.de pena iudi.qui male iudic. Et sic non fuit simpliciter
per predictam reuocationem dictum primū testamentum reuo-
catum ⁊ annullatū. Forte vero dicet aliquis,quod in dicta secū-
da dispositione nō soluz dixerit idem do. Ysoardus se reuocare
dictum primum testamentū,aut illud nolle valere:sed etiam in
ea heredē vniuersalē instituerit dictum Jacobuz eius fratrem.
Sed istud nō obstat : tum qꝛ illa pretensa dispositio nō fuit per-
fecta,nec absoluta:qđ apparet nō solum ex eo qꝛ in nullo proui-
dit anime sue,aut corporis sepulture:nec aliqua legata reliquit:
sed etiam ex eo qꝛ dixit ⁊ expressit se dispositionē illā facere sub
bona spe suū testamentū de nouo faciendi ⁊ constituendi : necnō
legata in ipso primo testamento contenta etiam faciendi , ⁊ am-
pliandi:per qđ apparet qđ tunc non intendebat testamentarie
disponere,aut perficerē testamentariā voluntatē: qđ etiā nō fe-
4 cit. †Fuit ergo illa dispositio,seu pretēsa institutio nulla,vt po-
te imperfecta imperfectione voluntatis.ar.l.si is qui.ff.de testa.
Si enim,prout ipse assernit,sub bona spe suū testamentū de no-
uo faciendi,⁊ legata ampliandi, fecerit reuocationem superius
mentionatā,⁊ dictum Jacobuz heredē instituerit:palam infer-
tur qđ ex illa secūda dispositione nō intēdebat,vel volebat adiri
eius hereditatē:qꝛ per scḋm testamentum,quod facere intēdebat,
⁊ vt credendum est validū.l.quoties.ff.de verb.obl.⁊.l.quoties.
ff.de re.dub.fuisset reuocata illa secūda dispositio, si ⁊ quatenus
testamentū validum extitisset.d.l.pater filio.in princ.ff.de here.
insti.⁊.l.cum in secundo.ff.de iniust.rup.⁊.irri.testa. Et qđ dicta
secunda dispositio nō fuerit perfecta ⁊ absoluta,etiam hoc colli-
gitur ex dicta tertia dispositione, facta scz anno predicto. M.
ccccciij.⁊ die.iiij.mēsis Septēb. vbi cōmemorat qđ quadā pristi-
na die dictū eius primum testm̄,factum scz Auenione,⁊ receptū
per dictum magistrū Joannē de Ulino notariū dicte ciuitatis,
reuocauerat ⁊ irritauerat sub spe conficiendi aliud testamentū.
¶ Sic igitur clare apparet qđ nunquā voluit decedere cuz illa
pretēsa heredis institutione facta de predicto Jacobo:sed quod
intēdebat facere aliud testm̄. Propter qđ illa pretensa heredis
institutio.facta in dicta secūda dispositione, nō continebat per-
fectam voluntatē,imo nec aliquid volūtatis eiusdē. d. Ysoardi.
Cum etiā non valuit nec valere potuit vt testm̄ dicta secūda di-
spositio,facta scz anno proxime mētionato,⁊ die. ij. mensis Se-
ptembris: pro eo qꝛ testes, qui in ea pretenduntur interuenisse,
non leguntur rogati:qđ tamen erat necessarium ad hoc vt esset
testm̄ validum:qđ procedit nō solum in testamēto solenni,seu in
scriptis facto:sed etiam in testamento nūcupatiuo. d.l.heredes
palā.§.in testamentis. ff.de testa.⁊.§.fi.cum glo.instit.eo.titu.⁊
benefacit.l.fi.§.fi.C.de codic.auth.rogati.C.de testi.⁊.l.hac con-
sultissima.§.per nuncupationē.in verbo vt supra dictū est. C.de
testa.iuncto text.eiusdem.l.hac consultissima.in prin. quod etiā
firmauit Romanus in repetitione auth.similiter.in.xj.speciali
vltimarum voluntatum.C.ad.l.falcid.⁊ Alex.de imo.in.d.l.hac
consultissima.versi. dubitauit etiam hic Salice.⁊c.⁊ idem etiam
voluit ibi domi. Jaſ.may.versic.circa primam qualitatem quod
testes debeant esse rogati:⁊ hoc communiter obseruatur:non est
ergo ab eo in iudicando recedendū dicto.§.crebrior apud vete-
res opinio,⁊ per alia superius allegata. Huic igitur dicto non
obstat quod voluit Salicetus, in dicta. l. hac consultissima. in
princ.vbi sentire videtur,ꝙ non sit opus rogare testes in testa-
mento nuncupatiuo:sed sufficit ꝙ illi adhibiti extiterint. Pre-
terea nō solum nō apparent predicti testes fuisse rogati,sed nec
apparēt adhibiti. Forte vero dicet aliqs ꝙ illi presumant̄ fuisse
rogati vel adhibiti. Sed istud non obstat:qm̄ respondeo ꝙ imo
non presumūtur fuisse rogati,postꝙ notarius hoc nō dixit, nisi
probaretur:per ea que notātur in.l.domitius labeo.ff.de testa.⁊
5 per id ꝙ habetur in.l.quecūqꝫ.§.fi.ff.de publicia. †vbi probatur
ꝙ solennitas extrinseca,cuiusmodi est testium rogatio, non pre
sumitur. Ad ꝙ facit id ꝙ not.glo.Bart.⁊ docto.in.l.j.C.de fide
instru.⁊ iur.hast.fiſ.lib.x.⁊ hoc tenet scḋm Dyn.in.d.l.hac consul-
tissima.⁊ fuit de mēte Spec.tit.de teste.§.j.verſ.sed quid in pre-
dictis casibus.⁊ verſ.quid ergo si dicitur in testamento. Barto.

& qr hec insignis curia passim & indistincte pro more sue optime iustitie solet audire partes vsque ad vltimum anhelitum: & non immerito: pro eo qr est suprema, & que vt predixi fungitur vice principis, & a qua non potest appellari: & licet possit supplicari: hoc tamen cum effectu fieri non potest sine magnis sumptibus. Sanctius ergo est, & vere multo, quod curia ipsa, etiam si pluribus vicibus conclusisset in causa, vel assignasset ad diffiniendum, partem audiat: nisi vel videret, vel vehementissime presumeret quod vel fugiendo vel calumniando hoc fieret, vel alias minus ciuiliter: quod non est factum in hac causa: nec factum presumi debet, propter predicta: qr scilicet hec nobilis Ysabella, tanquam nihil possidens de patrimonio dicti quondam eius patris, nihil magis expostulat, quam debitum finem cause huius: & que nec tempore productionis dicte schedule querebat vlteriorem processum: sed paulo post productionem eiusdem acquieuit ordinationi & assignationi facte ad diffiniendum. Et sic nullam iustam causam, quinimo nec occasionem habuit pars aduersa conquerendi de petitis in predicta schedula. Et si placet aduertat dicta insignis curia, quod in dicto pretenso rescripto non mandatur absolute dictam schedulam reijci & repelli: sed sub duabus conditionibus, si videlicet eidem appareret de expositis per partem aduersam: & quod dicta nobilis Ysabella schedulam huiusmodi produxerit vt moraretur vel retardaret iudicium: de quarum neutra apparuit vel apparet, sed potius contrarium. Non ergo debet dictum pretensum rescriptum, vtpote non purificatum, hanc insignem curiam impedire, quominus iuxta responsionem alias per ipsam factam habeat ad petita parte dicte nobilis Ysabelle talem respectum, qualem habere debebit. Et ita mihi videtur, sub benigna supportatione huius insignis curie.

¶ Finis posterioris partis primi voluminis Consiliorum domini Stephani Bertrandi Carpentoractensis.

Series Chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq. Omnes sunt quaterniones.

Lugduni,

Excudebat Claudius Seruanius.

STEPHANI
Bertrandi
Consilior.
Volum. Prim.





colorchecker CLASSIC

calibrite